


VIRTUS CORONAT


I. E. RUMPHII
HERBARIUM
AMBOINENSE

PARS I ET II











A: vander Laan inv. et fecit. 1742.

G.E. RUMPHII HERBARIUM AMBOINENSE.

HET *AMBOINSCHE KRUYD-BOEK* VAN *G.E. RUMPHIUS.*




BIBLIOTHEK
DER NATURFORSCHENDEN GESELLSCHAFT IN DANZIG

HERBARIUM
AMBOINENSE,

Plurimas conplectens Arbores, Frutices, Herbas, Plantas terrestres & aquaticas,

QUAE IN AMBOINA,

ET ADJACENTIBUS REPERIUNTUR INSULIS,

Adcuratissime descriptas juxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu, ac virtutibus.

Quod & insuper exhibet

VARIA INSECTORUM ANIMALIUMQUE GENERA,

Plurima cum naturalibus eorum figuris depicta.

Omnia magno labore ac studio multos per annos conlegit, & duodecim libris Belgice conscripsit

GEORG. EVERHARD. RUMPHIUS,

Med. Doct. Hanavensis, Mercator Senior, & in Amboina Consul, nomine PLINII INDICI celeber, & Inlustris Societatis Academiae Naturae Curiosorum Germaniae Membrum.

Nunc primum in lucem edidit, & in Latinum sermonem vertit

JOANNES BURMANNUS,

MED. DOCT. ET IN HORTO MEDICO AMSTELAEDAMENSI PROFESSOR BOTANICUS, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM SOCIUS;

Qui varia adjecit Synonyma, suasque Observationes.

PARS PRIMA.



AMSTELÆDAMI, Apud FRANCISCUM CHANGUION, JOANNEM CATUFFE, HERMANNUM UYTWERF.

HAGÆ COMITIS, Apud PETRUM GOSSE, JOANNEM NEAULME, ADRIANUM MOETJENS, ANTONIUM VAN DOLE.

ULTRAJECTI, Apud STEPHANUM NEAULME.

M. DCC. XLI.

HET AMBOINSCHE KRUID-BOEK.

DAT IS,

BESCHRYVING

VAN DE MEEST BEKENDE

Boomen, Heesters, Kruiden, Land- en Water-Planten,

DIE MEN IN AMBOINA,

EN DE OMLEGGENDE EYLANDEN VIND,

Na haare gedaante, verscheide benamingen, aanqueking, en gebruik:

MITSGADERS VAN

EENIGE INSECTEN EN GEDIERTENS,

Voor 't meeste deel met de Figuren daar toe behoorende,

Allen met veel moeite en vleit in veele jaaren vergadert, en beschreven in twaalf boeken,

DOOR

GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS,

Med. Doct. van Hanau, Oud Koopman en Raadspersoon in Amboina, mitsgaders onder de naam van *Plinius Indicus*, Lid van de Illustre *Academia Naturae Curiosorum*, in 't Duitsche en Roomsche Ryk opgerigt.

Nagezien en uitgegeven door

JOANNES BURMANNUS,

Med. Doct. en Botanices Professor in den Hortus Medicus te Amsterdam, Medelidt van het KEYZERLYKE QUEEKSCHOOL *der onderzoekers van de Natuurkunde;*

Die daar verscheide Benamingen, en zyne Aanmerkingen heeft bygevoegt.

EERSTE DEEL.



Te AMSTERDAM, By FRANÇOIS CHANGUION, JAN CATUFFE, HERMANUS UYTWERF.

In 's HAGE, By PIETER GOSSE, JAN NEAULME, ADRIAAN MOETJENS, ANTONY VAN DOLE.

Te UTRECHT, By STEVEN NEAULME.

M. DCC. XLI.

NOBILIBUS, MAGNANIMIS, AMPLISSIMIS, STRENUIS, AC PRUDENTISSIMIS VIRIS, D. D.

SOCIETATIS INDICÆ

ORIENTALIS IN BELGIO CONSTITUTAE, MODERATORIBUS.

S.

POTENTISSIMI DOMINI.

OBfero vobis, Viri Nobilissimi, primitias naturalium meorum studiorum, uti ante aliquot annos summis harum regionum Gubernatoribus tradidi, & conmisi prima auspicia politicarum mearum lucubrationum, *Amboinensem* nempe *Historiam*, quae narrationem continebat rerum meditatione vestra dignarum, quae acciderunt, postquam Provincia Amboinensium laudabili vestro inperio fuit subjecta: Quum autem illud opus credebatur potius spectare ad politicum forum, & proprie pertinere magis ad rectores harum regionum, quam inservire oblectamento Lectoris, id quod lubenter confiteor, hinc illud in scriniis secretorum Bataviae & Amboinae occlusum conservatur: Contra vero hic liber, ut opinor, ante omnium oculos versari libere potest, dum de talibus agat creaturis, quas Deus per vim naturae insitam omnibus quotidie obfert, & conspiciendas praebet. Summi Indiarum ac praesertim quinque ultimi Amboinae Gubernatores supremi mei Domini Nobilissimi, *Jacobus Copsius* scilicet, *Anthonius Hurtius*, *Robertus de Vicq*, *Robertus Padbrugge*, & qui nunc inperii habenas tenet *Didericus de Haas*, omnes unanimi consensu judicarunt commodo publico aliquid bonae frugis in meis latere operibus, ac proinde generoso animo mihi non modo stimulos addiderunt, ut ad umbilicum illud perducerem, sed lubenter quoque & liberaliter necessaria subpeditarunt auxilia, sine quibus in hoc caecitatis meae infortunio & calamitate, quacum mihi per viginti jam annos conluctandum fuit, illud perpolire, & supre-

EDELE, ERNTFESTE, GROOT-AGTBARE, MANHAFTE, WEL-WYSE, VOORSIENIGE HEEREN, DE HEEREN

BEWINTHEBBEREN

DER

GEOCTROYEERDE NEDERLANDSE COMPAGNIE VAN OOST-INDIA.

HOOG GEBIEDENDE HEEREN.

IK kom alhier U Edelhedens opofferen, de eerstelingen van myne natuurkundige studien, gelyk ik voor eenige jaren aan de Regeringe dezer landen overgelevert hebbe de eerstelingen van myne politique bezigheden, namentlyk de AMBOINSE HISTORIE, *behelsende een verhaal van de meeste aanmerkens waardige voorvallen, zedert de Provintie Amboina onder U Edelhedens loffelyke regeringe gestaan heeft: dog aangezien het zelve werk geoordeelt wierd meer te strekken tot narigt, en speculatie voor de Regeerders dezer landen, dan tot vermaak van den Lezer, gelyk ik zelfs bekennen moet, zo is het zelve binnen de muren van de Bataviſche en Amboinse Secretaryen besloten gehouden: daar en tegen dit werk, myns oordeels, mag voor een yders oogen komen, dewyl het handelt van zodanige schepselen, die Godt door de natuur dagelyks aan alle menschen vertoont. De hoge Regeringe deser landen, inzonderheit de vyf jongste Heeren Gouverneurs van Amboina, myne gewesene Heeren Gebieders, d'E. Heeren.* Jacob Cops, Anthonius Hurt, Robbert de Vicq, Robbert Padbrugge, *en den tegenwoordige* Dirk de Haas, *hebben successivelyk geoordeelt, dat voor het gemene best nog iets goeds daar in steekt, en dierhalven, uit een genereuse drift, niet alleen my gerecommandeert het zelve te voltoyen, maar ook mildelyk de nodige behulp-middelen daar toe verschaft: zonder dewelke my by deze ongelegentheden, en het twintig jarig missen van myn gezigt, onmogelyk zoude geweest zyn iets daar van te perfectioneren. Ik heb het dan van myn schuldige pligt geagt, dit gehele Werk U*

** *Edel-*

premam ei manum inponere non potuissem. Hinc officii mei esse ratus sum totum hoc opus debito cum obsequio vobis, Viri Nobilissimi, dedicare, quum a me confectum sit prolixa auxiliorum vestrorum opera horis subsecivis, & a publico munere vacuis. Si itaque faventibus oculis illud perlustrare, vel majoribus occupati negotiis illud alii demandare velitis, dignum, ut puto, censebitur, quod in publicam lucem proferatur, ac typis describatur, dum ex sententia mea illud praestare poterit commodum, quale in subsequente praefatione memoratum est.

Totum vero opus in duodecim divisum est libros, quaeque iis contineantur, eadem docet praefatio; illorum vero priores tomos vobis transmitto, dum plures nunc in praesenti nondum absolvere licuerit, atque ob ingravescentem senectutem diutius intra privatos lares premere hunc absolutum operis prodromum non ausus fui, ut saltem dimidia ejus pars ab interitu vindicetur, si quid humani forte mihi accideret, promittens operam me navaturum, ut superstites hujus Herbarii Libros subsequenti, vel proxime advenientibus annis consummare adnitar, & quam primum a me fieri possit, vobis transmitti curem cum reliquis figuris, quae in sex prioribus desiderantur libris, ut simul post illos poni & exhiberi possint. Arbitror autem vobis, Viri Nobilissimi, non parvo fore decori, si talia scripta sub vestris auspiciis ac patrocinio in lucem emittantur, quum per illa omnibus constet, curam vestram non tantum sese extendere ad patriam luculentis mercaturis ditandam, sed etiam ad honesta promovenda studia, ac quidem talia, quae publico prodesse possint usui & bono, uti jam a vobis factum est in sumtibus erogandis in elegantissimum & magnificentissimum illud opus cura Nobilissimi Viri *Henrici van Rheede* in dias luminis auras productum.

Si vero vobis ita visum fuerit hoc meum opus a correctore quodam examinari, inque illo observabuntur nonnulla

Edelhedens onderdanig op te dragen, als zynde gemaakt in U Edelhedens dienst, en liberale handreykinge, in de ledige uren van myne publicque bedieninge: indien U Edelhedens met een gunstig oog het zelve gelieven te doorbladeren, of, door hogere bezigheden belet zynde, zulks door andere te laten doen, beel ik my in, U Edelhedens zullen het zelve waardig agten door de Druk-pers aan 't ligt te doen komen, dewyl het, myns gedagtens, zodanigen dienst kan doen, als in de volgende Voorreden aangewezen wert.

Het gehele Werk is in twaalf boeken verdeelt, welkers inhoud in gemelde Voorreden te zien is, waar van ik tegenwoordig alleenlyk de zes eerste boeken U Edelhedens toesende, dewyl ik 'er niet meer, voor dit maal, heb konnen klaar krygen, en egter wegens myn aangroeyenden ouderdom het werk niet langer onder my durf houden, op dat 'er ten minsten de helft te regt kome, als my iets menschelyks overquam, belovende myn best te zullen doen, dat de resterende, in toekomende jaar of jaren, insgelyks overkomen, nevens de figuren, die in de zes eerste boeken nog ontbreken, dewelke men gevoeglyk agter by malkander kan binden. Ik agte, dat het tot geen geringe luister van U Edelhedens strekken zal, indien zodanige schriften onder de vleugelen en bescherming van U Edelhedens aan den dag quamen, als werdende daar door aan de werelt openbaar, dat U Edelhedens zorge niet alleen strekt, om 't Vaderlandt met profytelyke Coopmanschappen te verryken, maar ook om alderhande eerlyke studien te bevorderen, inzonderheit zodanige, die tot gemene dienst konnen strekken, gelyk alrede door U Edelhedens getoont is, in het bekostigen van dat heerlyke Werk door den Edelen Heer Hendrik van Rhede *voortgebragt.*

Indien U Edelhedens mogten goet vinden, dit myn Werk door een expressen reviseur te laten overzien, en daar in gevon-

nulla deficere, sive quod ad descriptionem, sive quod ad figuras adtinet, exceptis illis, quae ad finem adnotata sunt, vel alii quidam occurrerent errores, qui contra sententiam meam ac propositum forte inrepserunt, supplici prece vos rogatos velim, ut illa, quam primum id fieri possit, mecum communicentur, ut quam diu superstes sim, ea subplere vel corrigere valeam.

Interea Omnipotentem precor Deum, ut vobis, Viri Nobilissimi, fidelissimis rectoribus & moderatoribus inlustrissimae vestrae Societatis magis magisque sua largiatur bona, negotiis vestris adspiret, commerciorumque progressus adjuvet in amplis hisce lateque patentibus regionibus, vobisque porro fausto adsit omine in omnibus vestris consiliis, quae prospere cedant, superentque omnia, quae vestrae sapientissimae gubernationi resistere vel obesse possent, ad salutem omnium vestrorum consortium, & ad patriae nostrae decus & perennitatem, vestrorumque subditorum incolumitatem,

Hæc ex animi sententia precatur

Nominum vestrorum devotissimus & officiosissimus cultor perpetuus
GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS.

Amboinæ ex Castello Victoria, vigesimo Septembris Anni MDCXC. medio Sexagesimo tertio ætatis anno.


gevonden wierden eenige dingen te manqueren, 't zy aan beschryvingen, of figuren, behalven die gene, dewelke aan 't einde dezes werks aangetekent staan, of eenige andere misstellingen, dewelke tegen myn voornemen daar in mogten geslopen zyn, zo verzoeke, dat hy tyts daar van mogte onderregt werden, op dat ik dezelve, gedurende myn leven, nog vervullen en verbeteren mag.

Ondertusschen bid' ik den God alles heyls, dat hy U Edelhedens, als getrouwe gezaghebbers en bestierders der hoogwigtige zaken van een zulk doorlugtige Maatschappy, meer en meer met zegeningen en voortgang van hare commercie in deze wyd uitgestrekte landen gelieve te begenadigen, dat hy U Edelhedens begunstige met wysheit in uwe raadslagen, met geluk in de uitvoeringen, en het te boven komen van alles, het gene U Edelhedens wyze directie zoude mogen tegenstaan, tot welvaart van alle de leden, ten goeden onzes Vaderlands, en tot opkoming van alle, die de eer hebben of genieten van U Edelhedens te dienen. Dit is de gedurige wensch van U Edelhedens onderdanigen en verpligten dienaar,

Was geteekent

G. E. Rumphius, *lager, het bovenstaande eygenhandig gesteldt door*
GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS.

Op Amboina aan 't Casteel Victoria, den 20. September 1690. midden in 't 63. jaar myne ouderdoms.



PRAEFATIO.

LECTORIS.

EN iterum aliquid novi, L. B. discendi cupidine, & amore scribendi productum, quo aeque bonae ac malae in lucem proferuntur res, & proferentur porro, quam diu superstites erunt mortales. Inter alia vero laude dignae sunt tales exercitationes, quae instituuntur & adhibentur ad summi Numinis opificia investiganda, quae Creator noluit intentata nec explorata esse. Hoc aperte testatur sapiens *Ecclesiastes Salomon cap.* I. *vers.* 13. ubi dicit, difficiles hasce occupationes Deum hominibus fuisse largitum, ut in iis continuo sese exerceant, ac labores suos conlocent, licet multis constent vigiliis, & sollicita peragantur cura. A Creatore itaque nostro per naturae genium hoc nobis inpositum est, cujus nutui atque arbitrio lubentes nos subjicimus, quum plerumque hominum jussa quasi vi coacti exsequamur.

Obsero igitur vobis, L. B. aliquid novi, non vero monstrum, ut dicitur, ex Africae desertis ac solitudinibus productum, sed jucundam ac simul utilem historiam & descriptionem vegetabilium, quae laete virentia mihi in extremo hocce mundi quasi angulo observata ac detecta, & Europaeorum nostrorum plurimis hactenus fuere incognita.

Liber simplici tantum *Herbarii Amboinensis* se commendat inscriptione, quum non magnam de sese ipse foveat opinionem; sed hunc titulum ita intelligi velim, quod tales exhibeat plantas, quae non tantum in Amboina, ejusve insulis inveniuntur, sed quae præterea in adjacentibus Moluccis, Banda, aliisque usque in ipsam Javam maxima ex parte occurrunt. Opus igitur hoc nostrum inscribitur Amboinense, quum in Amboina sit exaratum atque conscriptum, eademque forma & specie obsert plantas, qua se in Amboina quaerentibus exhibent.

Diffiteri autem non possum, plurima ante me ab aliis auctoribus in lucem jam emissa fuisse scripta, quae ex professo de plantis agant Indicis, quinimo ante centum annos a Portugallis jam conscripti sunt, & nuper a variis in Belgio viris eruditis ejusdem argumenti libri producti: hanc tamen mihi gloriam vindicare possum, primum me fuisse, qui in descriptione plantarum, quae in his proveniunt oris, viam aperuerim & detexerim; alii enim mecum tantum occupati fuerunt in describendis istis plantis, quae quidem in ejusmodi occurrunt regionibus, quas inhabitabant ipsi; nullus autem, quantum mihi constat, Orientalis hujus orae penetravit, vel ante me perscrutatus fuit silvas ac solitudines.

Hinc & a Lectore veniam peto, utque in bonam partem has libri hujus primitias accipiat rogo,

VOORREDE

AAN DEN LESER.

AL weder wat nieuws, beminde Lezer, door de weetgierigheit en schryf-lust voortgebragt, waar door zo wel goede, als quade dingen voor den dag komen, en niet ophouden zullen, zo lange 'er menschen zyn. Onder anderen zyn pryswaardig de oeffeningen, die men besteed om de werken Gods in de natuur te onderzoeken, die de Schepper niet wil, dat ondoorzogt en onbeschouwt liggen blyven: dit getuigt klaarlyk den wyzen Prediker Salomon Cap. I. vers 13. *zeggende, dat deze moeyelyke bezigheden God de menschen gegeven heeft, om haar daar in te bekommeren, dat is, om haar gestadig in 't werk te houden, al zoude het met hooft-breken, en zorge moeten toegaan. Het is ons dan van onzen Schepper opgelegt door de geest der natuur, welk gezag en bestiering de menschen met lust gehoorzamen, daar men anders de bevelen der menschen gemeenelyk door dwang moet nakomen.*

Ik presentere U E. dan wat nieuws, geen monster uit de wildernissen van Africa gehaalt, maar een vermakelyke, en niet te min nutte Historie, of beschryving van 't jeugdig Aard-gewas, dat men in deze uiterste werelts-hoek beschouwen mag, en tot nog toe aan onze Europianen onbekent is.

Het draagt de naam van een Amboinsche Kruydboek, *om dat het van zig zelfs een gering gevoelen heeft; dog met dien verstande, dat het vertoont zodanige aard-gewassen, die men niet alleen in de Amboinse Eylanden kan beoogen, maar die ook in de omleggende Moluccos, Banda, en andere, tot Java toe, voor 't meesten deel mede te vinden zyn. Het werk heeft zig dan Amboins bygenaamt, om dat het in Amboina beschreven is, na zodanige gedaante, als de planten in Amboina dragen.*

Ik kan niet ontkennen, dat al rede voor my vele schriften zyn in 't ligt gekomen, die van de Indische gewassen handelen, zo wel voor hondert jaren door de Portugezen, als onlangs door geleerde mannen van de Nederlandse natie: dog ik moet my die eer aanmatigen, dat ik in 't beschryven der planten van deze gewesten het ys gebroken heb, vermids de vorige Autheuren, gelyk ik ook, haar alleen bemoeyt hebben met die planten, dewelke men in die landen vind, daar zy gewoont hebben, daar en tegen de bosschen van deze Oosterse-gewesten zyn myns wetens tot nog toe van niemandt doorwandelt, en onderzogt.

Hierom moet ik dan den Lezer voor eerst verzoeken, dat hy deze eerstelingen in 't goede gelieve op te nemen,

go, quum nullum omnino detur opus, quod primis statim auspiciis consummatum, & omnibus numeris absolutum sit, sed illud posteris perficiendum lubens relinquam. Lectores porro monitos volo, hunc librum non esse productum a docto quodam Medico, Physico, vel simili hujus artis Professore, sed ab amatore tantum scientiæ naturalis, qui modicam sibi adscribit Botanices notitiam, quique inter militaria aliaque publica officia & munia subcesivas huic labori inpendit horas; illud enim hic notandum arbitror, quum adnotationes de plantarum viribus & usu non stilo Medici vel Practici exaratæ, sed Historici more enarratæ sint: descripsi enim plantas, ita ut mihi obvenerunt, earumque virtutes ex testimoniis sagacissimorum incolarum comprobatis, iisque inserui plurimas, quæ in ipsa mea aliorumque familia, me auctore, exploratæ sunt, reliquas illis committo, qui dedita opera curas suas huic labori inpendent, bona fide adfirmans, non alia me adnotasse, quam quæ adcurata & fideli experientia, promptoque judicio eruta & comprobata essent.

Uti enim *Plinio* contigit, tempusque superfuit cum præfectura Romanæ classis simul laudabile suum perficere opus, quod etiamnum exstat, meliori sorte & fortuna mihi datum fuit in tranquilla præfectura harum insularum plantas inquirere & describere, inter quas licet nonnullæ ab aliis jam exaratæ & delineatæ habeantur, adfirmare tamen possum in toto hoc nostro Herbario, quod ultra septingentas complectitur, vix quinquaginta reperiri ab aliis expositas, quæ si cum cura perlustrentur & diligenter cum aliorum comparentur descriptionibus, quænam a me addita sint, facile quisque detegere poterit, satis autem superque restabunt, quæ a posteris poterunt addi.

Opus ipsum a me primum Latina conscriptum erat lingua, cum adjectis diversis denominationibus, quas in variis hisce adjacentibus insulis gerunt, cum plurimis illarum characteribus; maximaque ex parte plantarum figuras, sed nimis exiguas, delineaveram pro modica pingendi, qua polleo, arte.

Herbarium hoc nostrum in nullum redactum erat huc usque ordinem, & ita ut plantæ mihi quotidie obvenerant, compositum, quum supremo placuit Numini, uti tamen confido, juxta summum ejus arbitrium in æternam meam salutem, me tristi adfligere visus læsione, idque eo ipso anno, quo Amboinam relinquere apud animum constitueram, quum ultima vice forte nimis incaute & festinanter plurima permearem litora & colles, omnia spernens incommoda, solisque æstus in hisce terris ferventissimos, ad consummatam mihi reliquarum plantarum comparandam notitiam.

Hac autem Soli expositione, continuaque obambulatione oculi obducebantur *Suffusione*, seu *Cataracta Nigra* tam vehementer, ut intra trium mensium spatium omnem fere amitterem illorum usum. Projecta itaque ac perdita videbatur tota laborum meorum cura, nec quidquam nisi indigestum supererat Chaos, neque ulla manus ultimæ ipsi inponendæ me fovebat spes, quum supremi harum regionum magistratus, qui bonæ nonnihil frugis in chartis meis latere existimabant, generoso admodum animo auxiliatrices mihi adtulerunt copias, & pro ea, qua labores meos prosequi volebant, benevolentia, idoneos & peritos subministrarunt amanuenses, quorum auxilio in tam aptum redegi ordinem, quantum a me luminis usu orbato, fieri potuit: sed ob varias rationes ex Latina in Belgicam illud transtuli linguam, præcipue vero, ut quisque in India degens aliquam ad cognoscendas plantarum vires & usum, & inde ad morbos curandos redundantem hauriret utilitatem.

Facile

nemen, om dat geen werk in 't eerst kan volmaakt zyn, wiens verbetering ik gewillig de nakomelingen overlaat, nog wil ik den Lezer waarschouwen, dat het van geen geleerd Medicus, Physicus, *of die zyn professie van die konst maakt, maar allenelyk van een liefhebber der natuurlyke wetenschap voortgebragt is, dog die zig een matige kennisse der Kruidkunde toeschryft, en onder zyne militaire en publicque bedieningen, zyn ledige uren daar toe besteed heeft, inzonderheit ziet dit op de aanteykeningen der kragten, en gebruik van yder plant, dewelke men niet alle nemen moet, als of zy na den styl der Medicyns, of uyt eygen ervaring beschreven waren, maar alles Historischer wys verhaalt, te weten de planten zelfs naar den oogenschyn, zo als dezelve my in deze gewesten voorgekomen, en hare kragten, zo als zy van de gaauwste Inlanders opgegeven zyn, dog daar lopen der ook vele onder, die in myn huys, en andere familien, door myn toedoen geprobeert zyn. De rest wil ik aanbevolen laten aan die gene, die professie van 't cureren maken, met verzekering, dat ik ze niet anders, dan na naauwkeurig onderzoek en ryp oordeel, aangeteykent heb.*

Want heeft Plinius, *onder 't kommanderen der Roomsche-vloot, nog tyt kunnen vinden, om zyn loffelyk werk te voltoyen, waar van de werelt nog hedensdaags gedient wert, zo heb ik nog al beter tyt en gelegentheit gehad, by myne geruste* Prefecturen, *de planten van deze Eylanden te beschryven: daar lopender ook onder, die wel van andere voor my beschreven zyn, maar ik betrouw, dat men 'er geen vyftig tellen zal in dit gehele Kruydboek, het welk over de 700. stuks vertoont, en als men de voornoemde vyftig met opmerking in myne, en andere geschriften naleest, zal men bevinden het geen ik aldaar bygedaan heb, en nog zal 'er genoeg overschieten voor de nakomelingen by te doen.*

Het werk was in 't eerst door my zelfs in 't Latyn beschreven, met byvoeging van de eygene namen, die ze in verscheide talen van deze omliggende Eylanden voeren, daar onder vele met haar inlandse Caracteren; *ook had ik van de meeste haar figuurtjes gemaakt, hoewel wat klein, na 't gering vermogen van de teyken-kunst, die by my was.*

Het zelve werk nu lag zonder ordre, als zynde beschreven, zo als my de planten dagelyks voorquamen, wanneer 't God belieft heeft, gelyk ik my verzeker, na zyn wyzen raadt, en tot myn Zaligheit dienende, my met een droevig toeval aan myn gezigt te bezoeken; juyst in dat jaar, wanneer ik Amboina meende te verlaten, en voor 't laatste, misschien al te haastig en onvoorzigtig, alle stranden en heuvelen doorkroop, geen ongemak nog Sonne-brand, die dog in deze gewesten zeer vinnig is, agtende, om een volkomen kennisse der resterende kruiden te bekomen.

Door dit wandelen in de hitte der Sonne wierd myn gezigt zodanig getroffen met een Suffusio *of* Cataracta Nigra, *dat ik in drie maanden 't zelve genoegzaam verloor; daar lag nu myn onvolmaakte* Chaos, *en geen hoop was 'er van 't zelve te voltoyen: Dog de Overheit dezer landen, agtende nog wat goets in myne* Cartabellen *te steken, heeft uit een genereuze drift my de behulpzame hand geboden, en nodige schryvers verschaft. Door derzelver hulp heb ik 't dan zo goed en quaad opgemaakt, als het heeft konnen geschieden, dog om verscheide redenen uit 't Latyn in Nederduyts overgezet, principalyk uit dit inzigt, om dat de gemene man, en inzonderheid, die hier in Indien leeft, aangaande de genees-kunst eenigen dienst daar uyt konde scheppen.*

Den

PRÆFATIO.

Facile autem percipiet Lector de priore splendore ac decore suo non parum amisisse hoc opus, multaque verborum monstra, depravatasque peregrinorum vocabulorum irrepsisse syllabas, uti plerumque in talibus id observatur scriptis, quæ conductis oculis manibusque exarantur, quod B. L. æqui bonique, ut spero, consulet, quemadmodum & illos, qui rerum harum gnari sunt, rogatos amice velim, ut ea corrigere non graventur. Alias autem cavillationes, quas hic liber inter limandum & expoliendum subire debuit, parum curo, & si forte luci publicæ aliquando exponatur, plures etiam experietur, quamquam probe noverim plurimas illarum provenire vel ab inperitis vel invidis, quos animus spernit generosior, qui aliquid laudabile in medium producit.

Ut autem illa, quæ hoc in opere continentur, melius intelligantur, sciat L. B. in duodecim divisum esse libros, quorum quinque priores de variis agunt arboribus, tam edulibus & frugiferis, quam aromaticis & silvestribus. Sextus autem omnes complectitur frutices erectos, septimus vero tales exhibet, qui longis prorepentes flagellis & surculis procumbunt, & aliis sese inplicant arboribus, quales in India funes silvestres, & Malaice *Taly-Outang* vocantur.

Tres autem subsequentes libri non nisi varias exponunt herbas, quarum hortenses octavo, Convolvulaceæ nono, & silvestres decimo & undecimo describuntur libro. Duodecimus vero peculiare detegit Lithophytorum marinorum genus, quod non in terra, sed in mari progerminat, mixtamque ex lignea & lapidea massa gerit naturam, *Corallium* vulgo vocatum.

Plantarum nomina non nulla septem, immo aliquando decem diversis linguis, plurima vero tribus quatuorve sunt adscripta, *Latina* nempe, *Belgica*, *Malaiensi*, *Amboinensi*, *Ternatensi*, *Bandensi*, *Macassarensi*, *Baleyensi*, & *Javana*, quædam etiam *Arabica* & *Sinensi*, & ubi convenit *Portugallica* & *Indostana*. In textu ipso quædam etiam occurrunt nomina Malaiensia hisce in terris vulgaria & usitata loco Belgicæ appellationis, ut autem melius intelligantur, plerumque addita est ipsorum interpretatio.

Aliquid autem in hoc reperitur sæpius opere, quod cavillationibus forte ansam dabit, an scilicet repletum sit fabulis, superstitionibus, & anilibus narratiunculis, hujus autem rei rationem reddam. Sciant igitur me data opera hæc adposuisse, non ut illis fidem conciliarem, vel Lectoribus credenda obtruderem, sed quod sub talibus fabulis & narratiunculis semper aliquid veri, occultæque naturæ qualitates lateant reconditæ, uti in *Ovidii* aliorumque Poëtarum fabulis. Verum occasio tempusque mihi defuit, quo minus omnia usque ab origine sua indagarem, quibus etiam non unius hominis sufficit ætas.

Pro mendaciis quoque non sunt habenda vel rejicienda, si quædam inter legendum quis offendat, quæ primo intuitu incredibilia videntur, quæque naturæ Europæarum plantarum repugnant, ipse enim plurimis illorum fidem habere dubitavi, donec sæpius & diligentius illa inquisiverim, eorumque caussas exploraverim, vel ab aliis edoctus fuerim; exempli gratia in hisce terris occurrunt.

Primo. Arbores, in quarum ligno & fructibus naturales & veri crescunt lapilli seu dendrites, uti in Calappa *Libr.* 1. *Cap.* 3.

Secundo. Fructus & flores, qui in saxa degenerant, pristinamque fere retinent speciem, ut sunt fructus *Arboris Vernicis* seu *Caju Sanga*, *Libr.* 3. & *Bonga Manoor Libr.* 7. descripti.

Tertio. Arbores, quarum folia in viventia mutantur animalia, uti *Cicadaria Libr.* 5.

Quarto.

Den Lezer kan nu wel bezeffen, dat het van zyn eerste luyster vry wat missen moet, en dat 'er vele wanstellingen van woorden, en quade speldingen der vreemde namen onderlopen, gelyk 't met alle werken toegaat, die men door geleende oogen en handen opmaken moet, 't welk den gunstigen Lezer met een discreet oordeel ten goeden moet opnemen, gelyk dan ook die gene, die daar verstand van hebben, vriendelyk verzogt werden 't zelve te corrigeren: met andere Cavillatien, die dit werk, zelfs onder 't maken, heeft moeten uitstaan, en zo 't aan 't ligt komt, buiten twyffel nog meer ontmoeten zal, en bemoey ik my niet, als wel wetende, dat zy meest voortkomen, of van onervarene, of nydige, dewelke geen genereuse geest agten moet, die iets loffelyks voortbrengen wil.

Om nu 't werk beter te verstaan, zo zal den Lezer weten, dat het in 12. *boeken verdeelt is, waar van de vyf eerste handelen van allerhande Bomen, zo eetbare, vrugtdragende, als speceryagtige, en wilde: het zesde is van allerhande Heesteren, die over eynde staan; het zevende van zodanige Heesteren, die op zig zelfs niet staan kunnen, maar met een lange ranke stam voortkruipen, of zig om andere bomen winden, diergelyke wy in Indien* Boschtouwen, *in 't Maleyts* Taly-Outang *noemen.*

De drie volgende boeken begrypen allerhande kruyden, te weten 't agtste de Hof-kruyden, 't negende de slingerende of winden-geslagten, en 't thiende en elfde de wilde kruyden door malkander: het twaalfde beschryft een bezondere aard, niet op land, maar in Zee wassende, en een gemengde natuur van hout, en steen hebbende, die men Zee-boompjes *of* Coraal-gewassen *noemt.*

De namen der planten zyn gesteld hier en daar in zeven en thien, dog by de meeste in drie of vier talen, namentlyk Latyn, Duyts, Maleyts, Ambons, Ternataans, Bandaas, Macassers, Balis, Javaans, *en by sommige ook* Arabis, Sinees, *en daar 't te pas komt,* Portugees *en* Indonstans: *in de text lopen ook eenige Maleytse namen onder, die hier te lande gemeen zyn, en voor duyts gebruikt werden, dog om dezelve beter te verstaan, zynze hier en daar genoegzaam vertaalt.*

Daar loopt nog iets in dit werk, 't welk oorzaak tot Cavillatien mogt geven, als of het zelve vervult was met fabeltjes, superstitien, en oude wyfs praatjes, waar van ik reden wil geven: ik zeg dan, dat ik ze al willens gesteld heb, niet als of ik absoluit geloof daar aan stelde, of den Lezer te geloven opdringen wilde, maar om dat 'er onder die fabeltjes altyt wat waarheyts en verborgene eygenschappen in de natuur schuylen, gelyk in de fabelen van Ovidius, *en andere* Poëten, *dog gelegentheit en tyd heeft my ontbroken, om van alles den grond te onderzoeken, waar toe meer dan een menschens leven van noden is.*

Zo moet men ook niet straks verwerpen, of voor leugens houden, als in 't lezen iets, na den schyn ongelooflyk, en tegens de bekende natuur der Europische planten strydende, voortkomt, want ik zelfs vele dingen niet heb kunnen geloven, tot dat ik ze dikwils en neerstig onderzogt, en ondervraagt hadde; by exempel: gy zult hier vinden.

1. *Bomen, in welkers hout en vrugten natuurlyke en formele stenen groeyen, als in de Calappa* Lib. 1. Cap. 3.

2. *Vrugten en bloemen, die in stenen veranderen, behoudende, ten naasten by, haar vorige gedaante, gelyk de vrugten van* Arbor Vernicis, *of* Caju Sanga, Lib. 3. *en* Bonga Manoor Lib. 7.

3. *Bomen, wiens bladeren in levende dieren veranderen, gelyk de* Cicadaria Lib. 5.

4. *Bomen,*

Quarto. Arbores, quarum fructus non in ramis, sed in truncis, immo ex ipsis excrescunt radicibus, uti *Nanca*, & *Blimbingum teres Libr.* 1. &c.

Quinto. Frutices, quorum folia in apice filum gerunt extensum cum adpenso quasi fructu cantharis simili, uti *Cantharifera herba Libro* 7. descripta.

Sexto. Frutices, quorum folia viridem tantum emittunt succum, qui tamen manus & ungues rubro tingit colore inexpungendo, uti *Alcanna Libr. 6.*

Septimo. Plantæ, quarum folia tribus diversis sunt formis notata, uti in *Sesamo Indico Libr.* 8.

Octavo. Arbores, quæ ex ramis radices in terram emittunt, uti *Mangi Mangi*, & *Waringae Libr.* 4. & 5.

Nono. Frutices, qui loco trunci, crasso lignoso & sinuoso fune seu flagello per terram prorepunt vel arbores conscendunt, quales *libro* 7. plerumque describuntur, quique in Europa mihi sunt ignoti, excepta Vite, aliisque minoribus surculosis fruticulis, qui ad opus Topiarium adhibentur.

Decimo. Plantæ floresque, qui sine notabili semine aliis semper increscunt arboribus, nec unquam ex ipsa progerminant terra, uti in *libro* 11. cunctæ sunt *Angrecæ* species.

Undecimo. Plantæ, quæ picta quasi & variegata gerunt folia, ita ut totus frutex florifer videatur, uti sunt *Codiho Daun*, *Prada*, & *Manjana Aurea.*

Duodecimo. Plantæ, quæ aquis innatant, vegetantque, licet earum radices nullo modo terram tangant, uti *Kiamban Libr.* 11.

Decimo tertio. Plantæ, quæ mixtam gerunt naturam ex ligno & lapide, uti cuncta sunt Lithophyta *Libro* 12. descripta.

Res autem fabulosæ, nec satis exploratæ plurimum versantur circa *Lignum Longævitatis*, seu nigrum *Lagondi Libr. 6.* circa flores argenteos & aureos Baleyensis *Waringæ Libr.* 5. & circa arborem, quæ genuinum præbet *Calambacum*, seu quod *Lignum Paradisi* vulgo vocatur, quæ nocte lucescit ex testimonio Sinensium, quum matura sit, hocque pretioso ligno inprægnata *Libr.* 2. Circa Sinensem porro arborem *Goudong Libr.* 3. in Capite de *Gelala* descriptam, quæ quotannis certo temporis momento per Astrologum fixo primum suum dejiceret folium, quod intra dimidium horæ fieri oportet, quin Astrologus mulctetur, quæ arbor cresceret ad Cæsareum palatium in urbe Peckinga.

Opus hocce non tantum jucundum fore Botanophilis, sed utile simul & necessarium præsertim iis, qui in Indiis degunt, sine jactatione adfirmare possum, quod & idem censuit summus noster Magistratus. Hic quidem non absoluta edocetur Medicina, sed abundans proponitur & subministratur Pharmacopæa iis, qui illam exercent. Experimur enim quotidie non sine damno, Europæa medicamenta, quæ societas Indica quotannis non sine magnis sumtibus transmittit, maxima ex parte esse cariosa vel corrupta, nec ullo modo sufficere magnæ Europæorum turbæ, illorumve liberis, qui Indias inhabitant, & quamvis sufficienti quantitate ad nos transferantur, desunt ubique fere experti Medici & Chirurgi, qui propinare illa justo norunt modo.

Præterea satis superque notum est sapientem universi Creatorem omnibus regionibus sua tribuisse & largitum fuisse medicamenta, uti & in singulis regionibus Endemii grassantur Morbi, qui specificis suis & indigenis optime curantur herbis. Quicunque igitur aliquamdiu versatus fuit in Indiis, mecum fatebitur, notitiam & experientiam indigenorum istorum Medicamentorum perquam utilem & necessariam esse, uti & illa jam diu demandata fuit

4. *Bomen, daar de vrugten niet aan de takken, maar aan den stam, en zelfs aan de wortelen groeyen, gelyk* Nanca, *kleine* Blimbing Lib. 1. *&c.*

5. *Heesteren, wiens bladeren aan de spits een lange draad, en aan dezelve een vrugt gelyk onzen huysraad, hebben, gelyk 't* Kanneken-kruyt Lib. 7.

6. *Heesteren, uit wiens bladeren niet dan een groenzap te krygen is, 't geen nogtans de handen en nagelen onuitwisselyk rood verwt, gelyk de* Alcanna *doet* Lib. 6.

7. *Planten, daar men driederley bladeren aan een stok ziet, gelyk aan 't* Sesamum Indicum Lib. 8.

8. *Bomen, die uit hare takken wortelen in de aarde schieten, gelyk de* Mangi Mangi, *en* Waringen Lib. 4. *en* 5.

9. *Heesteren, die in plaats van een stam, met een dik houtagtig en bogtig touw langs de grond kruypen, of de bomen oplopen, gelyk doorgaans in 't* 7. *boek vertoond werden, diergelyke ik in Europa niet weet aan te wyzen, behalven den wynstok, en eenige kleine rysagtige Heesteren, die men tot prieelen gebruikt.*

10. *Bloemen en planten, die zonder kennelyk zaad altyt op een vreemde boom, en noyt uit de aarde voortkomen, gelyk in 't* 11. *boek alle de zoorten van* Angrec.

11. *Planten, die geschilderde bladeren hebben, en de gehele struyk een bloem gelykt, als daar zyn* Codiho Daun, Prada, *en* Majana Aurea.

12. *Planten, die op 't water dryven en leven, zonder dat hare wortelen d'aarde raken, gelyk het* Kiamban Lib. 11.

13. *Planten, die een gemengde natuur van steen en hout hebben, gelyk meest alle de Zee-boompjes in 't* 12. *boek.*

De fabuleuse, en nog niet onderzogte dingen bestaan meest in 't Lignum Longævitatis *of zwart* Lagondi, Lib. 6. *in de goude en zilvere bloemen op de Baliesche* Waringe *voortkomende*, Lib. 5. *in de boom, daar 't opregte* Calambak *of* Paradys-hout *van komt, die by nagt een helder ligt zou van zig geven, na het getuygenis der Chinezen, wanneer hy ryp, namentlyk met dat kostelyke hout beswangert is* Lib. 2. *In den Chineze boom* Goudong Lib. 3. *in* Gelala *beschreven, die jaarlyks op zekere minuyt, door de Astrologus bepaalt, zyn eerste blad zou afwerpen, het welk binnen een half uur geschieden moet, of de Astrologus werd gestraft, welke boom staan zoude in het Keyzers paleys tot Pecking.*

Dat nu dit werk, zonder roem te spreken, niet alleenlyk vermakelyk voor de curieuse Liefhebbers, maar ook dienstig en nut zal konnen wezen, inzonderheit voor die hier in Oost-Indien wonen, beeld' ik my vastelyk in, gelyk ook myne hoge Overheyt geoordeelt heeft: Hier werd wel geen absolute genees-konst geleerd, maar egter een ryke Apotheek voorgesteld den genen, die in de genees-kunst haar werk willen, en moeten maken; want wy ervaren dagelyks, niet zonder schade, dat de Europische genees-middelen, die d'E. Comp. jaarlyks met geen kleine kosten uytzend, of voor 't meestendeel veroudert, en bedorven, of lang niet genoeg zyn voor den groten hoop der Europianen, en hare kinderen, die in Indien wonen, en zo ze dan nog al in genoegzame quantiteyt gezonden wierden, zo hebben wy over al niet bequame Doctoren en ervare Chirurgyns, die dezelve konnen appliceren.

Boven dat is genoegzaam bekent, dat de wysheit des Scheppers alle landen met haar eygene genees-middelen voorzien heeft, gelyk ook alle landen hare eygene en byzondere ziektens hebben, die door haar inlantze middelen moeten genezen worden: een yder dan, die in Indie verkeert heeft, moet met my bekennen, dat de kennisse en onderzoek van Inlandze genees-middelen ten hoogsten van noden zy, gelyk dezelve dan ook al lang door de Edele Heeren Bewinthebberen der Oost-Indische

fuit quam maxime a Nobilissimis Societatis Indicæ rectoribus illis, qui hanc profitentur artem & scientiam.

Ego itaque pro virili thesaurum hunc publicæ dedico saluti & commodo, qui mihi haud parvo constitit labore, tædio, ac sumtibus, hoc tamen ipsum gaudium & voluptatem mihi adferet, si intellexero, Lectoribus placere, incitabitque me, ut reliquas meas chartas de Animalibus terrestribus, äereis, & marinis, ut & de Conchyliis & Mineralibus, quæ in hisce inveniuntur insulis, si Deus mihi vitam porro largiatur, in ordinem redigam, atque in publicum emittam.

Dum vero nova quædam, quum Herbarium hoc jam esset elaboratum, ad meam pervenere notitiam, quæ antea mihi fuere ignota, de quibusdam scilicet herbarum qualitatibus, nec mihi integrum esset capita continuo mutare vel denuo describere, hinc potius forma Appendicis ea suo subjunxi capiti, quæ Lector ita æstimabit, acsi ipsi textui forent inserta, unde factum fuit, ut quædam capita non tantum aucta, sed & etiam mutata, & correcta sint, ita ut appendix illa operis transcriptione textui sit inserenda.

In quibusdam locis quædam addidi, quæ ad ipsam plantarum historiam non pertinent, sed forte fortuna irrepserunt, ut & simul illorum notitiam Lector habeat, si ob inbecillitatem summamque senectutem promissos subsequentes libros perficere non daretur.

Denominationes locorum, in quibus ipsæ proveniunt plantæ, explicare quodammodo debeo, totam enim Indiam divido in Indiam veterem, & Indiam aquosam. Vetus India ex vulgari usu iterum dividitur in Indiam intra Gangem, hodie Indostanam dictam, & in Indiam extra Gangem, quæ reliquam complectitur Asiæ majoris partem, ab orientali Gangis parte usque in mare, in qua sitæ sunt Bengala, Aracana, Malacca, Siama, & Cambodja &c. Per Indiam aquosam intelligo caeteros Indiæ tractus ad partem Australem & Orientalem Malaccæ sitos, ex innumeris majoribus minoribusque insulis constantes, ubi Lingua Malaiensis in vulgari est usu, licet quævis insula suas & alias vernaculas adhibeat linguas.

Aquosa hæc India incipit a Sumatra per Javam & reliquas majores insulas in longo tractu ad Orientem sese extendentes, quem *Julius Scaliger* lepide mundi palpebram vocat, seque dein inflectit cum insulis ad Eurum sitis ad Borealem Septentrionalemque partem, quique per Moluccas transit, & versus Septentrionem terminatur in insulas *Philippinas* seu *Manilhenses*. In extrema hac India aquosa versus Orientem sita sunt tria inperia, Amboina, Moluccæ, & Banda, quæ ad Orientem terminantur, & a mari Australi separantur terra, *Nova Guinea* dicta, quæque arbores etiam transmisit ad hujus operis perfectionem, uti inter alia id patet *Libr.* 2. in Capite de *Massoy* cortice.

Monendi porro sunt Lectores, quo modo Barbara nomina Latinis litteris expressa, sint pronuncianda, vocalis nempe *U* pronuncianda est ut *Oe* Belgarum, vel instar Germanorum *U. Tsja* legendum est ut Germanorum *Tscha* vel Portugallorum *Cha*. Si in Sinensibus vocabulis linea transversalis ut *ā*, per nasum pronuncianda est tanquam *U-g* adesset, uti Galli faciunt in omnibus istis verbis, quæ cum *X* terminantur, vel Hebræi, Arabes, & Aethiopes cum littera *Ain*. Reliqui accentus, qui *Circumflexi*, *Graves*, & *Acuti* dicuntur, atque quibusdam in locis supra nomina sunt notati, notam gerunt pro-

dische Compagnie wyzelyk gerecommandeert is aan die geen, wiens ampt en professie zulks is.

Ik, voor my, offere dit myn gering talent voor 't gemene best, het welk my geen kleine moeyten, onkosten, en verdriet veroorzaakt heeft, en my egter tot lust en vermaak dienen zal, als ik verstaa, dat het den Lezer eenig genoegen geeft, ook my aanporren, om myne andere Cartabellen, *van land, lugt, en Zee-gediertens, hoorentjes, schulpen, en mineralen, die men in deze Eylanden vind, zo my God 't leven spaart, in order te brengen, en de wereld mede te delen.*

Terwyl nu, na dat dit werk al in 't net gecopieert was, my nog eenige dingen ter kennisse zyn gekomen, die ik te voren niet geweten heb, aangaande vele en merkelyke eygenschappen der kruiden, en 't egter my in deze staat niet mogelyk was de Capittelen t'elkens te breken, en te hermaken, zo heb ik dezelve dingen agter aangevoegt, in maniere van byvoegzels, op yder Capittel, die den Lezer dan gelieve aan te nemen, als of het den regten text was, dewelke in zommige Capittelen daar door niet alleen vermeerdert, maar ook dikwils verandert, en verbetert word, zo dat men dezelve verbetering by verschryving van 't werk in de text zal moeten invoeren.

Hier en daar heb ik ook eenige dingen ingemengt, die tot de Historie der planten niet dienen, maar by gelegentheit daar in geslopen zyn, op dat den Lezer daar van kennisse mag hebben, indien ik, wegens myne swakheit en ouderdom de voorsz. beloften van de resterende boeken niet vermogens mogt zyn te voldoen.

In 't benamen der plaatzen, daar de planten wassen, moet ik my ook wat verklaren; want geheel Oost-Indien veerdeel ik, in oud-Indien, en water-Indien: Oud Indien werd na 't gemeen gebruik wederom verdeelt in Indiam intra Gangem, *beden Indostan genaamt, en* Indiam extra Gangem, *begrypende het resterende deel van groot Asia beoosten de Ganges tot aan de Zee toe, daar in Bengale, Aracan, Malacca, Siam, en Cambodia &c. leggen. Door water-Indien verstaa ik 't resterende deel van Oost-Indien, bezuiden en beoosten Malacca gelegen, in ontelbare grote, en kleine Eylanden bestaande, daar de Maleytse taal in 't generaal gebruikt word, hoewel yder Eyland in 't bezonder nog verscheide Inlandse en eygene talen heeft.*

Dit water-Indien begint van Sumatra, door Java, en de resterende groote Eylanden, in een lange ryg na 't Oosten strekkende, dewelke Julius Scaliger *aardig de oogleden des werelts noemt, en kromt zig daar na met de Zuyd-ooster Eylanden naar 't Noorden, en Noortwest, door de Moluccos, en eyndigt in 't Noorden met de* Philippinse *of* Manilhase *Eylanden. In den uitersten hoek van dit water-Indien naar 't Oosten, zyn gelegen de drie gouvernementen, Amboina, de Moluccos, en Banda; dewelke na 't Oosten besloten, en van de Zuyd-Zee afgescheyden werden door 't land, 't gene men* Nova Guinea *noemt, en het welke al mede eenige bomen gezonden heeft tot opmakinge van dit werk, gelyk onder anderen* Lib. 2. *in 't Cap. van* Massoy *te zien is.*

Nog dient tot waarschouwing van den Lezer, hoe men de vreemde namen, die met Latynse letteren geschreven zyn, pronuncieren zal, te weten den vocaal U, *moet men uitspreken, gelyk den Nederlandse* Oe, *of der Hoogduytschen haar* U. Tsja *moet men lezen, gelyk de Hoogduytsche* Tscha, *of de Portugezen* Cha. *Als in de Sineeze namen een zulk dwers streepje staat, gelyk ā, moet men door de neus pronuncieren, als of 'er een* U-g, *mede onder liep, gelyk de Francen alle die woorden, die met een* X *termineren, of de Hebreen, Arabiers, en Mooren met de letter* Ain *doen: De andere accenten, die men* Circumflexum, Gravem, *en*

pronunciationem, uti in scholis hoc docetur.

Icones a variis delineatæ sunt artificibus, quarum quædam majores, aliæ minores sunt, singulæ vero suo notatæ nomine, quas ipse nunquam vidi, sed a peritis cognovi, certiorque factus sum, satis cum ipsis convenire plantis, quid vero mutandum aliquando sit, ad ipsas notavi figuras vel in textu. Has autem Lector suscipiat tanquam satis fideles & jucundas, donec forte ab aliis corrigantur, vel meliores producantur, facile enim is percipiet, me in hisce oris ab optimis non instructum fuisse pictoribus, unde etiam me non puduit sæpius Lectorem, qui majores melioresque expetit figuras, ad alios remittere auctores, præsertim vero ad insignem sumptuosumque *Hortum Malabaricum* a nobilissimo Viro *Henrico van Rheede* nuper in lucem productum, sed cujus testimonio in paucis tantum uti potui capitibus, quum bini priores istius operis tantum tomi ad manus meas pervenere, & plerisque in Amboina ignotus est.

His igitur valeas; & si cognovero hunc meum laborem non inutilem nec ingratum fuisse, stimulum mihi addet, ut, quod supra promisi, reliquas etiam *Observationes* meas de Terrestribus, Aëriis, & Marinis Animalibus, Conchiliis, Mineralibusque, quæ in Orientalibus his occurrunt insulis, editioni adornem. Finem igitur præfationi huic inpono, libroque gratulor subsequentibus versiculis illum adloquens.

en Acutum *noemd, en hier en daar boven de namen geteykent staan, zyn van bekende pronunciatie, gelyk in onze schoolen geleert werd.*

De figuren zyn door verscheide Teykenaars opgemaakt, waar van zommige wat kleinder zyn, en yder met zyn naam onderteykend, dewelke ik wel nooyt gezien heb, dog egter van de omstanders verzekert wiert ten naasten by getroffen waren, en wat by yder te veranderen is, heb ik op de figuren of in haar Capittel genoteert. Den Lezer moet dezelve voor lief nemen, tot dat zy van andere verbetert werden, want 't is ligt te denken, dat ik in deze gewesten de beste Teykenaars niet gehad heb, dierhalven ik my ook niet schame den Lezer, die grooter en beter figuren wil zien, zomtyts naar andere Autheuren te wyzen, voornamentlyk na 't voortreffelyk en kostelyk werk den Hortus Malabaricus, *door den Ed. Heer* Hendrik van Rhede *onlangs in het ligt gebragt, dog dit kan ik maar in weinige Capittelen doen, vermits tot nog toe geen meer, dan 2 delen van dat werk my toegekomen zyn, waar van 't meeste deel in Amboina nog onbekent is.*

Vaart dan hier mede wel, en zo ik verstaa, dat dezen myn arbeyd aangenaam is, zal het my, gelyk boven gezegt heb, aanporren myne andere Observatien, *die ik nog onder my heb, van de land-, lugt-, en Zee-gediertens, Hoorentjes, Schulpen, Mineralen, Gesteentens &c. die in deze Oosterze Eylanden gevonden werden, ook te perfectioneren en bequaam te maaken, datze 't ligt mogen aanschouwen: waar mede ik myn boek geluk wensche, met de volgende veerzen 't zelve aansprekende.*



AUCTOR **** DE

AUCTOR

LIBRUM ADLOQUITUR.

Vade Liber, Batavas te per mare transfer in oras,
Amboinae peperit quem mihi pingue solum.
Jamque per Europae populos spatieris, & herbas,
Quas alit occulto terra benigna sinu,
Raraque & externis latitantia gramina campis
Detege; & Amboinae quot bona silva ferat.
Sed tamen invidiae dentes sperare memento,
Telaque quae quondam sint nocitura mihi.
Nam quaecumque tibi Lectorum turba manebit,
Judicium de te perferet illa suum.
Aut tibi nasuti, qui carpunt omnia, Momi,
Tetrica Censorum vel subeunda nota est.
Atque aliquis vani foetum te forte cerebri
Dictitet, e manibus rejiciatque suis.
Hos igitur scopulos ut tutus vincere possis,
Consilio prudens utere, nate, meo.
Fac tibi ut Amstelia domus alta patescat in urbe,
Cui conmissa tua est, India Eoa, salus.
Et Procerum, quîs cura tui, pete limina supplex,
Auspicium tibi dent auxiliumque roga.
Ut tibi tam placido liceat considere portu,
Post maris & longae taedia multa viae.
Namque sub illorum imperio quae subdita terra est,
Illa tibi vitam patria prima dedit.
Sumtibus illorum, nostraque politus ab arte
Cum venias, faciles dic meruisse lares;
Et privata refer, quantum tibi commoda, quantum
Publica debebit, si tibi vita, salus.
Teque quis Herbarum, monstrare, domesticus usus,
Quaeve sit ad medicas commoda planta manus.
Fabula quos gentis juvat admiranda remotae,
Ut tibi narretur plurima, muta licet.
Praesertim densis quae mittat aromata silvis
Amboina, & celso gramina monte ferat.
Illa Dei auxiliis Amboina, armisque virorum
Fortibus imperio subdita, Belga, tuo!
Non tamen haec propriae tibi sint praeconia laudis,
Ut cedro aut hedera tempora cincta geras.
Nativa si dote places, laudaberis ultro,
Conprobet arbitrio cetera quisque suo.
Lectorem tamen ante roges, ut fronte benigna
Et tua cum venia volvere scripta velit.
Nec notet errores, auctor quia luminis expers
Non oculos potuit, non adhibere manus.
I nunc, & patrios quondam rediture penates
Ad dominum cultu splendidiore veni.
Sic senio cani laetentur ut ante capilli,
Detur ad aetherias quam remeare plagas.

DE AUTHEUR

TOT HET BOEK.

Gaat nu myn Amboinees na Hollands-kust verzeylen,
En aan Europaas-volk u kruyden mede deylen,
Toont wat voor zeldsaam groen als nog verborgen is,
En nu ten voorschyn brengt d'Amboinsche wildernis,
Maar weet daar zullen pen en tongen in de weer zyn,
Waar van ik t'zyner tyt wel voelen zal de weerpyn;
Een ieder die u leest, zal zyn een oordelaar,
Gy zult ontmoeten gunst en spotten door malkaar,
Het scherp geneusde volk, dat zal u zeeker klouwen,
En ieder blad van u met Nota-beens benouwen,
Dan spreekt 'er nog wel een, wel wat een misgeboort,
Wie heeft in Kruyde-konst zo slegten praat geboort?
Ik weet als dan geen raad u beeter voor te dragen,
Dan dat gy stiltjes gaat 't Oost-Indisch huys bevragen,
En werpen u in d'arm van onze Overheyt,
By wien 't geheel bestier van ons Oost-Indien leyt,
Smeekt dan haar Edelheens, op dat gy werd genomen
In haren scherm en gunst, dewyl gy zyt gekomen
Uyt 't land van haar bewint, en op haar kosten zyt
In deze form gebragt door myn gepleegde vlyt,
Zegt dat gy dienen komt voor zo veel duyzent zielen,
Die onder haar gezag hier in het Oosten krielen,
Aan wien gy leert wat nut in ieder plante zy,
Waar toe s'in huyswerk diend; waar toe in d'Artzeny;
Een ander Edel' Geest, die tragt nu vreemdigheden
Te hooren of te zien, kan hier zyn tyd besteden,
En door u stomme leer een kenner worden van
De Kruyden, die van hem zyn wonder ver van dan,
Hier vind hy, wat al raars Amboinâs hoge bergen,
En 't digt geboomde bos voor Specery verbergen,
Met andere wond'ren meer, Ambon door Godes hand
En wapenen gehegt aan 't vrye Nederland.
Nogtans wil ik hier me myn werk niet zelfs uytstryken:
Want daar goe wyn is, moet men na geen kransen kyken:
Dierhalven alles in des Lezers oordeel stel,
En spreken laat, of 't werk is qualyk ofte wel,
Dog, uwen Lezer moet gy vriendelyk verzoeken,
Dat hy ten besten neemt de foute van u boeken,
Verhaalt hem, dat u heeft een droeve lange nagt
Met een geleende pen en oogen voortgebragt;
Gaat dan, en als gy hebt een nieuw kleed aangenomen,
Zo wilt te zyner tyd blymoedig wederkomen,
Verheugt myn gryze kruyn, en myn vervallen stant,
Eer dat ik reys van hier na 't Euwig Vaderland.

Was getekent

G. E. RUMPHIUS.

LIBER AUCTORI RESPONDET.

ILle ego, ab ingenii foecundo ſemine natum
 Quem peperit mater charta deditque tibi;
Sex tibi luſtra mei faſtidia longa tulerunt,
 Nam totidem fueram cura laborque tuus,
Ante mihi licuit quam formam habitumque dediſſe:
 Tunc tibi privato carcere clauſus eram.
Nunc tandem in dias ſum luminis editus oras,
 Veſte licet videar ſordidiore tegi.
Sed mihi quid proſit ſpecioſo incedere cultu?
 Quum non fucata detur ab arte decus.
Cumque ego Naturae miranda arcana recludam,
 Ibit in adplauſus orbis eatque meos.
Ad Batavum pulchras igitur properabimus oras,
 Amboinae ut pateat Flora quid Inda ferat.
Gloria ſi ſummi celebretur Numinis inde,
 Publica ſi creſcant commoda, lauſque tibi:
Deſpiciam populi ludibria vana maligni,
 Et quidquid livor rodere tentet iners.
Namque ea magnorum merces non rara virorum,
 Invidiam factis qui meruere ſuis.
Et quîs cura bonae producere ſemina mentis,
 Aut generi humano conſuluiſſe labor.
Nomen & ad ſeros ſcriptis proferre nepotes,
 Hos rabido ſemper, Zoïle, dente petis.
Quos tamen alterius vigiles mordere labores,
 Et famam opprobriis dilacerare juvat,
Ipſi deſidia & turpi marcere veterno
 Digna nec aeterna promere laude ſolent.
Quin igitur Momi nigro ſuffuſa veneno
 Lingua nihil ſcriptis eſt nocitura meis.
Nam Maecenatum faveat ſi gratia, quorum
 In prima titulos pagina fronte gerit;
Invidia obſcuris caput occultante tenebris
 Poſt tua, crede mihi, fata ſuperſtes ero.
Tunc quoque, Teutonici tibi quod tribuere Poëtae,
 Nomine te dignum quiſque fuiſſe feret.
INDICUS in cunctis celebrabere PLINIUS oris,
 Et gens in titulos omnis itura tuos.
Jamque Vale: & ſi quid poſſint mea vota preceſque,
 Dii tibi dent Pylii vivere ſecla ſenis.
Aut ſaltem haec praelo videas data ſcripta ſuperſtes,
 Nec tenebris lateat pars quoque magna mei.
Et quae plura valens oculis, vel lumine captus,
 (Pro dolor!) in lucem mittere certus eras.
Sic moerens Europa ſibi te flebit ademtum,
 Et cineri lacrimas tota datura tuo.

Ex utroque vernaculo carmine Latina paraphraſi interpretabatur

PETRUS BURMANNUS JUNIOR.
Hiſtor. & Eloq. Profeſſ. in Acad. Franeq.

HET BOEK BEANTWOORD DEN AUTHEUR.

IK u Papiere-kind, waar van gy dertig jaren
Beſwangert zyt geweeſt, om alles te vergaren
Tot myn volkomentheyt, zo lang 'k by u alleen
Verborgen ben geweeſt, tot dat nu, op gebeên
En veel verzoeks van vreemde Kruyden-minnaars, even
Als met myn eene voet, ten vollen dog beſchreven,
In 't licht begin te treen, hoewel in ſlegt gewaat,
Dog 't kleed maakt niet de man, g'lyk 't anders dikmaals gaat,
Want door dien dat ik weet, dat veele wonderheden
In myn beſloten zyn, die eerſt haar eerſte treden
Uyt haar verborgentheen in 't ligt des Werelds doen,
Wil ik, 't zy waar ik kom, daar door niet aârs vermoen
Dan gunſt, dies vaar ik heen na Neerlands ſchone Kuſten;
Om daar te tonen wat voor Kruyden hier beruſten
In dezen Ooſterhoek, des Werelds Nagelhof
Ambon, 't geen ik vertrouw den grooten Godt tot lof
Zal ſtrekken, u tot eer, en het gemene beſte,
Waar op van nu af aan myn hoop ſtantvaſtig veſte,
En ganſch niet agten wil der laſt'raars ſchimp en ſpot.
Terwyl zulks altyt zy het algemene lot
Der geener, die iets raars en loffelyks voor de menſchen
Vertonen in geſchrift, en zo, 't geen veele wenſchen
Te weten, halen uyt het diep der duyſterheyd,
En ieder weten doen met een duurzame vlyt.
Dog aangezien, dat die dus ſcheppen haar vernoegen
Om vreemde ſchriften met haar laſter te door ploegen
Of noyt, of zelden iets pryswaardigs voor den dag
Te brengen weten, is 't dat Momus niet vermag
Met zyn fenynig ſpogh op my, neen ik zal leven,
En door Patronen gunſt den Momus nog doen beven,
Voor my, als zynde door die Heeren onderſtut,
Aan wien myn opdragt luyd, en dus genoeg beſchut,
Als dan na weynig tyts zult gy door my betoonen,
Dat waardig zyt de naam u door Apollos Soonen
In 't duytſe Roomſche Ryk voor lang al toegewyd,
Dat gy de PLINIUS DER INDIANEN *zyt;*
Hier mêe zeg ik vaar wel, den Hemel wil u geven
Een Neſtors ouderdom, in 't minſt zo lang het leven,
Dat gy niet my alleen bekomen meugt in druk;
Maar ook myn ander helft, en alles tot een ſtuk,
't Geen u volleerde breyn, zo voor als na het miſſen,
Van u gezigt (ô ramp!) de Wereldt op te diſſen
Bedagt heeft, als wanneer met een gemeen beklag
Europa uw' verlies zal ſmerten nagt en dag.

J. D. S. HAFNIENSIS.
Clercq van den Autheur.

EPIGRAMMA

IN OPUS BOTANICUM

Celeberrimi G. E. RUMPHII.

Mirandum lumen, visus cui lumen ademptum

Luminis excelsi, nomen habere probat.

Hic, Rumphi, cumulas opus admirabile, solers,

Dum stirpes raras detegis hujus humi.

Curre per historias, quis nam reperitur in orbe,

Externas, patriae qui sonet hosce modos?

De quonam studio descripta est India, tanto,

Haec Orientalis: caulis & utilitas?

Quis fructus varios vel frondes arboris una

Usu cum fructu; tradidit effigie!

Quis medicinales Amboinae protulit herbas?

Quarum praecellens visque vigorque valet.

In summa raras nullus quas edidit, orbi

Res, opus hoc magnum, suggerit arte proba.

Perscrutaris adhuc variis conchylia formis,

Cancrosque & curvis ostrea litoribus:

Multiferi sexus pisces, Animalia, monstra,

Ac volucres calamo perpetuoque notas.

Hinc luces, quamvis privatus luminis usu,

Lumen in aeternum lucet, honore simul:

Jure appellaris perdoctus *Plinius Alter*,

Et superas ipsum fertilitate tua.

Mirandi coeci semper laus vera manebit


Nec, nisi cum mundus concidet ipse, cadet.


D. D. D.

DANIEL FRIDERICUS DOPNER.

Regiomont: Borussus.

Op





EFFIGIES
GEORGII EVERHARDI RUMPHII, HANOVIENSIS ÆTAT^{s}: LXVIII.

Cæcus habens oculos tam gnavæ mentis acutos,
Ut nemo melius detegat aut videat:
RUMPHIUS hic vultu est Germanus origine, totus
Belga fide et calamo: cætera dicet opus.
ex tempore posuit — *N. S. Gub: Amb:*

OP HET AMBOINS KRUYDBOEK,

VAN DEN WYZEN EN HOOG-GELEERDEN HEER

GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS;

Oud Coopman en Raadsperzoon in AMBOINA, en onder den naam van den Indischen PLINIUS, Lidt van 't Illustre Collegie der curieuse en nieuwsgierige ontrent natuurlyke zaken, in 't Duytsche Roomsche Ryk opgerigt.

DEn aardboom zag wel eer een wolk van oog-getuygen
En Schryvers, die met roem beschreven Kruyd en Plant,
Of Heesters, zo zy door Natuur in ieder Landt
Zyn voortgebragt, ten dienst van die, daar 't goed uytzuygen.

Men ziet dit heden nog, hoewel bedreven Geesten
t'Zaam bragten aan het licht, 't geen eerst verholen was
In 't diepste van het wout des Wereldts, dog wel ras
Deed opgetogen en verwondert staan de meesten.

d'Een schreef dan 't geen Europ', een ander 't geen het Oosten
Of 't Westen dienstigst gaf, tot d'Heelkonst in zyn bosch,
De Kruyden zag men daar, 't geboomte met zyn mos
Vertoont aan die de Son nog swart nog geel kan roosten.

Maar 't vrugtbaar Amboins wout, zyn Heesters, Boom, of Vrugten,
Zyn Kruyden, of het Bosch, 't geen zig wel op de grond
Der Zeen te zien geeft, was tot heden niet gezondt
Beschreven, wel te regt mogt dan de Wereldt zugten.

Maar ziet den groten RUMPH, *berooft van 't ligt der oogen,*
Geeft hier den Wereldt ligt, hier breekt hy 't ys alleen,
Hier maakt hy 't geen wel eer verborgen was gemeen,
Ten eynde men niet blyv' onkundig of bedrogen.

Wie zal dan hier zyn hooft, wie niet zyn hair verzieren
Met een gevlogte Kroon van Lauren? wie zyn naam
En lof niet over al verbreyden, daar de Faam
Met haar Claroen, dien Man maar kan doen zegenvieren?

***** Dog

Dog hier voor ſtaa 'k verſtomd, uyt vrees, dat ik in 't roemen
Van 't geen dat Licht verdiend, zyn luyſter door myn veer,
Of digt beſwalken mogt, ik agt dit werk te teer,
't Paſt anderen om volmaakt de naam van RUMPH *te noemen.*

Godt gun dien PLINIUS *een langer reeks van jaren:*
Op dat hy meer en meer zyn wond'ren maak bekend,
Hy geev' hem dubbel Ligt, en kragten in een lent
Des Levens, en hier na ten Hemel op te varen.

FRANCISCUS VALENTYN.

Verbi divini Miniſter Amboinenſis.

OP DE AFBEELDING VAN DEN HEERE JOANNES BURMANNUS,

Medicinae Doctor, en Profeſſor des Kruitkunde in de Geneeskundige Amſteldamſche Tuin; Medelidt van het Keizerlyke Queekſchool der onderzoekers van de Natuurkunde.

DE *groote Zoon des grooten Vaders*
Is hier na 't Leven afgebeeld,
In wien al vroeg, door 't bloet, en d'aders,
s'Mans deugd, en yver, heeft geſpeelt;
De Ziektens vlugten voor zyn Kruiden,
De Doot verſchrikt op s'Mans gezicht,
Wyl ik, en duizenden van Luiden
Aan Hem den welſtand zyn verplicht:
Zyn kennis in uitheemſche Planten,
Munt uit, in 't zeſtal folianten.

ADRIAAN VAN OMMERING
JACOBS ZOON.

BENE-

BENEVOLIS

LECTORIBUS,

REIQUE

HERBARIAE

LEGITIMIS CULTORIBUS

S. D.

JOANNES BURMANNUS.

SUperfluum opinor prolixam huic operi praefigere praefationem, quum ipſe Auctor luculenter ſatis operis ſui praeſtantiam Lectoribus commendaverit, &, quid eo contineatur, in proemio explicuerit.

Mirari autem licet, vaſtam adeo ſcripturae, atque chartarum molem, tam diverſos ac varios Naturae foetus continentem in elegantem adeo ordinem, ſibique ita conſtantem ac convenientem a viro plus quam ſexagenario, viſuſque ſimul uſu orbato digeri potuiſſe, unde Auctorem hunc fuiſſe conſummatiſſimum plantarum ſcrutatorem atque peritiſſimum earum obſervatorem unicuique ſatis liquido conſtabit; immo a fide digniſſimis hominibus tum temporis illas terras inhabitantibus ſaepius relatum audivi hac in parte adeo ſagacem hunc ſummum fuiſſe virum, ut licet ex remotiſſimis Indiae plagis exoticae atque omnibus penitus incognitae ad ipſum jam lumine captum adducerentur plantae, earumve folia, fructus, vel ſemina, ex odore, ſapore, forma, aliiſve qualitatibus detegere ac dignoſcere potuerit, ad quodnam genus vel claſſem tales pertinerent plantae, ſtupendâ ſane ac prae reliquis omnibus excellenti profecto peritiâ & perſpicacitate.

Fateor equidem non ita exacte noſtrum *Rumphium* ſemper florum fructuumque partes fructificationem conſtituentes more Botanicorum obſervaviſſe, quaeque hiſce conveniunt conjunxiſſe, diſſimiles vero ſeparaſſe, atque juxta certum Syſtematicum ordinem ad ſuas revocaſſe familias: Sciant autem L. B., uti & ipſe profitetur Auctor, virum hunc a juventute ſua a parentibus ad hanc deſtinatum haud fuiſſe ſcientiam, nec doctorem in hac arte peritum audiviſſe, ac proinde non fuiſſe Botanicum, ſed naturæ quaſi inſtinctu & ipſo ſuo genio ad naturalis hiſtoriae ſcientiam propenſo ductum inter alia ſua munia hanc exercuiſſe artem, ſibique adquiſiviſſe cognitionem plantarumque peritiam, unde & a rigidorum nimis Criticorum, ſeveriorumque Syſtematicorum cavillationibus, opprobriiſque illorum, qui adductis ſaepe ſuperciliis invidioſoque vultu aliorum ſcripta excutiunt & carpunt, immunem fore hunc noſtrum Auctorem autumo, veniamque inpetraturum me ab iis confido, qui, licet errores quoſdam detegant, candido tamen ac cordato animo conſiderant, me ſubceſivas tantum horas a Praxi & publicis muneribus vacuas huic inpendiſſe auctori exornando, nec omnia ita inveſtigare me potuiſſe ac alii, qui otioſam agentes vitam per totum diem hiſce vacare valent ſtudiis, & nullas fere alias niſi has tuentur partes.

Omnes porro plantarum icones non ita penitus omnibus ſuis partibus fuiſſe abſolutas lubens con-

Aan de Goedgunſtige

LEZERS,

En waare Oeffenaars des

KRUYDKUNDE

Wenſcht veel heil

JOANNES BURMANNUS.

IK agte het overtollig een lange Voorreden by dit werk te voegen, wyl den Auteur zelve dit verrigt heeft, en in zyn vooraffpraak den inhout van het werk, als mede deszelfs voortreffelykheit beweert en aangetoont heeft.

Het is dog zeer te verwonderen, dat zo een menigte van ſchriften en papieren, die zo veel verſcheide Schepzelen des natuurs bevatten, in zo een goede order zig zo gelyk en zo wel gepaſt, hebben kunnen by een gebragt werden van een Man reeds over de zeſtig jaaren, en daarby van zyn gezigt ontbloot zynde, waar uyt ook aan een yder ligt blyken zal, dat deeze Schryver moet geweeſt zyn een zeer neerſtig onderzoeker der Kruyden, en ook teſſens een zeer groot kender van dezelve, ja ik heb van geloofweerdige Menſchen toen ter tyt in die Landen gewoont hebbende meer als eens hooren getuygen, dat deeze groote Man zo kundig en bedreven was in dit werk, dat ſchoon uyt de verſt afgeleegene deelen van Indie hem toen al van zyn gezigt in het dagelykze ligt berooft zynde vreemde planten, die aan alle andere menſchen onbekent waaren, wierden toegebragt, ja zelfs ſlegts derzelver blaaden, vrugten, ofte zaaden, hy uyt de reuk, ſmaak, gedaante, ofte andere hoedanigheden, wiſt te ontdekken en te oordeelen, tot welk geſlagt ofte zoort zodanige gewaſſen behoorden, waarlyk een zeer verwonderingsweerdige en boven alle andere uytmuntende kennis en doorzigtigheit.

Ik beken wel dat onze RUMPHIUS *niet altyt naauwkeurig de deelen van de bloemen en de vrugt tot de voorteeling dienende heeft in agt genomen, en die in deeze met elkander overeenkomen t'zamen gevoegt, die daar in verſchillen, afgezondert heeft, en dezelve volgens een zekere Syſtematice order na gebruyk der Kruydbeſchryvers tot hunne geſlagten ofte familie gebragt, dog de Goedg. Lezer moet weeten, zo als den Auteur zelfs betuygt, dat hy van der jeugt door zyn ouders tot die ſtudie niet is opgeleyt, ofte daar in een meeſter gehadt heeft, en derhalve geen Botanicus is geweeſt, maar als door ingeve van de natuur, en zyn byzondere genie tot de kennis van de natuurlyke weetenſchap zeer overhellende en genegen zynde, onder zyn andere bezigheden en beroep deze wetenſchap geoeffent, en voor zig ook die kenniſſe en ervarenheit der gewaſſen verkregen heeft, waarom ik ook vertrouw, dat hy zal bevryt blyven van de beriſpingen der ſtraffe bedillers, en van het verwyt der ſtrenge Syſtematici, die alles tot een naauwer ordre brengen, als mede van de zodanige, die met een donker weezen en neydig oog andere hun ſchriften inzien ende ziften; gelyk ik my ook verbeelde, dat ik verſchoning zal vinden by die geene, die ſchoon eenige miſſlagen gewaar werden, met een billyk oordeel en redelyk gemoet zullen overwegen, dat ik tot dit werk te voorſchyn te brengen ſlegts myn afgebrookene uuren van de Practyk en myne bedieningen ledig zynde beſteedt hebbe, en alles zo naauwkeurig niet heb kunnen nagaan als andere, die geen andere bezigheden hebbende den ganſchen dag aan deeze ſtudie zig kunnen overgeven, en genoegzaam niet anders als deeze kunſt behartigen.*

Dat ook alle de Figuuren der planten met al hun deelen niet geheel en altoos wel uytgewerkt zyn, moet ik mede toe-

ſtaan,

concedo, considerent autem quaeso, L. B. animoque perpendant aequo, id ab auctore omnino fieri non potuisse, primo quod plurimae in *Herbario* hoc contineantur arbores & plantae, quae rarissimae, ac semel tantum visae, ex remotissimis insulis, summis montibus, inperviis saepe rupibus & litoribus, immo ex horrendis desertis, densisque silvis petitae, non isto tempore flores suos simulque fructus conspiciendos exhibuerint, adde quod & arbores in inmensum saepe extensae, & supra reliquas caput comamque extollentes adscensum penitus negent, florumque suorum ac fructuum collectionem inpediant; quo accedit insuper, quod rarissimi in barbaris illis terris periti inveniantur pictores, qui omnium ac praesertim minimarum partium ad fructificationem pertinentium rite observent adtributa, earumque distinctiones, & proportionem, unde & defectum hunc tam ex ipsa auctoris descriptione, quam ex aliorum figuris, si occurrant, benevolus ac propitius supplebit Lectorum & fautorum animus.

Monendum simul est, non singulis capitibus plantarum icones fuisse adjectas, quum quaedam in hoc opere desideratae fuerunt, quod amanuensium forte incuriae adscribendum puto; omnes vero, quas ipsi insertas inveni, quanta id fieri potuit cura, aeneis tabulis insculpi curavi, ita ut deficiat nulla, quae usui esse possit, sicuti & additae sunt insectorum quaedam figurae, quae simul cum arbore vel planta, unde alimentum suum hauriunt, vel in qua nidulantur, in textu describuntur; optandum vero esset, ut reliquae auctoris chartae de animalibus terrestribus, äeriis, & marinis huic operi simul essent adjectae; an autem illa *Animalium Historia* a sene nostro ante supremum suum diem ad finem sit perducta, ultimaque ipsi inposita manus, ignoro, unde si privatis alicujus laribus prematur, in publicum prodire jubeat, ex communi historiae naturalis peritorum voto obnixe rogo.

Quae porro huic operi exornando & inlustrando addidi, paucis expediam, primo quantum fieri mihi potuit e vernacula nostra seu Belgica lingua, quae barbaris saepe vocabulis atque incondito sane & quasi Indico stilo ab amanuensibus fuit exarata, auctoris textum Latina civitate donavi: in qua interpretatione sollicita cum cura inprimis adtendi, ut auctoris sententiam & mentem religiose sequerer & servarem, dein addidi simpliciter separatarum partium explicationem, quae in tabulis exprimuntur, non autem in textu explicantur vel denotantur; observationes etiam quibusdam in locis adjeci, si comperirem easdem ab aliis auctoribus jam fuisse detectas vel descriptas, vel etiam illarum species jam esse notatas, genericumque simul notavi nomen, ut, quibus majus datur otium, & ulteriore tenentur desiderio, ad classes immo ad ipsas quoque species revocari possent, praesertim quum *Rumphius* adpellationes suas plantarum et arborum juxta Indica construxerit nomina, illasque denominaverit: Indices autem hisce tomis nondum adjeci, quum majus commodum adlaturum putem, si absoluto prius opere generalem ultimae parti subnectam Indicem, vel uti Cl. *Commelinus* in Hortum Malabaricum *Floram* conscripsit *Malabaricam*, sic & in hunc auctorem *Floram* componam *Amboinensem*, ut si quaedam omissa vel errata inveniam, illi simul florae inseram, eaque corrigam.

Si

staan, dog de goedg. Lezer gelieve te overweegen, en met een onpartydig gemoet toe te stemmen, dat dit geheel en al buiten het vermogen des Schryvers geweest is, voor eerst om dat in dit Kruydboek *zeer veel gewassen gevonden werden, die zeer zeldzaam zyn, en waar van zommige maar eens slegts gezien zyn, die uyt de verst afgelegenste Eylanden, van de hoogste bergen, en bykans ontoegankbaare klippen en stranden, ja zelfs uyt de huylende wildernissen en digte bosschen gehaalt zyn, en op die tyt niet altoos hun bloemen en vrugten vertoonden, voegt hier by, dat zommige boomen zig zo ver en hoog uytbreyden en boven anderen verheffen, dat zy onmogelyk te beklimmen zyn, en weygeren haar bloemen of vrugten te laaten inzamelen, hier komt by, dat in deze vreemde gewesten zeer zelde goede en nette Schilders gevonden werden, die van al de deelen en voornamentlyk van de kleynste, die tot de voorteeling en bevrugteging behooren, ter deegen opmerken derzelver hoedanigheden, verdeelinge, ofte haar groote, waarom ook dit gebrek de goedg. Leezer uyt de text zelve, ofte derzelve Beschryving, ofte uyt de Figuuren van andere boeken, zo die gevonden werden, zal gelieve te vervullen.*

Ik moet hier nevens waarschouwen, dat agter ieder hoofstuk niet van alle de planten de figuuren voortkomen, wyl zommige in het werk niet gevonden zyn, het geen ik aan de onagtzaamheit der overschryvers toeeigene, dog alle, die in dit werk vervat zyn, heb ik met zo veel zorg, als het doenelyk is, zeer naauwkeurig in koopere platen laaten brengen, zo dat 'er geen een manqueert, die van nut, of dienst kan zyn, gelyk 'er ook bygevoegt zyn zommige afbeeldingen van bloedelooze dierties, die te gelyk met de boom ofte plant, waar op zy aazen ofte nestelen, in den text beschreven voortkomen, dog het was te wenschen, dat de overige schriften van deeze Schryver over de Land, Lugt, en Zee-gediertens agter dit werk gevoegt waaren, en of deeze Historie der Dieren *van onze oude Man voor zyn doodt ten einde gebragt en afgemaakt zy, weete ik niet, waarom, zo dezelve onder imant particulier mogt zyn berustende, verzoeke zeer vriendelyk uyt naam van alle de beminnaars des natuur-kunde, dat hy die gelieve in het ligt te brengen, en uyt te geeven.*

Het geen ik verders by dit werk tot deszelfs luyster en opheldering bygevoegt heb, zal ik thans met wynig woorden aanroeren; voor eerst dog heb ik, zo veel my doenelyk is geweest, uyt onze Moedertaal ofte het duytsch, het geen met zeer veel bastaart-woorden, en vreemde manier van spreken of op zyn Oostindisch, van de uytschryvers is opgestelt, des Schryvers text in goed Latyn vertaalt, zo veel my mogelyk was, dog wel voornamentlyk agtgegeven, dat ik den zin en meening van den Schryver zuyver mogt navolgen en behouden, daarna heb ik een eenvoudige uytlegging gedaan van de deelen der gewassen, die byzonder op de plaat verbeeldt wierden, dog in den text niet uytgelegt ofte aangewezen zyn, hier by heb ik op zommige plaatzen eenige aanmerkingen bygevoegt, als ik bespeurde, dat die gewassen by andere Schryvers waren in agt genomen ofte beschreven, of diergelyke zoorten van dat geslagt waaren aangemerkt, hebbende teffens den naam van zodanig een geslagt daar by aangewezen, op dat die geene, die meer tyt en lust hebben om die na te vorschen, dezelve tot haar verdere Classe ofte byzondere zoort zoude kunnen brengen; het geen ik daarom te meer gedaan heb, om dat Rumphius *zyn benamingen geformeert heeft na de Inlandsche naamen der boomen ofte der andere gewassen: Voor tegenswoordig heb ik geen registers agter deeze Deelen gestelt, om dat ik oordeel, dat het van meer dienst zal zyn, als ik op het einde dezes werks een generaal register agter het laaste Deel voege, ofte gelyk de beroemde Hr.* Commelin *op den* Hortus Malabaricus *gemaakt heeft zyn* Flora Malabarica, *ik ook alzo op dit werk beschryve een* Flora Amboinensis, *waar by dan teffens, het geen ik bevinde uytgelaten ofte qualyk gestelt te zyn, aldaar invullen en verbeteren kan.*

Wan-

Si porro in auctoris *Appendice* alicui capiti aliquid addendum invenirem, singulis suis capitibus subjunxi illa, quae ab ipso postea observata deprehendi, ex ejus *Auctuario* itidem totum aliquando inserui caput, si congenerem ibi offenderem arborem vel plantam, quae ad hoc pertineret genus, simulque adjeci quibusdam capitibus observationes, quas Doct. & Celeb. D. *Garcin* mecum super his arboribus communicavit, quas meis subjunxi adnotationibus, quae omnia in ipsius operis examine & perlustratione Lectores varia ad capita facile experientur & observabunt.

Magno satis mihi haec constitisse labore, multumque temporis subripuisse lubens concedo, non tamen haec tanti sunt momenti, quam ut hinc Meditationes Practicas vel ipsum omitterem studium medicum, vel ut invidorum nonnullorum calumnia aliis persuadere malevole conatur, ipsam hinc me negligere Praxin Clinicam, quin potius publice profitear subcesivis horis ac praesertim matutinis, in quibus alii aliis lucubrationibus ac praesertim debacchationibus magis dediti, & tamen Practici, vel ex naturali sua pigritia torpidi, & instar operariorum ob crumenam tantum hanc nobilem sordide tractantes artem, in lecto suo crapula saepe quasi submersi, vel desidia soluti decumbunt, refocillata ac pacata mente me hunc jam exantlasse laborem, antequam illi evigilantes stertere desinant; ita ut nullas perdam horas, quae Praxi exercendae destinatae vulgo censentur, atque aeque ac aliis ipsi etiam vacare & mihi datum sit, quae hic in transitu, licet quibusdam minus forte ad rem facere videantur, notare debui, ut calumniam malevolorum hominum, quos tamen parum curo, licet officiosis suis ac blandis salutationibus nos inescare conentur, & tamen quasi amici saepius nobis adstant in Medicorum consiliis, a me depellerem, aliisque candidioribus & cordatioribus persuaderem, vitam bene disponenti satis patere, & quamvis multum temporis sincerasque & abstractas saepe sibi vindicat Praxis Clinica meditationes, superesse tamen satis temporis, si rite id inpendatur, ad talia etiam studia excolenda, ac praesertim Nobilissimum illud ac simul utilitate & jucunditate praestantissimum Botanices studium, quod tam arcto vinculo cum ipsa Praxi connexum est, ut sine hujus cognitione Medicus feliciter, & ex voto artem suam exercere nequeat, ita ut necessitate sua ac mutua voluptate non Medicos a Praxi abstrahat, sed ultro ad ipsam quasi ducat Medicinam, unde has cavillationes, aliorumque socordium & invidorum Medicorum opprobria nihil gloriae & laudi apud sinceros & cordatos homines imminuere vel existimationi meae detrahere posse, quin potius augere illam, & majores mihi stimulos addere existimem, nec pluribus eos vel verbis vel argumentis refutare necesse est, sed illos tantum convincam *Plinii*, nostrique *Rumphii* exemplis, qui inter alia sua munia atque officia, licet a foro Botanico prorsus aliena, elegantissima tamen ac praeclarissima sua opera pertexere, & in medium proferre potuerunt, & tamen aeque, ac alii summa cum gloria & adplausu caetera sua exsequi potuerunt munera: ita ut, si propitia summi Numinis aura votis meis adspiret, viresque mihi largiatur, ut inter molestam Clinicae Medicinae exercitationem ad oblectamentum simul reliquas hujus operis partes elaborare valeam, tanta cum industria & cura in publico illas inpertiri adnitar, quanto cum desiderio & voto ab aliis expetitae fuere,

Wanneer verders in het byvoegzel *ofte de* Appendix *van* Rumphius *by een zeker hoofdstuk iets aangetekent was daar toe te behooren, zo heb ik het zelve agter ieder hoofdstuk geplaatst, het geen van den Schryver naderhant nog was ontdekt: Uyt zyn* Auctuarium *ofte* vermeerdering *heb ik ook dikmaals een geheel hoofdstuk overgenomen, wanneer ik bemerkte, dat het een zoort was van zodanig eén boom, die tot het zelfde geslagt behoorde, hebbende teffens nog eenige aanmerkingen, die de geleerde en kundige Heer* Garcin *my heeft medegedeelt, op zommige plaatzen by myne aanmerkingen gevoegt, welk alles den Lezer zelfs by het onderzoek en doorlezen van dit werk ligt zal gewaar werden en ontdekken.*

Dat dit my veel moeite en arbeyt gekost heeft, en ook veel tyts ontnomen, wil ik geerne bekennen, dog dit is van zo een groot belang niet, dat ik daarom myne overdenkingen, en de studie van de Medicynen vergeete, ofte gelyk andere benyders quaadaardig uytstrooyen, en aan andere eenvoudige tragten wys te maken, dat ik zelfs myn Practyk daar door verwaarlooze, ik moet derhalven hier in't openbaar betuygen, dat ik myn tyt hier toe bestede in myn ledige uuren, en voornamentlyk des ogtens vroeg, wanneer zommige anderen aan andere nagtkortingen en voornamentlyk aan de gastereyen meer overgegeven, en egter de Practyk oeffenende, of andere door aangebooren luyheit loch en dof zynde, of alleen als werklieden om hun beurs te maaken deeze eedele konst zeer slordig waarnemen, nog in hun bedt vatsig ofte half in den dronk nog bedwelmt leggende als luyaarts ronken, ik dan al met verquikte en onbenevelde herssenen deeze bezigheden waarneme, en eer dat zodanige voor den dag komen, dezelve al afgedaan hebbe, zo dat ik hier door van myn dagelykze uuren niets verlies, en met andere egaal de Practyk kan oeffenen; dit heb ik in't voorbygaan moeten aanroeren, schoon zommigen zullen denken, dit niet zeer ter zaak te dienen, om my van den laster van zodanige benyders en quaadaardige te verontschuldigen, welke ik egter weynig agte, al schoon zy my dikmaals door hunne nederige buygingen en vleyende complimenten de oogen zoeken te verblinden, en als groote vrienden my in de byeenkomst der Practicyns voorkomen, op dat ik aan andere opregter en eerlyker lieden mogt aantoonen, dat schoon de Practyk veel tyt en ook serieuse en bedaarde bedenkingen vereischt, evenwel nog tussentyts genoeg overig is, als men die wel besteet en aanlegt, om andere studie nevens die waar te nemen, en voornamentlyk de voortreffelyke en aangename kennisse der Kruydkunde, die met zo een nauwe bandt aan de Medicyne verknogt is, dat het onmogelyk is zonder deszelfs kennisse een gelukkig Practizyn te zyn, en na wensch die kunst wel te oeffenen, die door haare nootzakelykheit en onderlinge ontdekkinge en bevalligheit in plaats van een Practizyn van de studie der Medicynen af te leiden, daar veel eer die toe opwekke, en als van zelve tot de oeffening van de zelve aanleiding geve; zo dat ik door deeze lastering en verwyting van andere nydige Medicyns in plaats van myn roem en agting by eenvoudige en eerlyke lieden te verminderen, dezelve agte veel meer te zullen aanwassen, en my daar toe aantezetten, waarom ik my ook niet verder zal ophouden met zodanige door meerder woorden ofte redenen te wederleggen, maar om dit te bevestigen alleen aantoonen, en die overtuygen door het voorbeeldt van Plinius *en onze* Rumphius, *die tussen haare ampten en bezigheden, geheel geen overeenkomst met de Kruydkunde hebbende, egter zodanige voortreffelyke en heerlyke werken hebben kunnen uytvoeren, en voor den dag brengen, en teffens haare bedieningen nevens anderen met lof en luyster waarnemen, zo dat, wanneer de Almagtige my verders begunstigt met kragten en gezontheit te verleenen, onder de lastige waarneming des Practyks ik als voor een uytspanning de overige deelen dezes werks met zo veel oplettenheit en nauwkeurigheit zal tragten in het ligt te brengen, als de beminnaars van deze wetenschap en studie de twee eerste*

deelen,

fuere, mihi ex animo gratulabor, & satis mercedis accepisse videbor pro cura laborioso huic operi inpensa, si justis peritorum hujus scientiae precibus satisfiat, & illi, qui aliquam porro utilitatem humano generi salutarem adquirere sibi student, hoc non defraudentur thesauro. Interim L. B. hos priores operis Rumphiani tomos tanquam subsequentium prodromos accipe, inque tuos usus partim ad oblectationem, partim ad commodum tuum iis fruere, ut eo magis ex illis usum ac vires Indicarum harum plantarum disceres, simulque ad illarum cognitionem pervenire liceat, subsequentes autem exspectare te jubeo, quam primum reliquae tabulae eo pertinentes exornari & elaborari poterunt, dum interim spes me fovet, ut errores, qui forte in quibusdam irrepserunt locis, quemadmodum aberrare humanum est, benevolo animo ac faventibus oculis aequi Lectores praetereant atque emendent, in quo omine desino prospera quaevis & fortunata iis ex animo adprecans.

Valete.

Dabam XX Octobris MDCCXXXX. Amstelaedami ex Museo.

deelen, als een voorafgaaf der volgende zien te voorschyn komen, welke indien ik verstaa, dat met zo veel genoegen en toejuyging werden ontfangen, als veele met verlangen en genegenheit gewenscht hebben die te erlangen, zo zal ik my rekenen en agten voldaan te zyn voor de groote moeite en arbeydt, die ik aangewent en besteedt hebbe, op dat het verlangen van de leergierige en nieuwsgierige oeffenaars en kenners der Kruyden mogt voldaan werden, en die geene, die iets nuttigs en heilzaams voor het Menschelyke geslagt tragten te bezitten, daar van niet zouden versteken blyven; gebruyk onderwylen deze twee eerste deelen tot uw vermaak en voordeel, zo veel gy bevindt daar door te vorderen, om verders tot de kennisse en het gebruyk der Indische gewassen te geraken, en verwagt de volgende, zo dra het doenelyk zy, dat de overige plaaten daar toe behorende klaar gemaakt kunnen werden, hoopende, dat gelyk het menschelyk is te veylen; de misslagen die hier en daar mogten ingesloopen zyn, met een gunstig oog de goedgunstige Lezers, zullen overzien en verbeteren, waar meede ik eyndige, aan de Lezers alle heil en voorspoet met een genege hart toewenschende.

Vaart wel.

FRATRI CARISSIMO

JOANNI BURMANNO,

HERBARIUM AMBOINENSE

GEORGII EVERHARDI RUMPHII

In lucem publicam emittenti.

R*umphii* tandem Liber eruditi
Adſpicit lucem fugiens tenebras,
Quîs tot annorum ſpatio jacebat
Abditus ante.

Tantus aeternum latuiſſes atrâ
Nocte ſi preſſus labor, inde docto
Non levis jactura fuiſſes orbi,
Nec reparanda:

Nunc ubi prodit, frutices & herbas,
Quas ferax Amboina fovet, recenſens,
Chloridos cultoribus eſt daturus
Commoda cunctis;

Nec mori Auctorem patietur Indos
Inter Eoos, procul & remotos,
Cujus his ſemper quoque erit ſuperſtes
Nomen in oris:

Nam ſibi famam variis perennem
Et decus ſcriptis peperit, futura
Quae legens mirabitur, efferetque
Laudibus aetas;

Illud in primis opus has meretur,
Quod tuo, Frater, bene perpolitum
Editur jam nunc ſtudio, notisque
Amplificatum:

Suſcipis magnum, fateor, laborem,
Dignior ſed cui magis aut perita
(Abſit hinc livor) manus admoveri
Non potuiſſet:

Quippe non tantum validis fugare
Omne morborum genus & malorum
Doctus es ſuccis, miſerisque promptam
Ferre medelam;


Sed tibi flores etiam arboresque,
Quas loci profert ubicumque tellus,
Maximae primâ fuit a juventâ
Noſcere curae.

Hoc probat *Zeylanicus* aureusque
Ille *Theſaurus*, *Decadesque*, raras
Africae plantas quibus intuendas
Exhibuiſti.

Pluribus poſſem, mihi ſi liceret,
Laude te dignum celebrare, ſed non
Eſt opus verbis, documenta rerum
Sunt ubi praeſto.

Perge ſic artem medicam, ſimulque
Frater, herbarum ſtudium tueri,
Ut facis, vultuque meos benigno
Perlege verſus.

FRANCISCUS BURMANNUS
FRATRI.





JOANNES BURMANNUS Med: Doct:
Botan: Profess: Amstelæd: anno aetatis trigesimo.

Non haec effigies BURMANNI sculpta: sed ipsum
Arte Promethea vivere in aere vides.
Talis Paeoniis meditatur pellere morbos
Viribus, aut laetas Chloridos auget opes.
His oculis proavi, genitorque hac fronte renident.
Nil non egregiae pignora gentis habet.
Gaudeat Amstelidum longos Hygiea perannos
Huic tabulae carum composuisse caput.

JAC. PHIL. D'ORVILLE.

J. M. Quinkhard Pinxit 1736. J. Houbraken sculpsit Amst.

FRATRI OPTIMO, CONJUNCTISSIMO,

JOHANNI BURMANNO

Medicinae Doctori, & in Horto Amstelaedamensi Botanices Professori meritissimo

HERBARIUM AMBOINENSE

VIRI EGREGII

GEORGII EVERHARDI RUMPHII

E tenebris in publicam lucem vindicanti, ac Latina civitate donanti.

RUMPHIADE, Elysiis qui nunc felicia campis
Otia, curarum pondere liber, agis.
Aeternumque nemus reserato lumine lustras,
In quo perpetui tempora veris habes:
Spirat ubi tepida geniale Favonius aura,
Et viridi semper gramine ridet humus.
Hic ubi Bonannos Aldrovandosque salutas,
Et celebri Alpino te sociare datur;
Hic ubi Brinckiadas Pisonesque inter oberras,
Haerentem his lateri Marcgraviumque vides:
Aut Swammerdammo comitem te jungere gaudes,
Teque pio amplexu Rhedia dextra fovet.
Heroasque inter similes frondentia Tempe
Incolis, inlustris non minor umbra chori.
Si qua tamen veteris te conscia gloria laudis,
Et subeant curae te monumenta tuae;
Si qua catenati testes te scripta laboris,
Et vigilis moveant scrinia docta manus;
Gnave senex, quondam Naturae Mysta latentis
Optime, de Stygia tolle palude caput.
Surge age Taenarii recidivus sedibus Orci,
Atque oculos supero lumine pasce tuos.
Ecce meus Batavis tibi brachia tendit ab oris
Frater, & hospitii jure fruare rogat.
Oraque ab Eoo tibi sole perusta levabit,
Tosta salutifero frigore membra fovens.

******* Nec

Nec tibi, quae Ganges vel praebuit Indus Hydaspes,
Pocula ab inmundo flumine crassa dabit;
Amstelides vitreo sed quae de fonte ministrant
Naïdes, aut puris naviger Ya vadis.
Sed neque BURMANNI penetrale subire recusas,
Quosque tibi reserat laetus adire lares:
Nec dubito, quin sit pietas accepta futura,
Quam cineri praestat sedula dextra tuo.
Invenies illum scriptis incumbere totum,
Grataque reliquiis solvere justa tuis.
Ossa rogo vix rapta tuo, monumentaque busto,
Ne tibi bis misero mors subeunda, legit.
Interitura situ taboque natantia foedo
Membra, Machaonia vix reparanda manu,
RUMPHIADAE liceat quo post sua fata renasci,
Conligit, & vitae restituisse parat.
Scilicet hic herbas solitus miscere salubres,
Et Medico morbos pellere rore potens,
Ut tibi Lethaeis emergere detur ab undis,
Pectora Phoebaeo numine plenus, adest.
Jamque tot Herculeo congesta volumina nisu,
A carie & longa paene sepulta mora;
Scriptaque Cimmeriis sine vindice pressa tenebris,
Et tineis lautam forte datura dapem,
Eruit e latebris in dias luminis oras,
Exhibet & cultu conspicienda novo.
Nec tantum patrio sermone legentibus offert,
Sed Latii pariter dat tibi jure frui.
Et laceras operis partes, divulsaque membra
Digerit, in numeros restituitque suos.
Quique prius senio fractus, vel lumine cassus,
Obsitus ac longi sordibus ante sitûs;
Et truncata miser, ceu Virbius, ora gerebas,
De Styge Tartarea jam revocatus ades.
Namque meus vitam, lucemque, decusque juventae,
Paeonia Frater reddidit arte tibi.
Androgeona ferunt quondam de faucibus Orci
Sic Polyïdeas eripuisse manus:
Sic & Amyntoriden Phoenicem luminis orbum
Phillyrium narrant restituisse Senem.

Exsere

Exſere te, RUMPHI redivive, Ereboque relicto
In ſuperas gaude te remeaſſe domos:
Reliquiis gratare tuis: Epidaurius heros
Quam tulit Hippolyto, fert tibi JANUS opem.
Per te nunc Oriens noſtrum migravit in orbem,
Et ſpolium Batavis India ceſſit agris.
Maeret & a Belgis ſubductas Africa plantas,
Quoſque fovet frutices ubere terra ſinu.
Amſtela Memnonio conlectas aequore conchas,
Eoamque ſuis Tethin adoptat aquis.
Per te jam mundi extremo ſub Sole repoſti
Et maris & terrae viſcera nuda patent.
Praeſertim AMBOINAE raras dolet inſula gazas,
Et tot montanis praemia ducta jugis,
Atque orae ſecreta ſuae, ſecreta profundi,
Vindice te praedas adſeruiſſe manu:
Gramine te campos populaſſe, & frugibus arva,
Frondibus arboreas & ſpoliaſſe comas;
Quidquid & eximium condebat inhoſpita tellus,
In Batavum per te plorat abiſſe ſolum.
Haec & plura quidem, RUMPHI, debere fatetur,
Acceptumque tibi patria noſtra refert.
Sed neque conſuluit magnis, ut oportuit, auſis,
Egregium latebris dum male condit opus:
Obſcuroque premens damnatas carcere chartas
Paene fuit meritis invidioſa tuis.
At bene, quod caecis tot ſcripta perire ruinis
Non fuerit JANI dextera paſſa mei!
Sed tenebris ſollers tanti monumenta laboris
Eripit, & luci vindicat illa novae.
Adſertorque venit, ne rudere ſqualida foedo
Cum domino jaceant tota ſepulta ſuo.
Gratulor hanc meritis tibi, JANE, adcedere laudem,
Carmine, fraternus quod mihi dictat amor.
Poſt alios foetus, gnavae molimina dextrae,
Additur haec titulis nunc quoque palma tuis.
Et poſt Taprobanae quas profert inſula plantas,
Quaſque alit in gremio terra Libyſſa ſuo,
Deſcriptas nitido, quantum datur, ordine; laurus
Tertia nunc doctis ſtat tibi parta comis.

Jamque acuunt Auctor tibi materiesque laborem,
Datque novos stimulos ille vel illa tibi.
Munere jamque tuo revocatus & excitus umbris
Incipit a toto RUMPHIUS orbe legi.
Nil ausu potuit fieri praestantius illo,
JANE, vel ingenio dignius esse tuo.
Sorte tua felix laetare, atque auspice Phoebo
Utere, nam coeptis adnuit ille tuis.
Cernis ut Amstelio ludens Zephyritis in horto
Tot florum externis dotibus aucta sinum,
Comta peregrinis faveat formosa coronis,
Teque sacris Mystam gaudeat esse suis.
Jamque alacres certant tibi nectere serta Napaeae,
Et Dryadum adplaudit laeta per arva chorus.
Maenalius pinu praecinctus cornua Faunus,
Et calami felix Pan Tegeaeus adest.
Silvicolaeque omnes, & agrestia numina, Nymphae
Dant inmortali praemia lecta manu.
Ac vario meritas referunt tibi carmine grates,
Et celebrant laudes, quo decet, ore tuas.
At Stygio pectus malesanum foeta veneno
Invidia, anguineo cinctaque crine caput,
Artibus ingenuis, & honestis livida factis
Cedit, & in latebras antraque tetra fugit.
Quam comes insequitur, laterique adhaeret amico
Desidia, invisos & petit aegra specus.
Nil virus nocuisse suum, nil tela nec ungues,
Aut meritis quidquam demere fassa tuis.
Et rumpatur iners Livor, tabescat Erinnys,
Condat & in tenebras Diva profana caput.
Tu modo RUMPHIADAE vigilatas promere curas,
Turaque Apollineis, JANE, litare focis,
Et bene de Batava sic Chloride perge mereri,
Aegraque Paeonia membra levare manu:
Amsteliaeque decus longum, te vindice, Florae
Vernet, & umbrosas exserat alta comas.

PETRUS BURMANNUS JUNIOR.

VIRO CLARISSIMO, EXPERTISSIMO,

J O A N N I B U R M A N N O,

Medicinae Doctori, & in Horto Medico apud Amstelodamenses Professori Celeberrimo,

QUUM DIU DESIDERATUM OPUS

V I R I M A G N I

GEORGII EVERHARDI RUMPHII,

Plinii Indici nomine ab Academia Naturae Curiosorum ornati,

Quod Herbarium Amboinense inscribitur, in Latinam Linguam conversum publicae luci exponeret.

QUis furor, O! Batavi; quae tanta insania, cives!
Aegrotasque movet mentes manifesta Phrenesis!
Quo ruitis miseri, denso velut agmine facto,
Nec caros Patriae fines, nec blanda Parentum
Oscula, nec socios dubitatis linquere fidos!
Quis furor, O! Batavi, fragili vos credere ligno,
Perque vagos pelagi fluctus, per mille procellas,
Perque aestus, rabido quos Sirius evomit ore,
Visere diverso terras sub Sole calentes!
An Deus, aut ratio vos tanta subire pericla
Inpulit, & vitam praesenti exponere leto?
An quid Diva Parens gremio Natura recondat,
Aequore quid medio, media tellure repostum
Quid gerat, Eois quot mira crearit in oris,
Occiduis ignota locis, ignotaque priscis,
Prima fuit vobis cognoscere cura, laborque?
Haec si caussa viae foret unica, credite, pulcris
Numine propitio ceptis Deus ipse faveret.
Ille Deus, tumidi qui temperat aequoris undas,
Solus & iratos novit componere fluctus,
Per varios casus, horrendaque murmura ponti,
Nec nocitura tamen, dextra cohibente furorem,
Duceret ipse ratem, & scopulos vitare minaces,
Et brevia & syrtes, celeri malefida carinae,
Optatosque daret tutis contingere portus.
Non imo jam monstra mari surgentia, non jam
Aeolii fratres reserato carcere missi,
Non subitus puro collectus in aethere nimbus
Terrerent classis socios, puppisque magistrum.

Me miſerum! quam diverſo vos impete ferri,
Nec ratione regi, ſed caeco turbine volvi,
Quisque dolet, Batavae quem tangit gloria gentis,
Et decus aeterno celebrandi nominis ore.
Non vos laudis amor, nec honeſta cupido ſciendi,
Non quae mortales Superis exaequat, & alta
Aſtra ſuper, coelumque ſuper regnare potentes
Diva dat humanam exutos ſapientia ſortem,
Deſerere antiquos, & vaſto quaerere ponto
Incitat ignotos commiſſa nave penates.
Vos trahit unus amor, ſed amor ſceleratus, habendi:
Vos aurum, & fulvo quodcunque eſt carius auro,
Et niveo capiunt gemmae ſplendore coruſcae,
Et qui duritie ferroque ignique reſiſtit,
Adlicit extremos adamas pretioſus ad Indos.
Scilicet ut quos naſcentes mapalia primum
Pauperibus videre habitata Parentibus olim,
Nunc reduces Pario inſanas de marmore moles,
Et regum aequantes Palatia ſplendida villas,
Et nemora Aemoniis non inferiora viretis,
Mobilis heu! nimium fortunae ſigna, ſtruatis;
Ut domus argento rutiloque ut fulgeat auro,
Artificique manu pictis ornata tapetis;
Conjugis ut fuſcum nataeque monilia collum,
Foedatamque cutim ferventi ſolis ab aeſtu
Circumeant Tyrio ſaturatae murice veſtes;
Utque auro currus famulorum turba nitentes,
Et rapidis tractos oneret numeroſa quadrigis;
Et quae praeterea luxus monumenta nefandi;
Haec demum vos cura coquit, menteſque ſuperbas
Verſat, & inſomnes adigit traducere noctes.
Sed vigilem ingenuas animum excoluiſſe per artes,
Et pelagi, & terrae, coelique ſecreta tueri,
Praeſentemque Deum minimis agnoſcere in herbis,
Docta quidem ſtudia, at non ſatis ubere fructu
Dicitis exhauſtos mactare maligna labores,
Quum neque ſumma ſuos ad munera tollere alumnos,
Nec ſoleant nummis inplere potentibus arcam.
O! animae viles, oneroſaque pondera terrae!
O! capita auriculis decoranda rudentis aſelli!
Non ita tu, meliore luto praecordia ficte,
RUMPHIADE, abſtruſos Naturae docte receſſus
Rimari, atque oculis luſtrare ſagacibus, intus
Quod denſo ſapiens occluſum cortice ſervat.

Tu

Tu monumenta tibi magis aere perennia & auro
Erigis, & nullo moriturum tempore nomen.
Tu tibi divitias, quales fastidit ineptum
Vulgus, & inpuro calcat pede, colligis amplas,
Et spoliis alio gaudes ex orbe relatis,
Quae neque tempus edax, neque magni dextra Tonantis,
Nec rapiant stricto minitantes ense latrones.
Quam sequeris prisci sollers exempla magistri!
Cui simili studium dedit inclarescere fama,
Et par inposuit tibi docta Academia nomen.
Quin etiam fato non multum dispare pressi
Mortales vestro docuistis uterque periclo,
Quam pede suspenso via sit tentanda, manuque
Haec sacra sollicita quam sint tractanda, piaque,
Ne fixos hominum male cauta protervia fines
Transeat, at stolidos compescere discat ut ausus:
Hic namque ignivomi motus rabiemque Vesevi
Detegere, & quae sit tam diri caussa furoris
Dum nimis intenta scrutari mente laborat,
Vindictam Natura parans, nec iniqua, peremit:
At tibi, dum pelagi latitant quae mersa sub undis,
Lynceisque oculis in condita viscera terrae
Inspicis, & caecam penetras te matris in alvum,
Mox aciem tenebris obtundit, & anxia, ne se
Nudatam videas, cassum te lumine reddit:
Sed licet illa tuum letalia tela vibrârit
In caput, & corpus Lethaeo merserit amne,
In tua scripta tamen nil juris possidet, inpos
Perdere, RUMPHIACIS congesta volumina curis,
Posteritas quae sera colet, gnavumque laborem
Attonitis ventura animis mirabitur aetas.
Sed meritis unum deerat, Vir Maxime, tantis,
Scilicet ut doctum tandem prodiret in orbem
Magnae molis opus, quo vix praeclarius ullum,
Seu iustam rerum seriem seu pondera spectes,
Quod stirpes, Amboina, tuas, & semina, fructusque,
Et frutices, vario floresque colore superbos
Enarrat, medicos monstratque fideliter usus.
Illa quidem dudum fuerant inscripta papyro,
Nocte sed obscura & caecis tumulata latebris
Tectaque Cimmeria caligine triste gemebant:
Jam neque damnato solvendas carcere chartas
Restabat spes ulla super, lacerumque cadaver
Gaudebant tineae totum & consumere blattae.

Non tulit hoc animi generoso percitus aestu
BURMANNUS, Medicas cui Phoebus tradidit artes,
Et dedit Herbarum vires, usumque medendi;
Nominaque, & faciem facili depingere dextra,
Amsteliaeque decus jussit, dotesque tueri
Chloridos, & morbos procul inde arcere malignos.
Ille ut RUMPHIACI monumenta stupenda laboris
Viderat, & foedo squallentia membra timebat
Deperitura situ, cupit haec, potiturque cupitis.
Jamque Machaoniis persanat vulnera succis,
Fractaque restituit, dispersaque colligit, omnes
Abstergens maculas nitidamque inducere formam,
Et cultu decorare novo, mox veste Latina
Induere, & dias emittere gestit in auras.
Si quis adhuc, RUMPHI, superest tibi sensus in agris
Elysiis, foetusque tui te cura Parentem
Tangit, & humanos non aversaris honores,
Gaude sorte tua, nec desine pectore grato,
Candida, quae meruit, JANO persolvere vota.
Quumque dies aderit, sed ut adsit sera precamur,
Qua fortunatas veniet novus hospes in oras,
Laetus adi venientem, & amicam porrige dextram,
Et comitare Virum per amoena vireta locorum.
Utque salutarit Proavos, carumque Parentem,
Infixisque diu conpresserit ora labellis,
Duc hilarem ad Magnos, parilis quos gloria campis
Intulit, Heroas, & ovantes foedere facto
Repetite exactae dulcissima tempora vitae.
Nos quoque, si quid id est, laudes, BURMANNE, canemus
Quo decet ore tuas: pia nec cessabimus unquam
Pro cari capitis profundere vota salute.
Id tua namque jubet virtus: id mutua amoris,
Me tibi, teque mihi quae dudum vincla ligarunt,
Et nisi fatali non dissolventur in hora:
Quodque tui existit documentum insigne favoris:
Scilicet omne tuum est, quod, plantas Africa tellus
Dum dat, & in silvis, & consita margine ripae
Arbor erit, totoque tuus liber orbe legetur,
OOSTERDYKIADUM vivet per secula nomen.

JOANNES OOSTERDYK SCHACHT.

A A N   D E N

WELEDELEN, HOOGGELEERDEN HEERE, MYNEN VEELGEACHTEN NEEVE;

JOHANNES BURMANNUS,

Der Medicynen Dokter, Hoogleeraar in de Kruitkunde te Amsterdam, Lid van het Keizerlyke Kweekschool der Onderzoekers van de Natuurkunde,

Toen zyn Weledele het Amboinsche KRUITBOEK *van* RUMPHIUS *in het licht gaf.*

Non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Totve tuos patiar labores
Impune, *Jane*, carpere lividas
Obliviones.

HORATIUS.

G*Eleerde* BURMAN! *roem der braaven,*
Was 't dan uw yver niet genoeg,
En 's avonts laat, en 's morgens vroeg,
Tot heil van ryk en arm te slaaven?
Was 't niet genoeg voldaan uw plicht,
Als gy de dood treed in 't gezicht,
De ziekten wyken doet van 't bed van uwe kranken,
Door heilzaame Artseny van welbereide dranken?

Of had uw hand geen lauwerblaaden
Genoeg, tot sierſel van uw kruin,
Geplukt uit Amstels Kruiden-tuin,
Vermaart door zoo veel planten, zaaden?
'k Zie hoe elk kruitje 't hooft opsteekt,
Als uw verstant zyn wasdom kweekt,
En 's zomers yvrig leert den aart, gedaante, en krachten,
Van al wat Oost en West om stryt hier t'zamen brachten.

*********   *'t Schynt*

't Schynt neen; gy wilde ook op de vlerken
Van arbeit, uw verdienden lof
Noch verder voeren dan dees' Hof,
Beslooten in te nauwe perken;
Uw geest vloog dus met snelle vlucht,
Van d'Amstel naar een ruimer lucht,
dat ze het zelve in 't vegten ook voor zwaarden gebruyken kunnen, waar mede zy in den top komende den geheelen rank met die zware Nooten afſnyden, dewelke zy met een touwtje aflaten, zoo zy nog jonk zyn, en tot drinken gebruykt zullen worden, want anders zoudenze van den boogen val berſten, maar de oude Nooten latenze ſlegts vallen. De Tiffadores, *die dagelyks dezen boom tweemaal beklimmen, en een tyd lang daar op ſtaan, om den drank af te nemen, moeten wat meer vaſtigheyt voor hare voeten hebben, deze dan kappen eenige keepen in den ſtam omtrent drie voeten van malkanderen, dan aan d'eene dan aan d'andere zyde, daar in ze de voeten zetten kunnen. In oud Indien binden ze ook dikke touwen om den ſtam in gelyke diſtantie, die ze nog met ſpykers daar in vaſt maken, en dan zyn ze gemakkelyk te beklimmen, evenwel voor iemand die niet duyſelig is, want het ook den aanſchouwer yſſelyk voorkomt, menſchen na zulken hoogte te zien klimmen, dog by deze Inlanders is deze laatſte manier onbekent.*

Straks onder deze graauwe huyt vint men een hard, hoornagtig hout, met zwartagtige en korte draden, in de lengte doorregen, 't welk omtrent de wortel zoo hard is, dat de bylen daar van uytſpringen, als men niet wat ſchuyns, maar regt dwars daar op kapt, dit hard hout is omtrent drie of vier vingeren dik, daar na word het naar binnen allenxkens weeker, zynde de reſt niets dan een bros merg, dat loſſelyk aan malkander hangt. Na boven toe word het allenxkens witter, en omtrent de lengte van drie voeten, regt in den top, daar de takken ontſpringen, is het ſpierwit, van veele dunne vellen op malkander gerolt, gelyk een boek papier, zeer teer en mals, van ſmaak zoet, als verſche Haſelnooten, waar van het bovenſte omtrent drie voeten lang is. Dit t'ſamengerolt hout word in 't Latyn Cerebrum, *of* Cor Palmae, *met een Griekſe naam* Encephalos, *in 't gemeen by de Portugeeſen, en onſe Natie* Palmito, *en* Palmyt, *in 't Maleyts* Umput *genaamt.*

De wortel, na de grootte en hoogte dezes booms, is gering, zynde maar een verwarde klomp, en uyt veele, ten deele dikke, ten deele dunne en zwarte vezelingen gemaakt, die als wormen of ſlangen diep in de aarde loopen, de bygelegene klippen of muuren doorborende. In deze klomp vind men geen regte hoofd-wortel, maar een korten ſtomp, van onderen wat kuylagtig; te weten, zoo als hy eerſt geformeert wierde, doen hy nog aan de Noot zynde, met zyn witte vezelingen over de houte ſchaal kroop. Aan de jonge boomen zyn de bovenſte wortelen wat doornagtig of ſteekelig, dog aan de oude gladder. In deze dan beſtaat de vaſtigheyt van zulk een hooge boom, dewelke zoo zwaren laſt van zware vrugten verdragen moet, dat men zig billyk daar over verwonderen mag. Hoe zwaarder laſt dezen boom draagt, hoe vaſter hy wortelt, maar te verwonderen is het, dat die boom, dewelke onbeweegt ſtaat tegens alle geweld der winden, zomtyts by ſtil weer, inzonderheyt als het lang na malkander geregent heeft, met den geheelen klomp der wortelen van zelfs omvalt, als of hy van den blikſem omgeſlagen wiert, zoo dat tegenſpoet een oorzaak van zyn behoudenis, maar ruſt en ſtilte zyn bederf is, 't welk men egter nergens meer ziet gebeuren, dan aan boomen, die in mulle en zandige gronden ſtaan.

Den Calappus-boom, naar het tyfferen, een ofte twee jaren ruſt genietende, pleegt daar naar beter vrugten te dragen, als hy maar door de Tiffadores ter degen gezuyvert word, daar en tegens verandert hy, en deszelfs vrugten in zyn ouderdom: want den ſtam word zeer hoog en mager, de vrugten zyn niet meer rond en buykig, den dop van de Noot word kleyn, aan beyde eynden ſpits toeloopende, eerſtelyk in de grootte van een Caſuaris-ey, daar naar allenskens kleynder, tot de grootte van een Eenden-ey, gelyk hier na, Hoofdſtuk 2. in de ſesde en ſevende ſoorte beſchreven word. In zyn hoogſten ouderdom beginnen de takken ook af te vallen, zoo dat 'er niets overblyft dan den blooten ſtronk, gelyk zomtyts ook de geheele kruyn door den blikſem afgeſlagen word, 't welk dezen boom dikwils voor anderen zoodanig treft, dat hy in een omzien kaal word.

In deze Eylanden begint hy vrugten te dragen doorgaans in 't twaalfde en veertiende jaar, extraordinaris in 't ſevende en agtſte, omtrent het dertigſte is hy in zyn beſte fleur, en draagt tot in 't ſeſtigſte; maar in andere Landen, verſta ik, dat hy honderd jaren kan oud worden: Ik heb de deelen van den Calappus-boom wat wydloopig beſchreven, om dat de volgende zoorten zig daar na reguleeren: zul-

ſpecies inde melius dignoſci poterunt, nunc vero harum peculiaria ac cuncta nomina ſubnectam.

Magna nucifera Indica Palma, Latinis dicitur *Palma Indica major, & Coccifera*, Portugallis *Palmeyra*, Belgis *Cokos*, & *Calappus*. Arabibus *Siger-Indi* h. e. arbor Indica. Malabaris (quae lingua per totam Indiam veterem familiaris eſt) *Tenga-Maran*: aliis vero Indiae populis, quantum novi, arbor, ejusque fructus eandem habent denominationem: Fructus autem Latine dicitur *Nux Indica*, & *Cocus*, male apud *Cardanum*, & *Jul. Scaligerum exercit.* 158. *diſtinct.* 2. *Coccus*; Portugallis *Coquo*, & *Coco*, juxta imaginem, uti *Linſchotenus*, & alii plures putant, faciei Cercopitheci, quam tria ſuperiora putaminis orificia repraeſentant, meo vero judicio verior, ac certior vocis origo invenienda eſt; plures enim nationes, quibus hic fructus eſt notus, nucem appellant, ſic dicitur Arabice *Gauzoz-Indi*, vel *Geuzoz-Indi* h. e. Nux Indica, quod per interpretes *Avicennae lib.* 2. *Cap.* 298. corruptum eſt in *Jauſi-Alindi*, & quod pejus *Janſi-Alindi*, Turcis *Cock-Indi* eadem ſignificatione, unde ſine dubio Aethiopes Africani, eorumque vicini Hispani, ac Portugalli *Coquo* deflexerunt.

Omnia vero iſta nomina originem ſuam debent Hebraicae voci *Egoz*, quae nucem ſignificat, niſi potius quis ſuſpicari velit, quaedam Hebraica plantarum nomina a finitimis Arabibus deſumpta eſſe, cujus argumentum mihi videtur praepoſita littera *Aleph*, quae clare indicat veſtigium Arabici articuli *Al* in vocibus *Egoz* & *Battich*, in quibus abjecto articulo in *Aleph* latente, reſtat pura Arabica vox *Egoz* ſive *Gauz*: derivatur etiam inde Graecorum κόκκος, quibus omne granum majus denotant.

Aliae voces Arabicae ſunt *Naregil*, *Neregil*, *Naret*, *Narig*, & per litterarum transmutationem *Ranig*. Perſice *Nargel*, & *Berang*, Malabaris *Tenga*, Bracmanis *Naralu*, ſed in horto Malabarico *Mado*. Junior vero ejus fructus potui aptus Malabaris dicitur *Eleni* & *Lenni*. Portugallis *Lanha*, vetuſtior autem fructus illis audit *Copra*: plura etiam nomina ſecundum aetatem ſuam apud Malabaros ſortita fuit, quae in *Horto Malab. tom.* I. *Cap.* I. exprimuntur, quae hic omiſi, quum talia particularia nec apud Malaicenſes, nec apud noſtros viles Amboinenſes obſervaverim. In Bengala dicitur *Narcol*, in China *Ja*, Malaice *Nyor*, in Java *Calappa*, quod nomen per totam aquoſam ſeu inſularem Indiam notum eſt, & unde apud Belgas *Nux Calappa* dicta eſt, uti in India Occidentali *Kokernoot* vocatur. Ambonice in Hitoë *Niwel*, in Leytimora, *Niwer* & *Nuër*, uti & in Banda, in Balya *Njo*, in Bima *Nio*, quae omnia nomina derivantur a Malaicenſi voce *Nior*. In Ternata *Igo*, Macaſſara *Calucu*, Buttona *Laluccu*.

In Arabica lingua *Gadhab*, & *Gomar* appellatur Palmae verae cerebrum, ejusque ſumma pars, quae optima eſt, & eſui apta, *Geduma*, qua reſecta perit arbor; quae nomina huic noſtrae Indicae voci applicari poſſunt. Hoc cerebrum vulgari voce *Palmitum* appellari ſupra diximus, unde quidam voluerunt hanc Palmam Graece ἐλατῆν ἐνκέφαλον dici poſſe, quod tamen potius referri debet ad Palmam quandam pumilam à Theophraſto deſcriptam, quae in Aegypto etiam, & hodie in Sicilia naſcitur, & vulgo *Ceſaglioni* dicitur, nomine manifeſte detorto ab ἐνκέφαλος, & a noſtra Indica multum differt. Apud Arabes *Fal* dicitur *Spatha*, ſeu vagina Palmae, apud eosdem *Gadfo* ſpeciem denotat Palmae Indicae & fortaſſis ipſam Calappae vocem; nam lit. *Dad.* apud Orientales, ut littera *L* pronunciatur, *Ollad* nempe.

Nucleus Calappae ſupra jam ſuas ſortita fuit denominationes: durus putaminis cortex, qui nucem proprie efformat, Latinis dicitur *teſta Calappae*, Malaicenſibus *Tampurong*, quae nomina deinde etiam adhibebimus: Externus nucis cortex putamen ambiens quum exſiccatus, & ſtupae ſimilis ſit, Malaice dicitur *Culit Calappae*, Ternatice *Genoffo*, Malabarice *Cairo*, quod nomen ubique uſurpatur, ubi Lingua Portugallica eſt in uſu, Arabice *Kals*, quod Graeci κάλος dicunt, hoc eſt funis ex durioribus Nucis Indicae fibris confectus, quae capillaria filamenta Arabes *Lif* denominant.

Totus

zullende nu hare byzondere benaming na malkander ſtellen.

De groote Nootdragende Indiaanſche Palm word in 't Latyn genaamt Palma Indica major, & Coccifera, *in 't Portugees* Palmeyra, *in 't Duyts* Cokos, *en* Calappus-boom, *in 't Arabis* Siger-Indi, *dat is, Indiaanſche boom, in 't Mallabaars (welke taal door geheel oudt Indien gaat)* Tenga Maran. *By andere Natien van Ooſt-Indien, zoo veel my bekent is, heeft den boom en vrugt eenderley namen: de vrugt dan heet in 't Latyn* Nux Indica, & Cocus, *qualyk by* Cardanus *en* Jul. Scaliger: Exercitation. 158. diſtinct. 2. Coccus; *in 't Portugees* Coquo *en* Coco, *na de gelykeniſſe, als* Linſchooten, *en veele andere Schryvers willen, van een Meerkatten aangeſigt, 't welk de drie bovenſte gaatjes van den dop in der daat verbeelden: dog mynes oordeels, kan men een nader en waaragtiger oorſpronk dezes naams aanwyzen, want veele Natien, by dewelke deze vrugt bekent is, noemenze een Noote, zoo heet ze in 't Arabis* Gauzoz-Indo, *of* Geuzoz-Indi, *dat is Indiaanſche Noot, 't welk door de Overzetters van* Avicenna lib. 2. Cap. 298. *bedorven is in* Jauſi-Alindi, *en nog qualyker* Janſi-Alindi, *op 't Turx* Cocx-Indi, *met dezelfſte beduydeniſſe: waar van buyten twyffel de Africaanſche Mooren, en hare Naburen de Spanjaarden, en Portugeeſen haar* Coquo *gemaakt hebben.*

Dog al deze namen hebben haar oorſpronk van het Hebreeuwſche woort Egoz, *het welk een Noot betekent, ten zy dat iemand meene, dat zommige Hebreeuwſche benamingen van Planten, van de aangrenzende Arabiers ontleent zyn, welkers bewys my toeſchynt te zyn de voorgeſtelde letter* Aleph, *dewelke klaar te kennen geeft het overblyfzel van de Arabiſche voortzetting Al, in de woorden* Egoz, *en* Battich, *in welke weggeſmeten zynde de voortzetting in de Aleph, overblyft het zuyvere Arabiſche woort* Egoz *of* Gauz, *waar van ook afſtamt der Grieken* κόκκος, *waar door zy alle groote Graanen betekenen.*

De andere Arabiſche namen zyn Naregil, Neregil, Naret, Narig, *en door letterwiſſeling* Ranig, *in 't Perſiaans* Nargel, *en* Berang, *in 't Mallabaars* Tenga; *by de Bramines* Naralu, *maar in* horto Mallab. Mado: *de jonge vrugt, tot het drinken bequaam, heet by de Mallabaren* Eleni, *en* Lenni; *by de Portugeeſen* Lanha, *de oude* Copra, *dog zy heeft nog meer namen in 't Mallabaars na haar verſcheyden ouderdom, dewelke in gemelde* hortus Mallab. Thom. 1. Cap. 1. *ſtaan uytgedrukt: zynde van my alhier uytgelaten, dewyl ik diergelyke curieusheyt in 't Maleyts, nog by onze ſlegte Amboineeſen niet gevonden heb: In Bengalen* Narcol, *in Sina* Ja, *in 't Maleyts* Nyor, *Javaans* Calappa, *welke naam door gantſch Water-Indien bekent is, en waar van hem de Nederlanders* Calappus-noot *noemen, gelyk in Weſt-Indien* Kookernoot. *In 't Ambons op Hitoe* Niwel, *op Leytimor* Niwer *en* Nuër, *gelyk ook in Banda; in 't Balys* Njo, *op Bima* Nio, *welke alle afkomſtig zyn van 't Maleytſe* Nior: *op Ternate* Igo; *Macaſſers* Calucu, *Buttons* Laluccu.

In het Arabiſch wort Gadhab, *en* Gomar *genaamt het bovenſte gedeelte, of het merg van de Palm-boom, het welke het beſte deel is, en tot ſpyſe bequaam; dat dit breyn ofte merg van de Palm-boom met een gemeene naam* Palmitum *genaamt wort, hebben wy boven gezegt, waarom ook zommige gewilt hebben, dat deze Palm-boom by de Grieken* ἐλατῆν ἐνκέφαλον *genaamt wort, het geen egter beter gebragt wort tot een kleyne zoort van Palm-boom, by* Theophraſtus *beſchreven, welke in Egypten, en hedendaags ook in Sicilien groeit, en in 't gemeen* Ceſaglioni *genaamt wort, welke naam duydelyk ontnomen is van het Griekſe* ἐνκέφαλος, *die van onze Indiſche Palm-boom veel verſchilt. By de Arabieren wort* Fal *genaamt de* Spatha, *ofte de Schede, daar de bloemen uyt komen, by welken* Gadfo, *is een zoort van Indiſche Palm-boom, en mogelyk het woort* Calappa *zelfs beduydende, want by de Ooſterſche Volkeren wort de letter* Dad *als de L uytgeſproken, te weten* Ollad.

De kern, of het pit van de Calappus-noot heeft zyne namen hier boven al bekomen: De harde ſchaal of den dop, die de eygentlyke Noote maakt, heten wy in 't Latyn Teſta Calappae, *in 't Maleyts* Tampurong, *welke naam wy voortaan voeren zullen. De buytenſte Noote de bolſter omvangende, als ze droog, en het werk gelyk is, heet in 't Maleyts* Culit Calappa, *in 't Ternaats* Genoffo, *in 't Mallabaars* Cairo, *welke naam gebruykelyk is over al daar de Portugeeſſe taal gaat, in 't Arabis* Kals, *zynde het geene de Grieken* κάλος *noemen, dat is een touw uyt de grove draden van een Indiaanſche Noot gevlogten, welke hayrige draden de Arabiers* Lif *noemen.*

Een

Totus Calappae racemus cum omnibus etiam foliis Malaicensibus peculiariter *Palepa Nior* dicitur.

Vox Calappae etiam derivari potest a *Kelaph*, quod Arabibus denotat decorticare, unde *Kelipha* cortex, integumentum, quia Calappa insigni tegitur cortice, ac multiplici indiget decorticatione, antequam ad interiorem liquorem perveniamus; istud *Kelaph* Chaldaeis decorticare, tegmine spoliare denotat, & Arabicum *Galphon* operculum significat, omnia vero ista nomina primitus descendunt ab Hebraeo *Illeph*, id est texit, obtexit. Licet enim vox Calappa e Javana lingua sit, notandum tamen est, Javanos & Malaicenses multa ex Arabica & Hebraea desumpsisse vocabula.

An illa, quam *Theophr. lib.* 1. *Cap.* 16. describit folio esse arundinaceo, eadem sit cum *Coco Indica*, affirmare non ausim, licet nomina maxime conveniant, & Palma Indica etiam in regionibus Aegypto vicinis, nempe Trogloditica, & Aethiopia nascatur; Ipsa Theophrasti verba dabo, & discrimen relinquo indagandum iis, qui regiones illas perlustrant. Is igitur primo *lib.* 1. *Cap.* 18. ait, Coccum esse folio arundinaceo, ut Palma, deinde *lib.* 2. *Cap.* 8. dicit Coccas plurimas in Aethiopia nasci fruticosas, non uno caudice, sed pluribus, & interdum aliquo modo conjunctis, virga minime longa, sed cubitali tantum, levi coma cacumini adnexa, fructum figura, magnitudine & sapore diversum, caeteris vero praestat, quae rotunda forma gustuque sit gratiore, sed minus dulci. Eousque *Theophr. lib.* 2.

Plinius haec aliter legit, quem vide *lib.* 13. *Cap.* 9. Alia est arbor Cuciofera vocata, quae in Aegypto nascitur, & Palmae species est, de qua vide *Theophr. lib.* 4. *Cap.* 2.

An haec Palma Indica veteribus fuerit nota, plures dubitant scriptores: Palma *Cypria Theophrasti* vix esse potest, quum arbor Calappus numquam eo usque ad Borealem vel Occidentalem crescere observetur plagam, sed quum apud *Theophrastum*, *Arrianum*, *Strabonem*, *Plinium*, aliosque veteres scriptores legatur, in India excelsissimas crescere Palmas, quae magni sunt usus, unde nempe vinum, mel, panis, acetum, aliaque confici possunt, de nulla alia arbore meo quidem judicio id intelligi debet, quam de Calappo, dum vera Palma Dactylifera in tota India, a parte Orientali Indi fluvii, & inter Tropicum Cancri sita, exotica sit, ubi haec Palma Indica sola praedominatur, interim sciendum vel notandum est, veteres scriptores plurima de hisce duabus arboribus confudisse, forte per nominum consonantiam seductos, tribuentes uni nempe illud, quod alii competit arbori. Sic etiam monendum est, quod in *Horto Malabarico* nomen hujus arboris, figurae ejus junctum, quatuor diversis exprimatur linguis, Latina nempe, Arabica, Mallabarica, ac Bracmana, intelligas autem oportet tres has priores linguas unum tantum habere nomen, *Tenga* nempe, litteris modo Latinis, Arabicis, & Malabaricis expressum, ne quis putet nomen *Tenga* esse bonum vocabulum Latinum, aut Arabicum.

Juxta testimonium O. *Dapperi* in *Africae descript.* vocatur Calappus haec in Madagascara *Voaniou*, quod cum Malaicensi & Amboinensi vocabulo proxime convenit, & in aliis pluribus occurret postea nominibus. Rarissimae ibi sunt hae arbores, ac juxta incolarum testimonium penitus olim ignotae, sed ante quinquaginta vel sexaginta circiter annos modo ibi progerminarunt per nuces aliis ex regionibus per maris fluxus in litus forte fortuna projectas, quod verosimile admodum videtur, dum semper fere ad litus maris tales invenias nuces Cocos fluctuantes, vel in illud projectas.

Een geheelen Calappus-tak met bladeren en al, wort by de Maleyers in 't byzonder Palepa Nior *genaamt.*


Het woort Calappa *kan ook afgeleit worden van* Kelaph, *het geen by de Rabynen betekent afschillen, waar van* Kelipha *een bast, of bekleetsel, om dat de Calappusnoot met een zware bast bekleet is, en veel afschillen nodig heeft, eer dat men tot het binnenste vogt geraken kan. Het zelfde* Kelaph *wort by de Chaldeën mede door afschillen of door het bekleetsel aftrekken genaamt. Het Arabische* Galphon *betekent een deksel, dog alle deze woorden stammen af van het Hebreeuwsche* Illeph, *dat is, hy heeft bedekt, bekleet. En schoon het woort* Calappa *uyt de Javaansche taal oorspronkelyk is, zoo moet men nogtans weten, dat de Javanen en de Malleyers veel woorden ontleent hebben uyt de Arabische en Hebreeuwsche taal.*

Of die geene, dewelke Theophrastus *in het eerste Boek, Capittel* 16. *beschryft met een bladt aan het riet gelyk, dezelve zy met de Indische* Cocus, *durf ik niet toestemmen, schoon de namen zeer overeenkomen, en de Indische Palmboom ook groeit in de Landen grenzende aan Egypten, te weten in Aethiopie, enz. Ik zal de woorden van* Theophrastus *hier zelve ter nederstellen, en het onderzoek overlaten aan de geene, die die Landen bezigtigen. Deze derhalven zegt in zyn* eerste Boek, Capittel agttien, *dat de Cocos is met een bladt als van het riet, en daar na in het* tweede Boek, Capittel agt *zegt hy, dat 'er veel Cocos groeit in Aethiopie struyksgewyze, niet met een stam, maar met veele en dikmaal te zamengevoegde struyken met geen lange takken ofte roeden, maar slegts zoo lang als een el, met een kleyne kruyn in den top, dat de vrugt daar van in grootte, figuur en smaak verschillen, dog dat boven den andere uytmunt, die ront is, alzoo die sterker van smaak is, en minder zoet. Dus verre* Theophrastus *in zyn tweede Boek.*

Plinius *leest dit anders, welken zie in zyn dertiende Boek, Capittel negen, zeggende een ander is de boom* Cuciofera *genaamt, dewelke in Egypten groeit, en een zoort van Dadel-boom is, waar over zie* Theophrastus *in zyn vierde Boek, Capittel twee.*

Of deze Indiaansche Palm-boom *aan de Ouden zy bekent geweest, wort by de Schryvers in twyffel getrokken. De Palma* Cypria Theophrasti *kan het niet zyn, dewyl den Calappus-boom nooyt zoo ver om het Westen en Noorden groeyt; maar als men by* Theophrastus, Arrianus, Strabo, Plinius, *en andere oude Schryvers leest, dat in Indien zeer hooge Palmen groeyen, waar van men veelderley gebruyk heeft, inzonderheyt dat men wyn, hooning, brood, azyn, enz. daar van maken kan, moet zulks mynes oordeels van geen andere, dan van den Calappus-boom verstaan worden, dewyl den regten Palm of Dadel-boom in gants Indien beoosten den Indus, en binnen den* Tropicus Cancri *gelegen, uytlandig is, alwaar deze Indiaansche zoorte alleen domineert, dog moet men mede weten, en verdagt zyn, dat de oude Schryvers veele dingen geconfundeert hebben van deze twee boomen, misschien door de gelykheyt der namen verleyt zynde, den eenen toeschryvende het geene eygentlyk den anderen toekomt: zoo dient ook tot waarschouwing, dat de naam dezes booms in de figuur van de* HORTUS MALABARICUS, *wel in vierderley talen uytgedrukt staat, te weten Latyn, Arabis, Mallabaars, en Braminees. Dog men moet weten, dat de drie eerste talen maar eenderley namen hebben, te weten* Tenga, *slegts met Latynsche, Arabische, en Malabaarsche letters geschreven, op dat niemant meyne, dat* Tenga *goet Latyn, of Arabis zy.*

Na 't schryven van O. Dapper, *in zyn beschryving van Africa, heet de Calappus op Madagascar* Voaniou, *het welk met 't Maleytsche en Ambonsche zeer na overeenkomt, en in meer namen zal getoont worden: zy zyn aldaar schaars, en volgens 't zeggen der Inwoonders by hun eertyts onbekent geweest, maar voortgekomen uyt de vrugten van andere plaatsen, door de zee aan strant by geval opgeworpen, t'zedert vyftig of sestig jaren herwaarts, 't welk niet zonder groote waarschynelykheyt gesprooken is, aangesien men van tyd tot tyd aan strant eenige Kokosnooten vind.*





Cocos nucifera. L.

OBSERVATIO.

Coccus *foliis pinnatis, flore & fructu racemoſo & anguloſo.*

Primaria hæc, atque præ reliquis æſtimanda arbor optime a RUMPHIO *Tabula Prima* exhibetur, ubi integra occurrit Coccus, ſeu CALAPPUS arbor, cujus *truncus* ob altitudinem in *binas* diviſus eſt *partes a a. b* Vero demonſtrat *racemum floriferum Majang* dictum, cum *cymba* ſuppoſita *c c*, quæ ipſi ſuccreſcit. *d* Siſtit autem *unicam racemi* quaſi *ſpicam*, ſeu *ariſtam*, cum *occluſis floribus* majori forma expreſſam. *e Racemum frugiferum* conſpiciendum præbet *junioribus fructibus* onuſtum, qui vero provectioris ſunt ætatis illis, qui in *racemo f* obſervantur, unde & figura rotunda ab aliis oblongis differunt. *g* Vero oſtendit hujus arboris *adſcenſorem Tiffadorem* dictum, quo modo altiſſimas haſce conſcendere ſolet arbores, qui *gladio h* armatus eſt, quo racemos frugiferos detruncat, & *funiculo i*, cui racemum alligat, ne juniores fructus, in terram per altum lapſum decidentes, dehiſcant & pereant.

A pluribus porro, præter itinerarios, ſcriptoribus hæc arbor etiam expreſſa occurrit, præſertim vero in *Horto Malab. Tom.* 1. *Tab.* 1, 2, 3, 4. ſplendida ejus invenitur Figura, & apud *Freyer.* in *Itin. Indiæ Orient. pag.* 9 & 10. *Nieubov. China p.* 142. *in Valent. Ambon. p.* 178. *Kalappa arbor* dicitur, & deſcribitur, ut & apud *Piſonem pag.* 130. ubi *Inaia Guacuba*, vulgo *Cocos* dicitur: & apud *Clus. lib.* 1. *arom. cap.* 26. *pag.* 191. ſub nomine *Coccus* deſcribitur, nec non in *Euſebii Niceremberg. hiſtor. natur. p.* 246. & *Pomet hiſt. de drogues p.* 214. Plures alii ſcriptores, majori copia, quam ut hic enumerari poſſint, hanc denominaverunt, vel deſcripſerunt arborem, quos omnes collegit & adnotavit D. *Sloane* in *Catal. pl. Jamaic. p.* 132 & *ſeq.* quorum principes, atque optimi in *Theſauro* meo *Zeylanico pag.* 182. recenſentur, ubi & peculiares quædam virtutes & hujus arboris operationes tam externe quam interne, h. e. tam in Medicina, quam Chirurgia deſcribuntur juxta teſtimonium celeberrimi *Grimmii in laborat.* ſuo *Ceylon pag.* 101, qui ipſe auctor non tantum operationes illas inſtituit, ſed optimam etiam illarum nactus fuit experientiam. Apud *Carolum Linnæum in tractatu* de *Muſa Cliffortiana pag.* 11. naturales invenies tam florum ac fructuum, quam aliarum hujus arboris partium characteres; Coccus eſt officin. in *Sam. Dale Pharmac. Supp.* p. 258 & novæ edit. *in 4to. pag.* 294. ubi varii auctores & ejus vires commemorantur; a *Linnæo* vero in *Hort. Cliffort.* p. 483. vocatur Coccus frondibus pinnatis, foliolis enſiformibus, petiolis margine villoſis, ut & a *Cl. Royeno* in *Floræ Leydens. Prodr. pag.* 5 Zeylonice autem *Polghaba* vocatur.

AANMERKINGE.

Coccus *met gevleugelde Bladeren, troſagtige Bloemen, en hoekige Vrugten.*

Deze edele, en boven alle andere boomen te ſchatten Cocos-Boom *is zeer wel van* RUMPHIUS *in de eerſte Plaat verbeeldt, en van my genaamt* Coccus *met* gevleugelde bladeren, troſagtige bloemen, *en* hoekige vrugten; *Van deſe boom wert de* ſtam *om zyn hoogte in* tween verdeelt *door de letters* a a *aangetoont: letter* b *geeft te kennen zyn* bloeytros Majang *genaamt, met het* ſchuytje c c *daar onder groeiende*; d *vertoont een* enkelde bloem-aair *wat grooter getekent*; e *een* tros *met* jonge vrugten, *dog* ouder *als aan de* tros f, *waarom de vrugten ook in gedaante van elkander verſchillen*; g *toont op wat wyſe deſe boom behendig door de* Teyfferaar *beklommen wert, die met zyn* ſwaart h *gewapent is, waar mede hy in den top gekomen zynde de* tros *met* vrugten *afſnydt, en* i *geeft te kennen het* touw, *het geen hy om den tros eerſt bindt, wanneer hy die aflaat, op dat de jongere en weeke vrugten door de hoogte op de aarde ter neder vallende niet zouden gequetſt werden, ofte door het vallen openbarſten*;

Deze boom is verder van veele, ſo Reisbeſchryvers, als andere beſchreven, en verbeeldt; voornamentlyk is ze zeer heerlyk vertoont in de Hortus Malabar. Tab. 1, 2, 3, 4. *als mede by* Freyer *in zyn* Reize *door* Indien *in* quarto pag. 9 *en* 10. *by* Nieuhof *in zyn* gezantſchap na China p. 142 *en by* Valent. *in de* beſchryving van Amboina pag. 158 *komt ze onder den naam van* Kalappe-boom *te vooren; als ook by* Piſo pag. 130, *alwaarze* Inaia Guacuba *genaamt wert, en by* Cluſius libr. 1. aromat. cap. 26 pag. 191 *wert ze onder den naam van Coccus beſchreven: als mede in* Euſebii Nieremberg. hiſtor. *der* natuur. pag. 296. *en* Pomet Hiſtoire des drogues p. 214. *Zeer veele andere Schryvers, te veel in getal om hier te melden, hebben dezen boom mede benaamt ofte beſchreven, welke aangetekent en opgetelt werden in de* Catalogus plantar. Jamaic. van Sloan. pag. 132 ende volgende, *waar van de beſte en voornaamſte in myn* Theſaurus Zeylancius pag. 182. *zyn aangehaalt, alwaar eenige byzondere kragten en werkingen van deze boom zo inwendig als uytwendig, dat is, zo in de Medicynen als Chirurgie vermeldt werden volgens het getuygenis van den beroemden* Grimmius *in zyn* Laborat. Ceylon. pag. 101. *die daar zelf de beproeving en ondervindinge van genomen heeft: By* Carolus Linnæus *in zyn tractaat over de* Muſa Cliffortiana pag. 11. *vindt gy de natuurlyke kentekenen van de bloemen, vrugten, en andere deelen deſes booms, en by* Samuel Dale *in de nieuwe editie van ſyn* Pharmacologia *in 4to de byſondere kragten en werkingen van deſen boom onder de naam van* Coccus, *nevens eenige aangehaalde Schryvers; van* Carol. Linnæus in Hort. Cliffort. p. 483. *wertſe genaamt* Coccus frondibus pinnatis, foliolis enſiformibus, petiolis margine villoſis, *als mede van de* Profeſſor van Royen *in ſyn* Prodr. van de Flora Leydenſ. pag. 5. *Op Zeylon wert deſe boom* Polghaha *genaamt &c.*

CAPUT SECUNDUM.

De Speciebus, Loco, Solo, ac Propagatione COCCORUM.

P*Almæ Indicæ*, ſive *Calappi arboris* plurimæ ſunt ſpecies, inter quas multæ illarum tantum modo ſunt varietates, quarum tot jam deſcribemus, quot nobis ſunt notæ, illarumque diſcrimen plurimum in fructibus, eorumque nucibus conſiſtit, quædam enim ſunt majores, quædam minores, aliæ vero rotundiores, aliæ autem magis oblongæ.

Plinius lib. 13. *Hiſt. nat. Cap.* 4. Quadraginta novem Palmarum enumerat ſpecies, inter quas forte & Indicæ quædam occurrent: *Caſpar, Bauhinus* in *Pinace lib.* 12. *ſect.* 6. tria Palmarum habet genera, primo nempe *Palmam* proprie dictam, ſive *Majorem*, 2. *Palmam Minorem*, 3. *Palmam nucem ferentem*, quæ quadraginta ſex continent ſpecies, quarum ultima, quam *Palmam* Indicam & *Cocciferam* vocat, in ſeptendecim ſola dividitur ſpecies. Verum, ſi omnes has enumeratas ſpecies accuratius examinemus, apparebit, plurimas earum cum *Palma Indica* ſive *Minore* neutiquam convenire, atque e contra plurimas eſſe omiſſas, quæ revera ad illud pertinent genus, immo impoſſibile videtur, meo quidem judicio, omnes Palmarum ſpecies, in Aſia, Africa, & America creſcentes, in unum redigere genus. Contentus itaque ero, ſi illas, quæ in Orientalibus hiſce inſulis Indicis creſcunt, & vel a me ipſo obſervatæ, vel per aliorum relationem adnotatæ ſunt, deſcripſero, quæ in tredecim Majoris Palmæ Indicæ ſpecies dividuntur.

II. HOOFDSTUK.

Van de Soorten, Plaats, Grond, en Voortplanting der Calappus-Boomen.

D*E Indiaanſche* PALMA, *ofte* CALAPPUS-BOOM, *heeft veele zoorten, waar onder ook ſlegts eenige veranderingen van de hooft-zoorten zyn, en waar van wy 'er nu zoo veel beſchryven zullen, als ons bekent zyn; beſtaande het onderſcheyt meeſt in de vrugten of nooten; want zommige zyn grooter, zommige kleynder, andere zyn ronder, en andere weder lankwerpiger.*

Plinius, lib. 13. hiſtor. natur. Cap. 4. *teld* 49 *zoorten van de Palmen op, waar onder deze Indiſche ook miſſchien zullen ſchuilen:* Caſpar Bauhinus, *in* Pinace, lib. 12. ſect. 6. *ſtelt drie hooft-geſlagten van de Palma, te weten* 1. Palmam proprie dictam ſive Majorem, 2. Palmam Minorem, 3. Palmam nucem ferentem, *t'zamen* 46 *zoorten uitmakende, waar onder de laaſte, die hy* Indicam & Cocciferam *noemt, alleen in* 17 *zoorten verdeelt is; maar als men dat mengelmoes nader inziet, zoo zal men bevinden, dat daar onder veele ſchuilen, die met de Palma* Indica, ſive minore, *geen gemeenſchap hebben, en daar en tegen veele uitgelaten zyn, die daar onder behooren, zynde myns oordeels onmogelyk alle de medezoorten van deze Palma, in Aſia, Africa, en America waſſende, by een te brengen. Derhalven ik my vergenoegen zal met die geene, die in deze ooſterze Eylanden waſſen, en van my zelfs gezien, of door 't verhaal van andere aangeteekent zyn, beſtaande in de volgende* 13 *zoorten van de* Palma Indica Major.

Primo, CALAPPA VULGARIS, ſive Nux vulgo *Calappa* dicta, quæ capite antecedente ſatis ample deſcripta eſt, hæc in tres quatuorve diſtinguitur Varietates; *Vulgares* enim in juniore ætate ſunt virides, maturæ vero luteæ, cupreæ, ac colore ruffo permixtæ, quarum maximæ & elegantiſſimæ in Baleja ac Maccaſſera inveniuntur, harum putamina tantæ ſunt molis, ut caput pueri ſatis adulti adæquent. Secunda in juniore ætate eſt pallida, alba, ac, ſi matura, inſtar cupri flavi, quæ *Alba Calappus* vulgo dicitur. Tertia tam in juniore quam adultiore ætate ſemper eſt viridis, quæ *Alba* vulgo etiam habetur, & ambæ hæ ſpecies ad potus Medicinales eliguntur. *Quarta*, ſi matura ſit, ruffeſcit, ac coloris fere pomi Aurantii eſt, quæ diverſa ſpecies a me habetur, ac numero decimo infra deſcribitur. Hæc vero omnia de externo fructuum colore ſunt intelligenda, qui omnes in adulta ætate cinerei ſunt coloris.

Secundo, CALAPPA RUTILA, Malaicenſibus *Calappa Caſſomba*, hoc habet peculiare, quod putamen recens diſſectum intus ſit lucidum, rubens, vel pallide ferrugineum, quem colorem Malaicenſes *Caſſomba* dicunt a floribus Carthami Indici, ex quibus talis extrahitur coloris tinctura: nucleus autem putamini adhærens albet, uti vulgaribus in nucibus, vel interdum ex albo rubeſcens: hocce putamen dulceſcit, quod edi quidem nequit, ſed ſuccus tamen dulcis ex illo exſugi poteſt.

Tertio, CALAPPA SACCHARINA, *Calappa Tubu* h. e. Saccharina, ab antecedente non multum differt, excepto, quod putamen intus non rubeſcat, ſed albeſcat, ſuccoſum ſit, ac dulce, ita ut crudum comedi poſſit inſtar Arundinis Saccharinæ; hiſce in inſulis ignota penitus eſt, ſed plurimum invenitur in inſulis ad Eurum ſitis, *Ferua* & *Tennemer* dictis, unde ad *Bandam* deducta fuit arbor. Glires vehementer expetunt hocce putamen, qui arbores hinc conſcendunt, atque totum comedunt.

Quarto, CALAPPA CANARINA, Malaice *Canari*, quæ cum vulgari plurimum etiam convenit, & magis varietas, quam diverſa ſpecies habenda eſt, unde & inter vulgarem etiam interdum creſcit. Diſcrimen potiſſimum in nucleo conſiſtit, qui craſſior ac mollior eſt, ſaporis etiam magis grati quam vulgaris eſt, cum recente *Canari* quodammodo conveniens, quique crudus comedi poteſt, e contra inepta eſt hæc nux oleo inde exurendo, quippe nullum exſtillat oleum, ſed ejus ſuccus corrumpit aliud, cui fuit mixtus, ac mucilaginoſum illud reddit. Amboinenſes nominant hanc *Niwel Mamina*, & *Niwel Yar Iſſi*. h. e. pinguem, ſeu *Canari Calappum*, quum inter edendum pingue magis ſapit quam vulgaris, inſtar recentis nempe *Canari*, unde & nomen obtinuit. Creſcunt hæ nuces tam diverſis in arboribus, quam in vulgaribus, aliis nucibus mixtæ, & uti vulgo putatur, eſt tantum degeneratio vulgaris generis, hæ nempe nuces tales fiunt, quum per foliaturam non ſatis adumbrantur, ac per ſolem nimium exuruntur.

Quinto, CALAPPA PULTARIA, Malaicenſibus *Calappa Bubur*, h. e. Calappus Pulpoſus, eſt ſpecies, quum plurimum in Java & Madura creſcit, nec peculiare conſtituit genus, atque aliis mixta vulgari ſimilis eſt, quæ intus repleta eſt tam molli pulpa putamini juncta, ut facile inde ſeparetur, & aquæ mixta pulpoſam illam reddat, ſi nux antea fortiter conquatitur, vel de arboribus decidit. In Java etiam hæ nuces dicuntur *Calappa Puan*, & *Calappa Dadir*.

Sexto, CALAPPA MACHÆROIDES, Malaice *Calappa Parrang*, Amboinenſibus *Niwel Lopu* h. e. Calappus enſiformis, ab oblonga figura, quodammodo inſtar gladii, *Parrang* illis dicti, quæ ſolo adſpectu facile diſtinguitur a vulgari. Eſt enim oblonga, compreſſa, in acutum deſinens umbilicum, putamen internum eſt itidem oblongum, ab anteriore parte acuminatum, quum vulgaris nux ſit rotunda, ejuſdem alias craſſitiei ac ſubſtantiæ; maximæ nuces ſunt inſtar ovi Caſuaris, verum compactiores; vulgares vero inſtar ovi Anſerini, immo quædam etiam minores; nucleus ſeu medulla craſſior eſt, & etiam vulgari durior; peculiari in arbore creſcunt, ac cultura etiam propagantur, putamina multum expetuntur ad ſcyphos inde formandos, ſi nempe polita, æqualia, & inſtar ovi rotunda ſint, ſuperne apertura ſcyphi formatur, ubi tria illa naturalia orificia ſunt, atque inferior acuta pars imponitur

1. Calappa Vulgaris, *ofte gemeene Calappus-noot is in 't voorgaande Capittel genoegzaam beſchreven, dog verdeeld zig in* 3 *of* 4 *veranderingen; want de gemeene zyn in haar jongheit groen, en in haar rypheit geel, koperverwig, en met een weinig ros gemengt, waar van men de grootſte en ſchoonſte op Baley en Maccaſſer vindt, wiens doppen zoo groot zyn, als de kop van een middelbare jongen. De tweede is in haar jongheit bleek-wit, en in haar rypheit als bleek cooper, die men witte Calappus noemt. De derde is, zoo wel jong, als volwaſſen groen, die men ook voor wit reekent, en werden deze beide zoorten tot medicinale dranken uitgezogt. De vierde wert in haar rypheit ros, en genoegzaam Orangie-verwig, dewelke ik tot een byzondere zoorte gemaakt hebbe, hier onder No.* 10. *te zien. Dog dit alles is te verſtaan van de buitenſte coleur der Vrugt, werdende in den ouderdom allegaar aſchgraauw.*

2. Calappa Rutila, *in 't Maleits* Calappa Caſſomba, *heeft dit byzondere, dat de verſche bolſter opgeſneden van binnen ligt, rood, of bleek roeſt-verwig ſchynt, welke coleur de Maleyers* Caſſomba *noemen, naa de bloeme van de* Carthamus Indicus, *waar uit men diergelyke coleur maakt, dog het pit aan den dop hangende is wit, gelyk aan de gemene nooten, of een weinig naar 't roode trekkende: Deze bolſter is zoet van ſmaak, men kanſe wel niet eeten, maar egter het zoete zap daar uit zuigen.*

3. Calappa Saccharina, Calappa Tubu, *dat is zuiker-Calappus, verſchilt van de voorgaande niet veel, behalven dat de bolſter van binnen niet rood, maar wit is, ook zappig en zoet, zoo dat menze raauw eten kan, als zuikerriet; zy is in deze Eylanden onbekent, maar wert meeſt gevonden in de Zuit-ooſter Eylanden* Ferua *en* Tennemer, *van waarze in Banda gebragt is. De Ratten zyn zeer gretig naa deze bolſter, de boomen daarom beklimmende, en de zelve geheel afetende.*

4. Calappa Canarina; *op Maleyts* Calappa Canari, *komt ook meeſt met de gemeene over een, ſchynende meer een verandering dan byzondere zoort te zyn, gelykze ook hier en daar onder de andere waſt. Het onderſcheit beſtaat alleen in de pit ofte kern, dewelke dikker en weeker is, van ſmaak wat aangenamer dan de gemeene, eenigzints met de verſche Canaris over een komende, en bequaam om raauw te eten, daar en tegen is zy onbequaam, om olie daar uit te branden, want zy geeft niet alleen uit haar zelve geen olie, maar bederft ook de andere, daar zy onder gemengt wort, dezelve tot een pap makende. De Amboineezen noemenze* Niwel Mamina, *en* Niwel Yar Iſſi, *dat is vette of* Canari Calappus, *om datze in 't eeten vetter ſmaakt, dan de gemeene, namentlyk als verſche* Canaris, *waar van zy ook de naam heeft. Zy waſſen zoo wel op byzondere boomen, als aan de gemeene, onder andere nooten gemengt, en zoo men wil zeggen, is het een ontaarding van 't gemene geſlagte, te weten van zoodanige nooten, die niet wel bedekt, maar van de Zonne-ſtralen te zeer geraakt werden.*

5. Calappa Pultaria, *op Maleyts* Calappa Bubur, *dat is pappige Calappus, is mede een zoodanigen zoort meeſt op Java en Madura waſſende, eygentlyk geen geſlagt op haar zelven makende, maar onder andere gemengt, van aanzien zynze de gemene gelyk, maar van binnen hebbende zoodanig een week merg aan de ſchaal hangen, dat het zelve zeer ligt daar afvalt, en zig met het water tot een pap vermengt, als men de noot ſterkelyk ſchut, ofte van de boomen laat afvallen. Op Java werdenſe ook genoemt Calappa* Puan, *en Calappa* Dadir.

6. *Calappa* Machæroides, *op Maleyts Calappa* Parrang, *Amboins* Niwel Lopu, *dat is zweert-Calappus, na haar langwerpig fatzoen, eenigzints een houwmes,* Parrang *genaamt, gelykende: Zy verſchilt ſtraks in 't aanzien van de gemeene; want zy is langwerpig, ſmal, toegeſpitſt met een tepel voor aan, de binnenſte dop is mede langwerpig, aan 't voorſte deel, of einde toegeſpitſt, daar de gemeene rond is, anders van de zelfde dikte en ſubſtantie; de grootſte zyn als een* Caſuaris-ey, *dog ſmalder; de gemeene als een* Ganſen-ey, *zommige ook kleender; het merg of kern van binnen is dikker, en harder dan aan de gemeene; zy waſſen aan een boom op zig zelfs, en worden ook door voortplanting vermeerdert; de doppen worden veel gezogt, om bekers daar van te maken, te weten; alze fraay, egaal, en eyront zyn; men maakt de mont boven, daar de* 3 *gaten zyn, en met het ſpitze eynde ſtelt menſe op een gedraaiden houten voet, of men laatze zonder voet,*

en

tur ligneo elaborato pedi, vel ſine tali fulcro etiam uſurpatur, ac ſuperne tum cochlea adaptatur, ut ſine incommodo potu, vel alia quavis re repletam in ſacco quis geſtare eam poſſit, ex minoribus nucibus tali modo etiam formantur machinulæ, quæ pulveri pyrio recipiendo inſerviunt.

Similes nuces quoque inveniuntur in vetuſtioribus vulgaris ſpeciei arboribus, ſi enim arbores Calappi vetuſtiſſimæ ſunt, gracileſcunt, atque altiſſimum, & ſimul contractum admodum adquirunt truncum, ita ut vix adſcendere eum ſuſtineant incolæ, nuces itidem ſunt minores, graciles, & acuminatæ; ita etiam putamina tunc ſunt acuminata & craſſa, aliquando oviformia, aliquando incurvata, inæqualia, foveis ſulcata, ac ſine ullo nucleo, medulla, vel liquore repleta: Fibræ putamini etiam adeo firmiter adhærent, ut vix ſeparari poſſint, niſi lædantur, cæterum, ſi ſunt æqualia, uti de antecedentibus dictum eſt, uſurpantur, a quibus etiam haud multum diverſa ſunt, niſi quod ſint minora, rugoſiora, ac magis inæqualia, quæ ſuprema etiam ſeu poſtica eorum parte tria inſignia coronæ inſtar habent (quæ in antecedentibus non obſervantur,) atque anteriore parte in longum trigonum acumen deſinunt.

Septimo, CALAPPA CAPULI-FORMIS, minima eſt ſpecies, ac raro obvenit, cujus etiam duæ tantum ſunt arbores in inſula Bandæ *Pœloay* dicta, quæ peculiare conſtituere videtur genus, nuces ejus ſunt multo minores, quam vulgaris, externe eleganter luteæ, interne plerumque ex fibroſo, ſeu cannabino quaſi putamine contextæ, quæ nucem continent oblongam, digiti craſſitiem ac longitudinem habentem, quædam paulo majores, aliæ vero minores, plerumque ex ſolo putamine conſtantes, coloris cinerei, quæ haud facile poliri poſſunt, ſuprema vero earum parte tres ſunt anguli, ſeu lamellæ, anteriore autem parte ſunt trigonæ, acuminatæ, & ſecundum latera tribus foveolis ſulcatæ, vel tribus protuberantibus rugis ſeparatæ: Manubria cultelli inde formantur, quæ magis rara, quam elegantia ſunt.

Octavo, CALAPPA CYSTI-FORMIS, itidem rariſſima, & parva Calappi ſpecies eſt, in Javæ parte orientali circa Suroe-portum creſcens, cujus nuces ſunt admodum parvæ, ut & putamina, ſunt fere magnitudinis ac formæ Veſiculæ fellis bovinæ, at magis rotundæ, putamen habent craſſiſſimum, & vix ullam intus capacitatem; putamen ejus eſt nigrum & facile poliri poteſt, unde ſæpe capſulæ, ac lagenulæ inde formantur.

Nono, CALAPPA PUMILA, Malaice *Calappa Babi*, Amboienſibus *Niwel Habu*, & *Niwel Lapu*, h. e. Calappus repens, a vulgari vix differt, niſi altitudine; truncus enim duorum hominum altitudinem vix adæquat, nihilominus tamen frugifera eſt, ac cito profert fructus, vidimus enim quasdam, quæ tam præcoces gerebant nuces, ut terræ incumberent, unde foveæ, in quibus hærerent, effodiendæ erant, ne terram adtingentes putreſcerent, aliæ vero arbores nuces gerunt ad altitudinem trium, quatuor, vel ſex pedum vulgaribus ſimiles, verum minores, acutiores, atque externe virides, quamvis interdum etiam reperiantur, quæ formæ rotundioris ſunt. Earum lympha eſt dulciſſima, ac gratior eſt quam vulgarium, inveniuntur ubique in inſulis Moluccis, Banda, & ad Eurum ſitis, verum nullibi frequentes; Malaicenſes eas nominant *Calappa Baby* h. e. Calappum porcinum, quum tam humile creſcant, ut porci nuces avellere atque comedere poſſint: alii vero male eas vocant *Calappa Radja* h. e. Calappum regium, atque illas cum ſubſequente confundunt ſpecie, quia Magnates ac Reges harum inſularum circa ædificia has plantant; *Calappa Baby* Malabaris *Thebebolen* dicitur, & plerumque ibi circa idola locatur, quæ tanti æſtimatur, ut duæ tales arbores carioris pretii ſint, quam mille aliæ vulgares.

Decimo, CALAPPA REGIA, Malabaris *Calappa Radja*, & *Calappa Mera*, h. e. Calappa Regia: Amboinenſibus *Niewel-Latoe*, peculiaris eſt ſpecies, forma cum vulgari conveniens, ſed nuces gerit multo minores, quarum quædam acuminatæ ſunt, ac mammillares, atque a parte antica acutæ, quædam vero rotundiores, & vulgaribus minores, intenſe luteæ, quædam aurantii coloris, ſeu rubentes inſtar fructus emarcidæ Muſæ, *Pinangh* dictæ, illarum gluma multo magis eſt tenuis, vix digitum craſſa, putamen

en maakt een ſchroefje boven aan, om in de zak te dragen, als een fleſje, en uit het kleenſte geſlagt maakt men ook kruithoorentjes.

Diergelyke nooten vint men ook aan de oude boomen van 't gemeene geſlagt, want als de Calappus-boomen tot een grooten ouderdom komen, werdenze mager, met een zeer hooge ranke ſtam, zoo dat menſe qualyk meer beklimmen durft, de nooten werden ook klein, mager, en toegeſpitſt, zoo mede de doppen lankwerpig, en dik van ſchaal, zomtyts ey-formig, zomtyts ingebogen, oneffen, en met kuilen, midsgaders van binnen zonder pit of water: De draaden van den bolſter hangen daar ook vaſt aan, dat menſe qualyk afſchrappen kan, zonder ſchrammen in den dop te laten, anderzints zoo ze egaal zyn, werdenze gebruikt als de voorige, van dewelke ze ook ſchier niet verſchillen, dan dat ze kleender zyn, als mede ruiger, en oneffen van ſchaal, de welke aan 't bovenſte of agterſte eynd 3 lapjens heeft, als een kroon (die men aan de voorgaande niet en ziet) en van vooren in een lange drie kantige ſpits toeloopen.

7. *Calappa* Capuli-formis, *is het alderkleinſte geſlagt, en zelden te vinden, waar van men ook maar twee boomen heeft op 't Bandaaſche Eylant Poeloay, ſchynende een geſlagt op zig zelven te maken, de nooten zyn kleender dan de gemeene, van buiten hoog-geel, van binnen meeſt uit een hairige bolſter, of kennip beſtaande, in de midden ligt een lankwerpig nootje, in de dikte en lengte van een vinger, zommige wat grooter, en zommige kleender, meeſt uit enkel ſchaal beſtaande, graauw van coleur, en mede niet wel glad te krygen, aan het bovenſte hebbenze 3 hoeken, of lapkens, aan 't voorſte zynze driekantig, toegeſpitſt, en langs de kanten met 3 voorens, en zomtyts 3 uitſtekende ruggen afgedeelt: men maakt 'er ſteelen of hegten van meſſen van, dog meer wegens haar zelzaamheit, dan fraayigheit.*

8. *Calappa* Cyſti-formis, *is mede een zeltzame, en kleene zoorte van Calappus, op Javaas ooſtkuſt omtrent Suroe-baye waſſende, kleen van nooten, en doppen, zy zyn van groote en gedaante als een galblaas uit een oſſe, of wel zoo rond, met een zeer dikke ſchaal, en een kleine holligheit van binnen: de ſchaal is zwart, en laat zig wel polyſten, dies menze ook tot doosjes, of fleſjes gebruikt.*

9. *Calappa* Pumila. *Op Maleyts* Calappa Babi, *Ambons* Niwel Habu, *en* Niwel Lupu, *dat is kruipende Calappus: zy verſchilt van de gemeene niet, dan in de hoogte, want de ſtam wert niet boven 2 mannen hoog, niet te min iſze vrugtbaar, en vroeg vrugtdragende, want men heeft 'er gezien, die de nooten zoo vroeg voortbragten, datze op de aarde hingen, en zoo laag op de gront, dat men kuilen moeſte maken, daarze in hingen, op datze de aarde niet en raakten, en bedurven, andere brengen hare nooten voort op de hoogte van 3, 4 a 6 voeten, de gemeene gelyk, dog wat kleender, ſpitzer, en groen van buiten, hoewel 'er ook gevonden worden, die rontagtig zyn. Haar water is zeer zoet, en aangenamer, dan in de gemeene, men vindze over al in de Molucces, Banda, en de Z. O. Eylanden, dog niewers in overvloet, de Maleyers noemenze Calappa-Baby, dat is verkens Calappus, dewylze zoo laag waſſen, datze de verkens kunnen afvreten. Andere, dog abuzivelyk, noemenze Calappa Radja, dat is, Koninks Calappus, en vermengenze met de volgende zoorte, om datze de Grooten en Koningen van deze Eylanden geern omtrent haar wooninge planten, de Calappa Baby heet op Mallabaars* Thehebolen, *en wert aldaar meeſt by de Pagoden geplant, zynde in zulken agting, dat aldaar 2 zoo veel gelden als duizent andere.*

10. *Calappa* Regia, *op Mallabaars Calappa* Radja, *en Calappa* Mera, *of Konings Calappa: Ambons* Niewel-Latoe, *is een zoorte op zig zelfs, in de gedaante van de gemeene niet verſchillende, behalven dat de vrugten altyt kleender zyn, zommige toegeſpitſt met een tepel, of tuitjen van vooren, zommige ronder, en kleender, dan de gemeene, hoog-geel van coleur, zommige orangie-verwig, ofte rood als een oude Pinang, de bolſter is dunder, te weten aan de zyde, niet boven een vinger dik, den dop ook dun van ſchaal, in de eene lankwerpig, in de andere rond,*

itidem tenue, in una nuce oblongum, in altera vero rotundum, ac prominens, cujus lympha gratiſſima eſt, ac magis ſapida quam vulgarium; Truncus arboris gracilior eſt quam vulgaris, rubeſcens, qui, ſi altitudinem octo vel duodecim pedum attigerit, jam fructus profert, cujus rami intenſe lutei ſunt, ſuprema parte non multum excavati, ſed fere plani, idem quoque color in foliorum nervo medio obſervatur, quæ etiam pallidioris ſunt coloris quam in vulgaribus; ſi tenera adhuc ſit arbor, atque ejus rami per radios lunæ illuminentur, reflectunt illos ob foliorum glabritiem; ſenſim tam alte excreſcit, ac vulgaris Calappus arbor, ſervans tamen luteum illum ramorum colorem, ex quo facile dignoſcitur, atque ab aliis diſtinguitur; tandem ſterilis hæc fit arbor, aut puſillas producit nuces, atque cum illis parva, & oblonga, anguſtaque putamina: In Zeylana hujus itidem una occurrit ſpecies deſcriptæ ſimilis, quæ aurei quoque eſt coloris, uti in præcedente, ac tam pretioſæ ibi habentur ejus nuces, ut ex plebeis nullus eas comedere audeat, licet in propriis creſcant hæ arbores arvis, ſed regibus illas offerre debent; *Regia* hæc *Nux Calappa* raro creſcit in Amboina, atque ibi pauciſſime in *Laba*, quæ per centum & decem gradus diſtat a ſinu Amboinenſi, frequentiores in Java, Banda, atque ad Eurum ſitis inſulis creſcunt. Illarum putamina multum expetuntur a Javanis ad crateres ac cochlearia, quibus aquam excipiunt, inde formanda, ob formam nempe illarum oblongam, qua etiam cum antecedente *Calappa Paring* conveniunt.

Undecimo, CALAPPA LANSI-FORMIS, Malaice *Calappa Lanſa*, humile itidem creſcit, ac fructus producit, ſi hominis attigerit altitudinem, parvos etiam dat fructus pugni magnitudinis, paulo tamen majores, oblongos, leves, decem aut duodecim ſimul dependentes, uni thyrſo junctos, Lanſi-formes, externe ex viridi albicantes, eorum putamen ac gluma adeo tenuis eſt, ut facile rimas agat, ſi ex arbore decidant, lympha autem illorum eſt dulcis, gratique ſaporis.

Duodecimo, Circa urbem Sourattam, ac porro per totum regnum Cambajæ, & Guſarattæ alia PALMÆ INDICÆ ſpecies creſcit TERRI dicta, quæ cum *vinifera Palma* plurimum convenit, humiliorem itidem truncum gerens quam vulgaris, cujus rami magis compreſſi, ac tenuiores trunco infiguntur, ac folia mox, ubi rami progerminant, ſuum habent ortum; fructus triplo aut quadruplo minores ſunt, quam vulgaris Calappi, repleti parva ac dura nuce, edendo inepta, unde tantum hæc arbor ad liquorem eliciendum adhibetur; ſi racemus junior, qui fructus poſtea produceret, abſcindatur, ac vas ipſi jungatur, uti ſupra de *Towach* dictum eſt, tunc colligitur in illud liquor gratiſſimus, frigidus, linguamque grate afficiens, qui in quotidiano ibi uſu eſt, præſertim calidioribus diebus, facile tamen inebriat ejus potatores.

Decimo tertio, Pro diverſa quoque ſpecie habenda eſt CALAPPA PARVA, quæ præter vulgarem majorem (uti etiam præter celebrem *Calappum Marinam*, quæ *Cocos de Maldiva* dicitur) in inſulis Maldivenſibus quoque creſcit, ubi arbores *Calappi* frequentiſſimæ ſunt, adeo ut incolæ ex iis cibum ac mercaturam conquirant; fructus multo ſunt minores quam vulgaris, putamen habentes oblongum, uti *Calappa* iſta *Macheroides*, ſed paulo minores ſunt, & ſubſtantiæ craſſioris, qui in nigrum ſplendentemque poliri itidem poſſunt colorem, ac topiario ornari opere, qua in re cum deſcripta *Cyſtiformi* conveniunt, ac pauca repleti ſunt lympha, nucleum vero gerunt craſſum. Multum adhibentur ad formandas ciſtas, & machinulas pulvere pyrio replendas, in quibus pulvis pyrius tenuis adſervatur, quæ eum in finem nitide & eleganter exornantur, ac lamellis cupreis ad latera firmantur. De *Nuce Cocos* de *Maldiva* dicta non agam, quum ſit frutex marinus, ac multum de natura arborum terreſtrium differat, cujus deſcriptio poſtea occurret *libro duodecimo* inter *arbores marinas*, quamvis omnes hactenus ſcriptores male eam inter arbores, ſeu *Calappos terreſtres* deſcripſerunt, inter quas etiam a noſtro populo in India ipſa degente in hunc uſque diem numeratur.

Nobilis hic *Calappus* arbor, ſeu *Coccus* in omnibus fere regionibus totius orbis creſcit, quæ inter duos Tropicos ſunt ſitæ, quod, quantum ſcio, de nulla alia, niſi de ſola *Muſa* quoque obſervatur, ſi enim incipiamus

ab

en buikig, 't water zeer aangenaam, en lieffelyker dan in de gemeene, de ſtam is wat ranker, dan aan de gemeene, wat na den rooden trekkende, en op de hoogte van 8 a 10 voeten draagt hy al vrugten; de takken zyn hooggeel van coleur, aan de boven zyde niet zeer hol, maar ſchier plat, dezelfde coleur ziet men ook in de middelzenuwe der bladeren, die ook ligter van coleur zyn, dan de gemeene; de boom nog jong, en de takken van de ſtralen der volle Maan beſchenen zynde, geven een weerſchyn wegens hare gladdigheit, met 'er tyt wert hy zoo hoog, als een ordinaris Calappus-boom, behoudende de geele koleur aan de takken, waar aan hy onder anderen kennelyk is, eindelyk wort hy onvrugtbaar, of draagt kleene nooten, en daar in kleene, ofte lankwerpige, en magere doppen. Op Ceylon heeft men mede een zoorte hier van, de voornoemde gelyk, maar de vrugten zyn grooter, dan aan de gemeene, voorts mede gout-geel, als aan de voorgaande, en werden aldaar zoo koſtelyk gehouden, datze niemant van de gemeene man nuttigen mag, al waſſenze op haar erven, maar moetenze aan hare Koningen preſenteeren: men vint deze Konings Calappus weinig in Amboina, en aldaar eenige weinige in de Laha, *zynde de N. W. zyde van den Amboinſchen inham, dog in meerder quantiteit op Java, Banda, en de Z. O. Eylanden. Haar doppen worden gezogt van de Javanen, om drinkbekers, en ſcheplepels daar van te maken, wegens haar lankwerpige gedaante, waar in ze met de voorgaande Calappa* Paring *over een komen.*

11. *Calappa* Lanſi-formis, *op Maleyts Calappa* Lanſa, *blyft ook laag van ſtam, zyne vrugten voortbrengende, als hy de hoogte van een man bekomen heeft; hy draagt ook kleene vrugten, in de grootte van ruim een vuiſt, lankwerpig, ligt, 10 a 12 by malkanderen, hangende gedrongen aan een tros, gelyk de Lanzen, van buiten wit, of wat naar den groenen trekkende, zy zyn zoo dun van bolſter, en dop, datze ligt berſten, alſſe van boven neer vallen, niet te min van zoet en aangenaam water.*

12. *Omtrent de ſtadt Souratta, en voorts door 't geheele Koningryk Cambaja, en Guſaratte, vint men een ander ſlag Indiaanſche Palma,* Terri *genaamt, dog met de wyngevende Palma meer gemeenſchap hebbende, ook lager van ſtam, dan de gemeene, de takken zyn digter, en ranker aan de kruin, en de bladeren nemen haren oorſpronk ſtraks by 't begin van de takken; de vrugten zyn* 2 *en* 3 *maal kleender, dan aan de gemeene Calappus, van binnen met een kleene en harde noot, onbequaam om te eeten, dierhalven wort hy maar tot tappen, of tyfferen gebruikt; als men de jonge ſteel affnyd, daar de vrugten aan zouden komen, en een vat daar aan bint, gelyk boven van den Towak gezegt is, dan komt een zeer aangename vogt daar in, koel, en op de tonge wat ſcherp, die men aldaar tot dagelykze drank gebruikt, inzonderheit by heete dagen, maar hy maakt ligt dronken.*

13. *Voor een byzondere zoorte moet men ook ſtellen de klene Calappus, dewelke behalven de gemeene groote (als mede de vermaarde Zee-Calappus, Cocos de Maldiva genaamt) nog in de Maldiviſche Eylanden gevonden werd, alwaar de Calappus-boomen zoo overvloedig zyn, dat de inwoonders haar koſt, en koopmanſchap daar van hebben, de vrugten zyn veel kleender, dan de gemeene, met een langwerpige dop, gelyk onze voornoemde Calappa* Macheroides, *of wel zoo kleen, en zeer dik van ſubſtantie, die zig ook zwart laat polyſten, en met lofwerk uitſnyden, waar in zy met de voorſchreven* Cyſtiformis *over een komen, en hebben weinig water van binnen, maar een dik pit. Zy werden veel gebruikt, om doosjes, en kruithoorentjes daar van te maken, waarin men het fyne buskruid bewaard, werdende tot dien einde fraay uitgeſneden, en aan de zyden met kopre plaatjes beſlaagen. Voorts zal ik van de regte Cocos de Maldiva niet ſpreeken, alzoo 't een Zeegewas is, en veel van de natuure der landboomen verſchilt, welkers beſchryvinge men dan vinden zal in 't 12 boek onder de Zeebomen, hoewel alle Schryvers tot nog toe dezelve abuſivelyk onder de land Calappus beſchreven hebben, waar voorze ook van onze natie, die zelfs in India woonen, tot nog toe gehouden is.*

Dezen edelen Cocus of Calappus-boom waſt ſchier in alle de landſchappen rondom den geheelen aartbodem, die tuſſchen de twee Tropicos *liggen, 't welk neffens den Piſangboom aan geen andere, myns wetens, vergund is; want*

zoo

ab India Orientali, & per Africam pergamus uſque ad Braſiliam, regionem Peruanam, ac reliquas adjacentes inſulas maris ingentis Auſtralis, quod *Mare Pacificum* vulgo dicitur, & tandem ad novam Guineam Indiæ noſtræ adjacentem, ubique eam reperiemus, uno tamen in loco frequentior ac fertilior eſt, quam in alio, atque quodammodo differt modo creſcendi, ut & in fructibus, prout regiones variant. Ab India itaque Orientali incipientes inveniemus arborem Calappum a Decana, atque in omnibus regionibus ad Orientem ſitis, æque ac in omnibus inſulis aquoſæ Indiæ dictis, ſitis in magno *Oceano Moluccenſi*, vulgo dicto *Archipelago de St. Lazaro*, quamvis in plurimis illarum non ſponte, ſed arte culta creſcat; in Bengala, Cormandella, atque Orientali Zeylanæ parte vix vel raro admodum invenitur, cujus tamen locus ibi ſuppletur per arborem LONTARUM dictam. Sine auxilio humano creſcit plurimis in inſulis, uti & in quibusdam parvis inſulis ad Favonium ſitis, quæ a noſtratibus inde *Calappi Inſulæ* dicuntur, uti & tales duæ incultæ inſulæ inveniuntur in Banda ad Favonium tendentes; in Moluccenſibus itidem creſcunt, in *Taſſuri*, atque aliis peninſulis, in rupibus inter *Sangir* ac *Siau*, aliisque pluribus. Non dico, quod ibi ſint indigenæ, ſed per nuces forte per mare fluctuantes, & ibidem projectas progerminarunt, plures enim tales in rupibus in medio maris ſitis creſcunt, quæ ſuam tunc retinent naturam, ac ſæpe in Amboina etiam plantantur tali modo a juvenibus, qui modo maritati ſunt, hi in matrimonii memoriam, vel alius rei magni momenti tales plantant arbores Calappos ad experiundum, quamnam ſortiantur fortunam. Mirandum inſuper eſt, quomodo tantæ arbores talibus in rupibus, ubi tam pauca terra invenitur, ſuum poſſint acquirere alimentum, ac nihilominus fructus ſuos producere, qui ab incolis certos ad uſus Medicos adhibentur, quamvis cum arbore minores ſint reliquis.

Sine dubio nulla eſt regio, ubi frequentiores occurrunt, quam in inſulis Maldivenſibus, uti *Linſchotenus*, aliique teſtes oculares hoc confirmant, quarumque nuces præſtantiores habentur reliquis omnibus totius mundi, ſuſpicor tamen hoc erroneum, ac puto ſolummodo id intelligendum eſſe de iſta *Coco*, ſeu *Calappa de Maldiva*, vel marina: in inſulis Moluccis incerto proveniunt modo, quædam enim iis omnino deſtituuntur, uti Ternata & Tidora, in Amboinæ vero parte Orientali, ſeu Leytimora circa ſinum Amboinenſem ſatis ſunt frequentes, præſertim ad angulum Nuſſanivæ, e contra pauciſſimæ in regione Hitöe, ubi vix progerminare poſſunt ob *Scarabæos Lucanos*, qui totas arbores perdunt, ac juniora omnia comedunt folia ut & ejus cerebrum: Inſulæ Uliaſtrenſes Orienti vicinæ magna eas producunt copia, quæ toti huic provinciæ oleum ſuppeditant; tota Cerama vix eas producit, ſed præſertim ejus plaga Orientalis, quæ & plurimum inhabitatur. In Chinæ regno vix inveniuntur, niſi in ejus provinciis auſtralibus *Quantung* ac *Fockien*.

Arbor Calappus primo amat ſolum ad litus maris, vel ipſi vicinum, ad fluvium aut lacum ſitum, ſolum ipſum debet eſſe nigrum, ac ſabuloſum, inferne humidum ac paludoſum, & ſi huic ſabuloſo ſolo nigra, atque argilloſa miſta ſit terra, qualis in tota fere Boreali Javæ plaga occurrit, tum præcoces quidem ac frugiferæ ſunt arbores, ſed non ſeneſcunt, ſi enim earum radices ſalſum & argilloſum tangant ſolum, computreſcunt, ac tum perit arbor: Alioquin plerumque perduntur a magnis *Scarabæis*, qui gignuntur in cerebro, ſeu medulla ſuperiore trunci, quam ſi perforarunt, in conſpectum veniunt, atque porro comedunt tenerum ac nondum apertum, ſeu convolutum folium, quod uſque ad medium nervum depaſcuntur, immo ipſum ſæpe totum tenerum ramum, unde fit, ut, ſi poſtea explicetur talis ramus, magnas exhibeat inciſiones, ac ſi per forcipem foret abſciſſus; ſi vero Scarabæus hic nimis profunde in cerebro Palmæ gignatur, tum diu langueſcit arbor, ac non niſi inciſa & monſtroſa producit folia, & perit tandem. Hunc morbum plerumque experiuntur tales arbores, quæ ſolo creſcunt arido ac ſabuloſo, vel ubi antea Calappi quædam arbores fuere exſtirpatæ, & ibi computruerunt, quæ illum produxerunt. Scarabæus hic primo eſt albus, craſſus, ac pinguis vermis, ſeu eruca, quæ poſtea in hunc transforma-

zoo men van Ooſtindien begint, en over Africa voortgaat door Braſil, Peru, en alle de Eylanden van de groote Z. Zee, of Mare Pacificum *tot aan Nova Guinea (hier aan ons Indien palende,) zoo zal men hem over al vinden, dog op de eene plaats meerder, en vrugtbaarder, dan op de andere, ook met een kleen onderſcheid van wasdom, en vrugten, na de verſcheidentheit der landen. In Ooſtindien dan beginnende, vind men den Calappus-boom, van Decan af, ſchier in alle landen ooſtwaard aan, en ook op alle eylanden van water-Indien, gelegen in de groote Molukze Oceaan, in 't gemeen genaamt* Archipelago de St. Lazaro, *hoewelze in veele der zelve niet van zelfs, maar door menſchen handen geplant, voortkomen; op Bengale, Cormandel, ende d'Ooſt-kuſt van Ceylon vind menze niet, of weinig, werdende niet te min aldaar haar plaats bekleed door haren luitenant, den Lontar-boom. Zonder menſchen toedoen komenze voort op veele Eylanden (zoo ik meene) van de Maldivos, van Javaas onbewoonde Z. zyde, en eenige kleine Eylanden in 't Z. Weſten van daar gelegen, die de onze, om die oorzake, Calappus Eylanden noemen, gelyk ook zyn 2 woeſte Eylandekens in 't Z. Weſt van Banda gelegen; in de Molukkes op 't Eylandeken* Taffuri, *op klene eylanden, en klippen tuſſchen Sangir en Siau, en andere meer. Ik zegge niet, datze aldaar zonder zaat voortgekomen zyn, maar dat 'er eenige nooten in Zee dryvende, by geval aldaar gekomen, zig alzoo aangeplant hebben: want men vind 'er veel op zoodanige klippen, in Zee ſtaande, geplant, die dan hare eygenaars behouden, 't welk inzonderheit onder de Amboineeſen gedaan wort door jonge lieden, die eerſt getrouwt zyn, die ter gedagteniſſe van haar trouwen, of eenig ander gewigtig voornemen, zoodanige Calappus planten, om te zien, wat voor geluk zy daar mede hebben zullen: Zynde te verwonderen, hoe die boomen op zoodanige klippen, daar zoo weinig aarde is, haar voedzel kunnen hebben, en niet te min vrugten draagen; die de Inlanders tot zekere Medicyn gebruiken, hoewel die, met haren boom, kleen blyven.*

Buiten twyffel is 'er geen lant, daarder overvloediger zyn, dan in de Maldiviſche Eylanden, gelyk Linſchooten, *en veele oog-getuigen ons verzekeren, en welker nooten voortreffelyker gehouden werden, dan alle andere van de geheele weereld, (hoewel ik giſſe, dat hier weer een misverſtand onderloopt, en alleen te verſtaan zy van de voornoemde Cocos of Calappus de Maldiva, ofte Zee-Calappus) in de Molukze Eylanden waſſenze zeer ongelyk, want zommige hebbenze gantſch niet, of weinig, gelyk Ternaten, en Tidore, in Amboina heeft men dit onderſcheid; op des zelfs Ooſtelykſte deel, of het lantje Leytimor, rondom den Amboniſchen Inham, heeft menze redelyk veel, inzonderheit op den hoek van Nuſſanive, daar en tegen weinig op de kuſt van Hitoe, kunnende daar bezwaarlyk opkomen wegens de torren (*Scarabæus Lucanus*) dieze aldaar bederven, het palmyt en jonge bladeren opeeten. De Uliaſterſche Eylanden, digt by na 't Ooſten gelegen, hebbenze in overvloed, van waar deze geheele Provincie met olye voorzien werdt. Geheel Ceram heeft 'er weinig, en meeſt aan deszelfs Ooſthoek, daar het ook meeſt bewoont is: In het Chineeſe ryk werdenze niet gevonden, behalven weinig in deszelfs zuider Provincien* Quantung, *en* Fockien.

De Calappus-boom bemind voor eerſt een grond omtrent de Zeekant, of daar niet ver van daan, omtrent een vlakke rivier, of binne-meer gelegen, den grond zelfs moet zwart, en zwavelagtig zyn, van onderen vogtig, ofte moeraſſig, maar als onder deze zwavelagtige een zwarte, en brakke kleygrond komt, gelyk meeſt de geheele Noortkuſt van Java heeft, zoo dragen de boomen wel vroeg, en veel, maar werden niet oud; want als de wortelen in den brakken kleygrond komen, zoo verrottenze, en den boom gaat uit: Anders is haar gemeene plage een ſlag van groote kevers, of torren, dewelke groeyen in de herzenen, ofte palmyt van den ſtam, 't zelve doorvreeten hebbende, komt hy daar uit, en zet zig op het jonge, en ongeopende blad, 't welk hy doorknaagt tot de middelſte ſteel, ofte jonge tak, waar door het komt, als het zelve zig namaals uitbreid, dat het groote kerven vertoond, als ofze met een ſchere dwars doorſneden waren, maar als deze Tor *te diep in 't palmyt groeid, zoo doet hy den boom langen tyd quynen, niet dan gekerfde, en mismaakte bladeren voortbrengen, en eindelyk uitgaan; deze kwaal gevoelen meeſt zoodanige boomen, die op een dorre en zandige grond ſtaan, ofte daar voordezen eenige Calappus-boomen zyn omgekapt, en aldaar blyven leggen, verrotten, en deze tor voortgegebragt hebben; hy is eerſt een witte, dikke, vette worm, of rupze, dewelke daar naa in een tor verandert; dezelfde*

plage

formatur Scarabæum. Idem quoque vitium sortiuntur vetustiores arbores Zagu dictæ, sed non ita frequenter hoc iis accidit. E contra plurimæ sæpe arbores celsissimæ in altis montibus, sed maritimis, optime vigentes, virentes, florentes, ac frugiferæ observantur, quæ peregrinantibus magno sunt commodo ac solatio ad eorum sitim exstinguendam, præsertim talibus in locis, ubi nulla invenitur aqua, immo harum lympha multo dulcior ac gratior est quam illarum arborum, quæ in declivibus ac paludosis crescunt locis, licet hæ citius progerminent ac præcociores edant fructus. Hoc observavi, quod Calappi arbores, si arcte plantentur, ne solis radii, & calor illarum radices & nuces nimis exurant, lætius crescant, ac vegetiores sint, unde & tales silvæ optimæ habentur, quæ per densam comarum frondem opacæ sunt.

Ut *arbor Calappus* bene plantetur ac propagetur, primo nuces vetustiores & aridæ aliquot per menses arbori cuidam sunt adnectendæ, donec humor internus penitus sit mutatus in descriptum supra pyrum, quod per conquassationem experiri potest, si nullam lympham observamus amplius fluctuantem, sed cavendum, ne pyrum ipsum separetur; si tum recens germen ex superioribus proveniat foraminibus, quod per medium seu rotundum plerumque protuberat, cui etiam pyrum illud nectitur, tunc fovea ad pedis latitudinem in solo formatur sabuloso, ac miscetur cinere contostæ *Adapæ* (quæ folia sunt sicca & vetusta) in quo tum hæc plantatur nux oblique posita, & germen, quod semper oblique etiam protruditur, directe cælo opponitur, nux ad dimidium tantum terra obruitur, ac reliquum nucis dorsum per diem tantum tegitur per aliud quoddam integumentum, quod appropinquante nocte iterum tollitur. Terra circumjecta semper quodammodo altior debet esse locata, ac circa nucem gyrus quidam efformatus, ut depluens aqua ibi stagnet, uti in Europa circa Brassicam capitatam observatur. Nux autem oblique, uti jam dictum est, ponenda est, quia constanti naturæ lege germen hoc nunquam in altum tollitur, seu excrescit, sed semper ad ejus ortum inflectitur, unde & pleræque arbores Calappi ad radicem angulum formant; e contra si nuces erectæ plantentur, truncum semper obliquum seu inclinantem dabunt, hinc conducit tam diu vetustas nuces arbori appendere, donec germen ad spithamam, vel longius propullulaverit, & hinc dignosci potest, quorsum futurus truncus erigere sese velit, unde ista quoque patet caussa, cur arbor Calappus semper ad radicem inclinet, & nihilominus erectus & excelsus ejus sit truncus.

Ad arbores Calappos plantandas, ut septimo jam anno suas edant fructus, sequens requiritur modus, effodiatur fovea sesquipedem lata loco humido & arenoso, comburatur in ea sat magna *Adap* quantitas pro cinere, imponatur copia sufficiens teneræ ac silvestris Portulacæ, implantetur ipsi exquisita Nux Calappa tali, quo supra dictum est, modo, ac contegatur hæc ad dimidium terra, spatio tum septem annorum ad quatuordecim pedum altitudinem excrescet, ac fructus producet: Alii vero cum plantant, tamquam arcanum, sub nuce manipulum contusorum limacum supposuerunt, &, si junior arbor jam truncum formavit, ejus ramificationibus pondus quoddam appendent, ut melius extendere, ac truncus eo citius in altum sese exserere posset.

In regionibus Amboinensibus arbores Calappi serius suos producunt fructus, duodecimo nempe, vel decimo quarto ætatis anno: sed in Zeylana, & aliis Indiæ regionibus multo præcocius, quinto ac sexto sæpe anno. Sin iis vero annis nondum exhibuerint fructus, exstirpant incolæ arborem, ut radices computrescant, tumque eodem loco aliam implantant Calappum, quæ per fimum memoratum fructus gerit præcociores, ac frequentiores. Qui porro cupit, ut arbores cito sint fertiles, atque plures dent fructus, manum continuo iis admovere debet, quandoquidem hæc præsertim arbor hominum curam requirit, atque hinc melius circa ædificia progerminat, ubi cineres & alia projectilia ad radicem quotidie adferuntur; solum autem bene expurgandum est a longo carice, ac zizaniis, quæ sub arbore sunt comburenda, talis enim flamma, & relictus cinis optime conducit huic arbori: Ramificationes autem vetustiores, quæ ad inferiora inclinant, ac dependent, amputandæ sunt; *Runut*, sive pilosus ille contextus, uti & vetustio-

ra

plage kweld ook de oude Zagu-boomen, dog zoo zeer niet: Daar en tegen ziet men dikwils op hooge bergen, dog omtrent de Zeekant gelegen, veel schoone Calappus-boomen jeugdig bloeyen, en vrugten dragen, waar van de reizende man een groot gemak heeft, om den dorst te verslaan, inzonderheid op zoodanige plaatzen, daar geen water omtrent en is, ja haar water is zoeter en aangenamer, dan die op een lagen, en moerassigen grond staan, dog deze wederom schieten haastiger op, en dragen vroeger. Dit heb ik aangemerkt, dat de Calappus-boomen willen digt by malkanderen staan, op dat de zonne en hitte haar, hare wortelen, en vrugten niet en raken, dies werden voor de beste Calappus-bosschen gehouden, die wegens haar digtheit donker staan.

Om den Calappus-boom te planten, moet men eerst de geheel oude, en drooge nooten eenige maanden aan een boom hangen, tot dat het binnenste water geheel en al in voornoemde appeltje verandere, 't welk men aan het schudden gewaar kan werden, als men geen water meer hoort rammelen, maar het appelken zelfs moet men niet los schudden, tot datter het nieuwe uitspruitzel uit de bovenste gaatjens voortkome, 't welk dan gemeenelyk door het middelste, of rondste geschied, waar onder ook het appelken vasthangt, dan maakt men een kuil omtrent een voet wyd, in een zwavelagtige grond, en bestroid die met eenige assche van verbrande Adap, waar in men dan deze noot plant, zoodanig datze wat schuins komt te leggen, en het scheutje, dat altyt scheef daar uitkomt, opwaarts na den hemel ziet; de noot wert maar half bedekt met aarde, de resterende bloote rugge wert slegts met eenige ruigte toegedekt, of over dag met een dekpan, en 's nagts ontdekt. De omleggende aarde moet altyt wat hooger zyn, ende de noot in een delle of kring-groeve staan; op dat het regenwater daar rontom staan blyve, gelyk men in Europa met de krop-kool doet. Men moet, als gezegt, de noote schuins planten, om dat, door een byzondere eygenschap der natuure, dit scheutje noit regt opschiet, maar altyt by zyn oorspronk een kromte maakt, waar door meest alle Calappus-boomen by haar wortel ook een bogt hebben; daar en tegen, die men met het hooft regt over eind plant, zullen een schuinze, of voor overhellende stam bekomen, daarom is het noodig, dat men de oude nooten zoo lange aan den boom ophangt, tot dat het scheutje in de lengte van een span, ofte meer uitgeschooten zy, en men daar aan zien kan, werwaarts den toekomende stam zig rigten wil. Hier uit dan blykt de bovengemelde reden, waarom den Calappus-boom altyt by de wortel wat hellende staat, en niet te min voor de rest een regte en steile stam heeft.

Om Calappus-boomen te planten, datze in het 7 jaar vrugten dragen, dat geschiet aldus, maakt op een vogtige en zandige gront een kuil een en een half voet breet, verbrant daar in een goede partye Adap tot assche, legt daar op een redelyke dikte van klene, of wilde porcelyn, plant daar op een uitgeschooten Calappus noot, op die manier, als boven staat uitgedrukt, en bedektze ten naasten by met aarde, zoo zalze in 't 7 jaar tot de hoogte van 14 voeten opgeschooten zyn, en vrugten dragen: andere hebben voor een zekreet in 't planten; onder de noot een hand vol gekneusde lantslakken te leggen, en als de jonge boom nu al een stam gezet heeft, de takken met eenig gewigt te bezwaren, op datze hun ter degen uitbreiden, en den stam zig daar door te spoediger ophesse.

In de Amboinsche gewesten dragen de Calappus-boomen wat laat, te weten in 't 12 en 14 jaar, maar op Ceylon, en andere Indiaansche gewesten veel vroeger, te weten in 't 5 en 6 jaar: want alsze in die jaren nog niet dragen, zoo kappen de Inlanders den stam om, laten de wortel verrotten, en planten een nieuwen Calappus daar in, dewelke dan, door des verstorvenen mest, vrugtbaar geworden, vroeger en rykelyker draagt. Die verders begeert, dat zyne boomen vroeg dragen, en rykelyker vrugten voortbrengen zullen, moet 'er de hand geduurig aanslaan, dewyl dezen boom inzonderheit de zorge van menschen vereyscht, en daarom ook 't liefst by wooningen van menschen voortkomt, daar assche, en ander uitvaagzel rondom de wortel gesmeeten word; den grond moet men zuiveren van het lange snygras en andere ruigte, en dezelve daar onder verbranden, want hy een ligt viertje, dikwils daar onder gestookt, bemint: De oude takken, die beginnen neerwaarts te hangen, moet men afkappen, het Runut, *of hairig geweef, dat van buiten aan de takken hangt, als me-*

de

ra germina diligenter avellenda ſunt, reſtantes autem ramificationes ſunt extendendæ, atque a Muſco, aliisque inpuritatibus purgandæ, nec trunco aliæ plantæ excreſcentes relinquantur, uti ſunt Waringa minore folio, ac præſertim Cruſta arborum puſillo folio, quæ herba eſt ſubrotundis foliolis inſtar Nummulariæ, atque innumeris ſuis tenuiſſimisque ſarmentis totam ambiunt arborem, & eam ſterilem reddunt.

Animalia vero, quæ hanc conſcendunt arborem atque inhabitant, *primo* magni ſunt *Glires*, qui nuces corrodunt, ac dejiciunt; *Secundo* ſpecies certa *Cancrorum* terreſtrium, qui *Burſæ Cancri* vulgo dicuntur, & chelis acutiſſimis nuces divellunt: *Tertio Animalculum* quoddam forma *Sciuri*, Malaice *Tupe*, Portugallis *Bicho de Palmeira* (de quo poſtea loco ſuo plura exhibebuntur.) *Quarto* ſpecies quædam *Cicadûm*, quæ fere nusquam niſi in Arboribus Calappi audiuntur, quæ parvæ quidem ſunt molis, ſed ingentem edunt ſonitum, ac plurimum ſub veſpera, ſereno ac pacato cœlo, cujus ſonus ab aliis Cicadûm ſibilis differt. *Quinto* in regione Celebes circa Macaſſeram in Calappi frondibus quoque invenitur interdum ſpecies quædam *Salamandræ* venenata, ipſis *Tokke* dicta, noſtro vero populo *Gekko* ab ejus voce denominata, quæ arborum adſcenſores inſiliunt, & eorum corporibus tam diu firmiſſime inhærent, donec totum corpus aquæ immergant, vel urina illud adſpergant. *Sexto* ſæpe fit, ut in ſupremum arboris truncum ſe conferat *Anguis* quidam, *Oelar Pethola* dictus, qui maxima ſerpentum ſpecies eſt, quæ in hiſce inveniuntur inſulis, ex albo, ac nigro eleganter variegata, pauco intermixto colore luteo, inſtar induſii ſerici, *Pethoca* dicti. Mirandum certe eſt, quo modo hæc tam altam, atque erectam conſcendere valeat arborem, adjumento forte ipſi ſunt duæ ſubtiles unguilæ, quas ab inferiore, ac poſtica ventris parte circa inteſtina, ſub ſquamis adeo abſcondere novit, ut vix obſervari poſſint; nec etiam pro certo dici poteſt, quid in arbore hac efficiat, quum nucibus non noceat, ita ut judicetur, quod probabile etiam videtur, ideo hanc ſupremam arboris partem eligere, ut corpus ſuum Soli opponat ad fovendos artus, qui per frigus nocturnum contracti, & quaſi congelati ſunt, ſæpe enim obſervatum eſt, totum ſuum corpus varios in gyros flexum toti ramo ita circumvolviſſe, ut ab oriente ſole undique radios accipere poſſet. Attenti itaque ſint, qui hanc conſcendunt arborem, ne, ut ſæpe factum fuit, per inopinatum hunc hoſpitem perterriti ex arbore decidant, licet hic *Oelar Pethola* inter omnes ſerpentes ſit innocentiſſimus. Alias equidem conſcendit arbores, uti in horto meo in arbore *Pandanga* eum inveni, & alium in racemo *Muſæ* adeo ſeſe abſcondentem, ut vix dignoſci poſſet, nec inde depelli potuit, licet totus racemus amputaretur.

Joſephus a Coſta Hiſt. natur. & moral. lib. 4. *Cap.* 26. inſtar miraculi adnotat fertilitatem arboris Cocos in inſula Porto-Rico creſcentis, quod ſingulis nempe menſibus novum emitteret germen, ac proinde novos ſemper produceret fructus, &c. verum, an hoc omni fieret menſe, dubito, & an recte hoc attenderit auctor, licet alii id etiam teſtentur auctores. In hiſce vero inſulis non certum obſervat anni tempus, ſed, ſi bene purgetur, ac nullus inde eliciatur ſuccus, per totum annum fructibus onuſta eſt, quamvis ordinarium nuces vetuſtas colligendi in Amboina tempus ſit menſibus Octobri, ac Novembri, qui totius anni menſes ſiccisſimi ſunt.

Guilielmus Piſo in Hiſtoria Braſiliæ, lib. 4. *Cap.* 12. adnotat, quod *Cocos* olim eſſet in Braſilia exotica, & aliunde deducta, ſed ſuo tempore frequenter ſatis naſceretur, atque Braſilica lingua, *Inaja Guacuba* diceretur, Mexicana vero *Coyolli*; ac tribuit ipſi truncum quinque, ac ſeptem pedes craſſum, quinquaginta vero pedes altum.

de de oude ſcheuties moet men naarſtig daar afnemen, de reſterende takken wat uitbreiden, en van alle Mos, en vuiligheit zuiveren: Aan den ſtam moet men ook geen bygewaſſen laten voortkomen, gelyk zyn de kleen-bladige Waringa, en inzonderheid de kleen-bladige Cruſta Arborum, *een kruid met kleene ronde bladeren, als* Nummularia, *en ontelbare dunne ryskens, den ſtam geheel omvangende, en den boom onvrugtbaar makende.*

De gediertens, die deze boom beklimmen, en bewoonen, zyn eerſtelyk groote Rotten, die de nooten daar afknagen, en afwerpen; 2. *een ſlag van Land-kreeften, die men beurs-krabben noemt, die met haar ſcherpe ſcheeren de nooten afknippen.* 3. *Een beeſtje in de gedaante van een Eekhorentje, by de Maleyers* Tupe, *by de Portugeeſen* Bicho de Palmeira *genaamt, (waar van op zyn plaats wat meer gezegt zal worden:)* 4. *Een ſlag van Cicadæ of krekels, die men ſchier nieuwers dan in de Calappus-boomen hoort, wel kleen van lyf, dog niet te min een groot geluid van haar gevende, en dat meeſt in de avond-ſtonden, by klaar en ſtil weer, 't welk ook van de andere Krekels ſtem verſchild.* 5. *Op Celebes omtrent Macaſſer vind men ook boven in de Calappus-boomen zomtyds zitten een fenynige zoorte van den Salamander, by hun lieden* Tokke, *by onze natie* Gekko, *van zyn ſtem, genoemt, die de opklimmers aan 't lyf ſpringen, en daar zoo vaſt aan blyven zitten, tot dat men het geheele lyf in 't water dompeld, of met pis beſprengd.* 6. *Zoo gebeurt het ook zomtyds, dat men op dezen boom vind huishouden, zekere ſlange,* Oelar Pethola *genaamd, zynde van 't grootſte ſlag, die men in deze Eylanden vind, met wit, en zwart ſchoon geplekt, en weynig geels daar onderlopende, ſchier gelyk een zyde kleetje, Pethola genaamt. Het is te verwonderen, hoe zy dien ſteylen boom op komt, werdende miſſchien in 't opklimmen geholpen door twee ſubtyle klauwen, dieze aan den buyk agter by den uitgang der dermen onder de ſchubben zoodanig verborgen heeft, dat menſe qualyk kan zien; en kan men ook niet regt weten, watze op den Calappus-boom doet, want de vrugten laatze onbeſchadigt, zoo dat men oordeelt, 't welk ook waarſchynelyk is, datze haar op dien hoogen boom begeeft, om in de Son te bakeren hare leden, die miſſchien door de nagt-koude verſtyft mogten zyn, want men heeft gemerkt, datze het geheele lichaam met veele bogten vertoont op een tak, die van de opgaande Son beſtraald werd; en de beklimmers moeten hier op verdagt zyn; want het is gebeurt, dat perzoonen den boom beklimmende, en door deze ongewoone gaſt verſchrikkende, van boven neergevallen zyn: Hoewel deze* Oelar Pethola *onder alle Slangen de onſchadelykſte is. Zy beklimt ook wel andere boomen, gelyk ik ze in mynen thuin op eenen Pandang-boom gevonden hebbe; andere hebben haar gevonden in den tros van den* Muſa *of Piſſang-boom, zoo verborgen, dat menſe niet bekennen konde, zy was ook van daar niet te verdryven, al kapte menſe met den geheelen tros in ſtukken.*

Joſephus a Coſta, Hiſt. natur. & moral. lib. 4. Cap. 26. *teekent als een mirakel aan, de vrugtbaarheit van de Weſt-Indiſche Cocos-boom op 't Eylant Porto-rico waſſende, namentlyk dat hy alle maand' een jong ſcheutje, en gevolgelyk nieuwe vrugten voortbrengt &c. dog of dat precys alle maanden geſchiet, daar twyffel ik aan, als mede of den Autheur wel ter degen daar op gelet heeft; hoewel het andere Autheuren ook voorgeven; immers in deze Eylanden heeft hy geen zeker zaizoen, maar als men hem ſchoon houd, en niet tapt, of tyffert, dan ziet men hem het geheele jaar door met vrugten beladen, hoewel de ordinaris tyd van het in-oegſten der oude nooten, hier in Amboina geſchied in* October, *en* November, *zynde de droogſte maanden van 't jaar.*

Guil. Piſo *in zyn Braſiliaanſche Hiſtorie*, lib. 4. Cap. 12. *zegt, dat den Cocos-boom eertyds in Brazil vreemd was, en van elders ingebragt moet zyn, dog hedendaags aldaar overvloedig was waſſchende, hy noemt hem in 't Braziliaans*, Inaja Guacuba, *in 't Mexicaans* Coyolli, *en geeft hem een ſtam* 5 *en* 7 *voeten dik, midsgaders* 50 *voeten hoog.*

EXPLICATIO

Tabulæ Secundæ.

Littera A. Denotat *integram nucem Calappam.*
Litt. B. *dimidiam*, in qua conspicitur *crassities putaminis* & *nuclei*, cum *cavo lympha* repleto.
Litt. C. *Internam* exhibet *nucem* gluma denudatam, cum *germine* suo, seu surculo.
Litt. D. *Internum* istius *nucis putamen* præbet, *Tampurongh* dictum.
Litt. E. *Pyrum* sistit *a* cum *surculo* suo, seu germine *b.*
Litt. F. *Vetustam* conspicendam dat *nucem* cum *Primo* arboris *rudimento.*
G. *Fructum* peculiaris *Calappæ* speciei proponit, quæ *Macheroides*, seu *Parrangh* h. e. Ensiformis vocatur, & *capite secundo* sub *sexta* describitur *specie.*
H. *Fructus* est *Calappæ Cystiformis, capite secundo* sub *octava* descriptus *specie.*
I. J. *Fructus* est *Capuliformis* dictus, & eodem *capite numero septimo* exaratus.
K. est *Calappites*, seu *Calappi Fructus* officulum.
L. *Calappitem* proponit, ex *Calappi Pyro*, seu ejus lympha depromptam.
M. *Dendrites Calapparia* vocatur, quæ in trunco *Calappi arboris* fuit detecta.

UYTLEGGING

Van de Tweede Plaat.

Door Letter A. wert aangewesen een geheele Calappus-noot.
Door Letter B. een halve noot, *waar in men de* dikte *van de* schaale, *en het* pit *kan zien, als mede het* hol, *dat vol* water *is.*
Letter C. vertoont de binnenste noot, *zonder de* bolster, *met een* scheutje, *ofte uytspruytzel.*
Lett. D. wyst aan de binnenste schaal, *genaamt* Tampurongh.
Lett. E. verbeelt het appeltje a *met het bovengemelde* scheutje b.
F. Wyst aan een Oude Calappus-noot *met het* uytspruytzel.
G. Is een soort van Calappus-vrugt, Machæroides *of* Parrangh *genaamt, in het* tweede Hoofdstuk *onder de* fesde soort *beschreven.*
H. Is de vrugt van Calappa Cystiformis, *of* Doosvormige Calappus-*vrugt*, Capittel twee *onder de* achtste zoort *vermelt.*
I. J. is de vrugt van Calappa Capuliformis, Capittel twee *onder de* sevende zoort *gestelt.*
K. Is een Calappites, *ofte een* Calappus-Steen *uyt de vrugt.*
L. Vertoont een Calappus-Steen *uyt het* appeltje *of het binnenste water.*
M. Dendrites Calapparia, *ofte een* Calappus-Boom-Steen, *gevonden in den stam van een* Calappus-Boom.

CAPUT TERTIUM.

Usus ac vires Calappi.

CALAPPUS, uti antea jam dictum est, duos in fines adhibetur ac colitur, vel ut fructus ferat, vel ut potus ex ea eliciatur. Fructus multos iterum præbent usus, pilosus enim vetustæ ac siccatæ nucis cortex avellitur, contunditur, atque in aqua macerata iterum siccatur, qui in India loco Cannabis usurpatur, quæ ibi deest, ille vero *Cayro* dicitur, qui aptus est ad varia funium genera inde conficienda, uti plerumque ab incolis ac Portugallis eum in finem adhibetur. Belgæ enim vix iis indigent, quum ex Europa sufficiens ipsi suppeditetur funium copia: Restes vero ex cortice hoc confectæ per aquam marinam conservantur, per dulcem ac pluvialem autem computrescunt, per quos etiam Portugallorum naves, quamdiu in Indiis navigent, conservantur. Eadem quoque restis adhibetur ad omnia navium genera obsolidanda, dum in aqua intumescat, ita ut incolæ insularum Maldivensium, Malabaræ, ac Javæ nullo alio funium genere utantur, nisi hoc *Cayro:* E contra Hollandi hoc utuntur Cannabe seu reste ex cortice isto præparata ad funalia nectenda, quæ quotidiano in usu sunt ob perpetua Indorum bella, quæ melioris etiam sunt notæ illis, quæ ex Hollandia adducuntur, quum cito suscipiant ignem & diutius illum foveant, quamvis postea alius detectus sit cortex, qui meliores præbet funiculos tales igniarios, qui infra *lib.* 5. *Cap.* 33. sub nomine *Restiariæ* describitur. Cortice jam detracto in conspectum venit ipsa nux, seu putamen, quod in junioribus nucibus, quæ optime potui inserviunt, molle est, seu cartilaginosum, sed non adhibetur, quum nimis molle, ac mucilaginosum sit: Lympha hujus nucis frigida quidem, ac grata est potui, sed quum fuerit assumpta, statim per omnes penetrat artus, ac sudores excitat, quam ob rem quidam falso hanc lympham calidæ naturæ esse perhibent, quum tamen assumpta si fuerit tempore calido, sudores excitet: experientia quoque contrarium confirmat, si enim quispiam exagitatus cito magna copia hanc hauriat lympham, præsertim matutino tempore, ac jejunus, cito talis fit Apoplecticus, vel Paralyticus, quod neutiquam calori, sed potius subito frigori æstuantem sanguinem condensanti adscribendum est. Hoc malum frequens est inter nostros milites, ac nautas in bellis Indicis, qui lympham Calappæ nucis adeo incaute ingurgitant, ac per noctem sub dio frigido rori sese exponunt sæpe decumbentes, unde tum Apoplexia Indica tales infestat; cæteroquin potus est salubris, ac solummodo in dicto morbo & intestinorum debilitate prohibendus, si vero nux sub cineribus fuerit tosta, ac tum liquor potetur, innoxie & cum successu


III. HOOFDSTUK.

Gebruik en kragten van den Calappus-Boom.

DEn Calappus-boom word, als hier voor is gezeit, tot twederlei einden gebruikt en bewaart, of om vrugten daar van te hebben, of om drank daar uit te tappen. De vrugten geven wederom veel nuttigheden, de hairige bolster van de oude, ofte droge nooten wert afgetrokken, geklopt, en in water geweekt, en wederom gedroogt, 't welk dan in Indien voor werk, ofte kennip verstrekt, daar men 't zelve niet heeft, en Cayro *genaamt wert, zynde bequaam om veelderhande touwerk van te slaan, gelyk meest geschiet by de Portugesen en Inlanders; want de Hollanders werden uit Europa genoeg gerieft, en hebben dezelve niet van nooden. Deze touwen worden door het zout water bewaard, en door het zoet bedervense, waar mede de Portugeese scheepen, zoo langze in India varen, toegetakeld werden. Het zelfde werk dient ook, om alderhande vaartuigen daar mede te breeuwen, dewyl het in 't water opzweld; zoo dat de Inwooonders van de Maldivos, Malabaar, en Java, geen ander touwerk gebruiken, als die* Cayro. *De Hollanders daar en tegen gebruiken deze kennip, of bereide bolster om lonten daar van te spinnen, die in dagelyks gebruik zyn, wegens de geduurige Oorlogen in Indien, ook beter bevonden worden, dan het Hollandze lont, want zy vatten ligt het vuur, en zetten een bestendige kool, hoewel men naderhandt een andere bast gevonden heeft, die wel zoo goed lond geeft, waar van* lib. 5. Cap. 33. *onder den naam van* Restiaria, *geschreven staat. De bolster nu afgetrokken zynde, zoo komt men op de noot zelfs, of den dop, dewelke in de jonge nooten, (die bequaamst tot drinken zyn) week of krakebenigst is, dog den dop werd niet gebruikt of bewaart, vermitze te week, en zappig is. Dit water is wel koel en aangenaam om te drinken, maar in 't lyf gekomen, dringt terstont door alle de leden, en doet zweten, daarom zommige verkeerdelyk dit Calappus-water voor heet van natuure houden, daar nogtans een yder dronk koel water, in hitte gedronken, zweeten veroorzaakt, ook bewyst de ervarentheit het tegendeel; want zoo ymant verhit zynde, dit water gulzig indrinkt, byzonderlyk in de morgenstond, en nugteren, die valt ligtelyk in een beroerte, of lammigheit, dat men immers geen hitte, maar veel meer een schielyke koude, onder 't verhitte bloed vermengd zynde, toeschryven moet. Dit geval is gemeen onder onze Soldaten en Matroosen in de Indische Oorloogen, die het Calappus-water zoo onvoorzigtig indrinken, en dan 's nagts in den kouden douw moeten leggen, waar op dan volgt de Indische beroertheit, of beribery; anders is het een gezonden drank, en alleen in het voornoemde gebrek, en zwakheit der darmen verboden dog dezelve wert niet te min met nut gebruikt, als men de geheele noot in de assche braat, en als dan zoo drinkt. Het water*



Cocos nucifera. L.



successu propinari potest: Lympha hæc si fuerit consumpta, tum nux in duas finditur partes, atque ejus medulla adhærens ab interiore putaminis parte per cochlear separatur, quæ sorbillando comeditur, ut & etiam molle putamen, quamdiu nondum est induratum, sed cartilagineum, quæ simul cruda ingeruntur vel aceto, sale, ac oleo condita, & instar Lactucæ usurpantur, loco Pinanghæ etiam masticari hæc possunt, si deficiat, Siri ac calce præparata, jejuno tamen stomacho haud multum est ingerendum, quum sæpius stomachum gravet, ipsique diu inhæreat. Indi tamen non adeo inde gravantur, quum non ita solent esse solliciti, & medullæ plus assumunt quam ejus lymphæ, hanc enim plerumque effundunt, Indus enim totum suum prandium ex Calappi fructu sumit, ex ejus medulla nempe aut nucleo cum pane ex *Sagoe* confecto, ac pisciculo exsiccato constans, si vero sint potentiores, coctam Oryzam addunt, ut & potum, si ipsis libet, superbibunt. Eum in finem conficiunt lignum quoddam incurvatum instar aratri minoris formatum, cujus supremæ parti adnectunt machinam quandam ferream dentatam seu aduncam, *Cucuram* dictam, huic ligno insident tamquam equo, ac nucem apertam huic ferro atterentes, ac comminuentes, nucleum minutissime tritum ac crudum comedunt, vel sequentem in usum adhibent. Miscent enim hanc massam aquæ, quæ filtrata dulce exhibet lac, quod *Santar* ipsis dicitur, cum quo omnes herbas, olus, Oryzam ac pisces coquunt, quod loco Butyri, quo carent, vel uti nolunt, adhibent. *Santar* hoc ne unam perdurare potest noctem, sed statim acescit, unde recens semper, quum indigent, præparandum est. Si tritura hæc ex vetustioribus nucibus sit præparata, tum lac illud expressum ter isti massæ affunditur, ac denuo exprimitur, lac hoc cum certa aquæ portione mixtum ollæ inditur, ac coquitur, quod sensim suam perdit albedinem, ac lympidum fit oleum, quod caute per cochlear vel concham tollitur, hoc ita separatum si denuo coquatur, donec omnis aqua sit consumpta, tum verum acquirimus Oleum Calappi coctum, quod tam clarum, pellucidum, ac dulce est, ac Oleum recens Olivarum, sed rancidum, ac nidorosum spirat odorem. Si vero contritæ huic massæ frustulum panis ex *Sagoe* cocti, vel ejus farinæ misceatur, numquam oleum inde elicitur, sed tota massa in russam mutatur pultem, quod etiam fit, si quarta Calappi species, *Canari* dicta, ipsi misceatur. Baleienses alio modo præparant oleum Calappi coctione, sumunt nempe *Santar* seu lac illud, per noctem digerunt, tum cremor quidam crassus supernatat, inferius vero est serum acidum, quod tollitur, cremorem tum semel coquunt, ac coquendo in merum transit oleum; quamvis mos hic sit admodum brevis, ac plus olei præbeat, quam prior, tamen præfertur, quum multam dat *Rorobam*, h. e. lympham præcipitatam cum amurca, quæ instar spissi ac dulcis syrupi est, grati saporis pro servis, quem cum saccharo & Sagoe edunt, vel cum quo alias canes ac porcos saginant, qui Baleiensi modo præparatus non acquiritur. Notandum quoque est, quod Oleum Calappi flavum suum adquirat colorem a Curcuma, cujus frustulum cum *Santar* conteritur, antequam coquatur, quod fit, ut oleum melius a lympha dignosci posset.

In Malabara nucleus adultæ nucis eximitur, ad solem siccatur, & exsiccatus in alias transportatur regiones, qui *Copra* vocatur; ex hoc per solam expressionem oleum conquiritur, quod spissum magis quam coctum, ac tempore adeo induratur, & albescit instar butyri vaccini, coctum autem est vilius, ac per totam usitatissimum Indiam, & cum quo omnis piscium atque olerum cibus præparatur, uti Europæi ope Butyri id faciunt. Indi quoque tam mares quam feminæ quotidiano usu caput, capillitium, ac totum corpus hoc oleo fricant, atque illiniunt, tam contra morbos, quam consueto more, quo etiam ingrate ac rancide olent, ac pabulum præbent millionibus pediculorum; glorientur tamen inde sese conquirere densum, longum, nigrum, ac splendens capillitium, cujus summi sunt amatores; alii corpus inungunt hoc oleo cum pauxillo Curcumæ contrito, plurimum tamen Javanenses ac Baleienses feminæ hoc faciunt, quæ dicunt corpus inde nitidam acquirere cutim, scabiem, atque omnes squalores præcaventem, & curantem, quo etiam pili e corpore excrescere impediuntur, quæ omnia tamen plus Curcu-

water nu gedronken zynde, zoo kapt men de geheele noot in twee stukken, en schrapt het aanhangende weeke merg, of liplap van de binnenste schaal met een lepel af, 't welk men al slobberende op-eet, zelfs de weke schaal, voor zoo verre die nog niet harder en is, dan een krakebeen, wert raauw te zamen met het liplap gegeten, of met azyn, oly, en zout tot zalade gemaakt; men kanze ook in plaats van Pinang eten, by gebrek des zelfs, met Siri en kalk, evenwel moet men 's ogtens de lege maag niet te zeer bezwaren met dit merg; want het drukt hem te zeer. Dog de Indianen voelen zoo ligt geen letzel daar van, wagten haar ook zoo nauw niet, houdende meer van 't merg dan van 't water, 't welk zy gemeenelyk uitgieten, want een Indiaan kan zyn geheele maaltyt van een Calappus hebben, te weten uit het pit ofte merg, met een Zagoe-broodje, en gedroogt visje gegeten, of, zoo ze wat vermogende zyn, met wat gekookte ryst daar by, en zoo 't hem lust, den drank daar by. Tot dien einde hebbenze een kromhout, schier als een kleine ploeg geformeert, aan wiens verheven eind steekt een yzer met tanden of haaken gekeept, Cucuran genaamt, op dit hout zittense, ruiter te paart, en de opgekapte noot tegens het yzer aanvrywende, en raspende, halen het pit daar uit, 't welk wel draayers zaagzel gelykt, en zy dan zoo raauw eeten, ofte tot het volgende gebruiken: dit schraapzel knedenze met water, en klynzen het door een doek, en dan zoo komter een snee witte en zoete melk van, die men Santar noemt, waar mede zy alle hare moes-kruiden, ryst, en vis koken, in plaats van boter, dieze niet hebben, of niet eeten willen. Dit Santar kan niet eenen nagt onbedorven blyven, maar wort goor, moet dierhalven telkens versch gemaakt werden, als mense wil gebruiken: zoo dit schraapsel van de oude nooten is, zoo wert de uitgeperste melk driemaal op de massa gegooten, en weder uitgeperst, dezelve als dan, met een zekere quantiteit water in een panne gedaan en gekookt, verliest allenskens hare wittigheit, en wort een klaare olye, die men dan zoetjes met een lepel, of schulpje daar afneemt, en in 't byzonder nog eens opkookt, tot dat men gist, dat al het water verteert zy, en dan zoo heeft men de uitgekookte Calappus-olye, zynde zoo klaar, doorschynent, en zoet als versche Olyven-olye, dog wat brandig, of als gebraden riekende. Als men onder dit schraapsel een stukje van Zagoe-broot, ofte Zagoe-meel mengt, zoo en geeft het nimmermeer eenige olye, maar de geheele massa wort tot een rossen pap, 't welk ook geschiet, als 'er van de vierde zoorte Calappus Canari onder komt. De Baleiers hebben nog een andere manier, om de Calappus-olye met een koking uit te trekken, namentlyk, zy nemen de Santar, of melk, laten die aldus een nagt staan, en dan komt 'er boven op een dikken room, en van onderen een goore wey, die men weg giet; maar den room kokenze eens op, en dan verandert die in enkele olye. Hoewel nu deze manier kort is, ook meer olye geeft, dan de eerste, of Amboinsche, zoo wert nogtans van de huishoudende lieden de Amboinsche geprefereert, om datze veel Roroban geeft, dat is het onderste water met den droezen, 't welk als een dikke en zoete zyroop is, aangenaam voor de slaven om met zuiker en Zagoe te eten, of anders om honden en verkens mede te mesten, 't welk men by de Baleyse manier niet en heeft. Zoo staat ook te letten dat de Calappus-olye zyn gele verwe bekomt van de Curcuma, waar van men een stukje onder de Santar wryft, als mense koken wil, om te ligter de olye van 't water te konnen onderscheiden.

In of op Malabaar wert de kern uit de oude noot alleen uitgenomen, in de Zon gedroogt, en zoo naa andere landen vervoert, 't welk men Copra noemt. Hier uit kan men door een enkelde perzing een olye hebben, die wat dikker is, dan de voorgaande, en met 'er tyt zoo styf, en wit wert, als booter van koeyen, zynde de eerste of uitgekookte olye de gemeenste, en gebruikelykste door geheel Indien, en waar mede men alderhande kost van vissen, en fruit toebereit, gelyk de Europianen met de booter doen: maar ook zoo wel mannen, als vrouwen van Indien hebben een gewoonte dagelyks het hooft, hair, en lichaam met deze olye te vryven, en smeeren, zoo wel tegens ziekte, als uit gewoonte, waar door zy een zwaren en garstigen reuk krygen, en bequaame stof tot millioenen van luizen vergaderen: Immers zy lieden zeggen, datze door dit smeeren een digt, lang, en swart glinsterend hair krygen, daarze veel van houden: andere besmeren het lyf met deze olye, daar een weinig van de gele wortel Curcuma onder gewreven zy, dog wel meest de Javaansche, en Balische vrouwlieden, en die zeggen, dat hier door het lyf een glat vel bekomt, en allerley onreinigheit, en schurft geneezen, en

Curcumæ, quam oleo Calappi ſunt adſcribenda. Unguentum tamen quoddam eſt, quod ex hoc oleo, Curcuma, ac quibusdam componitur floribus, quod conducit ad corpus refrigerandum, ac tertium aliud ex aromatibus confectum, quæ bina olea proprie *Borri Borri* ſeu *Boborri* dicuntur, atque alio loco deſcribuntur. Cuncta quoque arma hiſce in regionibus per hoc Calappi oleum conſervantur a rubigine, quæ in Indiis ferrum plus corrodit ac conſumit, quam in Europa, ſi modo legitime fuerint inuncta, quem in finem expreſſum melius conducit oleum, ſi in hiſce Orientalibus regionibus conſervaretur; coctum enim plerumque multum lymphæ continet, unde ferrum rubeſcit, cæteroquin, ſi recens ſit, ſatis dulce eſt & aptum ad fructus & omne piſtorium genus torrendum, quem in finem ab Europæis itidem adhibetur. Qui vero delicati ſunt, atque epulis adſueti, & præparata talia ciborum condimenta per famem nondum guſtaverunt, ea contemnunt, atque ab iis abhorrent: Si autem hoc oleum dimidium circiter menſem ſit vetuſtum, rancidum fit, atque a nemine, niſi a pauperculis, in cibis uſurpatur, ac ſolummodo lampadibus inſervit, vel ad unguenta inde præparanda adſervatur; veroſimile hinc quoque eſt, quod Indorum ſanguis ſit per continuum hujus olei in cibis uſum aduſtus ac viſcidus, unde forte etiam ſcabies maligna oritur, quam Malaicenſes *Boba*, & Amboinenſes extuberationes vocant, quibus Indi magis ſunt obnoxii quam Europæi, qui purioribus utuntur cibis. Oleum hoc, ſi fuerit vetuſtiſſimum, indureſcit, non tamen adeo, quam ſi fuerit expreſſum, atque aptiſſimum eſt inungendo ferro, uti plerumque etiam ſpiſſum eſt frigidas per noctes, atque iſtis menſibus, quibus pluvia copioſa eſt.

Putamen nuce vacuum, ſeu *Tampoerong*, ſæpe integrum ſervant, & modo in ſuperna parte orificium quoddam rotundum, quo lympha ac nucleus educitur, conficiunt, vel etiam formicis evacuandum tradunt, dein poliendo, nitidum, læve, ac nigrum fit, ac crateribus, capſulisque inſervit, quibus aqua ex ingentibus vaſis Martavanenſibus & Siamenſibus excipitur, (ſunt autem hæc vaſtiſſimæ ac turgidæ ollæ in regionibus Martavana & Siama confectæ, quæ per totam transferuntur Indiam ad varios liquores conſervandos), ſæpe etiam putamen diffinditur, cujus partes itidem expoliuntur, harumque ſuperior pars pro infundibulo, inferior vero pro patinis inſervit ac catinis, Diogenis quondam ſupellectili.

Siamenſes, Baleyenſes, & Macaſſerenſes ex maximis hiſce putaminibus artem norunt conficiendi elegantiſſima vaſa potatoria, Cantharos, & alias potus machinulas *Gorgelette* illis dictas, quæ argento obducuntur, ac ſine dubio ab ignorantibus pro pretioſis ac caris nucibus Cocci Maldivenſis habentur. Ex putaminibus carbones etiam comburuntur, qui duri aurificum uſui aptiſſimi ſunt, ut & batillis, qui cibis, vel Theæ potui calefaciendis inſerviunt.

Alter finis, in quem arbor Calappus colitur, eſt, ut potus inde eliciatur, ſed hæc nullos tum præbet fructus, quum ex racemo *Majang* dicto hauriatur, qui alias fructus producit, qui colligendi mos ſupra *Cap. primo* jam eſt deſcriptus, de quo inſuper ſequentia ſunt notanda.

Primo, culter, quo *Majang* quotidie amputatur, purus ac nitidus eſſe debet, nec in ullum alium uſurpari uſum, nec ulla commaculatus eſſe pinguedine, quum alias humoris ſtillicidium impediatur; qui per diem minus deſtillat quam per noctem, ac ſuperiores ollularum catellæ, in quibus hic liquor excipitur, pauxillo calcis obliniendæ ſunt, quum nempe *Jagara*, ſeu ſaccharum rubrum inde excoquere velimus, quod Amboinenſes non obſervant, quum liquorem illum mox vel hauriant, vel *Arecæ* exuſtoribus vendant: Naturæ calidioris hic potus habetur quam ſubſequens, qui ex arbore *Sagoe* elicitur.

Plurima itaque hujus liquoris copia in Amboina non hauritur, ſed majore cum reditu Sinenſibus venditur, qui ex illo *Arecam*, ſeu ſpiritum Vini Indicum conficiunt. Sic quoque hic liquor, ſi vaſi infundatur, ac fortiori igne excoquatur, ſyrupum craſſiorem ſeu mel exhibet, qui apud tales populos Indoſtanos uſurpatur, apud quos arundo ſaccharina vix vel raro creſcit, uti in Malabara, ubi ſaccharum hocce *Jagara* vocatur,

belet wort, dat geen hair aan 't lyf waſſe, 't welk alles veel meer de Curcuma*, dan de Calappus-olie toe te ſchryven is. Daar is egter nog een zalve, die men van deze olye, Kurkuma, en bloemen maakt, dienſtig om het lyf mede te verkoelen, en nog een derde van ſpeceryen gemaakt, welke men beide eigentlyk* Borri Borri *of* Bobori *noemt, en op andere plaatſen beſchreven werden. Alderhande geweer wert ook hier te lande met de Calappus-olie bewaart voor de roeſt, (welke hier in Indien het yzer meer bederft dan in Europa) als men het naarſtig en naa behooren, daar mede beſmeert, waar toe egter de uitgeperſte dienſtiger was, zoo menſe in deze Ooſterſche Provintien hadde, want de uitgekookte gemeenelyk veel waters by zig hout, en aan 't yzer rood uitſlaat, anders iſſe vers redelyk zoet, bequaam om te fruiten, en veelderhande gebakken van meel daar in te fricaſſeeren, ook by de Europianen. Maar de teere monden, die aan lekkernye gewent zyn, en de beſte zouſſe van de ſpyze (den honger) noit geproeft hebben, veragtenſe, en zyn 'er wat vies van. Maar als deze olye boven een halve maant oud is, zoo wortze garſtig, en van niemant, dan arme lieden in de koſt gebruikt, en dient dan alleenelyk voor de lampen, en 't maken van zalven. Daar en tegen is het ook waarſchynelyk, dat de Inlanders door het dagelyks gebruik van deze olye in alle hare koſt een verbrant en drabbig bloet vergaderen, 't welk miſſchien by haar lieden genereert de materie van een quaad ſchurft, 't welk de Maleyers Boba, en de onzen Amboinſche Pokken noemen, het welk de Inlanders veel meer onderheevig zyn, dan de Europiaanen, die zuiverder koſt nuttigen. De geheel oude olye wort ten laaſten ook dik, dog zoo zeer niet als de uitgeperſte, en is als dan bequaamſt tot het aanſmeeren van het geweer, gelyk dan ook gemeenelyk al de Calappus-olye doet by koude-nagten, en in de regen-maanden.*

De ledige dop, of Tampoerong *laat men ook wel geheel, ſlegts een rond gat of mont boven daar in makende, waar door men het water, en pit uittrekt, ofte men laatze door de Mieren uiteeten, als dan wertſe door het polyſten ſchoon, glad, en zwart, en dient tot beekers, drinknappen, en ſcheppers, waar mede men het water uit de groote Martavanen, en de* Siamſche *potten ſchept, (zynde zeer groote, en dikke potten, in de landen van Martavaan, en Siam gemaakt, die men in geheel Indien vervoert, om alderhande vogtigheit daar in te bewaren) of men kapt den dop in de midden door, polyſt de ſtukken insgelyks, maakt uit de bovenſte helft tregters, uit de onderſte ſchooteltjes, kommetjes, en diergelyken huisraat van* Diogenes.

Die van Siam, Baley, en Macaſſer, weten uit de grootſte ſchoone drinkvaten, kannetjes, en gorgeletten te maken, die men met zilver beſlaat, en buiten twyffel zomtyts ook, by de onwetende, voor de koſtelyke en diere Maldiviſche Cocos aangezien werden. Uit of van de doppen brant men ook koolen, die zeer vaſt en bequaam zyn voor goudſmeeden, en tot de confoiren, daar men koſt, of thee op warm maakt.

Het ander einde, waar toe men den Calappus-boom hout, is om drank daar uit te tappen, dog van de welke men als dan gene vrugten te verwagten heeft, vermits dezelve uit de Majang *getapt wert, waar uit de vrugten ſtonden voort te komen, en waar van de maniere hier boven in 't eerſte Capl. verhaalt ſtaat, het volgende nog daar by aan te merken zynde.*

Het mes, waar mede men de Majang *dagelyks beſnoeit, moet zuiver en blank zyn, en tot geen ander werk gebruikt werden, en voor al moet 'er geen vettigheit aan komen, waar door het uitdruipen belet wort; over dag druipt 'er minder vogtigheit uit, dan by nagt, en in de boven-landen moeten de potjes, daar in deze vogt druipt, van binnen met een weinig kalk beſmeert zyn, te weten als men* Jagara*, of bruine zuiker daar uit wil koken, het welk onze Amboinezen niet obſerveeren, om dat zy hem ſtraks uitdrinken, of aan de arak-branders verkoopen: Hy wert voor warmer gehouden van eigenſchap, dan de volgende van de Zaguweers-boom getapt.*

De meeſte part dan van deze drank wert in Amboina niet gedronken, maar met meerder profyt aan de Sineeſen verkogt, dewelke daar uit Arac*, dat is Ooſtindiſche brandewyn, branden. Insgelyks als men dezen drank in een ketel giet, en met een ſterk vier opkookt, zoo wort 'er een dikken zyroop of honing van, en zoo men het nog langer kookt, zoo komt 'er een donker-gele zuiker van, waar mede zig zoodanige natien van Indoſtan behelpen, daar 't zuiker-*

vocatur, quod commune vocabulum eſt commixtum cum illa ſacchari ſpecie, quod ex ſequente arbore *Lontar* dicta conficitur; (de quo plura ſub finem hujus capitis commemorantur) in regionibus vero magis ad Orientem ſitis Syrupus hic ſeu ſaccharum penitus eſt ignotum: Florentes juli ſeu *Majanges* a quibusdam etiam ſaccharo condiuntur, quod hiſce in regionibus inuſitatum quoque eſt. Magna itidem hujus liquidi quantitas *Toewach* dicti fit acetum, ſi cadis vel lagenis infundatur, ac bene obturatæ ſoli exponantur aliquot per dies; vinum enim hocce facile aceſcit, præſertim ſi recipiens, in quod deſtillat, acidulum ſit, quem in finem talia ſervant recipientia, quia tale, quale *Arecæ* exurendæ deſtinatur aut aceto conficiendo, liquidum acidulum requiritur; ſi vero recenti potui inſervire debeat, recipientes arundines etiam virides ac recentes eſſe oportet, & quotidie etiam ſunt eluendæ, tum demum per duodecim vix conſervari poteſt horas.

Arbores Calappi, quæ in inſula Poeloay creſcunt, præ aliis dulcem liquorem *Toewach* dictum præbent, qui potando etiam inſervit, atque in eum conſervatur finem; qui vero ex aliis arboribus in Provincia *Banda* colligitur, ſubſalſus eſt, vel facile aceſcit. Fæx autem, quæ vaſis adcreſcit cum craſſiore liquoris parte, apta eſt pro fermento, quem in finem a piſtoribus etiam adhibetur.

Si nuces pro potu aliquot per dies aſſervare velimus, neutiquam decorticandæ ſunt, corrumpuntur enim tum facile, ſi terram tangant, incolæ tamen plurimas decorticatas in forum adportant, ne per iter ſuperfluum gerant onus, e contra vetuſtæ & integræ non tantum per totam Indiam, ſed in Europam uſque transferri poſſunt. Hæ nuces infeſtationes etiam, vitia, ac morbos patiuntur, uti folia ac ramificationes per iſtos Scarabæos; nuces enim ſæpius reperias externe integras, adſpectu perfectas, quarum tamen putamen eſt fiſſum, ejuſque lympha partim vel in totum perdita, quodque ſupereſt, inſipidum ac potui ineptum eſt. Hæc ſiderationis ſpecies eſt, ac vulgus putat per lunam tales nuces eſſe exſorptas.

Hujus arboris folia plures etiam præbent uſus, ſique ædes iis obducere velimus, tenues ſumimus aſſerculos, quinque aut ſex pedes longos, ac decem pollices latos, ſub quibus Calappi folia circumvelantur, ac conſuuntur per filamenta ex arundine fiſſa ac tenui confecta, tum folium folio nectitur, donec totus aſſerculus oppletus fuerit. Conjuncta hæc folia in Indiis *Adap* dicuntur, ac tegumentis inſerviunt, quibus obteguntur ædes, nempe in Indoſtana, Java, atque aliis Indiæ locis, ubi *Sagou* arboris folia deſunt, ex quibus alias meliora ac magis durabilia conficiuntur tecta, quibus etiam ubique in inſulis Moluccis utuntur. Ex iisdem quoque foliis ampli nectuntur pilei, atque umbellæ, quæ ad ſolem avertendum capiti imponuntur, variis angulis ac coloribus tam ſplendide ornatæ, ut etiam pompæ inſerviant. Portugalli has nominant *Sombreiro*, Malaicenſes *Tudong*, ſed quævis natio proprium ipſis tribuit nomen ac formam. In Java, ac plurimum in inſulis Maldivenſibus vela etiam ex iis conficiuntur foliis, uti etiam vulgares ſtoreas quotidianum in uſum: In inſulis Moluccis hæ ſtoreæ & umbellæ ex alio texuntur folio, infra indicando. Sic quoque minora ac tenera, & adhuc incana folia aliis inſerviunt minoribus texturis, ciſtellis nempe coloratis, burſulis, in quibus cocta aſſervatur Oryza, *Catupa* dictis, corbibus, & ſimilibus. Medii ac firmi foliorum nervi colligati præbent ſcopas, uti in Hiſpania *Spartium* eum in finem uſurpatur, juniora itidem folia, quæ, antequam explicantur, ex ſpatha ſeu involucro eximuntur, ac per totam Indiam, præſertim indoſtanam, Zeylanam, inſulas Malaccas, Sumatram, Javam, &c. loco papyri uſurpantur; ſi enim leniter hæc explicentur, litteræ inſcribi poſſunt ſtylo acuto ex arundine *Bambus* confecto. Litteras has tam eleganter norunt complicare, ut ſine litterarum noxa haud facile aperiri poſſint, quales litteræ ac libelli characteribus illorum conſcripti aliquando in Europam translati ſunt. *Papyrus* hæc æque ac hæ litteræ ex hiſce foliis confectæ in India *Ola* dicuntur: Hiſce vero in regionibus ad Orientem ſitis non eſt in uſu, quum incolæ alteram Papyri ſpeciem ex arborum quarundam corticibus præparatam adhibeant. Germina ſeu tenera hæc folia

zuiker-riet in geen overvloet waſt, gelyk in Mallabaar, daar deze zuiker JAGARA *hiet, een gemeene naam, met die van de volgende* LONTAR *gemaakt (waar van meer aan 't einde dezes Capittels gezegt wort) maar in de Ooſterſche Eylanden is deze zyroop en zuiker onbekent. De bloeyende Ayren of Mayanghs werden by zommige ook geconfyt, 't welk in deze Eylanden mede ongewoon is. Een groote quantiteit van die wyn of toewak wert insgelyks tot azyn gemaakt, als men dezelve in potten, ofte fleſſen giet, en wel toegeſtopt, eenige dagen in de Son zet: want dezen wyn zeer ligt zuur wort, inzonderheit als de rieten, daar men hem in ontvangt, goor zyn, gelyk menze tot dien einde al willens laat werden, om dat de drank goor moet zyn, die men zoo wel tot arak branden, als azyn maaken gebruikt. Maar als men hem tot het drinken bequaam wil hebben, zoo moet men verſche rieten nemen, en dezelve dagelyks uitſpoelen, en dan kan hy nog al niet boven een etmaal zoet blyven.*

De Calappus-boomen op het Eylant Poeloay geven boven andere den zoeten towak, en die ook om te drinken bewaart wort, maar die van andere boomen in de Provincie Banda, *valt wat brak, of wort ligt goor. Den droeſem, die de toewak in de vaten zet, met het onderſte van den drank, is bequaam, om deeſſem daar van te maken, of by de broot-bakkers als giſt te gebruiken.*

Als men de nooten eenige dagen bewaren wil, om tot drinken te gebruiken, moet men den bolſter daar niet afnemen: want de geſchilde bederven ligt, als zy den gront raken, dog de Inlanders brengenſe meeſt geſchilt ter markt, om datze onderwegen geen onnodigen laſt willen dragen, daar en tegen de oude en ongeſchilde nooten kan men door geheel Indien, ja zelfs tot Europa vervoeren. De nooten hebben ook haar plaagen en gebreeken, en ziekte, gelyk de bladeren en takken van de voornoemde torren; want men vint zomtyts nooten, van buiten geheel in 't aanzien, maar den dop van binnen geborſten, en het water, of ten dele, of geheel daar uitgelopen, zynde de reſt onſmakelyk, en wert niet gedronken. Dit is een ſlag van weer-letzel, ende de gemeene man zegt dat de Maan zoodanigen Calappus uitgezogen heeft.

De bladen dezes booms geven ook verſcheide nuttigheden, en als men huizen daar mede wil dekken, zoo neemt men dunne latjes, 5. a 6. voeten lang, en een duim breet, om dewelke men de Calappus-bladeren te zamen buigt, en aan malkanderen naait, met eenige draaden van geſpleten dun riet gemaakt, blad aan blad, tot dat de geheele latte vol is. Deze t'zamen gevoegde bladeren noemt men in Indien Adap, *en dienen voor ſchindelen, of ſchalien, om de huizen te dekken, te weten in Indoſtan, Java, en andere plaatſen, daar men geen Zagu-boomen heeft, uit wiens bladeren anders beter, en durabelder ſchindelen gemaakt worden, en die men ook over al in de Molukze Eylanden gebruikt. Uit de zelfde bladeren vlegt men ook brede hoeden, en Zonne-ſchermen, die men op het hooft zet, met verſcheide hoeken, en koleuren verziert, zoo dat men ook daar mede pronken mag, de Portugeeſen noemenſe* Sombreiro: *De Maleyers* Tudong, *hoewel yder natie dezelve nog een byzondere naam en forme geeft. Op Java, dog meeſt in de Maldiviſche Eylanden, makeuſe ook de zeilen van deze bladeren, als mede ſlegte matten in de dagelyke huishoudinge noodig: In de Molukze Eylanden maakt men deze matten en ſcherm-hoeden uit een ander blad, (waar van hier naar). Zoo dienen ook de jonge, en nog witte bladeren, om ander kleen vlegt-werk daar van te maken, als gekoleurde doosjes, beursjes, daar men de gekookte ryſt in bergt,* Catupa *genaamt, korfjes &c. De middelſte en ſtyve zenuwe van de bladeren t'zamen gebonden, geven bezemen, gelyk men in Spangien met het* Spartium *doet: dezelfde jonge bladeren, die men (eer zig dezelve nog uitbreiden) uit den hoorn-ſpruit, ofte pyl neemt, dienen doorgaans in oud Indien, als Hindoſtan, Ceylon, en de Maleitſche Eylanden, Sumatra, Java &c. voor pampier; want als men dezelve zoetjes uitbreid, kan men daar op een brief ſchryven met een ſcherpe priem van Bamboeſen: Dezen brief wetenſe dan wederom zoo aardig t'zamen te leggen, en in malkander te ſteeken, dat menſe zonder letſel van het ſchrift niet ligt openen kan: Hoedanige diergelyke brieven, en geheele boekjes met Caracters geſchreven zomtyts naar Europa gevoert zyn. Zoo wel dit pampier, als de brieven hier van gemaakt hieten in oud Indien* Ola: *In deze Ooſterſe geweſten is het in geen gebruik, om dat de Inwoonders een ander pampier hebben van eeni-*

ſæpe etiam Elephantorum pabulo inſerviunt. Ex nucis cortice contuſo ac colligato cæmentarii penicilla tectoria conficiunt, quibus muros candidos reddunt, & quamvis deteriora ſint illis, quæ ex ſetis porcinis præparantur, præferunt tamen Indorum mores ac præparationes, quæ etiam ex pilis nigris arboris *Gomuto*, atque meliores conficiuntur: Cortex enim Nucis Calappæ muros facit quodammodo rubentes. Reticulum illud *Runut* dictum, de quo capite primo fuit actum, inter ramorum ortus diſperſum cribro inſervit, ut craſſiores partes a tenuioribus ſeparentur, ac præcipue conducit farinæ *Zagou* arboris. Rami autem virides ad feſtivos arcus erigendos adhibentur, qui in ædibus aut ante fores, ubi ſponſalia vel aliæ publicæ ceremoniæ ac convivia celebrantur, locantur, hi tum undique cinguntur variis florum coloribus, Adiantho volubili, Muſcis & ſimilibus. Si porro incolæ donum aliquod Magnati velint offerre, ſive illud ſit ex animalium, aut fructuum genere, ſemper Calappi arboris ramis ornari debet, quod tamquam pacis & amicitiæ ſignum habetur, uti aliis in locis hoc ex vera Palma cognoſcitur. In India occidentali non tam alte excreſcunt Cocci, quam in Orientali, nec altiores ſunt viginti aut viginti quinque pedibus; ibi etiam Galli Anthillarum inſularum incolæ admodum lympham Nucis Calappæ extollunt ad faciei cutim candidam ac puram reddendam, ſi lavent hoc liquore, dum recens ex arbore fuerit collectus.

Exterius hujus arboris lignum ædificatorio ac ſcriniario operi ineptum eſt, quum ejus ſubſtantia ſit inæqualis, ac nimis fibroſa, intellexi tamen Cinghalenſes ex ligno vetuſtiſſimi trunci aſſerculos formare, ex quibus ciſtulas conficiunt, quas norunt ita polire, ut per nigras ac flavas venas inſtar marmoris, ſeu marmoreæ appareant, ſimiles quoque ex arbore *Lontaro* ſeu *Jagerboom* fabricant.

Maldivenſium autem inſularum incolæ, uti præter alios quoque teſtatur *Franciſcus Pyrardus*, qui illas inhabitavit, ex hocce ligno navigia tam parva, quam majoris molis norunt conſtruere ſine ullo clavo ferreo, ſed ſolummodo per fibras ex *Cairo* confectas connexa, quorum Mali, vela, & funes ex eadem conſtructa ſunt arbore, ita ut Maldivenſes non tantum navem, ſed omnia ejus requiſita, ex una fabricent arbore, inſuperque eam onerent ejusdem fructibus æque mercaturæ quam victui inſervientibus. Tali navi alias petunt Indiæ regiones, quod, quantum novi, in nullo alio Indiæ loco eſt in uſu. Fungoſa autem trunci medulla, ſi per annum terræ committatur, putreſcit, atque optimum dat fimum ad hortorum areas præparandas ac fertiles reddendas. Talibus in regionibus, in quibus lignum ædificationi aptum deeſt, uti in Malabara, Zeylana, & Banda, ex ejus ligno poſtes, pali, ac tigilla conſtruuntur pro vulgi ædibus, ut & pro vallis clauſtrorum, fundis ædificiorum, ſæpium &c. In hiſce vero inſulis Moluccis in tales fines non adhibetur, vel quia lignum non adeo eſt durabile, quam illud Indoſtanæ arboris, vel quia meliora tigna habent.

Ramificationes cum foliis virides a decem ad viginti ſibi invicem uno ordine junctæ illud mirabile conſtituunt rete, quod in Banda *Sokkey* vocatur, & quo certa piſcium ſpecies ſtupida capitur, quæ ſemper retrorſum atque ad litus renatat, ſi per commota in acua folia terreantur, quamvis ſub hoc rete ſpatium quoddam ad ſeſe abſcondendas & aufugiendas remanet, unde & hic luſus ſemper in plano & æquali littore exercendus eſt.

Ad pannos atro colore obducendos ſcobem *Calappi arboris* adhibent, aqua infuſam, & primum commixtam cum deſcripto Syrupo *Calappi*, quam mixturam aliquot per dies in Sole macerant, unde atram acquirunt tincturam, in qua pannos modo ebulliunt, tum atro hi colore imbuti ſunt.

Calappus hæc *arbor* alia inſuper præbet commoda, minoris tamen momenti, quæ fila dat, e quibus linteola, ac ſacci texuntur, medius vero foliorum nervus acus & aciculas exhibet.

Ut nunc etiam aliquid de viribus medicatis *Olei Calappi* dicam, hoc recens interne adhibetur vel ſolum vel cum *Tamarindis* mixtum ad alvum leniter lubricandam, plurimum tamen a Malabaris, atque aliis Indoſtanis populis, ſed a Malaicenſibus, & Europæis, raro aut vix umquam interne aſſumitur, niſi in tuſſi. Medici

ge boom-baſten gemaakt. Altemets dient het uitſpruitſel of jonge blad ook tot voedſel voor de Elephanten: uit de geklopte en t'zamen gebondene bolſter maken de metſelaars hare witquaſten, om het muerwerk daar mede te witten, en hoewel die veel ſlegter zyn, dan andere, van verkensborſtels gemaakt, zoo wilſe evenwel dat moorſe geſpuis liever hebben, hoewel menze nog beter maakt van de ſwarte hairen des booms Gomuto, *want de Calappus bolſter verwt de mueren wat rood: het netje Runut, waar van Capittel* 1. *is geſproken, tuſſchen den oorſpronk der takken leggende, dient tot zeeven, om alderhande grof goet daar door te klenzen, en is inzonderheit noodig by het maken van Zagu-meel. Uit de groene takken maakt men feeſtboogen, voor of in de huizen, daar een bruiloft, of andere publike maaltyt zal gehouden werden, welke boogen als dan behangen werden met veelderhande bloemen, beeſteragtig Moſch,* Adianthum volubile, *en diergelyke. Voorts als de Inlanders eenig geſchenk aan ymand willen brengen, 't zy van gedierten, ofte vrugten des lants, zoo moet het met Calappus-takken beſteken, ofte behangen zyn, als zynde een teeken van vreede en vrientſchap, gelyk men elders met den regten Palma doet. In Weſt-Indien waſſen de Cocos-boomen zoo hoog niet als de Ooſt-Indiſche, te weten; niet boven* 20. *a* 25. *voeten hoog: aldaar pryzen de France bezitters van de Antilliſche Eylanden het water van de Calappus-noote, om de huid van 't aangezigte zuiver, en klaar te maken, als men daar mede de zelve waſcht, zoo vers, als het van den boom komt.*

Het buitenſte hout van den ſtam is tot timmer-, en ſchrynwerk onbequaam, wegens zyne ruige, en grofdradige ſubſtantie, hoewel ik verſtaa, dat de Singaleſen uit dit hout, van de geheel oude ſtammen, eenige plankjes, en kiſtjes weten te maken, en zoodanig te polyſten, datze wegens de ſwarte en geele aderen fraay gemarmert ſchynen, diergelyke zy ook van den Lontar of Jagerboom zouden maken.

Maar de Inwoonders van de Maldiviſche Eylanden, gelyk ook onder anderen Franciſcus Pyrardus *betuigt, die daar gewoont heeft, weten uit dit hout kleene en groote vaartuigen te maken, zonder een yzere nagel, alleenlyk dezelve met de koorden van Cairo t'zamen bindende; maſten, zeilen, en touwen van den zelven boom nemende; zoo dat den Maldiver niet alleen zyn ſchip met het geheele gereetſchap van een, en den zelfden boom timmert, maar hy laad het met de vrugten van den zelven boom ook af, zoo tot koopmanſchap als tot victualie dienende: waar mede hy dan naar andere geweſten van Indien vaart, 't welk men mynes wetens in geen andere plaatſen van Indien ziet. Het vooze merg uit den ſtam zoo 't op der aarden legt, rot binnen een jaar, en geeft goede meſt, om de bedden in de thuinen daar mede te meſten, of vet en vrugtbaar te maaken. In zoodanige landen, daar het bouw-hout niet veel te krygen is, gelyk op Malabaar, Ceylon, en in de Provincie Banda, maakt men poſten, ſparren, en latten tot de gemeene huizen van dit hout, als mede palliſaden tot forteſſen, onderleggers tot heiningen, ofte paggers: dog in deze Molukke Eylanden werd het daar toe niet gebezigt, of om dat het zoo durabel niet en is, als het Indoſtanſche, ofte om datze met beter bouw-houten verzien zyn.*

De groene takken met haar bladeren, 10. *a* 20. *in een rye aan malkander gebonden, maken dat wonderlyke net, 't welk men in Banda* Sokkey *noemt, en waar mede men zekere domme viſſchen vangt, dewelke, door de drillende bladeren in 't water ſchouw gemaakt zynde, altyt agterwaarts, en naar het land retireren, hoewel onder de bladeren ruimte genoeg is om te ontvlieden, dog dit ſpel moet altyt op vlakke, en effene ſtranden geſchieden.*

Om het linnen ſwart te verwen, neemt men zaagzel van Calappus-bout, doet het in water, en vermengd het met voorſchreve Calappus-Syroop, en laat het eenige dagen in de Zonne ſtaan, zoo hebt gy een ſwarte verwe, waar in men het linnen ſlegts opkoken moet.

Men heeft nog eenige meerdere nuttigheden van den Calappus-boom, dog van minder belang, als draden, om grof linnen daar van te weven, en zakken daar van te maken, als mede naalden en ſpelden uit de middel-rib der bladeren.

Om nu ook iets van de medicinale kragten des Calappus-olye te zeggen, zoo wort de zelve, vers zynde, binnenslyfs ingenomen, of alleen, of met Tamarinde gemengd, om den buik zagtelyk te zuiveren, dog meeſt by de Mallabaren, en andere Indoſtanſe volkeren; maar by de Maleyers, en de Europianen wort dezelve zelden of ſchier nimmermeer

Medici Portugalli illud cum Syrupo Violarum ad tuſſim præſcribunt, ut & contra Aſthma; oleum hoc etiam nutriens admodum habetur, quo corpus pingueſcit, ac ſemen in viris augetur: Verum quotidianus ejus uſus mihi ſuſpectus admodum eſt, quod tetrum & aduſtum dat ſanguinem, atque inteſtina nimis lubricat, unde in omnibus alvi fluxibus prohibendum: Externe melius uſurpatur ad hæmorrhoides illiniendas oleo Perſicarum mixtum: ſolum ac calidum etiam inungitur artibus dolentibus, lumbis ac genubus. In Indica paralytica affectione *Beri-Beri* dicta, hoc, cum aliquot guttis *Olei Caryophyllorum* mixtum, illiniunt partes paralyticas, quæ tam diu fricantur, donec oleum in illas penetraverit; defectu autem *Olei Caryophyllorum*, quod raro deſtillatur, *Caryophyllos* ipſos incoquunt hoc oleo, ſæpe etiam addunt oleum terræ, atque expreſſum Nucum *Calapparum Oleum*; hoc illiniuntur etiam artus Podagra ac Chiragra affecti, ſed ſolum, ac ſine ullo calido oleo, expreſſum hoc oleum ad iſtas optime uſurpari poteſt affectiones. Coctum vero oleum etiam adhibetur ad mitigandos dolores in variolis, & ad pus cito generandum, ſi leniter hocce illiniantur, quamvis alii *Santar*, ſeu liquorem illum limpidum præferant. Vulgo putant *Oleum Calappi* eſſe demulcens atque emolliens, quod tamen examine alias apparebit, in initio partes illinitas videtur quidem emollire, poſtea vero eas ſicciores reddit, quam antea fuerant, hinc oleo huic nulla niſi vis lubrica tribuenda eſt inter frigus ac calorem temperata, oleum vetus non niſi lampadibus, & armis illiniendis adhibendum eſt; ſenes amant frigidos ac rigidos ſuos artus, ut emolliantur, hocce illinire oleo, ac Chirurgi noſtrates miſcent etiam unguentis omnibus, in quibus alias *Oleum Olivarum* requiritur, ita ut hoc oleum tam ſolum, quam aliis mixtum medicamentis incolis quotidiano ſit in uſu ad fricandum ac liniendum corpus, quod ipſis non tantum conducit ſanitati, ſed etiam ad artus agiles ac mobiles ſervandos. *Julius Scalig. Exerc.* 158. *diſt.* 2. *Cardanum* corrigens deſcribentem *Tenga*, ſeu *Cocum Indicam*, ipſe videtur per *Vartomani*, aliorumque Hiſpanorum vel Portugallorum ſcripta errare, quum attribuat quædam *Tengæ* ſeu *Calappo*, quæ *Lontaro* ſeu *Jager-boom* magis competere videntur.

In *Horto Malabarico* ſub finem primi capitis quindecim virtutes hujus arboris medicinales notantur, quæ quum hic extra uſum ſunt, omitto, exceptis tribus ſubſequentibus, quæ incolis noſtris notæ ſunt.

Radices in aqua decoctæ febricitantibus propinantur, ut & dyſenteria laborantibus, quæ ex acrimonia & calore ſanguinis oriuntur.

Julus recens, ſeu *Racemus fiorifer* ex ſpatha exemtus, ac cum ſaccharo rubro *Lontari* manducatus, & ejus ſuccus deglutitus *Dyſuriam* curat, ac virulentam Gonorrhææ mictionem.

Ut *Oleum Calappi* hæmorrhoidibus inunctum cum ſucceſſu uſurpetur, ſemi-cyathus hujus recentis bibendus eſt, ut alvus leniter ſubducatur, quæ plurimum hac in affectione ſimul indurata eſt.

Recente *nuce Calappa* ſub cinere ſeu carbonibus leniter toſta, atque iterum frigefacta, vel per noctem rori expoſita, tum ejus liquor cum ſucceſſu propinatur in omnibus morbis calidis, uti in febribus ardentibus ac dyſenteria calida: hunc in finem prima Calappi ſpecies eligitur, quæ alba ac viridis dicitur, cortex autem ejus nec nimium deradatur, ne toſtione liquor ejus fumo inficiatur.

Lympha *Towak* dicta adhibetur, ut medicinales radices & herbæ huic incoquantur, quæ earum virtutes melius extrahit, quam aqua vulgaris.

Tenera, atque alba *Calappi* radix uſurpari poteſt pro maſticatorio, defectu Pinangæ, ſi calce ac Siri miſceatur, ac manducetur.

Calappites, Belgis *Calappus-Steen*, Malaicenſibus *Meſtica Calappa*, albus eſt lapillus inſtar marmoris ſeu Silicis albi, durus, planus, ac glaber, cujus putaveram alio loco inter lapides ac mineras deſcriptionem dediſſe, quum vero in *Calappa nuce* inveniatur, ac ſollicitus ſim, opus illud à me forte non abſolutum

mermeer binnens-lyfs gebruikt, als in de hoeſt. De Portugeeſe Medicyns gevenſe ook in, met Syroop *van* Violen, *tegens den hoeſt, en engborſtigheit; men hout het anders voor een voetzaame olye, waar door het lyf vet, en de mannelyke natuure vermeerdert wort. Dog zegge nogmaals, dat zyn dagelyks gebruik by my verdacht is, als genererende een quaad en verbrant bloet, ook de dermen al te ſlibberig makende, weshalven het in alle buikloopen verboden wort. Van buiten wertſe veel bequamer gebruikt, als, om de ambeyen daar mede te ſmeeren, met olie van perzike-ſteenen gemengt: alleen en warm wertze ook geſmeert op alle pynelyke gewrigten, lendenen, en knien. In de Indiſche lammigheit, of* Beri-Beri *wertze met eenige droppels Nagel-olie gemengd, op de lamme leden geſtreeken, en zoo lang gewreven, dat het indrooge, by gebrek van de Nagel-olye, die zelden gemaakt wort, kan men de Nagelen zelfs in de gemelde olye kooken, ook daar by doen aard-olye, en uitgeperſte Nooten-olie: men ſmeert ze ook op de leden, die van Podagra, en Chiragra gequeld zyn, dog zonder eenige heete olie, en al het voornoemde kan men gevoeglyk met de uitgeperſte doen: dog de uitgekookte is ook dienſtig om de pyne te ſtillen in 't ſweeren van de kinder-pokken, en dezelve haaſtig te doen rypen, wanneerze daar op geſmeert wort: hoewel andere de* Santar, *of melk veel beter agten. In 't gemeen hout men het daar voor, dat de Calappus-olie een week makende, en vermurwende eygenſchap heeft, 't welk by nader onderzoek anders bevonden wort; wantze ſchynt wel in 't eerſte de aangeſmeerde partyen wat te verweeken, maar droogt daar na dezelve harder op danze te vooren waren, en daarom kan men deze olie geen andere dan een ſlibberige en glad makende natuur toeſchryven, tuſſchen hitte en koude gantſch getempert, de oude olie moet men alleen in de lampen, en tot het aanſmeeren van geweer gebruiken. De oude luiden ſmeeren haar koude en ſtramme leden gaarne daarmede, om dezelve gedweeg te houden, en onze Chirurgyns gebruikenze in al haar zalven, daar de Olyven-olie toe vereiſcht wort, in Somma deze olie, zoo alleen, als met andere Medicamenten gemengd, werd by de Inlanders dagelyks gebruikt tot het wryven en ſmeeren van 't lyf, 't welk hen dient niet alleen tot gezontheit, maar ook om de leden rat, en gedweeg te houden: De heer* Julius Scal; Exerc. 158. Diſtinct. 2. (*willende* Cardanum *corrigeren, in de beſchryvinge van de* Tenga *of* Cocus Indica) *ſchynt door de geſchriften van* Vartomanus, *of andere Spaanſe, of Portugeeſe Schryvers zelfs geabuſeert te zyn, ſchryvende dingen van de* Tenga *ofte Calappa, die men waarſchynelyker van den Lontar of Jagerboom verſtaan moet.*

In de Hortus Malabaricus *aan 't einde van het eerſte Capittel vint men vyftien Medicinale nuttigheden van dezen boom, dewelke ik, als hier ongebruikelyk, uitgelaten hebbe, behalven de volgende drie, die onder de Inlanders bekend zyn.*

De dekoctie van de wortels in water werd gedronken in de koortze, en in de roode loop, die uit ſcherpe en hete ſtoffe des bloets onſtaat of voortkomt.

Het jonge bloeyzel, uit zyn ſcheede genomen, en met bruine Lontars zuiker gekaauwt, alleenelyk het zap inſwelgende, geneeſt de brant-pis, en het etterige wateren in de Gonorrhæa.

De Calappus-olie *werd nuttelyk geſmeert op de Ambayen, dog moet men een half kopje vol verſche olie indrinken, om den buik zagtelyk te verweeken, dewelke by dat accident gemeenelyk verhard is.*

Een jonge Calappus *op koolen of onder heete aſſche gebraden, en dan weder koud geworden, of een nagt in den douw geſteld, kan nuttelyk gedronken werden in alle heete ziekten, als koortzen en heete buik-loopen; hier toe verkieſt men de eerſte zoorte, die men witte en groene Calappus noemt, en men moet de bolſter niet te veel afſchillen, op dat het water in het braden niet rookagtig werde.*

Den Towak *werd gebruikt om alderhande medicinale wortelen en kruyden daar in te kooken: want hy derzelver kragten beter uittrekt, dan gemeen water.*

De Jonge *en witte* Wortel *van de Calappus-boom kan men gebruiken, om by gebrek van Pinang, met kalk en Siri te knouwen.*

Calappites, *op duits Calappus-Steen: Maleits,* MESTICA CALAPPA, *is een wit Steentje gelyk alabaſt, of een wit Kei-ſteentje, ook van deszelfs hardigheyt, effen, en glad, 't welk ik voorgenomen hadde op een andere plaats te beſchryven onder andere geſteenten en mineralen. Maar dewyl hy in de Calappus-noot gevonden word, en ik bezorgt*

 ben

lutum iri, animo induxi hic loci ejus exhibere descriptionem. Est itaque albus ac politus, seu glaber lapillus in interiore *Calappæ nucis* parte concrescens, nunc putamini fixus, nunc vero media in lympha natans, diversæ ac duplicis potissimum formæ.

Primus est oblongus, instar coni obtusi, seu ovi Lacertæ, magnitudine cordis aviculæ, interdum instar cordis Columbini. Postica ac latissima pars est squallide lutea, ac coronulam gerit instar dentis, qua putamini nectitur. Anterior autem & angustissima pars insignitur macula splendente, quæ si ad lucem conspiciatur, instar radiantis parvi solis apparet, sique hac destituatur, tanquam mortuus ac spurius habetur lapillus.

Alter forma est rotunda, ab utroque latere compressus instar Lentis, aliquando autem penitus rotundus, & ubique albus, & ad pellucidam partem jam descriptam maculam solarem exhibens. Maximi sunt instar seminis Lupini, minimi instar Pisi, atque hi semper libere in aqua fluctuant: Ambo plerumque fissuras quasdam habent, quæ haud profundæ sunt, nec vilioris hinc sunt pretii, quæ tantum oriuntur, quum lapilli hi in materia aquosa crescant, si libero ac sicco aëri exponantur, alias quamdiu liquori innatant, nullas habent fissuras. Latine mihi dicitur *Calappites*, ac puto esse speciem Dendritis, quæ apud *Plin. Lib.* 37. *Cap. II.* inter similes commemoratur lapillos, atque incognita ac fabulosa hactenus credita fuit, a me autem hic in India sæpius inventa, ac detecta; Malaicensibus vocatur *Mestica Calappa*. Notandum est, Malaicenses nominare omnia lapillorum genera *Mestica*, seu *Mostica*, quæ in animalibus, fructibus, lignis, atque aliis irregularibus inveniuntur corporibus, cujus generis quædam postea in hoc opere exhibebimus. Rarissime hic detegitur lapillus, atque in mille nucibus vix unus, neque etiam in omnibus regionibus, licet arbores Calappi ibi sint frequentes, sed plurimum in insula Celebes circa Macasseram; atque in sinu Boreali Kajeeli, item in Boetona, quæ duæ insulæ hoc peculiare habent, quod plurimas tales *Mesticas* dent, tam in animalibus, quam fructibus, ita ut fere nulla sit fructus species, ex quo non, in Macassera vel Boetona, *Mestica* demonstrari possit.

Incolæ plurimum omnes *Mesticas* amant, quarum quasdam tanti æstimant, ut optimis etiam præferant gemmis; plurimas enim ipsis tribuunt immo sine dubio superstitiosas etiam virtutes, gestant enim has ad nudum corpus, in annulis, & armis, ad prosperum conatuum successum obtinendum. Elegantissimos ac rotundissimos hujus Calappi lapillos, seu *Calappites* imponunt annulis suis, vel etiam telis adpendent, non auro, sed argento circumdatos, dicentes melius hoc cum natura *Calappites* convenire. Hanc quoque gerunt uti jam dictum est, ad bonum successum mercaturæ, & agriculturæ obtinendum, immo generaliter in omnibus suis conatibus, in ipso quoque bello, quod ultimum tamen a quibusdam eluditur, atque ob hanc imprimis caussam, quia *Calappites* sunt fructus arboris, quæ cum rebus bellicis minimam habet convenientiam. Sicut in aliis natura crescentibus nulla est inter Joviales & Martiales plantas communitas. Aquæ illam etiam inmittunt, & ejus infusionem febricitantibus exhibent, sed mera tantum est opinio atque imaginatio. Sic etiam cum aqua contritam instillant oculo, & Ophthalmiæ optime prodesse ajunt. An genuinus hic sit lapillus, sequenti tentant experimento; inter Pady seu Oryzam mixtum gallinis offerunt, quam diu illis mixtus est, inde non edent; hoc autem mihi non successit, si enim gallinos ab Oryza non avertissem, simul cum Oryza illum comedissent, genuinum tamen esse, quem possidebam, putavi. Mallabari incredibilius mihi narravere experimentum, quod vera nempe Calappites arbori Calappi appensa efficeret, ut omnes arboris fructus caderent, cujus numquam institui experimentum. *Plinius loco citato* aliud *Dendritis* dat indicium, quod nempe sub radice arboris, quam eradicare volumus, sepulta, efficiat, ut securis neutiquam hebescat.

Alia ac mira *Dendritis*, ex Calappo arbore deprompta, hic alteri addenda est, cujus unicam tantum vidi ac habui. Hæc inventa fuit in insula Zeylana in ligno arboris Calappi, quæ paulo ante per tonitru dejecta ac fissa fuit. Servi præfecti cujusdam Militum Belgarum ibi transeuntes concurrunt ad eam, ut

ben, dat het gemelde werk van my niet zal voltooit worden; zoo heb ik goetgevonden zyne beschryvinge alhier in te voegen: Het is dan een wit glad Steentje, van binnen in de Calappus-noot groeiende, zomtyts los in het water dryvende: Zynde van tweederlei gedaante.

De eerste is langwerpig, als een stomp kegeltje, of hagedissen ey, in de grootte van een klein vogels hert, zomtyts ook als een duiven hert. Aan 't agterste, en breetste eind' is hy vuil-geel, en heeft een kroontje, als een uitgevallen tant, waar mede hy aan den tampoerong vast gezeten heeft: op het voorste en smalste eind, ziet men een blinkend plekje, als men hem tegens den dag houd, gelyk een stralend Zonnetje, en zoo zy dit niet en hebben, wordenze voor dood, of bastard gehouden.

Het ander is rond, ter weerzyden wat plat, als een Linse, zomtyts ook geheel rond, overal wit, en aan de klaarste zyde mede het voorschreve Zonnetje vertoonende: de grootste als een Lupien, de kleinste als een Erwte, en deze dryven los in 't water: aan beide ziet men gemeenelyk eenige scheurtjes, die niet diep ingaan, en het Steentje niet te slimmer maken, herkomende, om dat het Steentje in een vogtige materie groeid, en dan in de droge lugt komende op dusdanige manier scheurtjes zet. Ik noem hem in 't latyn Calappites, *en reken hem voor een mede zoorte van* Dendritis (*by* Plinius Lib. 37. Cap. II. *vermeld, onder andere diergelyke steenen) die tot nog toe voor onbekent en fabuleus gehouden, dog veele van my hier in Indien uitgevonden zyn: in 't Maleits noemt menze* Mestica Calappa; *dog dient geweten, dat de Maleiers* Mestica *of* Mostica *noemen alderhande steentjes, die in gedierten, vrugten, houten, en andere ongewoone lichamen gevonden worden, diergelyke wy nog eenige in 't vervolg van dit werk zullen aanwyzen: men vind dit steentje zeer zelden, en in duizent Calappus-nooten niet een; ook niet in alle landen, hoewel de Calappus-boomen daar overvloedig zyn, maar meest op 't eilant Celebes omtrent Macasser, en in de noorder bogt van Kajeeli; als mede op Boeton, welke beyde eilanden deze eigenschap hebben, datze veel diergelyke Mesticas voortbrengen, zoo in gediertens als gewassen, zynde schier niet eenen vrugt, of men kan op Macasser en Buton een Mestica daar van toonen.*

De inlanders bouden in 't generaal veel van alle Mesticas, zynde op sommige derzelver zoo verzot, datze die hooger agten, als de beste juweelen: want zy schryven hun wonderbare, en daar onder buiten twyffel veele superstitieuse, kragten toe, dragende dezelve aan haar lyf, in de ringen, en aan haar geweer, om goed geluk in zekere voornemens te hebben: de mooiste en rondste van de Calappussteentjes zettenze in ringen, of hangenze aan hare krissen, niet in goud, maar zilver ingevat, 't welk zy zeggen met de natuur des steens beter over een te komen. Zy dragen hem, om, als gezegt, goed geluk te hebben zoo in koopmanschap, als in den lant-bouw, ja in 't generaal by alderhande voornemens, zelfs in den oorlog, welke laaste egter by andere uitgelagt werd, en dat met reden, om dat deze steenen zyn vrugten van een boom met oorlogs zaaken geen gemeenschap hebbende: gelyk in andere zaaken die door de natuur groejen, geen gemeenschap is tussen planten Joviales *en* Martiales *genaamt. Zy leggen hem ook in water, en drinken daar af in de koortzen, maar daar moet ruime inbeelding by zyn. Item: een weinig op een steen met water gewreven, en in de oogen gedaan, geneest, naa haar zeggen, de verhitheid derzelve: de preuwe van den opregten stellenze aldus; legt hem onder pady, of ryst de hoenders voor, zoo zullenze daar van niet eten, zoo lang den steen daar by legt; dog dit heeft my niet willen succederen, want had ik de hoenders niet afgeweerd, zy zouden my het steentje met den ryst opgegeten hebben, nogtans sustineerde ik, dat ik een opregte hadde. De Mallabaren hebben my nog een ongelovelyker proeve geleerd; namentlyk dat een opregten Calappus-steen aan een Calappus-boom gehangen, alle deszelfs vrugten zal doen afvallen, 't welk ik nooit geprobeert hebbe.* Plinius Loco Citato *zet een andere preuwe aan zyne* Dendritis, *te weten, datze onder de wortel van een boom, die men omkappen wil, begraven zynde, de byl niet laat stomp werden.*

Een andere, dog wonderbaarlyke Dendritis, *ook uit een Calappus-boom gehaalt, moet ik hier by stellen, waar van ik maar eenen gezien en gehad hebbe. Dezen was gevonden op 't eiland Ceilon in het hout van een Calappus-boom, die kort te vooren door den donder omgeslagen, en opgespleeten was. De slaven van een duits officier, juist voorby*

ut cerebrum Palmæ ex ejus ſuperiore trunco colligerent, quem ſecuri aperientes Dendritem ita ligno inhærentem inveniebant, ut concludi certo poſſet concretam ibi fuiſſe, quam domino ſuo offerebant, qui, ut dixi, Belgicus erat Militum præfectus, curioſus admodum ac fide dignus vir, quique eandem poſtea mihi dono dedit. Lapillus hic erat rotundus, paululum inæqualis, magnitudine Ceraſi nigri, durus, & inſtar Silicis glaber, neque pellucidus, coloris lutei vitellini; in hoc undique conſpiciebantur plurimi albicantes annuli ſeu circuli, intus plano luteo notati, quidam minores, ac ſi in eo depicti eſſent, ſupremus annulus maximus erat, ac in ſe alium continebat circulum opaciorem, inſtar iridis oculi, alii vero minores, quorum quidam ſibi invicem intricati, quidam etiam penitus albidi erant, quales fere circuli in ſpecie quadam *lapidis victorialis ſeu aſtroïtis* apparent; ab una parte conſpiciebatur alba macula, pallidi coloris, qua per fulmen videbatur quodam modo icta. Centurio declarabat, Cinghalenſes ipſi dixiſſe, ſæpius tales Dendrites in Calappi ligno inveniri, plures tamen proferre non poterant, vel indicare, quamvis tum temporis ipſis præeſſet tamquam *Deſſave*, ſeu præfectus. Suo autem judicio tales forte habuerunt, ſed quum natio iſta, æque ac alii Indi, tales raras Meſticas magni æſtiment, ſine dubio celarunt illas, quum ſecum geſtent ad proſperum rerum ſuarum eventum, & præſertim belli, quod tamen credere non potui, quum illam arborem a vi tonitru arcere non potuerint, ſed proverbium ait, minus majori cedendum. De talibus vero lapillis nil amplius audivi, nec eos ultro vidi, atque noſter annulo circumdatus anno 1682. inter alias curioſas res magno Hetruriæ duci miſſus fuit nomine *Dendritis Calappariæ*. Depictus invenitur *Tabula* 2. *litt. K.* & binæ aliæ Dendrites diverſæ figuræ additæ ſunt *litt. L.* & *M.*

Incolæ me aliud inſuper, ſed noxium experimentum docuerunt omnis generis *Meſticas* examinandi, an eſſent genuinæ; hoc fit, ſi illas coquant in fortiſſimo aceto, vel in ſucco Limonum macerent; ſi enim tali modo ebulliant, & bullulas ejiciant, tum talis genuina habetur. Hoc bene ſuccedit cum *Dendriti Calapparia*, & omnibus Meſticarum generibus, quæ opaca ſunt, ac nigra, ſed ſplendorem ſimul amittunt, unde experimentum hocce merito rejiciendum; melius eſt, ſi *Calapparia Dendritis* per duas maceretur horas in liquore nucis Calappæ, ac cum ejus nucleo fortiter fricetur, tum ſplendorem ac pelluciditatem recuperant, quam per diuturnum uſum etiam amittunt. Iſta ebullitio, ſeu bullarum ejectio fit, quia hæ *Meſticæ* poroſæ magis ſunt, quam aliæ veræ ſilices, & quandam äeris portionem retinent, qui per penetrans acetum, ſeu Limonum ſuccum expellitur, atque iſtas excitat bullulas, uti hoc etiam fit in *Aſtroïte Europæana*: quæ aceto infuſa itidem movetur: pellucidæ vero iſtam nolunt exhibere ebullitionem, ſine dubio, quod talibus deſtituantur poris, uti expertus fui in dendrite ſerpentaria, quæ pellucida eſt inſtar Cryſtalli, & invenitur in capite ſerpentis cujusdam malignæ, in inſula *Celebes*, quæ ex narratione incolarum cum Baſiliſcis ac draconibus comparari poteſt, ac proinde *Dendrites Dracontia* nominanda eſt.

Dendrites Calapparia jam deſcripta longe durior erat vulgari Meſtica *Calappæ*, ac nocte ad Achatam, vel aliam minorem ſilicem alliſa, ſcintillas ejiciebat ac ſplendorem, hoc idem quoque *Dendrites Dracontiæ* exhibebant, *Albæ* vero *Calappariæ Dendrites* hoc non præſtabant, uti nec alii opaciores lapilli.

N. B. Experimentis detectum eſt, ſi ſpumam ſumant, quæ ex arundine *Bambus* in liquore *Towak* dicto colligitur, ac cuidam imponatur ferro, Metallo, vel Porcelano, quod per ſolem candefactum fuit, tum apparebunt multi Milliones animalculorum, quæ in *Towak* ſunt genita, vel in eum irrepſerunt, quæ calore agitata proſiliunt. *Franciſcus Pyrardus* ſcribit, ſaccharum ac Syru-

by gaande, liepen der na toe, om het palmyt daar uit te halen, en het bovenſte ſtuk van den ſtam met houwmeſſen openende, vonden dit ſteentje zoodanig in het houd ſteeken, dat men genoegzaam beſluiten moeſte, daar in gegroeid te zyn, 't geenze dan aan haren meeſter gaven, zynde een duits Kapitein, een curieus ende geloofwaardig man, dewelke het zelve namaals aan my vereerd heeft: dit ſteentje was rond, of een weinig bultagtig, in de groote van een krieke, hard en glad als een kezel ſteentje, niet doorſchynend', doirgeel van coleur, daar op ſtonden rondom veel witte oogjes of circultjes, binnen met een geel plein, zommige groot, zommige klein, als of zy daar op geſchildert waren, het bovenſte oog was het grootſte, en hadde binnen zig nog een anderen donkeren circul, gelyk de Iris in een oog, van de andere oogjes liepen zommige door malkander, zommige waren ook geheel wit, diergelyke cirkeltjes men ſchier ziet aan een zoorte van den Lapis Victorialis, *of* Aſtroites; *aan de eene zyde zag men een wit plekje, doods van coleur, alwaar men ſuſtineerde dat het van het blixem vier een weinig geraakt was. Den Kapitein verklaarde my, dat de Singaleezen hem gezegt hadden, dat zulke ſteentjes meermaals in 't Calappus-houd gevonden wierden, maar konden egter geene meer te voorſchyn brengen, of aanwyzing doen, hoewel hy doenmaals, als* Deſſave, *dat is land-droſt, over haar lieden te commandeeren hadden. Na zyn giſſing mogten zy wel diergelyke gehad, maar voor hem verborgen gehouden hebben, om dat die natie, zoo wel als andere Indianen, diergelyke zeltzame* Meſticas *in groote waardy houden, dezelve dragende, om goet geluk te hebben, bezonderlyk in den oorlog, 't welk ik geenzints aannemen konde, naadien hy zynen boom niet hadde beſchermen konnen tegen het donders-geweld, dog het ſpreekwoord luid, als meerder komt, moet minder wyken: ik heb ook van diergelyken niet meer gehoord, nog gezien in deze Ooſterſche geweſten, en hy is, in een ring gevat, A.* 1682. *onder myne andere rariteiten gezonden aan den grooten Hartog van Toskanen, met den naam van* Dendritis Calapparia. *Hy ſtaat afgeteikent in de tweede plaat onder de letter K. en nog twee Calappus ſteentjes, van diverſe fatzoen, zyn daar by ook te zien onder de letter L. en M.*

De Inlanders hebben my nog een andere, dog ondeugengende preuve geleerd, om alderhande Meſticas *te proberen, ofze opregt zyn: dit geſchied, als zy den zelven in ſcherpen azyn, of zuure Lemoen-ſap leggen; want als zy daar in kooken, en bobbeltjes rontom zig opwerpen, zoo houdenze die voor opregt: dit geſchied wel aan den Calappus-ſteen, en alle Meſticas, die niet doorſchynend, nog zwart zyn, maar verliezen met een haren helderen glans, weshalven deſe preuve verwerpelyk is: beter doet men, als men die Calappus-ſteenen een paar uuren legt in water van een Calappus-noot, en haar met deszelfs pit afvryft, zoo krygenze hare zuiverheid en glans wederom, dieze anders ook door het lang gebruik verliezen. De voornoemde koking of het opwerpen van bobbeltjes komt daar van daan, om dat deze Meſticæ voller met gaatjes zyn, dan andere regte keyzelſteentjes, en min of meer lugt in haar verborgen houden, dewelke door den indringende azyn, of Lemoen-ſap uitgedreven werd, en de voornoemde bobbeltjes veroorzaakt, gelyk men aan den Europiſchen* Aſtroïtes *of ſterre-ſteen ziet gebeuren: Ja ook dat hy zig in den azyn komt te bewegen: maar zoodanige* Meſticas, *die doorſchynend, of donker en zwart zyn, willen de voornoemde koking niet vertoonen, buiten twyffel, om datze diergelyke* Poros *niet en hebben, gelyk ik geprobeert hebbe aan zoodanige ſlangeſteenen, die klaar zyn, als een chriſtalle, en gevonden werden in 't hooft van een zekere booze ſlange op het eylant Celebes, die, naa 't verhaal der Inlanders, met Draken en Baſilisken te vergelyken zyn; en derhalven hare ſteenen wel mogen voor* Dracontia *gehouden werden.*

Den voorſchreven Dendritis Calapparia *was veel harder, dan een gemeene Calappus-ſteen, en 's nagts tegen een agaat, of ander kleen keizel-ſteentje geſlagen, vuerde, en gaf een heldere ſchyn van zig, 't welk ook deden de naaſtgenoemde ſlange-ſteenen; madr de witte Calappus-ſteenen willen zulks niet doen, nog ook andere donkere ſteenen.*

N. B. Men heeft ervaren, als men neemt den ſchuim, die zig in de rieten van Bamboes op den Towak *zet, en legt den zelven op eenig yzer, metaal, of porcelyn, dat in de Zonne heet geworden is, zoo zal men zien veel duiſenden kleine diertjens, als miertjens, of uit den* Towak *gegroeid, of daar in gekroopen, die, door de hitte geraakt, weg ſpringen:* François Pyrard *ſchryft, dat in de Maldivis uit den*

Syrupum ex liquore *Towak Calappi* in Maldivensibus insulis sequenti parari modo, *Towak* infundunt cacabo, & coquunt eum cum albis ac pellucidis lapillis, qui in mari inveniuntur, si per aliquod tempus hic liquor cum lapillis ebullíverit, instar mellis sapit & optimo syrupo similis est, instar ceræ flavus, & norunt præparare vel tenuem, vel inspissatum, uti ipsis lubet. Syrupus hic denuo si coquatur cum pluribus talibus lapillis, inspissatur & albescit instar sacchari Canthi albi, quo mercaturam exercent.

den Calappus-Towak de syroop en zuiker aldus gekookt word; zy doen den Towak in een pan, en kooken hem met zekere witte en klare steenties, die men in Zee vind; na een zekere tyd kokens word dezelve Towak als honing, en van smaak als de beste syroop, geel als wasch, en zy konnen 't zoo dun, of dik kooken, als zy willen. Deze syroop nog eens gekookt met meer steentjes, en dan gedroogt, werd zoo dik en blank als Kandy-zuiker, waar mede zy Koopmanschap dryven.

CAPUT QUARTUM.

Abortus, & *Monstra* COCCORUM.

POst regulares *Calappi* species, jam ejus abortus ac monstra describemus, quæ hoc in genere aliquando proveniunt; hæc autem habeo non uti veros abortus, sed ut luxuriantem materiam, si nempe una ex nuce tres quatuorve progerminent trunci, quod in hisce Orientalibus plagis raro, in Zeylana vero, aliisque Malabaricis regionibus sæpius observatur. Raro autem ambo vel plures suas acquirunt perfectiones, unus enim vel alter sensim emoritur. In Zeylana tamen prope Columbo in horto quodam tres simul Calappi trunci uno ex ortu provenerunt ingentes satis, inter quos cellula trigona locata fuit: in regionibus quoque ad Eurum sitis geminæ nuces observatæ fuere, quæ duo nempe putamina sibi invicem juncta gerebant, atque in utroque continebatur diversus nucleus. An autem hæc peculiaris fuerit species, an vero forte fortuna ita progerminaverint, cognoscere non potui.

Abortus autem proprie dictus est, qui contra naturæ propositum ex defectu materiæ vel alio impedimento provenit, & hinc irregularem obtinet formam, cujus duo tantum proferam exempla, unum tricipitis, alterum polycephalæ arboris Calappi.

Prima in Amboinæ antica parte in solo *Hitoe* dicto; in montano, oud-Kaytetto dicto loco, mirabilis sane ac rara erat Arbor Calappus, cujus coma contra generis sui naturam in tres divisa erat ramos instar folii *Baggeæ*: Unus enim ramus erectus erat, alii autem duo ad Austrum inclinabant, quorum quisque ordinariam habebat frondem seu folia: Numquam hæc arbor quosdam produxerat fructus, & incolæ illam patriæ suæ fatalem putabant arborem, quum enim eorum præfectus *Kakiali* dictus cum toto populo anno 1642. rebellarent, & arma contra Belgas gererent, accidit, ut *Triceps* hæc *Calappus* sponte simul cum alia arbore *Waringa* caderet, quod præfectus *Kakiali* audiens, hæc vociferatus est verba; *nostra quoque terra cadet*, uti in subsequentibus etiam factum fuit annis, quum ipse occideretur, ac regnum quadriceps antiquum, cujus *multiceps Calappus* arbor signum fuerat, everteretur, ac regio tota in ditionem Hollandorum redigeretur.

Alterum exemplum rarius est, ac verum Calappi monstrum, quod meo etiam tempore anno 1685. conspiciebatur ad distantiam Bombardæ versus Austrum, ad Occidentalem pagi Bagualæ partem, in anteriore montium parte, quæ jam fruticibus, & aliis silvestribus occupatur plantis, ante viginti autem annos fuerat hæc arbor ab hominibus ibi plantata, & uti ejus domini narrabant, primo ordinariam habuit formam, atque etiam fructus produxit, postea autem in hoc monstrum degenerata fuit. Ejus truncus viginti circiter pedes erat altus, ac vulgaris crassitiei, in cujus supremo præter ordinariam comam triginta circiter alias gerebat ramificationes, quæ instar tot diversarum arbuscularum circa veram comam dispositæ erant instar brachiorum Lampadum, per quatuor strata supra se invicem, ac radicibus suis intricatæ & connexæ, atque præterea tot aliis herbarum generibus concretæ, ut vera coma vix dignosci posset, harum octo vel decem trunci pedis crassitiem habebant, ac duas tresve spithamas longi erant, ad eorum ortum autem tenuiores, ubi in paucas radicales extendebantur fibras, quæ sibi invicem intricatæ admodum erant. Omnes autem laterales dependebant, cujusvis tamen coma erat erecta, perfectis ac vegetis ramificationibus ornata instar

IV. HOOFDSTUK.


Misgeboorten, en Monsters van den Calappus-Boom.

NA de ordinaris zoorten zullen wy nu beschryven eenige misgeboorten of monsters van den Calappus-boom, dewelke zig in dit geslagte zomtyts vertoonen: dog voor geen misgeboorte, maar overtollige stoffe, zal ik het reekenen, wanneer uit eene noot twee, en drie stammen voortkomen, 't welk in deze oosterscbe quartieren zelden, maar op Ceylon, en andere Mallabaarsche landen dikwils gebeurd. Zelden komense ook beide of alle tot haar perfectie, maar de eene gaat gemeinelyk met 'er tyd uit: egter heeft men op Ceylon, by Columbo, in een thuin drie redelyk groote Calappus-stammen gehad uit eenen oorspronk, waar tusschen een drie-zydig tafeltje gezet was: men heeft ook in de Zuidooster Eylanden tweelings nooten gevonden, te weten die twee doppen in malkanderen hadden, en aan yder dop hing zyn byzondere kern, of pit. Of dit nu een byzondere zoorte op zig zelven zy, of datze by geval voortkomt, en heb ik niet ervaren konnen.

De eigentlyke misgeboorten nu zyn, dewelke tegens 't voornemen der natuur, door gebrek van stof, of ander beletzel, voortkomen, en daar door een ongewoone gedaante krygen, waar van ik maar twee exempelen zal vertoonen: het eene van een drie-hoofdigen, en het ander van een veelhoofdigen Calappus-boom.

1. *In voorige tyden stont in Amboina op 't land* Hitoe *in 't gebergte van oud Kaytetto een wonderlyke en zeltzame Calappus-boom, wiens kruin, tegens de gewoonte van zyn geslagte in drie takken verdeeld was, op de manier van 't* Folium Baggeæ: *want den eenen tak stond regt overeinde, en de twee andere stonden ter zyden uit; zynde voorts yder voorzien met hun ordinaris loof: hy hadde noit eenige vrugten gedraagen: en de Inlanders hielden deze voor haar lant fataal; want anno 1642. als haren Capitein Kakiali met dat geheele lant rebelleerden, en de wapenen tegens den Hollandsen Staat voerde, viel deze drie-hoofdige Calappus-boom om verre, te zamen met een anderen raaren Waringe-boom, 't welk Kakiali hoorende in deze woorden zoude hebben doen uitberften:* Ons lant zal vallen, *gelyk ook in de volgende jaren gescbiet is; werdende hy Kakiali omgebragt, de oude vierhoofdige regeringe, waar van deze veel-hoofdige Calappus-boom een teken was, uitgeroeid, en 't land onder 't gezag der Nederlanders gebragt.*

2. *Het tweede exempel is nog veel zeltzamer, en een regt monster van een Calappus-boom, dewelke by mynen tyd, en nog anno 1685. gezien wierd omtrent een Canonschoot in 't zuiden, ten westen van de Negorye Baguala, in 't voorste gebergte, nu met digte ruigte bezet, dog voor 20. jaren door menschen handen geplant, en, zoo de eygenaars zeiden, heeft hy in 't eerste zyn behoorlyk fatzoen gehad, ook vrugten gedragen, maar is daar na in dit monster verandert. De stam is omtrent twintig voeten hoog, en van ordinaris dikte; boven heeft hy, behalven de regte kruin, nog wel dertig volwasse takken, dewelke, als byzondere jonge boomtjes, rondom de regte kruin hangen, gelyk de armen van een groote lamp, vier lagen boven malkander, met de wortels aan malkander vast gegroeid, en daar en boven met veele andere ruigte zoodanig bewassen, dat men de regte kruin niet bekennen konde. Hier onder waren agt of thien stuks aan haren stam ruim een been dik, en twee of drie spannen lang, en daar na by haren oorspronk weder smalder, daar zy haar in weinige wortelen verdeelden, die verward door malkanderen liepen: alle hingense met bogten af, dog yders kruin stond overeind met volkome en jeugdige takken beladen, als een jonge Calappus-boom, behalven dat de bladeren wat korter, en smalder waren: De andere boompjes waren allengskens*





Cocos nucifera. L.

instar Calappi junioris, excepto quod folia essent breviora & angustiora. Cæteræ autem arbusculæ sensim decrescebant, ita ut quædam tantum ex germine seu Majang provenirent, quæ cum cæteris numeratæ, numerum quinquagenarium constituebant: Sane non sine summa admiratione conspici poterat, quo modo truncus adeo gracilis, & excavatus valeret tot arbusculas in sua sustinere coma atque nutrire; hincque concludi posset, arbusculas has non omnes simul, sed sensim unam post alteram natam fuisse. Primus earum ortus erat germen aliquod seu Majang, vulgaribus Calappi arboribus quodammodo simile, per longitudinem autem profundius striatum, antica parte inflexum, & externe ex quatuor vel quinque planis ac sibi invicem incumbentibus vaginis seu crassis foliis constans, quæ in nullas extendebantur ramificationes, neque interne juli floriferi, seu fructuum germina conspiciebantur, uti id in aliis obtinet *Majangis*. Horum cerebrum *Palmyt* dictum erat continuatum, album, & edendo aptum, ex quo veri foliorum rami propullulabant. Incolæ ex consueto more in trunco incisiones quasdam fecerant, ut primos inde possent carpere fructus, harum vero quædam adeo computruerant, præsertim inferiores, ita ut interne, quousque manibus palpari posset, nulla medulla, atque externus tantum cortex detegi posset, medulla forte ab albis comesta erat formicis, quæque porro restabat, itidem computruerat, excepta forte parte, quæ ad cerebrum seu *Palmyt* erat locata, illud enim integrum videbatur, sine quo arbor crescere nec vivere potest. Majorum plurimæ detruncabantur arbusculæ, quas curiosi transplantabant, ut tentarent, an hæc mira conservari posset species, quæ per tres quatuorve menses viguerunt, postea vero interierunt, argumento, naturam monstra, seu abortus alere, ac propagare noluisse.

Hinc concluderem, rationes adduci posse, undenam *Calappus* hæc *multiceps* suam traxerit originem, defectu nempe medullæ trunci, quæ vel a formicis albis fuit consumpta, vel per cadentes pluvias computruit; unde nec sufficiens nutrimentum ad Majang adduci potuit, ac proinde arbor nullos etiam proferre fructus, sed solummodo ramificationes foliolas explicare. Verum quidem est, quod inveniantur *Calappi arbores*, quæ in trunco obliquum habent foramen unum alterumve perforatum, ac tamen suos producunt fructus, quamvis pauciores; an autem cum hac descripta sint comparandæ? quæ, uti dictum fuit, inferius nullam habebat medullam, sed ex solo cortice nutriri, ac vivere debuit.

Alter abortus provenit in *Tuttekorin*, ubi solum est arenosum admodum, ex nuce Calappa a Dom. *Roberto Padtbrugge* plantata, quæ germina circa nucem inflectebat, & in terram reclinabat, quo modo hæc nux etiam verteretur, per terram transire debebat & ad aliud progerminare latus, antequam rectum erigere posset truncum.

Tales degenerationes in arbore *Zagou* etiam observantur, quæ aliquando humilis, ac tenuis est trunci, & superius in tres pluresve dividitur comas, neque umquam etiam dat fructus, nec farinosam habet medullam. Hæ dicuntur nanæ, & ortum ducunt, si junior *Zagou* truncus nimium foliis ac ramis orbetur, quod nimium circa hanc faciunt urbem, ubi servi sine discrimine silvas *Zagou* arboris detruncant, ac vastant.

Subsequente autem anno, quum ista delinearetur arbor, plurimos jam dimiserat ramos, unde modo tribus quatuorve depingitur ramificationibus cum dependentibus julis, ac germinibus, quorum quædam in folia explicantur.

kens kleender, zoo dat zommige eerst uit het scheutje of Majang quaamen: dewelke mede geteld zynde over de vyftig stuks uitmaakten, zynde niet zonder verwonderinge aan te schouwen, hoe die magere, en uitgeholde stam zoo veele boompies in zyn kruin dragen, ik zegge, voeden kon: en men konde daar uit afnemen, dat deze zyne boompjes niet teffens, maar met 'er tyt d'een na den anderen voortgekomen zyn: haren eersten oorspronk was een Scheutje of Majang, dat van de gemeene Calappus-boomen eenigzints gelyk, dog in de lengte dieper gestreept, van vooren met een krul, en van buiten uit vier of vyf platte, en op malkander leggende scheeden, of dikke bladeren gemaakt, dewelke zig in geene takken openden, van binnen zag men geen bloeizel of schepsel van vrugten, gelyk in andere Majangs, maar een doorgaande wit Palmyt, goed om te eeten, en waar uit de regte en geblade takken gemaakt wierden. De Inlanders hadden, na gewoonte, in den stam eenige keepen gemaakt, om de eerste vrugten daar af te halen, en waar van 'er zommige zoodanig ingerot waren, inzonderheid de onderste, dat men van binnen zoo hoog men reiken konde, gantsch geen hert en maar alleen de enkelde buitenste schorsse voelen konde, zynde misschien het hert, na gissinge door de witte mieren uitgevreeten, en die daar ook nog aanwaren, behalven aan de bovenste Palmyt, het welk misschien nog geheel was, zonder 't welke de boom niet leven kan. Daar wierden veele van de grootste boompjes afgekapt, en uit nieusgierigheit verplant, om te zien of men dit wonderlyk geslagt onderhouden konde, en dewelke ook wel dry en vier maanden in 't leven bleven, maar daar na uitgingen, tot een bewys, dat de natuur geen misgeboorten voortteelen wil.

Hier uit zoud' ik nu meinen, dat men reden geven kan, waar door dezen veelhoofdigen Calappus-boom veroorzaakt zy, namentlyk door 't gebrek van 't hert des stams, 't welk of door witte mieren verteerd, of door 't indringende regenwater verrot is: en waar door dan geen genoegzaam voetzel in de Majangs konnende gebragt werden, dezelve boom gevolgelyk gene vrugten, maar wel takken en bladeren heeft konnen voortbrengen. Wel is waar dat men Calappus-boomen vind, dewelke in den stam een of twee doorgaande gaten hebben, en egter vrugten dragen, hoewel weinige, dog zyn die egter met dezen boom niet te vergelyken, dewelke, als gezegt, van onderen op gantsch geen hert heeft, maar op de enkelde schorsse heeft moeten leven.

Een ander misgewas heeft men gehad op Tuttekorin, daar een zeer zandig lant is, van een Calappus-noot door de heer Robertus Padtbrugge *geplant, dewelke haar scheutje omboog over de noot heen, en weder na de aarde toe, men mogtze keeren, zoo men wilde, zy moste een geheelen slag maken onder door de aarde, en op de andere zyde weder opkomen, wanneerze eerst een regten stam formeerde.*

Diergelyken ontaardinge vind men ook aan den Zaguoboom, dewelke zomtyts laag en mager van stam blyft, boven in drie, of meer kruinen zig verdeelt, en noit vrugten of meeldragend merg voortbrengt: dezen noemd men onderblyfzels, en werden veroorzaakt, als men den jongen Zagou-struik te zeer van takken en bladeren berooft, 't welk al te veel geschied rondom deze stad, daar de slaven zonder onderscheid de naaste Zagoe-bosschen schenden, en uitkappen.

In 't volgende jaar, als de voornoemde boom uitgeteikent wierde, hadde hy zyn meeste takken verlooren, weshalven hy maar met drie a vier afgebeeld staat, nevens de afhangende scheutjes, waar van 'er zommige in bladeren zig opendoen.

EXPLICATIO

Tabulæ Tertiæ,

Exhibentis COCCUM *monstrosam* frondibus proliferis.

AANWYZING

Van de Derde Plaat,

Verbeeldende een monstreuse CALAPPUS-BOOM *met veele weelderige Takken.*

CAPUT QUINTUM.

Pinanga. Areca.

Huc usque descripta fuit *Palma Indica Major Nucifera*, nempe *Calappus*; subsequitur jam nucifera minor, quæ est arbor *Pinanga*, unde *Pinang* seu *Areca* componitur. Hæc autem *Calappo* simillima est, sed multo minor, a triginta ad quadraginta pedes alta, ad summum spithamam crassa, trunco erecto, & excelso, instar hastæ erectæ, sine aliquo angulo, nec inclinans, uti Calappus. Truncus autem est cinereus, in multos circulos divisus parallelos, paululum distantes, qui truncum tamquam per annulos ambiunt, haud multum protuberantes, in una specie propinquiores, in altera vero remotiores; lignum magis albicat, ac pluribus fibris longitudinalibus est pertextum, quam in Calappo, in juniore ætate spongiosum, ac tenax, dein durum, atque corneum, & facilem per longitudinem fissuram admittens. Medulla interior quinque sexve digitos crassa, alba, mollis, & fragilis, rami in fronde undique dispersi, uti in *Calappo*, sed breviores, ac rariores, sex, septem, vel octo tantum in orbem positi, ac plurimum arcuati, quorum summum erigitur, ad dimidiam longitudinem ramorum *Calappi*, ac lata basi arborem ambientes, duobus pedibus longiores, & arcte arbori annexi, quam diu sunt virides. Basis hæc componitur ex crasso integumento, tenaci, ac longitudinalibus ex fibris contexto, exterius viridis, interius albicans, ubi instar membranæ separatur, interius nullum firmum habet nervum, arbori enim applicatur, inter truncum vero atque exterius hoc crassum integumentum aliud occurrit crassius involucrum instar sacci, ex quo *Majang* oritur, quod mox describemus. Basis hæc in suprema parte cito acuminatim desinit, & a trunco reclinat, verumque format ramum ultra quatuor pedes longum, duos autem digitos latum, nec rotundum, nec excavatum, uti rami *Calappi*, sed variis nervis juxta longitudinem protuberantem, præsertim ad ejus dorsum; In medio costa crassa longitudinalis decurrit, & ab utraque parte tenues pinnæ, quibus folia insident, arcte sibi juncta usque ad summum, ubi apices acuti in circulum desinunt.

Folia hæc aliam præbent formam, quam *Calappi* folia, deorsum enim sunt angusta, ac complicata, dein sensim dilatantur quinque sexve digitos lata, tres ac tres cum dimidio pedes longa, & in acumen abruptum desinunt, per longitudinem vero distincta sunt tribus crassis nervis, qui superiore parte, æque ac alii duo minores ab inferiore parte protuberant, efformantes sulcos profundos, unde folium numquam est explicatum, sed semper complicatum, cujus suprema pars sensim in tria quatuorve acumina desinit, folium autem ipsum est obscure virens, ab utraque parte glabrum: Ad rachim vero semper eriguntur hæc folia, quæ ad extremum reclinantur, e contra *Calappi* folia ad rachim dependent, qui character in arboris *Pinanghæ* ramis, qui in libris Europæis depicti exhibentur, non est notatus, vel observatus. Si ista foliorum rachis vetustior sit, tum incipit crassus basis cortex, seu integumentum separari a trunco, resupinat, rufescit, ac decidit, novum relinquens in trunco annulum, cui fuit infixum, ita ut semper recens delapsum folium supremum trunci constituat annulum. Reliqua superioris rachis pars est viridis, ac glabra, quæ complicatas continet foliorum superiorum bases in junioribus arboribus tres pedes longa, nullam lignosam materiam intus continens, sed loco medullæ simile album habet involucrum, uti *Calappus*, quod *Palmyt* vulgo dicitur, atque illud *Pinangæ* arboris est austerum, nec edendo aptum. Viridis comæ fundus sensim in similia explicatur folia, quæ decidentia novos efformant circulos, atque eorum primum rudimentum est quasi cornu oblongum, viride, ex media fronde progerminans, quod itidem germen ac similiter sagitta vocatur; viridis hæc basis in vetustioribus arboribus sensim inminuitur in breviorem molem, sed non minus quam sesquipedalem.

Si arbor quinque sexve annos sit vetusta, tum viridis hæc basis nunc hac, nunc vero altera parte protuberat eo loci, ubi modo deciduum folium fuit annexum,

V. HOOFDSTUK.

Pinang-Boom. Areca.

Dus verre is beschreven de groote noot dragende Palma Indica, *te weten de Calappa, volgt nu de kleene noot dragende, 't welk is den Pinang-boom, waar van men den Pinang of Areca heeft. Dezen is den Calappus-boom zeer gelyk, dog veel kleender, van dertig tot veertig voeten hoog, op het meeste een span dik, met een zeer regten steilen stam, als een opgeregte pieke, zonder eenigen bogt, en niet hellende, gelyk den Calappus-boom. Den stam is ligt graauw, afgedeelt in veele leden, die parallel of even-wydig van malkanderen staan, en den stam als kringen omgeven of omvangen: dog niet zeer uitpuilende, aan de eene zoorte digter, aan de andere verder van malkander: het hout is witter en langdradiger, dan aan den Calappus-boom, in zyn jonkheid voos en taay, daar na hard en hoorn-agtig, ligt in de lengte te splyten; het binnenste merg, vyf en zes vingers dik, is wit, week, en brokkelig, de takken staan in den kruin rondom uitgebreid, als aan den Calappus-boom, dog korter en weiniger, te weten zes, zeven, en agt in 't getal, en meest met een booge, wiens bult opwaarts staat, half zoo lang, als de Calappus-takken, en met een breeden voet den boom omvangende, lang ruim twee voeten, en digt aan den boom zittende, zoo lang zy groen zyn. Dezen voet is gemaakt van een dikke huid, taay, en langdradig, van buiten groen, en van binnen wit, alwaar hy zig als pergement laat afschillen; binnen heeft hy geen massiven tak, want hy legt tegens den boom aan, dog tusschen den stam en deze buitenste huid word nog een andere dikke huit als een zak gegenereerd, waar uit de* Majang *voortkomt, welken wy straks beschryven zullen; aan 't bovenste eynde smalt dezen voet schielyk toe, buigt zig van den stam af, en formeert eerst den regten tak, ruim vier voeten lang, twee vingeren breed, niet rond, nog hol, gelyk de Calappus-takken; maar met verscheide ruggen in de lengte geribt, inzonderheid boven; in de midden met een doorgaande rugge, en te wederzyden een smalle kant, daar aan de bladeren staan, digt aan malkander tot voren toe, daarze de spitze in een cirkel bekleeden of doen eindigen.*

Deze bladeren hebben een ander fatzoen, dan de Calappus-bladeren, want agter zynze smal, en t'zamen gevouwen, daar na werdenze allenskens vyf, en zes vingeren breed, drie, en drie en een half voeten lank, en eindigen in een afgebrooken spits, in de lengte zynze geribt met drie dikke zenuwen, die aan de boven zyde, en nog twee dundere, die aan de onderste zyde uitpuilen; makende diepe ployen of vorens, waar door het blad noit uitgebreid, maar altyd gevouwen staat, en de voorste spitze splyt haar met 'er tyd in drie of vier andere, zynde het blad zelfs swart-groen, en te weerzyden glad; zy staan aan den tak altyd opwaarts, dog met haar einden nederwaarts geboogen, anders als in de Calappus-bladeren, die aan haren tak altyd nederwaarts hangen; welk kenteiken ik insgelyks bevinde niet geobserveert te zyn in de schildery van den Pinang-boom, die men in de Europische boeken vind. Den voornoemden gebladen tak nu oud geworden zynde, zoo begint de dikke schorsse des voets haar van den stam af te scheiden, hangt agterwaarts over, werd ros, en valt af, nalatende een nieuwen kring aan den stam, op dewelke zy gestaan heeft, zoo dat altyd het jongst afgevallene blad den opperften kring van den stam maakt: de rest na boven toe is gras-groen, rond, effen, en glad, zynde t'zamen gerolde voeten van de opperste bladeren, aan de jonge boomen drie voeten lang, van binnen niets houtagtigs meer hebbende, maar in plaats van 't hert diergelyken witte rol, gelyk den Calappus-boom, 't welk men Palmyt noemt, zynde dat van den Pinang-boom bitteragtig, en niet bequaam om te eeten, dezen groenen voet van de kruin opent hem allenskens in diergelyke bladeren, die afvallende, nieuwe kringen maken, en haar eerste schepsel is een lang groen hooren uit het midden der kruin voortkomende, 't welk men mede een scheut en insgelyks een pyl noemt, ook word dezen groenen voet aan de oude boomen hoe langer, hoe korter, dog niet beneden de anderhalf voeten.

Als den boom nu vyf a zes jaren oud geworden is, zoo begint den groenen voet, dan aan de eene, dan aan de andere zyde, uit te puilen op de plaats daar het jongst afgevallene

nexum, cujus medium ad ſupremam partem a trunco tandem ſeparatur, ac baſi ſua ſupremo infigitur circulo, quæ ſimilis eſt latæ vaginæ, inſtar planæ Spathæ Chirurgorum, ſeſquipedem, aut duos longa pedes, ſex autem digitos lata, viridis, ac glabra, exteriore parte rotunda & protuberans, interiore autem parte plana, ubi trunco nexa fuit, in cujus medio fiſſura apparet, juxta quam aperitur, intus albicans, unde etiam membrana alba ſeparari poteſt, quæ adhibetur ad pelliculas tenues, ex quibus volvellos Tabaccarios conficiunt, qui Malaicenſibus *Boncos* dicuntur; vagina hæc, ſi ſeſe aperuerit, ad trunci latus inclinat, inſtar ſacci vacui ex ſimili craſſo cortice confecti, & uti ſupremæ ramorum baſes, decidit. Ambo hi craſſi cortices tam ramorum, quam hujus ſacci Malaicenſibus vocantur *Upe* ſeu *Pamboncos*, hisce vero in inſulis *Coeroerong*: Ex hoc ſacco racemus exoritur, uti in arbore Calappo, qui verus eſt *Majang*, conſtans ex multis longisque pedunculis inſtar Capillorum, qui omnes medio communi petiolo junguntur, una parte plani, altera rotundi ſeu anguloſi, quales ſibi invicem arcte accumbendo formantur, quibus adhærent plurima albicantia, triangularia capitula, magnitudine granorum Oryzæ, quæ paululum aperiuntur in tria acuminata ac craſſa petala, quæ continent novem albicantia ſtamina, quorum tria ſunt longiora reliquis ſex aliis, quæ flores ſunt hujus arboris: Aperti mox decidunt, ſolos relinquentes petiolos, ſi autem mox e vagina erumpant, gratum, ſed ſimul debilem ſpargunt odorem, qui plurimum mane ac veſperi percipitur. Poſt deciduos flores petioli amplius extenduntur, ac ſummæ ipſorum parti, ubi ſinuoſi ſunt, tubercula quædam apparent calicibus contenta, quæ fructuum ſunt rudimenta, & totus racemus tunc magis eſt intricatus, æmulans *Viscum Quercinum*; primi autem, ſecundi, ac tertii junioris arboris racemi nullos completos dant fructus, tamquam huic operi hactenus inbecilles, atque inhabiles, ac ſimul tres quatuorve racemi in arbore conſpiciuntur, quorum primus perfectos ſuſtinet fructus, alter vero ſemi-adultos, ac tertius modo florifer eſt, vel vagina hactenus contentus, unus etiam altero altior provenit, & ſunt oppoſiti.

Fructus ſunt nuces, Calappi fructibus multo minores, inæqualis magnitudinis, ſecundum diverſas ſpecies, plerumque ſunt magnitudinis ovi Gallinacii, quædam utrimque ſunt acuminatæ, quædam vero antica parte planæ, & obtuſæ, in una ſpecie virides, in altera albicantes, ſeu pallide virentes, omnes æquales ac glabræ, quæ continentur pericarpio plano, uti glandes Quercus, conſtructo, ex foliolis craſſis, ſeu ſquammulis nuci arctiſſime junctis, & ita tenacibus, ut non niſi cum fructibus a petiolis avelli poſſint.

Fructus hi virides, ſed adulti *Pinanges* recentes dicuntur, malaice *Pinang Moeda*, Mallabaris *Paynga*, qui plerumque eduntur. Horum partes ſunt: primo exterius putamen fibroſum, ſemi-digitum craſſum, album, ac ſuccoſum, ex pluribus firmis confectum fibris, quæ inter manducandum molleſcunt, interne autem nux ipſa formatur ſine putamine, quamdiu nux eſt junior, mollis, ſuccoſa, ac fragilis, intus cavitatem habens parvam, in qua pauca liquoris dulcis continetur copia, qui tamen non diu ibi remanet, ſed ſenſim in carnem, ſeu nucleum mutatur, & excreſcit, ac tam diu *Pinanga-recens*, ſeu junior dicitur, ſaporis adſtringentis, & auſteri, quæ ſola, ſi edatur, eſt ingrata, ſed additione quarundam aliarum rerum fit ſuavis, ac ſapida, uti infra indicabitur. Si vero nux ſit adultior, ac perfecta, externe eſt crocea, & fere rubra, putamen exſiccatur, atque fibroſum eſt, edendo ineptum, tumque in medio formatur durus nucleus ſine putamine, qui ab exteriore ſeparatus eſt putamine, magnitudine ac ſubſtantia *Nucis Moſchatæ*, cui etiam ſimilis eſt, ſed durior, ac peculiaris formæ; ſunt enim omnes hæ nuces conicæ figuræ, ab una parte, quæ petiolo fuit juncta, planæ, alterâ autem, quæ ad ſummum extenditur, acuminatæ: quædam breviores, & ampliores, aliæ oblongiores, uti in quavis notabitur ſpecie. Subſtantia autem ejus ac color, uti jam dictum, æmulatur *Nucem Moſchatam*, ſed eſt durior, & plures intus fuscas habet venas, ſicciſſimas, atque

ſapore

vallene blad geſtaan heeft, welken buik, met het opperſte einde, zig eindelyk van den ſtam afzondert, en met zyn voet op den opperſten kring blyft ſtaan, gelykende een breede ſcheede, als het plat van een Chirurgyns Spatel, 't welk men ploffer noemt, een en een half, en twee voeten lang, zes vingers breed, gras-groen en glad, aan de buitenſte zyde rond, en buikig, aan de binnenſte zyde wat vlak, daar zy aan den ſtam gezeten heeft, alwaar men in de midden een naat ziet, langs dewelke zy openberſt, van binnnen wit, daar men ook een wit parkement kan afſchillen, gebruikelyk tot dunne vellekens, waar uit men Toebak-rolletjes maakt, die men in 't Maleyts Boncos *noemt. De ſcheede nu opengeborſten zynde, wykt ter zyden af, als een legen zak, van diergelyke dikke ſchorſſe gemaakt, gelyk als den bovenſtaande voet der takken, en valt af. Beide deze dikke ſchorſſen, zoo wel van de takken, als van dezen zak, noemt men in 't Maleyts* Upe, *of* Pamboncos, *in deze Eylanden* Coeroerong: *uit dien zak komt een tros voort, gelyk aan den Calappus-boom, zynde de regte* Majang, *gemaakt van veele lange ſteelen, als hairen, alle aan een middelſteel ſtaande, aan de eene zyde plat, aan de andere zyde rond, of hoekkig, zoo alsze door 't leggen over malkander geformeerd werden, bezet met veele witte, wat drie-kantige, knopjes, in de grootte van Rys-korrels, die haar ſlegts een weinig openen in drie ſpitze, of dikke blaatjes, van binnen vertoonende negen witte draatjes, waar van de drie langer zyn dan de andere zes, zynde het bloeizel van dezen boom: na 't openen vallenze ſtraks af, nalatende de bloote ſteelen, maar alsze eerſt uit de ſcheede kruipen, zoo gevenze een lieffelyke, dog ſlappe bloemen-reuk van haar, den welken men meeſt gewaar word in de morgen- en avond-ſtonden. Naa 't afvallen van 't bloeizel ſpreiden hun de ſteelen wyd van malkander, en aan haar agterſte, daarze bogtig zyn, ziet men eenige wratten in kelkjes zittende, waar uit de vrugten werden voortgebragt, den geheelen tros ſtaat als dan wat verward met de takken door malkander, niet qualyk gelykende een eyken miſtel, of Marenak, dog de eerſte, tweede, of derde troſſen des jongen booms formeren geen volkomen vrugten, als zynde nog in de leer-maanden, en men ziet drie, of vier diergelyke troſſen op eenen tyd aan den boom, den eenen volle vrugten dragende, den tweeden halfwaſſene, en den derden eerſt bloeyende, of nog in de ſcheede zittende, ook den eenen altyd een trap hooger dan den anderen, en tegens malkanderen over.*

De vrugten zyn nooten veel kleender, dan aan den Calappus-boom, van ongelyke grootte, na haar diverze zoorten, in 't gemeen zoo groot, als een hoender-ey, zommige agter, en voren toegeſpitſt, zommige van vooren wat plat, en ſtomp, aan de eene zoorte gras-groen, aan de andere witagtig, of bleek-groen, alle effen en glad, zittende in een plat kelkje, gelyk de eekelen, van dikke bladjes, of ſchubben gemaakt, digt tegens de vrugt aan zittende, en zoo vaſthoudende, dat menze t'zamen van den ſteel moet aftrekken.

Deze vrugten, nog groen, dog volwaſſen zynde, noemt men jonge Pinang, op Maleyts Pinang Moeda, *in 't Mallabaars* Paynga; *diergelyken men in 't gemeen tot het eten gebruikt. Hare deelen zyn, eerſt van buiten een dradige bolſter een halve vinger dik, wit, en zappig, van vele taye draden gemaakt, die egter in 't kauwen week vallen, binnen werd het regte nootje geformeerd, zonder ſchaal, of tampoerong, zoo lang de noot jong is, week, zappig, en brokkelig, in de midden met een kleene holligheid, daar in een weinig zoet water ſchuilt, 't welk egter niet lange duurd, maar allengskens in vlees, of kern verandert, en dus verre voor jonge Pinang paſſeerd, van een zamentrekkende ſmaak, en wrang, alleen te eeten onaangenaam; maar werd eerſt ſmakelyk door byvoeging van eenige andere dingen, gelyk hier na volgt: maar de ouderdom nu naderende, zoo word deze vrugt van buiten hoog-geel, en bykans rood, de bolſter droogd op, en word hairig, niet meer bequaam tot het eeten: en werd als dan in de midden geformeerd een harde korl, nog al zonder Schale, dog van de buitenſte bolſter los, in grootte en ſubſtantie van een Noote-muſcate, en die ook zeer gelyk, dog harder, en van een byzonder fatzoen, want zy zyn alle kegel-formig, aan de eene zyde, dewelke regt onder den ſteel gezeten heeft, wat plat: aan de andere, die na vooren ziet, met een ſtompe ſpits: zommige korter, en breeder, zommige langwerpiger, gelyk by yder zoorte zal gezegt werden. Zyn ſubſtantie en coleur, als gezegt, gelykt wel naar een Noote-muſchaat, dog is harder, en heeft van binnen meer bruine adertjes,*

zeer

ſapore auſteras, inſtar gallæ Quercus, unde nec ſola comeditur, ſed cum ſubſequentibus mixta, & tunc vocatur *Pinangha-vetuſta*, Malaice *Pinang Touwa*, vulgo Portugallis *Areca*. Fructus maturi non, uti in *Calappo*, decidunt, ſed racemo juncti manent usque in ſummam ſenectutem, quum externe ſenſim cinerei ſunt coloris, ac penitus exareſcunt, unde a racemo avellendi ſunt, vel, uti plerumque fit, ſimul cum toto abrumpuntur racemo, tam juniores, quam adultiores.

Hujus arboris radix itidem eſt congeries intricata, ex innumeris longitudinalibus conſtans fibris, vix minimum digitum craſſis, externe nigricantibus, interne albis, paulo ſupra terram acutis, ac ſpinoſis, præſertim in nigra *Pinangæ* ſpecie, quæ ſub terra in alias minores fibrillas dividuntur. Fibræ hæ radicales ſupra terram non adeo ſunt extenſæ, nec ita frequentes, ac denudatæ, quam Calappi radices, excepto in loco arenoſo, qui per pluvias ſæpe rapitur; quod noxium eſt arbori.

Nomina. Latine ſunt *Faufel* & *Pinanga*; magis inproprie, ac longe petitum a *Chriſt. a Coſta Cap.* 18. *Avellana Indica*; nullam enim cum Corylis, ſeu Nucibus Avellanis habent convenientiam, forte has ita nominavit ex proportione, quam cum Calappi nucibus habent, uti Nux Avellana, reſpectu vulgarium Nucum Juglandum. *Arabibus* apud *Avicennam Faufel & Fufel*, quæ corrupta, ſeu mutata ſunt verba, ortum ducentia a *Fiefel*, quod Piper denotat. Malaice *Pinang*, quo nomine per totam aquoſæ Indiæ partem nota eſt hæc arbor. In Guſeratta & Decana dicitur *Suppari*, in *Goa*, & ubique, ubi lingua Portugallica eſt in uſu, vocatur æque viridis, ac ſiccata nux *Arequa* ſeu *Areca*, & arbor *Arequero*. Sicca itidem peculiariter *Koffol*. Malabaris *Pac*, quæ nomina deſumpta ſunt ex *Garz. ab Horto lib.* 1. *Arom. Cap.* 25. ſed ipſe Malabaros audivi vocantes juniorem ac viridem *Paynga*, vetuſtam vero *Areec* & *Pac*. In *Horto Malabarico Cap.* 2. Figuris adſcribitur *Caunga*, quod ibi etiam tamquam Arabicum notatur, ſed quod nomen a nullo Malabarorum cognoſcere potui.

In ejusdem capitis textu recentes ac juniores Pinangæ nuces vocantur *Tanni-Paina* & *Schalemba-Paina*, quæ adultiores ſunt, quarum putamina ſunt perfecta, ſed adhuc mollia dicuntur *Aria-decca* & *Adecca*, vetuſtiſſima ac dura *Paleca*. Bracmannis *Madi* audit; In quibus omnibus linguis & nominibus nullum *Caunga* ſeu *Areca* occurrit, unde etiam Lectori difficile eſt intellectu, quinam ibi deſcribatur fructus. Optimæ vero in hunc *Hortum Malab.* ſunt adnotationes *Dni Doctoris Arnoldi van Syen*. In Coetchin vocantur *Chacani* & *Checani*, quod nos pronunciamus *Tsjekani*, uti in præfatione monuimus, quod nempe in omnibus verbis Portugallicis litteræ *ch* pronunciandæ ſunt, ut apud nos *ſi*, ſeu apud Germanos *tſch*. In Zeylana dicitur *Poac*, in Maldiva *Pua*, in Bengala *Goa*, in Sina *Binan*. Apud noſtrates Malaicenſes nomina hæc tria ſortita eſt juxta diverſam ætatem, junior ac viridis dicitur *Pinang Muda*, vel *Moeda*, ſemi-perfecta, cujus adultum, ſed molle hactenus putamen eſt, *Pinang Tsjelacatte*, quæ edendo ob mucorem non ita apta eſt, vetuſtiſſimæ vero ac ſiccæ nuces *Pinang Tua*, vel *Toua*. In Java, Jambia, & Baleya *Boa*. Macaſſera *Rapo*. Amboina *Hua* & *Hoa*. In Ternata viridis *Hena*, ſicca *Pare*, in Banda *Pua*, & in inſulis ad Eurum ſitis *Erec*.

Conjectura eſt, plures veteres Arabes ſuum *Faufel* aut *Fufel* mutuatos eſſe ab Indico *Koffol*, & forſitan ita primum ſcripſiſſe; verum cum tempore detortum fuiſſe in *Fufel*, quia littera Arabica *Phe* & *Kof* admodum ſimiles ſunt ſolis diſcernendæ punctis, ſic Arabes ex Philippus Phalaikus fecerunt teſte *Hottingero Hiſt. Orient. lib.* 1. *Cap. III.*

Ut jam *Pinangæ* ſpecies enumerentur, eas dividimus in domeſticas ac ſilveſtres: Domeſticæ hoc in capite deſcriptæ, in tres iterum diſtinguuntur ſpecies, exceptis quibusdam varietatibus, quæ illis ſubjunguntur.

Prima atque maxima harum ſpecies eſt *Pinanga Calapparia*, Malaice *Pinang Calappa*, cujus fructus eſt magnitudine ovi Anſerini, vel paulo minor eſt, atque ſi

fit

zeer droog en wrang van ſmaak, ſchier als een galnoot, dierhalven men hem alleen ook niet eet, maar met de onderſtaande dingen vermengt, en als dan hiet by oude Pinang: op Maleyts Pinang Touwa; in 't gemeen by de Portugeeſen Areca. De rype vrugten vallen niet van den tros af, gelyk die van den Calappus-boom, maar blyven daar aan vaſt hangen, tot in 't hoogſte hunnes ouderdoms, wanneerze van buiten allengskens graauw, en gants droog werden, dierhalven menze van den tros moet afplukken, of, 't welk gemeenelyk geſchiet, met den geheelen tros afrukken, zoo wel de jonge, als de oude.

De wortel dezes booms is mede een verwerde klomp, uit ontelbare lange vezelingen beſtaande, ſchaars een pink-dik, van buiten ſwardagtig, van binnen wit, boven de aarde wat ſteekelagtig, en doornagtig, bezonderlyk aan de ſwarte zoorte, onder de aarde in andere dunne vezelingen zig verſpreidende. Boven de aarde ſtaanze zoo verre, nog zoo veel niet bloot gelyk aan den Calappus-boom, behalven op een zandige grond, daar den regen het zand dikwils wegſpoeld, 't welk voor den boom niet goed is.

De naamen zyn in 't Latyn Nux Faufel en Pinanga, oneygentlyker, en vry vergezogt by Chriſtof. a Coſta, Cap. 18. Avellana Indica; wantze immers gants geen gelykenis met een hazelnoote heeft, 't zy dan, dat hy ze zoo genaamt heeft naar haar proportie by een Calappus-noot, gelyk een haazel-noot heeft tegens een wal-noot. Op 't Arabies by Avicenna Faufel en Fufel, zynde bedorven of veranderde woorden, voortgekomen van Fiefel 't welk Peper is; in 't Maleyts Pinang, welke naam door gantſch water-Indien bekend is. In Guſeratten, en Decan hietze Suppari, te Goa, en over al, daar de Portugeeſe taal gebruikt werd, hietze, zoo wel de groene als de drooge, Arequa, of Areca, en den boom Arequero, en in 't byzonder de gedroogde Koffol; in 't Mallabaars Pac, welke namen genomen zyn uit Garzias ab Horto lib. 1. Arom. Cap. 25. maar ik zelfs hebze van de Mallabaren horen noemen, de jonge en groene Paynga, de oude Areec en Pac. In Horto Malab. Cap. 2. werdze in de figuur genaamd Caunga, 't welk aldaar ook voor Arabiſch verkogt wert, dog welken naam ik van geenen Mallabaar heb kunnen hooren.

In den text van 't zelve Capittel werden beide de jonge en groene Pinanga genaamt Tanni-Paina, en Schalêmba-Paina, die wat ouder zyn, hebbende een volkomene, dog nog weeken kern, heeten Aria-decca en Adecca, de geheele oude, en harde Paleca. By de Braminees Madi; in alle welke namen geen Caunga of Areec te vinden is, en dierhalven voor den lezer moeyelyk te raden, wat voor een vrugt aldaar beſchreven werdt, dog het beſte ligt aan gemelde Hortus geven de annotatien door D. Arnoldus van Syen op het zelve gemaakt. In Coetchin heetze Chacani, en Checani, 't welk wy uitſpreken Tsjekani, gelyk wy in de voorreden gewaarſchoud hebben, dat men in alle Portugeeze woorden de letters ch moet uitſpreeken gelyk de Hollanders ſi, of de Duitzen haar tſch. Op Ceylon wortze genaamt Poac, in de Maldivis Pua, in Bengale Goa, en in 't Sinees Binan. By onze Maleyers hebbenze maar deze driederlei namen na haar verſcheiden ouderdom; de jonge en groene noemt men Pinang Muda of Moeda, de half oude, die een volwaſſen, dog nog weeken kern hebben, Pinang Tsjelacatte, dewelke tot het eeten zoo bequaam niet en zyn wegens haar lymigheid, de geheel oude en drooge, Pinang Tua of Toua. In 't Javaans, Jambis, en Balis, Boa. In 't Macaſſars Rapo. In 't Amboinees Hua en Hoa. In 't Ternaats, de groene Hena, de drooge Pare, in 't Bandaas Pua, en in de Zuid-ooſter Eylanden Erec.

Men meent, dat de meeſte oude Arabiers hun Faufel of Fufel ontleent hebben van het Indiſche woort Koffel, en zo ook mogelyk eerſt geſchreven hebben, dog met de tyd verandert is in Fufel, om dat de Arabiſche letter Phe en Kof zeer gelyk zyn, en alleen door de punctatie maar te onderſcheiden, zo hebben de Arabiers van Philippus Phalaikus gemaakt, zo als Hottingerus getuigt in zyn Ooſterſe Hiſtorie, eerſte Boek, Capittel III.

Om nu de zoorten van den Pinang te verhalen, zoo deelen wy dezelve eerſt af in tamme, en wilde: de tamme, in dit Capittel beſchreven, verdeelen wy weder in drie zoorten, behalven nog eenige veranderingen, die daar onder loopen.

1. D'eerſte, en grootſte zoorte is de Pinang Calapparia, in 't Maleits Pinang Calappa, wiens vrugt is van de grootte als een ganſen-ey, of wat minder, ryp zynde

iſſe

ſit maturus, externe rubet, ſtriis cinereis, ac putamine tenui conſtans, quod facile diffringitur, ſub hoc textura fibroſa latet ex craſſis ac firmis filamentis compoſita. Nux interior eſt dura, ejusdemque ſubſtantiæ, ac vulgaris, multo tamen major, ad extremum acuminata, cæterum ovalis. Nux junior tenuius, ac ſuccoſius habet putamen, quam vulgaris, ſaporis eſt dulcis, & edendo apta, dura tamen, ſi manducetur. Arboris truncus, ramificationes, ac folia magnam habent convenientiam cum *Calappo*, altior quoque creſcit, quam reliquæ *Pinangæ* ſpecies, omnesque partes majoris ſunt voluminis, fructus itidem inter ramos more *Calappi* proveniunt: in Amboina hæc ſpecies eſt rara, & Amboinenſibus dicitur *Hoea Nywel*, majori in quantitate creſcunt in Celebes inſula circa Macaſſeram, ubi plerumque ſilveſtris eſt, magisque in uſum Medicum quam culinarium expetitur.

2. *Pinanga alba*, Malaice *Pinang poëti*; optima eſt ſpecies, & omnium uſitatiſſima eſt, magnitudine ovi Ananatis, ſeu majoris Gallinacii, oblonga & ſubrotunda inſtar Pomi, & antica parte impreſſum habens quaſi umbilicum, pallide virens circa petiolum, ſeu albeſcens, ſi ex arbore diu dependeat, Aurantii fit coloris, putamen hujus ſpeciei molliſſimum eſt, ac tenerrimas habens fibras, unde & recentes nuces totæ, ſiccarum vero nucleus ſolus comeditur, quæ vero inter has ſunt mediæ, hæ *Tsjelacatta* dicuntur, quarum nuclei nec duri, nec molles, ſed mucaginoſi, ſeu viſcidi ſunt, ac ſine cavitate, non autem adeo ſunt grati ſaporis. Nucleus vero hic ſiccatus, & a putamine depuratus ab aliis ſpeciebus dignoſci poteſt, quod ejus ſubſtantia ſit albicans, ſeu cinerea, multis incurvis diſtincta venulis, forma ejus eſt ſubrotunda, ſupremâ parte convexa, in quibusdam ſpeciebus magis protuberans, in aliis magis depreſſa, efformans mathematicam figuram *Parabolam*, inferiore parte eſt ſeſſilis, quæ directe petiolo fuit juncta, ubi obſervatur foveola, in qua gemma albicans apparet, ex qua, ſi plantatur, germen prodit. Truncus eſt cinereus, cujus annuli arctius ſunt juncti, quam ſubſequentis; folia etiam non ſunt adeo obſcure virentia. Hujus *Pinangæ* ſapor non adeo eſt auſterus, nec etiam tam cito inebriat, vel anxietatem cauſſat, quam nigra ſpecies; in viridi nuce putamen eſt mollius, & edendo aptius: Hujus & alia varietas eſt, quæ *Pinang Boubou*, ſeu odorata dicitur, quum inter manducationem fumoſum præbeat odorem, fere inſtar Oryzæ recentis, qui ab incolis gratus, noſtratibus vero hircinus habetur.

3. *Pinanga nigra*, Malaice *Pinang-itam*, Belgice *zwarte Pinang*, minores gerit fructus, quam præcedentes, cujus eſt magnitudo ovi gallinacei capacitas, oblonga, ac glandiformis, quamvis & rotundæ quædam etiam in hac ſpecie occurrant, externe virides, pauca ad ſummum intermixta albedine, quæ matura, eſt ruffa, ſeu magis rubens, quam in præcedente: in Orientalibus autem regionibus raro ad maturitatem in arbore relinquuntur, quum potiſſimum virides comedantur, quamvis etiam multæ inveniantur, quæ *Pinang Mabock* dicuntur. Truncus ad adſpectum etiam differt a *Pinanga Puti* vel *Poeti*, internodia enim ſunt longiora, & comæ folia ſunt nigriora, obſcure enim virent, & quaſi nigricant: Radices pluribus obſitæ ſpinis, ac ſupra terram ſunt magis elevatæ, quam in præcedentibus, & uti dicunt, malignæ qualitatis. Nucleus purificatus eſt magis oblongus, ac figuræ magis conicæ, Ellipſin & Hyperbolem Mathematicorum efformans, ab inferiore parte ſeſſilis, foveola plana notatus, ex qua, ſi fuerit plantatus, gemma ſeu germen prodit, ejus ſubſtantia eſt magis fuſca, inter manducandum ſiccior, & auſterior, intelligendum hoc vero eſt, uti communiter ac vulgo occurrit, alias enim tam in *Pinang Poeti*, quam *Pinang Utam* obſervantur æque rotundæ quam oblongæ figuræ. Ita etiam in utraque ſpecie qualitas inebriandi, atque amarities invenitur. Unde character, & indicium in nucleo purificato non eſt certum, ac melius dignoſci poteſt ex colore integræ nucis, quæ, uti dictum fuit, in alba ſpecie eſt pallide virens, ſeu albicans, in *Pinang* autem *Utam* obſcure virens, cujus putamen recens etiam magis fibroſum ac durius eſt inter manducandum.

iſſe van buiten regt rood, met graauwe ſtreepen, en een dunne ſchel, die ligt bryzeld, daar onder leid het werk van den bolſter, van grove en ſtyve draden, of priemen gemaakt. De binnenſte noot is hard, en van de zelfſte ſubſtantie, als de gemeene zoorte, dog veel grooter, aan 't einde een ſpitsken hebbende, en voorts meeſt ovaal. De jonge noote heeft een weeker, en zappiger bolſter, dan de gemeene, is zoet van ſmaak, en bequaam om te nuttigen, dog taai in 't kaauwen: des booms ſtam, tacken, en bladeren, hebben groote gelykeniſſe met den Calappus-*boom, gelykſe ook veel hooger waſt, dan de andere Pinang-boomen, en alles naar advenant is grooter daar aan, gelyk de vrugten ook tuſſchen de tacken uitwaſſen op de manier van de Calappus-nooten: in Amboina is deze zoorte raar, en hiet by de Amboineezen* Hova-niwel, *in meerder meenigte vind menze op Celebes, omtrent Macaſſer, alwaar zy meeſt wild is, en meer tot de medicyne dan tot eeten gezogt word.*

2. Pinanga alba *of witte Pinang, in 't Maleits* Pinang-poeti, *is de beſte, en gebruikelykſte van allen, is van de grootte als een enden-ey, of groot hoender-ey, uit den langwerpigen wat rond, als een appeltje, en van vooren met een ingedrukt naveltje, ligt-groen, omtrent de ſteel, of onder de kappe witagtig, aan den boom oud werdende, Orangie-geel. De bolſter van deze zoorte is de zagtſte en fynſte van draden, werdende de verſche nooten geheel, maar van de drooge de kern alleen, voor de bequaamſte gehouden om te eeten, maar die tuſſchen beide zyn,* Tsjelacatte *genaamt, te weten, waar in de kern nog hart nog week is, maar kleverig, of ſmeerig, en zonder holligheid, zyn zoo aangenaam niet: de gedroogde korl van zyne bolſter gezuiverd zynde kan men van de andere zoorte hier in onderſcheiden; zyn ſubſtantie is witagtig, of ligt-graauw, met veel loſſe, en kromme adertjes, zyn fatzoen is gemeenelyk rondachtig, te weten aan de boven zyde verheven rond, dog zommige hooger, zommige lager, uitmakende de mathematiſche figuer parabolo, aan de onderſte zyde plat, welke regt onder den ſteel geſtaan heeft, met een kuiltje, daar men een wit oogje in ziet, waar uit, als menze plant, de jonge ſcheute voortkomt: de ſtam is ligt-graauw, zyne leden ſtaan digter op malkander, dan de volgende, zyn bladeren zyn ook zoo zwart-groen niet. De ſmaak van deze jonge Pinang is met minder wrangigheid gemengt, en maakt ook zoo ligt dronken, of benaauwt niet gelyk de zwarte zoorte; aan de groene is de bolſter fynder, en bequaamer om te eeten: dan hier loopt nog een verandering onder, namentlyk* Pinang-boubou, *dat is riekende Pinang, dewylze in 't kauwen een rookagtigen reuk van zig geeft, ſchier als de verſche ryſt, dewelke de inlanders voor aangenaam, dog d'onze voor bokagtig houden.*

3. Pinanga-nigra, *in 't Maleits* Pinang-itam, *Duits zwarte Pinang, is van vrugten kleender dan de voorgaande, hebbende de groene de grootte van een klein hoender-ey, langagtig, en regt eekelvormig, hoewel men ook wel ronde van deze zoorte vind, van buiten gras-groen, met een kleine wittigheid by de kappe, ryp zynde ros, of rooder dan de voorgaande, men laatze in de* Ooſterſche *geweſten zelden ryp worden, maar eetze meeſt groen, hoewel 'er veel onderloopen, die men Pinang-mabok noemd: den ſtam in 't aanzien verſchilt ook van den Pinang* Puti *of poeti, want de tuſſchen leeden zyn langer, en het loof aan de kruin is zwarter van aanzien, zynde de bladeren regt zwart-groen, de wortelen doornagtiger, en ſtaan meer boven de aarde, dan aan de voorgaande, en zoo men voorgeeft, van een ſchadelyke eigenſchap: de ſchoon gemaakte korl is lankwerpiger, of meer kegel-formig, uitmakende de mathematiſche figuer* Ellipſis, *en* Hyperbole, *beneden insgelyks wat plat, met een vlak kuiltje, daar by planting het oog of de jonge ſcheut uitkomt, zyn ſubſtantie is bruinder, in 't kauwen drooger, en wranger: dit is te verſtaan, zoo als men dezelve gemeenelyk ziet, want anders, onder beide zoorten van Pinang-poeti, en Pinang-itam, vind men zoo wel de rondagtige, als lankwerpige gedaante: zoo loopt ook de eigenſchap van bitter te ſmaaken en dronken te maken, onder beide geſlagten, dierhalven het kenteiken aan den ſchoon-gemaakten korl niet vaſt gaat, zynde zy beſt te onderſcheiden aan de coleur van de geheele noote, dewelke, als gezegt, aan de witte zoorte ligt-groen, en witagtig is, en aan de Pinang-itam regt gras-groen, wiens verſche bolſter ook grofdradiger, en harder in 't kauwen is.*

Quædam aliæ ſunt varietates, ſed minoris momenti, quæ commode ad quatuor haſce ſpecies referri poſſunt, uti primo *anguloſa Pinanga*, quæ externe quædam exhibet latera obſcuris angulis diſtincta; ſecundo *alia*, quæ *pericarpium*, in quo continetur fructus, habet *anguloſum*, & in ſex cornicula diviſum, tertiæ ſimilis ſpeciei, hujus putamen eſt molle, & inter manducandum fragile, uti etiam vetuſtioris nucis nucleus, ſi manducetur, diſſilit, & inſtar vitri frangitur. Ambæ hæ ſpecies ſæpe adeo intumeſcunt, ut putamen findatur, ultima dicitur *Pinang Kachi-Ayan* a forma pedum gallinarum, ac *Pinang Poëan*, quum ornamento in feſtis nuptialibus magis inſerviunt, quam cibo vel pabulo; nullibi ſunt frequentiores, quam in *Nuſſalaua*, ac dicitur *Boa Tsjangurit*, atque ab adoleſcentibus expetitur, qui illa delectantur, quum inter manducandum ſonitum edat. Invenitur quoque *Pinangæ abortus*, qui oritur, quum nuces non, uti ſolent, exeunt aut nexæ ſunt inferiori pedicu-lorum pedi, ſed ſummæ, e qua plerumque flores proveniunt, & ubi tum una alterave ſimul excreſcit nux, *Pinang Itam* forma, ac præterea, ad extremum racemi altera *Pinanga* transverſalis creſcit forma renis animalculi cujusdam.

Tertia varietas peculiarem fere conſtituit ſpeciem, ac referenda eſt ad *Pinang Puti*, ſeu *Poety*, cum cujus fructibus convenit. Recentes, & juniores hujus fructus non ſunt virides, ſed albicantes, inſtar Ovi, unde *Pinang Tellor* h. e. *Pinanga-oviformis* dicitur; hujus putamen eſt tenue, cortex ſuccoſus, ac dulcis, ad pabulum melius, quam ulla alia ſpecies, conducens.

Quarta varietas peculiarem itidem conſtituere videtur ſpeciem, ac dicitur *Pinang Lanſſa*, nuces ferens parvas, rotundas, quarum quædam vix majores ſunt globulo ſclopeti, quædam mediocris Lanſii. Ejus cortex exterior eſt tenuiſſimus, ac per maturitatem facillime finditur, totum recens putamen eſt molle, ſuccoſum, gratique ſaporis. E racemo facile decidunt, quarum pauciores remanent, quæ excreſcunt; ultimæ hæ ambæ ſpecies raro occurrunt, ac proinde tanquam curioſæ habentur. Ad Pinangæ arboris abortus pertinet quoque illa, quæ anno 1671 in Amboina oborta fuit, quæ erat arbuſcula trunco dimidiæ ſphithamæ altitudinis, in quinque tamen internodia ſeu annulos diſtincta fuit, quæque jam perfectos proferebat fructus, cujus cauſa quodam modo putatur fuiſſe, quod arbor ſabuloſo, & arido creverat ſolo, & intra duorum annorum ſpatium ſæpius transplantata, quo etiam tempore per tres menſes coelum fuit quam maxime aridum; occurrunt ſæpe etiam *Pinang Bacambar* ſeu geminæ, quum duo nuclei uno continentur putamine.

Locus: invenitur *Pinanga-arbor* per totam Indiam, & omnibus in locis, in quibus occurrit *Calappus*, longius tamen a mari remota creſcere poteſt, quam Calappus, minori autem invenitur quantitate, quam illa, & in quibusdam etiam regionibus omnino deeſt, uti in Cormandella & in Bengala, atque quum ejus nucibus, ſeu fructibus deſtitui ibi nolunt, exſiccati hodie in illas transportantur terras, atque cum iis per totam quoque Indiam exercetur mercatura.

Alba vero ſpecies in occidentalibus Indiæ partibus non occurrit, immo ne quidem in Java, vel ſaltem rariſſime, optimi vero ſaporis in inſulis Moluccis, & Orientalibus, e quibus in Javam transportata fuit. In Auſtralibus porro Sinæ provinciis reperitur, ſed raro ac pauca quantitate.

Pinangæ arboris propagatio ſequenti fit modo: Nuces, quæ longum per tempus arbori junctæ fuerunt, ac proin ſunt vetuſtiſſimæ, fovea totæ quantæ abſconduntur, pauca tectæ terra, donec germina propullulant, fovea autem iſta per diem contra ſolis calorem obtegitur, tum germinantes hæ nuces tolluntur, & in orbem circa ædes plantantur, aut ambulacrum ſi inde formare velimus in ordinem, juſta enim arboris locatio ipſi tantum dat ornamentum, quantum in Italia Cypreſſus inde habent: Citius creſcunt, quam Calappi, & in omni progerminant ſolo, optime tamen in locis maritimis; viri hanc non facile adſcendere poſſunt, quum tenuis, ac gracilis ejus truncus brachiis non firmum ſuppeditet amplexum, juvenes contra alacriter eam incurrunt, & uno inpetu racemum nuciferum avellunt. Alii autem, qui

Daar zyn nog eenige andere veranderingen van weinig belang, die men gevoeglyk tot deze vier zoorten brengen kan, als ten eerſten de hoekige Pinang, dewelke van buiten vertoont eenige zyden door donkere kanten onderſcheiden; ten tweeden een andere zoort die het kelkje, daar de vrugt in ſtaat, geboekt en in zes hoornen heeft verdeeld; de reſterende derde zoorte gelyk zynde, de bolſter is dun en kraakende in 't kauwen, gelyk ook de korl van de oude in 't kauwen van malkander ſpringt als glas: beide deze zoorten ſwellen zomtyts zoodanig op, dat de bolſter berſt; de laaſte noemt men Pinang Kachi-Ayan naa de gedaante van de hoender-klaauwen, en Pinang Poeän, om datze meer tot cieraat in de bruilofts-feeſten dienen, dan tot het eeten, zy valt niewers meer dan op Nuſſalau: *op Baly hietze* Boa Tsjangurit, *en werd van de jonge-luiden gezogt, die daar vermaak in hebben, om datze in 't eeten zoo kraakt: men vint ook nog een misgeboorte van Pinang, daar uit ontſtaande, dat dezelve niet waſſen aan 't agterſte der ſteelen naar gewoonte, maar aan 't voorſte, daar ordinaris het bloeizel ſtaat, en alwaar dan een of twee by malkander groeyen, in gedaante van Pinang Itam, en daar en boven, omtrent het uiterſte van den zelven ſteel, een ander Pinangje over dwers, daar aan zittende, als een niere van eenig gedierte.*


De derde veranderinge maakt ſchier een zoorte op haar zelven, en behoort onder de Pinang-puti, of Poeti, met welkers vrugten zy overeenkomt. De verſche en jonge vrugten hier van hebben niets groens, maar zyn witagtig, als een ey, daarom menze ook Pinang-Telloor, *dat is eyer-Pinang noemt: de Schaal is dun, de bolſter zappig en zoet om te eeten, meer dan aan eenige andere.*

De vierde veranderinge wil ook een zoorte op haar zelven maken, en hiet Pinang-lanſſa, *dragende kleene ronde nooten, zommige niet grooter, dan een mutsquet-koegel, zommige als een middelbare Lanſſe: hare buitenſte ſchelle is zeer dun, en berſt zeer ligt door rypheit, de geheele verſche bolſter is week, zappig, en aangenaam om te eeten; zy vallen zeer ligt af van haren tros, blyvende maar weinig daar aan ſtaan, die oud worden; beide deze laaſte zoorten werden zelden gevonden, en dierhalven maar voor rariteiten gehouden: onder de misgeboorten van Pinangboomen behoort mede de gene, die men anno* 1671. *op Amboina alhier in 't Mardykers quartier gezien heeft, zynde een boompje van ſtam niet hooger, dan een halve-ſpan, dog niet te min in vyf leeden verdeelt, en 't welk alreets volwaſſene vrugten droeg, waar van men eenigzints de oorzaak giſte te zyn, dat den boom op een mullen, en magеren grond ſtond, en binnen twee jaren al eenige maalen verplant, ook doenmaals een groote droogte van drie maanden voorgegaan was; men vind ook zomtyds* Pinang Bacambar, *of tweelingen, daar twee kernen in eenen bolſter liggen.*

Plaats, *men vint den Pinang-boom door geheel Ooſt-Indien, op alle plaatzen, daar den Calappus-boom waſt; dog hy kan veel verder van de Zee-kant groeyen, dan den Calappus-boom, maar groeit of waſt evenwel in veel minder quantiteit, dan den Calappus, en in zommige lantſchappen gantſch niet, gelyk als op Cormandel, en in Bengala, en om dat men egter zyne nooten of vrugten aldaar niet wel miſſen en kan, zoo werd dezelve gedroogt na deze plaatzen vervoert, en ook daar mede door geheel India een grooten handel gedreven.*

De witte zoorten vint men in de weſterlyke deelen van Indien, ja zelfs op Java niet, of immers zeer weinig, maar vry veel en ook ſmakelyk in de Moluccos, ende de Ooſterſe Eylanden, van waar dezelve naar Java overgebragt is: voorts vint menze ook in de Zuidelyke Provincie van Sina, dog ſchaars en zeer weinig.

De voortplantinge des Pinang-booms geſchied aldus: de oude nooten, die aan den boom oud geworden zyn, begraaft men met bolſter en al in een kuiltje, met een weinig aarde toegedekt, tot dat de nieuwe ſcheuten uitkomen, de kuil over dag met het een of 't ander voor de hitte der Zonne toedekkende, daar na neemt men deze uitgeſchooten nooten, en verplantze op een rye rondom de huizen, of daar men een wandeling wil hebben, want den ordentelyken ſtant van dezen boom geeft hem by na een zoo grooten cieraat, als men in Italien aan de Cypreſſe-boomen ziet: zy waſſen haaſtiger op dan een Calappus-boom, en willen in alderley grond opkomen, dog liefſt omtrent de Zee-kant; de mannen konnen dezen boom niet heel wel beklimmen, om dat zyn ranke en dunne ſtam de armen niet genoeg en vult; maar de jongens loopender met een vaardigheid op, en halen den gebeelen vrugtdragende tros met een ruk daar af: andere, die zoo





Areca Catechu. L.

qui non ita agiles, ſeu alacres ſunt, ambobus alligant pedibus funiculum, quo arborem tendunt, uti ſupra ad Calappum fuit deſcriptum.

Quinto ac ſexto plantationis anno fructus proferre incipit *Pinanga*, & ad viginti ſeu viginti quinque annos eſt frugifera, quum truncus excelſiſſimus exſurgit, ac nullos amplius emittit *Majanges*, aut racemos frugiferos, atque per aliquot ita viget annos, donec tandem folia ſenſim decidant, & pereat arbor.

Truncus *Pinangæ-Itam* altior excreſcit, & gracilior eſt trunco *Pinangæ-Poeti*, numquam tamen eſt tam excelſus, quam arboris Calappi.

Qui virides *Pinangæ* fructus trans mare vehere cupiunt, ut quotidiano ipſis ſint uſui, racemo nexos ſervent, quos tali modo in navibus ſuſpendant, ſingulares autem Pinangæ pediculi ad eorum ortum confringendi, vel contundendi ſunt, ne ſuccus nucum ad communem racemum redeat, unde nuces cito emarceſcunt.

In regionibus Portugallicis ſolebant virides *Pinangas* a racemo decerpere, atque in ciſtellis ſeu corbulis arena obtegere, tali autem lege, ne ſeſe invicem tangant, unde putabant, putamen tenerius ac facilioris digeſtionis fore.

Pinangites ſeu *Meſtica Pinang* eſt lapillus magnitudinis Viciæ, vel grani Tritici, albus inſtar dendritis Calappariæ, ſplendens itidem, qui invenitur in Matta Pinangæ veteris, atque annulis inditus vulgarioribus, digitorum ornamento inſervit, & curioſitatis gratia geſtatur.

Altera *Pinangites* ex Macaſſera ad me translata eſt forma ac colore vetuſtæ Pinangæ nucis, ex qua etiam excreverat, coloris tamen magis fuſci & opaci, quibusdam notata maculis, porro tam dura, gravis, ac frigida inſtar Silicis. Inferiore parte non erat excavata, uti vera Pinangæ nux, ſed æqualis. Aurum ad illam exploratum mirum præbebat in plana parte ſpectaculum; puriſſimum enim viginti & trium Caratorum aurum apparebat eleganter luteum, inpurum vero ac mixtum erat ruffum, & opaci coloris. Argentum quoque erat candidum, ſed ad cuprum vergens, ſeu cupreum quodammodo.

zoo gaauw niet en zyn, binden aan beiden hun voeten een touwtje, waar mede zy den boom omvatten, gelyk boven van den Calappus-boom is gezegt.

Hy begint in 't vyfde en zesde jaar naa zyne planting vrugten te geven, en draagt tot de twintig a vyfentwintig jaren toe, als wanneer den ſtam zeer hoog wert, en gene Majangs of vrugten meer voortbrengt, blyvende evenwel nog eenige jaren zoo ſtaan, dog eindelyk vallen allenskens de bladeren en takken af, en den boom gaat uit.

Den ſtam van Pinang-Itam ſchiet hooger en ranker op, dan die van Pinang-Poeti, maar wert egter noit zoo hoog, als den Calappus-boom.

Die gene, die groene Pinang over Zee willen voeren, om dagelyks daar van te nuttigen, moetenze aan den tros laten, en zoo t'zamen in de ſcheepen ophangen, dog de byzondere ſteelen, daar de Pinangen aanhangen, moet men agter een weinig breeken, of kneuzen, op dat het zap van de nooten niet na den hooft-ſteel te rugge trekke, en dezelve daar door haaſt komen te verwelken.

In de Portugeeſe landen pleegt men de groene Pinang van de ſteelen af te breeken, in korfjens of kasjes te doen, en dan met zand zoodanig te bedekken, dat de eene de andere niet raake, en waar door men meent, dat de bolſter korter, en malzer zoude worden.

Pinangites of Meſtica Pinang, *is een klein ſteentje van de grootte als een wikke, of terwe-korl, en wit als den Calappus-ſteen, mede met een zonnetje, en gevonden wordende in een oog of matta van een oude Pinang, midsgaders tot een rariteit in ſlegte ringen gevat, en zoo aan de handen gedraagen.*

Nog een andere Pinangites *is my van Macaſſer toegebragt, van gedaante, en coleur als een oude Pinang, waar uit hy ook gegroeit was, dog bruinder van coleur, met eenige donkere ſtipjes, midsgaders zoo hard, ſwaar, en kout, als een kei-ſteen: aan de onderſte zyde was hy niet hol, gelyk de regte Pinang, maar vlak; het goudt daar op getoetſt zynde, gaf een wonderlyke vertooning op de vlakke zyde, want het fyne goud van drie-en-twintig karaat vertoonde zig ſchoon geel, maar al het gemengde goud was ros, en donker van coleur. Het zilver was ook wel blank, dog ſcheen mede wat koperagtig te zyn.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quartæ.

Littera A. *Pinanghæ Comam* & *Spatham* denotat, in qua fructus occluſus eſt.
B. totum exhibet *racemum frugiferum.*
C. C. *Binas integras* ſiſtunt Pinangæ *nuces*, *oblongam* nempe & *rotundam.*
D. D. *Binos* earum *nucleos.*
E. per *medium diſſectam* exhibet *nucem.*
F. *Flores* præbet *racemoſos*, prout in racemo progerminant.
G. *Florem* tribus ex petalis conſtructum
H. *Acutum* exhibet *cornu*, quod in tenerum excreſcit folium.

UYTLEGGING

Van de vierde Plaat.

Letter A. wyſt aan de kroon *en* ſcheede *van de boom, waar uit de vrugt voortkomt.*
B. Toont aan den ganſchen vrugtdraagenden tros.
C. C. vertoont twee heele Nooten, *een* lange *namentlyk, en een* ronde.
D. D. der zelver twee kerns.
E. legt open een opgeſnede Noot.
F. vertoont de Bloemen *zo als die uit haar* tros *groeyen.*
G. een bloem op zig zelve uit drie blaatjes beſtaande.
H. geeft te kennen den lankwerpigen hooren, *waar uit het jonge blad groeit.*

OBSERVATIO.

Hæc PINANGA-ARBOR in *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 5, 6, 7 & 8. optime ſub nomine CAUNGA eſt expreſſa, quæ a pluribus aliis inſuper auctoribus eſt denominata, ac obiter etiam deſcripta; ſic ab *Herm.* in *Muſ. Zeyl. pag.* 51. vocatur PALMA *Indica, minor, fructu* ARECA *dicto, vulgaris*: & in ejus *Par. Bat. Pr. p.* 361. PALMA ARECIFERA, *nucleo verſicolore Nuci Moſchatæ ſimilis*, cujus plurima Synonyma & auctores a *Caſp. Commel. in Fl. Malab. p.* 50 recenſentur, uti & in *Burm. Theſ. Zeyl. pag.* 182 & 183. Notandum autem eſt, quod *Sam. Dale in Pharm. p.* 386. *Palmam* vocet, cujus ſuccus inſpiſſatus eſt *Terra Japonica* ſeu *Catechou Officinarum*, ubi varias auctorum opiniones de ea tradit, quas collegit *Wedelius* in *Ephem. Germ. ann.* 2. *obſ.* 128. &c. de hac porro vide *Amman. Manud.* ad *Mat. Medic. Cap.* 3. *pag.* 9. a *Valent. in Amboinæ deſcript. pag.* 185. ſub nomine *Pinang-boom* obiter deſcribitur. In BLACKWEL HERBAL. *Tab.* 387. ARECA vocatur, & deſcribitur in *Valentin. Hiſtor. Simpl. reform. p.* 227. *Cap.* 19. ut & apud *Wormium* in *Muſæi p.* 199. nec non in *Pomet Hiſtoire de Drogues p.* 223 & in *Ray. tom.* 3. *App. pag.* 45.

AANMERKINGE.

Deze PINANG-BOOM *wert in de* Hort. Malab. eerſte deel Tab. 5, 6, 7 *en* 8. *zeer wel onder de naam van* Caunga *ons afgebeeldt, dewelke daar en boven van andere Schryvers mede benoemt en kortelyk beſchreven is, gelykze van de* Profeſſ. Herman in zyn Muſ. Zeylan pag. 51. *genaamt wert Indiaanze kleinder Palm-boom, wiens vrucht* Areca *genaamt wert, en in de* Parad. Bat. Pr. p. 361. *Palmboom, die de vrugt* Areca *geeft, met een gecouleurde Kern, gelykende na de Notemuſcaat. Van deze boom werden veele benamingen en ſchryvers aangehaalt door den* Heer Profeſſ. Caſp. Commelin *in zyn* Flora Malab. p. 50. *als mede in* Burmanni Theſaurus Zeylanicus pag. 182 *en* 183. *Men moet agt geven, dat den vermaarde* Samuel Dale *in zyn* Pharmac. pag. 386. *deze boom den* Palm-boom *noemt, wiens* zap *geinſpiſſeert, ofte verdikt zynde is de* Terra Joponica *of* Cachou *in de Apotheken, waar over hy veele gevoelens der Schryvers aanhaalt, welke alle by een vergadert heeft den geleerde* Wedelius *in de Hoogduitſche* Ephemerid. *van 't* tweede jaar *in de* 128. obſervatie. *Zie hier over mede* Amman. Manud *ad* Mat. Med. Cap. 3. pag. 9. *In* Valentyns *beſchryving van* Amboina *wert deze op* pag. 185. *ter loops onder de naam van* Pinang-boom *beſchreven. In het* Herbal *van* Blackwel *wertze* Areca *genaamt, en* Tab. 387. *verbeeldt, en by* Valent. *in zyn* Hiſtor. Simpl. reform. Cap. 19. p. 227. *beſchreven, als mede by* Wormius *in zyn* Muſeum pag 199. *en by* Pomet Hiſtoire de Drogues p. 223. *en in de* Append. van het derde deel *van* Rayus pag. 45.

CAPUT SEXTUM.

Usus, & vires Pinangæ.

Hujus arboris fere nullus est usus, nisi fructuum, qui æque virides juniores, ac adultiores comeduntur, atque masticantur, tumque juniorum, uti jam dictum, nucleus mollis, ac parva ejus cavitas sit, oportet, quæ pauca repleta est lympha, vetustiores autem, quo duriores ac ficciores, immo tam duræ, ut vix dentibus confringi possint, eo meliores sunt, quæ tum cultro vel forcipe quodam in tria quatuorve discinduntur fragmenta. Tales vero vetustæ, ac siccæ iis adhibentur in regionibus, in quibus recentes conquiri nequeunt, uti in Persia, Guzeratta, & Bengala, ut & in Banda, dum in hoc ultimo loco nulla recens Pinangæ nux comparari potest. Si has juniores ac recentes nuces masticare velimus, primo exterior viridis cortex tollitur, ac reliqua nux cum succoso putamine, & nucleo in tres quatuorve conscinditur partes; quævis talis pars una comeditur dosi cum uno alterove *Siri* folio, ac tanta calcis quantitate, quanta ungue digiti obtegi potest, quæ tria ingredientia simul convoluta manducantur. Senes autem vetustas præferunt nuces, quantumvis etiam duras, quas grosso modo in mortario ligneo parvo contundunt, & simili comedunt modo, ac alii juniores, atque recentes cum *Siri* foliis & calce, quia fibrosus recentium cortex illorum dentibus nimis intricatur, & manducationem impedit, dentesque nimis corrodit. Plurimæ etiam recentes sunt nuces, quæ qualitatem hanc habent, quod manducantes inebrient, ac vertiginosos reddant, uti *Tabacum* illos afficit, qui ipsi non sunt adsueti; idem quoque præstant vetustiores Pinangæ nuces, quæ novitianos adeo pectore oppressos, & anxios reddunt, ut strangulari videantur. Quæ proprie *Pinanga-Mabok* seu *Pinanga inebrians* vocatur, atque hæ plurimum in tertia, seu nigra specie inveniuntur, (quæ a quibusdam pro diversa habentur specie) atque hæ dignoscuntur, si recentes transcissæ in media cavitate rubentes sint. Observavi vero neutiquam diversam hanc esse speciem, sed varietatem atque degenerationem duarum memoratarum specierum, quæ hinc inde in arboribus reperiuntur, quamvis etiam arbores occurrant, quarum cunctæ nuces hanc habent malignitatem, ac præsertim tertiæ speciei.

Si trans mare in alias regiones transportare eas velimus, uti in India veteri tales naves hisce repletæ in alias mittuntur terras, tum nuces arboribus diu inhæreant, donec externe penitus aurantii sint coloris, sique avellantur, in loco quodam opaco ac fumo repleto sunt exsiccandæ, quæ postea scrobulis inditæ, ad navem deferuntur; Zeylanenses autem fibrosum abjiciunt corticem, ac depuratas tantum devehunt nuces pro minori impedimento, & ut plures simul transvehere possent.

Sola Pinangæ nux esui ingrata, & insipida prorsus est, acerba austeritate os ac fauces adstringens, unde, uti jam indicatum, *Siri* folia atque calx, vel alias fructus frustulum ad digiti longitudinem, Siriboa dicti (quæ planta plerumque iis in insulis crescit, in quibus Pinanga invenitur arbor, illius autem descriptionem *infra lib.* 9. exhibebimus) cum tanta calcis quantitate, supra indicata assumitur: Calx autem eum in finem additur, ut Pinangæ austeritatem, ac *Siri* acrimoniam temperet, atque ex his ambobus commixtis tinctura extrahitur rubra, tria enim hæc ingredientia semper conjungenda sunt; si enim unum ex illis omittatur, duo reliqua penitus sunt insipida, & nunquam rubescunt, ita ut jure mirari nos debeamus, qui fuerit, ut per hominum industriam sint excogitata hæc tria adeo sibi opposita, (& quorum singulum si ore assumatur, adeo ipsi est ingratum) conjungenda esse. Hæc præparata tali modo pasta, seu Buccella, Malaicensibus *Sa Katsjo*, vulgo *Siri-Pinang* dicta, ori indita, ac bene ibi contrita rubrum exhibet liquorem instar crassi sanguinis, qui statim exspuitur, & quo plurima calcis quantitas simul ejicitur, reliquum porro manducatur, remanditur, atque ingeritur, donec omne humidum, ac sapor ex pasta illa sit consumptus, quæ tum exspuitur, vel abjicitur,

VI. HOOFDSTUK.

Gebruik en kragten van den Pinang.

Van dezen boom heeft men schier anders geen gebruik, als dat men de vrugten, zoo wel groen, en jonk als oud, eeten of knauwen kan, en dan moeten de jonge, als gezegt, nog een weeken korl hebben, en van binnen een kleine holligheit, daar wat water in schuilt, maar de oude, hoe harder en drooger, ja zoodanig dat menze qualyk in stukken kan byten, hoe beter datze zyn: werdende als dan met een mes, of zekere zoort van een scheer, in drie a vier stukken gesneden: diergelyke oude nooten worden gebruikt in die landen, daar men geen jonge bekomen en kan, als in Persien, Guzeratte, en Bengalen, gelyk mede in Banda, dewyl in de laatste plaats geen goede jonge Pinang te vinden is. Als men de jonge of groene Nooten eeten wil, zoo schilt men eerst de buitenste groene schil daar af, en de rest met de zappige bolster en korl, snyt men met een mes in twee a drie deelen, en neemt een deel daar van om op eenmaal te eeten, te weten met een Siri-blad of anderhalf, midsgaders zoo veel kalk, als een nagel van een vinger bedekken kan, en welke drie bezondere dingen of ingredienten men aldus t'zamen gerold in de mond steekt, en kauwt. De oude lieden houden meer van de oude Nooten, hoewel die zoo hard zyn; want zy stampen die groffelyk in een houte vyzeltje, en etenze even als de jonge met Siri en kalk, om dat de hairige bolster van de jonge Nooten, in 't kauwen, haare tanden te lastig valt, ja genoegzaam bederft. Nu zynder ook veele groene Nooten, die de eigenschap hebben, datze ymand in 't eeten duizelig, en als dronken maken, even als den Tabak doet aan de gene, dieze ongewoon zyn; en het zelfde doen ook de oude Pinangen aan de nieuwelingen, haar op de borst zulk een benaauwtheit toebrengende, datze haar schynen te willen verworgen; werdende eigentlyk Pinang-Mabok of dronken Pinang genaamt, en deze vint men meest onder de derde of zwarte zoorte (hoewel zommige een byzonder zoorte daar van willen maken) en welkers kenteken is, als men aan de opgesnedene versche Nooten, omtrent de middelste holligheid, eenige roodigheit ziet. Ik hebbe ook bevonden, dat het geen byzondere zoorte op zig zelfs is, maar een ontaarding onder die beide voornoemde zoorten, hier en daar aan de boomen voortkomende, dog vint men ook geheele boomen, welkers vrugten die quaataardigheit hebben, en dat wel meest onder de derde zoort.

Als men de Nooten over Zee naa andere plaatzen vervoeren wil, gelyk in oud-Indien met geheele scheepen vol geschiet, zoo moet menze aan den boom ter degen laten oud werden: namentlyk tot datze van buiten Orangie-rood zyn, daar na afplukken, en in een donkere rookagtige plaats een tyd lank laten opdroogen, waar naa menze dan met bolster en al in korfjes doet, en zoo na boord brengt, dan die van Ceylon smyten de hairige bolster weg, en vervoeren maar alleen de schoongemaakte Nooten, om te minder belemmering te hebben, en te meerder te konnen wegvoeren.

De Pinang alleen is tot het eeten onbequaam, en gantsch onsmakelyk, met een lelyke wrangigheid de mond en keele t'zamen trekkende, en waarom, als is gezegt, men de twee andere dingen als Siri en kalk daar by moet doen, te weten een en een half blad Siri, of anders een stukje van een vinger-lit lang van deszelfs vrugt, Sirieboa genaamt, (welke plant meest in de zelfde Eylanden met de Pinang groeit, en hier naar in 't negende boek, van ons zal beschreven werden:) nevens zoo veel kalk, als boven staat gemelt: de kalk werd 'er daarom bygedaan, op dat hy de Pinang zyne wrangigheit, en de Siri hare scherpheit beneemen, en ook uit die beide een roode koleur trekken zoude, want deze dingen zoo nootzakelyk moeten t'zamen gevoegt werden, dat zoo men het eene daar van laat, de twee andere gantsch onsmakelyk zyn, en noit rood werden; zoo dat men zig met reeden verwonderen mag, hoe des menschen verstant uitgevonden heeft, dat deze drie dingen, van zoo ongelyken natuur, en waar van yder in 't byzonder den mont onaangenaam is, t'zamen moeten gevoegt werden. Deze toegemaakte beete in 't Maleyts (Sa Katsjo) *met een woort* Siri-Pinang *genaamt, in de mond gestooken, en ter deege door malkanderen geknout, geeft een rooden zap van zig als dik bloet, dien men ten eersten uitspouwt, en waar mede het meeste deel des kalks ook weg gaat, de rest wert geknout, herknout, en ingeswolgen, tot dat alle*

tur, ac *Tsjappa* vocatur, frustum referens capillaceum manducatum, seu cannabinum. Meo tamen judicio sunt sapientiores, qui ter quaterve liquorem istum seu tincturam illam exspuunt, calx enim, quæ copiose satis pastæ commiscetur, tam cito dissolvi nequit, ac dentibus, gingivis, stomacho, & pectori nocet, dentesque, labia, ac totum os rubra hac tinguntur mixtura, quæ partim tamen abstergi potest, vel buccella hac pasta, vel contusis carbonibus ligneis: atque hæc *Siri-Pinangæ* manducatio per totam Indiam quotidiano est in usu a mane usque in vesperam tam viris quam feminis, junioribus, ac senibus, immo etiam pueris, quotiescumque comparari potest, ac non tantum indigenis, sed etiam omnis conditionis & loci Europæis: quamvis hoc novitiano horrendum ac nauseosum videatur, si alios videat sanguinolentum hunc exspuere liquorem, ac plurima feminarum pars adeo hac delectantur manducatione, ut pelvim Pinangæ usui inservientem lecto adstantem habeant, ut evigilantes ruminationem hanc per consuetudinem exercere possent.

Sapor hujus Indicæ pastæ primo acerrimus, ac calidus est, grato tamen aromate os afficiens, sanguinem calefaciens, & vivum faciei præstans colorem: novitiani autem plerumque ab omni inebriantur Pinangæ manducatione, si primo incipiant; cito tamen ei adsuescunt, quia nomen *Orang-lammæ* h. e. *Adoptivi Indiani* gerere nec acquirere possunt, donec publicum hunc Indicum ritum addidicerint, atque in usum converterint suum, alias enim eluduntur, ac vili denominatione *Orang-Bara* h. e. novitiani salutantur. Ita ut hæc Pinangæ manducatio cum Tabaci usu ac fumatione comparanda sit, quum utraque mera tantum sit consuetudo, quæ vix omitti potest, nec est ullius utilitatis aut necessitatis; magnum tamen, meo judicio, inter Tabaci suctionem, ac Pinangæ manducationem est discrimen; Tabacum enim ingratum, & adstantibus molestum præbet odorem, Pinanga autem os refocillat, ac gratum excitat halitum, unde & moris est, si Magnatum quis inviset aliquem, primum Pinangam manducare, ut gratum edat talis halitum: nullus etiam magnæ conditionis vir in India plateas frequentabit, præsertim Reges ac Magnates, quin a servis suis cistas Pinangæ pasta repletas adduci & circumferri jubeant, si etiam ex illis quispiam nos invisset, ante omnia ipsis Pinanga obferenda est, atque tamquam reverentiæ indicium ac ceremoniarum ritum habent Magnates Indiæ, si peregrinus post salutationem tam diu taceat, donec Pinangam manducaverit tumque sermonem proferat. E contra vituperationis vitio aliquis inuritur, si alicui domum intranti, nulla Pinanga obferatur, ac vice versa, si talis oblatam accipere recuset, exceptis diebus escurialibus ac sobriis, vel morboso statu, ita ut necessitatis sit illos adsuescere tali Pinangæ manducationi, qui quotidie magnates Indorum adire tenentur, vel cum iis colloqui, si grata ipsis fore officia vel susceptas relationes prospere eventuras cupiant.

Indorum reges suam quoque ostentant superbiam & affectionem per Pinangam, in recipiendo peregrinorum legatos, si enim consueto more pedibus cruciatim inflexis sub tholis superbe & alte sedentes legati adventum per interpretem ordinarium intelligant, atque illud percipientes simul Pinangam postulent, (quæ ipsis quoque statim per servientium feminarum cohortem in pretioso Pinangæ cratere subministratur) ac præparatam Siri-pinangam fumant, simulque legato ex eadem pelvi aliquam obferri jubeant, magno est tali legato honori: si peregrinus talis recusaret eam assumere, rex talis maxime indignaretur, pro vituperio haberet, ac totum legationis negotium nullum sortiretur effectum.

Circa Pinangam magnum etiam utraque in India natio observant fastum, ac pompam, & utraque quam pretiosissimas suas conficiunt Pinango-thecas: Reges illas ex auro habent, vel ex pretiosissimo quodam ligno, Magnates ex argento, ac vulgus ex cupro confectas. Plerumque plana est patina multis angulis ac figuris ornata, & circa marginem foveolas gerens impressas, quibus Pinangæ præparatas doses imponunt, reliquæ, uti Siri, nuces Pinangæ integræ, cistella argentea, humida ac contrita repleta calce, cui appendet spatu-

alle zap, en smaak uit het kauwsel getrokken zy, 't welk men dan wegsmyt, en Tsjappa *noemd, gelykende een stukgekauwt hayr, of werk. Dog mynes oordeels handelen de gene wyzelyker, die het zap twee a drie maal uitspouwen; want de kalk, die daar dikwils rykelyk ondergemengt wert, en kan aan 't tant-vleys, de maag, en borst gansch geen goet doen; en werden van dit zap de tanden, lippen, en de geheele mont bloet-root geverft, 't welk men egter ten deele daar weder afvryven kan, of met het zelfde kauwsel, of met gestooten houts-koolen. En dit Siri-Pinang-kauwen is een dagelyks werk door geheel Indien, van 's ogtens tot des avonts toe, zoo wel van mannen, als vrouwen, oude en jonge, jaa ook de kinderen, zoo dikwils alsze het maar krygen konnen, en dat niet alleen by de Inlanders, maar ook by alderley slag van Europianen; hoewel het voor een nieuweling zeer afzienlyk, en walgelyk is, wanneer hy de lieden zoodanigen bloedigen zap ziet uitspouwen, en het meeste deel van 't vrouw-volk is daar op zoo verzot, datze het Pinang-bekken ook 's nagts by haar slaap-plaatze hebben staan, op datze, wakker werdende, om tydverdryf, een kaau-werkje mogen oeffenen.*

De smaak van dese kost of Oostindische snoepery is in 't eerste heet en scherp, dog met een aangename speceryagtigheid de mond vervullende, het bloed verwermende, en het aangezigt een levende coleur gevende: maar de nieuwelingen werden gemeinelyk dronken van alderlei Pinang, als zy die eerst leeren kauwen, dog gewennen haar haast daar aan, om datze den naam van Orang-lamma, of oud Oostindis-vaarder, niet mogen verwerpen, tot datze deze publyke Indische Ceremonien geleert en aangenomen hebben, of anders werdenze wat gefopt, en met de veragte naam van Orang-bara, of nieuweling begroet: soo dat men het pinang-kauwen wel by het tabak-rooken vergelyken mag, als zynde beide meer een puere gewoonte, die men qualyk naalaten kan, dan van veel nuttigheid: dog daar is, myns oordeels, een groot onderscheid tusschen het tabak-rooken, en pinang kauwen: want den Tabak geeft een onaangename, en den omstanders een moeyelyke reuk, maar de pinang ververst de mond, en geeft hem een aangename geur, en daarom is het de manier, als men iewers by groote heeren wil gaan, dat men eerst een Siri-pinang kaauwt, om een goeden aassem te hebben: ook en zal niemant van aanzien in Indien over straat gaan, inzonderheid de Koningen, en Regenten, of zy laaten zig in hunne stoet de pinang-dooze naadragen, ook wanneer iemand van haar ons komt bezoeken, zoo moet men hem vooral pinang presenteren, en het wert voor een stemmigheid of hoffelykheid by de Inlandsche Grooten gehouden, dat den vreemdeling, naa de groetenisse, zoo lang stilzwyge, tot dat hy een pinang gekaauwt heeft, en daar naa eerst komt te spreeken. Waar en tegen het voor een groote kleinagting werd gereekent, als men iemand, in huis komende, geen pinang en presenteert, of als den anderen den aangebooden weigerd aan te vaarden, behalven by voorwendzel van vast-dagen, of ziekte, zoo dat het noodig is pinang te leeren eeten voor die gene, die met de Indische Grooten dagelyks omgaan moeten, indien hy sig, en zyne commissie by hun lieden wil aangenaam maken.

De Koningen van Indien vertoonen ook haar grootsheid, en affectie met den Pinang, in 't ontfangen van vreemde ambassadeurs, want wanneer zy, naar 's Lants manier met de beenen kruiswys over malkander bars onder haar verhemelte zittende, het aanbrengen van de Ambassadeur door een taalman hun laten voorstellen, en toeluisterende ondertusschen Pinang eischen (die haar ook terstondt door een geheele stoet van dienende vrouwen in een kostelyk pinang-bekken, werd toegereikt) en zy dan een toegemaakte Siri-pinang naa haar nemen, midsgaders uit het zelfde bekken den gezant ook eene laaten presenteren, zoo houd zig den gezant daar door grootelyks vereerd: maar zoo nu een vreemdeling weigerde deze pinang aan te nemen, dan zoude den Koning zig grootelyks gehoond agten, en het geheele werk van het gezantschap perykel loopen.

Daar werdt ook met de pinang geen kleine pragt van beide de voorn. natien in Indien bedreven, pogende een yder zyn vermogen, met de kostelykheit van het pinang-bekken op het pragtigste en kragtigste te vertoonen: de Koningen maken het van gout, of eenig kostelyk hout, de mindere van zilver, en de gemeene-man van kooper: het is ordinair een vlakke schootel, met veele hoeken en figueren verziert, en hebbende ook rondom den randt eenige kuiltjes, daar men de toegemaakte Pinang-beten inlegt, en de rest, namentlyk de Siri, en geheele Pinang-nooten, met een zilvere

dooze,

spatula, ac forceps argenteis manibus (si sit in loco quodam, ubi Pinangæ nux sicca & vetusta adhibetur) in medio thecæ ponuntur. Hisce jungi debet cista sputatoria eodem ex metallo confecta, forma floris Lychnidis, in quam sputa ejiciunt, hæc autem Europæis, qui puriora habent, & servant sua domicilia, magis in usu sunt quam Indis, qui paucam Pinangæ exspuunt quantitatem.

Calx ipsa aliquando est alba, aliquando russa, sæpe crocei etiam coloris, si multum Curcumæ, cum qua præparatur, ipsi fuit mixtum, quæ ex Siama defertur, rosæ instar rubentis est coloris, sed non ubique adeo sunt de calce solliciti. In Indostana, Java, ac Celebe plerumque ex conchis uritur. In Siama autem plurimum exuritur hæc calx, quæ lagenis ac cacabis indita, per totam circumfertur Indiam, aliqua per medicamenta roseo infecta, uti dictum, colore, acriter tamen hæc vellicat linguam. In Moluccis, atque hisce Orientalibus in insulis comburitur calx ex specie quadam Corallii spurii, *Carang Bonga* dicti, albissimæ, & fragilis substantiæ, quod formam habet arbuscularum elegantium, quodque sub aqua in rupibus marinis crescit, ac tanta copia, ut calcariæ fornaces confici possint, in quibus sufficiens exuritur calcis hujus quantitas ad arces, aliaque ædificia exstruenda; hujus autem *Corallii* descriptio infra *libro duodecimo* subsequetur. Hæc vero calx mitissima est, ac Pinangæ manducationi aptissima, linguam aut gingivas nullo modo lædens, uti calx Javanica, ac quæ ex lapidibus montanis uritur, ista autem calx marina varias etiam habet vires & qualitates, ac proinde experiundum est, quænam varii generis calcis quantitas sufficiat. Si quis nimiam *Siri* sumserit quantitatem, quod nimium calefacit os, tum major *Calcis* portio, ac *Pinangæ* addenda est, quæ *Siri* acrimoniam, & calorem statim temperat, atque exstinguit. Si vero quis manducatione *Pinangæ Mabok* dictæ vertiginosus, ac pectore oppressus fuerit, deglutire debet pauxillum salis, vel succi acidi Limonum; optimum vero est, si Mangæ fructus manducetur, sive crudus, sire muriaticus, seu alius quidam acidus, vel muria conditus fructus, qui in Indiis *Atsjaar*, Latine *Salgama* vocatur. Ut autem aromatica *Siri Pinangæ* vis ac sapor augeretur, solebant alia plurima ipsi admiscere, uti *Caryophyllos*, *Cardamomum*, *Catsja* seu *Lycium Indicum* ex Suratta & Pegua advectum, ut & *Gatta Gambir*, qui sunt trochisci instar denarii Hollandici ex succo quorundam foliorum, ac farina confecti, primo amari, dein gratam ori præbentes dulcedinem, qui gingivis ac faucibus etiam prosunt, ac labris elegantem adferunt ruborem: Item *Cachunde*, seu uti nos scribimus, *Catsjunde* & *Catsjou*, quæ massa est composita ex *Cardamomo*, *Mosco*, *Ambra*, ac variis succis, quæ a Portugallis pro Pinangæ manducatione multum adhibetur, quia grate spirantem excitat halitum, verum multis etiam nauseam movet, atque hinc a nostra natione non magni æstimatur.

In Cormandelæ ora alius obtinet mos, ad antiquam Pinangam seu Koffel gratam, ac pro manducatione delicatam præparandam, quam nempe in minuta conscindunt fragmenta, quæ in aqua Rosarum macerant, in qua contrita Catsja est infusa, illa in sole dein exsiccant, atque usui servant, frustula enim hæc per longum incorrupta durant tempus, ac trans mare vehuntur, quæ ori optimum præbent halitum, & gingivis soliditatem.

Ut commodum, utilitas, ac vires Pinangæ manducationis elucescant, ab experientia vulgarem indicabo opinionem, quæ est, ut ori gratum præbeat halitum, elegantem faciei colorem, rubentesque dentes, ac labia rubro inficiat colore, (rubri enim dentes apud Indos ornamento sunt, uti Europæis albentes) ut dentes præterea ac gingivas depuret, quæ alias per cibos inhærentes foetidum ori dant halitum, ita ut ejus usus ipsis conducat, ac fere necessarius sit ad depurandum os, stomachumque grato ac levi adstrictione confortandum, & nauseam præcavendam, quæ in India frequens est per continuos Piscium usus: Navigantibus per mare quoque conducit, quum per salina condimenta scorbutus in ore, ac gingivis oboritur, qui per manducationem hanc avertitur.

In re medica varios etiam ad usus adhibetur, in omnibus enim casibus, ubi adstrictio atque exsiccatio

dooze, daar een spateltje aanhangt, en gevult is met vogtige, en gevreven kalk, item een scheere met zilvere steelen, (als het op een plaats is, daar men oude Pinang ect) vinden haar plaats in de midden: daar benevens moet 'er ook nog by zyn een spuw-potje ofte Cuspidoor, *van het zelfde metaal gemaakt, in de gedaante van de bloeme* Lychnis, *daar men in spuwt, dog dit vind men meer by de Europianen, (die sindelyker op haar huizen zyn) dan by de Indianen, die van de pinang weinig uitspuwen.*

De kalk is zomtyds wit, zomtyds ros, of hoog-geel; werdende met Curcuma *zoodanig toegemaakt, ook wel rooze-rood, dewelke van Siam komt, dog men is ook overal niet even zindelyk op den kalk. In Hindosten, op Java en Celebes word dezelve meest uit schulpen gebrant, dewelke zeer fyn, vet, en spier-wit is, en op verre naa zoo scherp niet, als die van berg-steenen werd gebrand: In Siam werd van deze kalk wel het meeste gemaakt, en met potten door geheel Indien vervoert zynde, als gezegt, met eenige medicamenten schoon rooze-rood geverwt, maar by valt wat scherp op de tonge. In de Moluccos, en deze* Oosterſche *Eilanden brant men deze kalk uit een slag van bastaard-coraal,* Carang-bonga *genaamd, zeer wit, en bros van substantie, in de gedaante van kleine aardige boompjes, onder water op de Zee-klippen wassende, en dat in zulken menigte, dat men groote kalk-ovens daar van maken kan, die tot het bouwen van geheele Kasteelen genoeg zyn, en waar van hier na in 't twaalfde boek de beschryvinge volgen zal. Dit is wel de alderslapste, en alderbequaamste kalk tot het pinang-eeten, de tonge en het tand-vlees geenzints beschadigende, gelyk de Javaansche, en die uit berg-steen gebrant werd: dog de voornoemde Zee-kalk is mede verscheiden van kragten, en daarom moet men door oeffening leeren, hoe veel men van yder slag kalk neemen mag. Als ymand te veel Siri genomen heeft, 't welk den mond te heet maakt, zoo moet hy wat meer kalk, en pinang daar by doen, die de scherpheid van de Siri dadelyk verdooft: maar als ymant door het eeten van pinang-mabok, duizelig, en benaauwt op de borst word, zoo moet hy wat Zout ofte Zap van zuere Lemoen inslikken, dan het alderbeste is een Manga genuttigd, het zy raauw, of gepekeld, ofte eenige andere zuere of gepekelde vrugten, die men in Indien* Atsjaar, *en in 't latyn* Salgama *noemd: om de speceryagtige geur van de Siri-pinang te vermeerderen, pleeg men veelderlei dingen in 't kauwen daar onder te mengen, als* Gary ophel-Nagelen, Cardamom, Catsja *of* Lycium Indicum, *uit Suratta, en Pegu komende, ook* Gatta Gambir, *zynde koekjes, als een hollantse schellink, uit het Zap van eenige bladeren, en wat meel gemaakt, in 't eerste vry bitter in de mond, maar een aangename zoetigheid naalatende: ook zynze voor 't tand-vlees en de keele gezont, en maken de lippen met eenen moy root: als mede* Cachunde, *of, gelyk wy schryven,* Catsjunde *en* Catsjou, *zynde een gemengde substantie, van* Cardamom, Muscus, Ambra, *en eenige zappen, by de Portugeezen zeer gebruikelyk tot het pinang eeten, om dat het een welriekenden aassem maakt, dog veroorzaakt ook by veele walging in de maag: en wert daarom by onze natie niet veel geagt.*

Op de kust van Cormandel is nog een ander manier, om de koffel of oude pinang tot het eeten lekker te maken, of een aangename smaak te geven, namentlyk, zy snyden de koffel of oude pinang in kleine brokskens, dieze dompelen in rooze-water, 't welk met gevrevene Katsjo toegemaakt zy, droogenze als dan in de Zonne, en bewarenze zoo tot gebruik; want deze brokskens blyven langen tyt goet, en werden ook over zee gevoert, gevende den mont een aangename geur, en het tant-vlees een vastigheid.

Om het voordeel of de nuttigheid, en kragten van het Pinang kauwen wat nader te ontdekken, zoo zal ik zeggen, dat dezelve, naa de ondervinding en het algemeen gevoelen, de mont een aangenaame geur geeft, een bloozend aangezigt maakt, tanden, en lippen rood verft (werdende de roode tanden by de Indianen voor een cieraad gehouden, gelyk by ons de witte:) dat hy de tanden, en het tand-vlees zuivert van alle vuiligheid, die door de kost daar aan kleeft, en een zwaren aassem maakt: en dat dienvolgende het gebruik bynaa nodig is, om de mond te reinigen, de mage met een aangename zagte adstrictie te styven, en ook voor te komen de walglykheid, die men in Indien ligtelyk, door het dagelyks nuttigen van viskost onderworpen is: behalven dat hy ook dienstig is op zee-reizen, daar men veel gezoute kost moet eeten, om den mond voor scheurbuik te bewaren.

In de Medicynen heeft hy ook verscheide gebruiken, te weeten overal, waar adstrictie, en opdroging van nooden

catio conducit, & inter alia singulari ac ridiculo modo usurpatur, si prius cum aromatibus, radicibus medicinalibus, vel foliis comesta fuerit, tumque illa mixtura adsperguntur frons, pectus, ac venter cujusdam hominis, qui Cephalalgia, febribus, vel alvi torminibus laborat. Cuivis autem morbo proprium ac peculiare est medicamentum, quod cum *Pinanga* manducant, ac corpori adspergunt, quod tanta vi, ac vento ex ore emittunt, ut cuti adfixum, ac tremens adhæreat, hujus autem operatio neutiquam Pinangæ, sed tali est adscribenda medicamento, Siri-Pinanga enim additur, ut ingratus Medicamentorum tolerari posset in ore gustus. Perhibent etiam & non absque ratione, per hanc manducationem Medicamenti vires exaltari, & in cutis penetrare poros, res autem ipsa atque operatio spectatoribus est nauseosa, quod Malaicensibus *Sumbor* dicitur, ac *Sumbore* hoc præsertim ad frontem infecti melius referunt lemures, & furias, quam homines.

Pinanga ex natura sua vim habet adstringendi, exsiccandi, ac quodammodo refrigerandi, quod austerus ejus indicat sapor in nuce vetusta; in juniore enim hæ facultates sunt minores. In Diarrhæa ac Dysenteria, si quotidie vetustæ nucis contusæ assumatur semi-drachma cum vino rubro austero, aqua chalybeata, vel cum Oryza cocta, *Candji* dicta, mixtæ, quæ simul itidem adstringunt, & intestina corroborant, eadem Pinangæ nux vino albo, vel aquæ incocta, optimum dat gargarisma, quod firmat dentes, ac tollit catharros, qui dentes infestant: Unguentis exsiccantibus itidem miscetur ad scabiem. Vulgus quoque putat per hujus manducationem dentes a putredine servari in seram usque senectutem, quod tamen experientiæ repugnat, qui enim frequenter hanc manducant, cito sunt edentuli, quod Pinanga non ita causat, quam quidem fibrosus junioris ac recentis cortex, qui continuo movendo ac conterendo dentes vacillantes reddit, & in vetusta Pinangæ nuce illud efficit calx admixta, quæ cum Siri acrimonia nimis diu eos arrodit, antequam vetustioris ac duræ nucis succus elici possit, quod diuturna efficitur manducatione; ac proinde, uti illis persuasi ac consului, qui in India degere, & vivere cupiunt, Pinangam edere addiscant, sic etiam illos ad modicum ejus usum adhortari volo, nec adsuescant per totum diem illam conterere instar ruminantis vetulæ vaccæ. Sic etiam puto illis nocere, qui Asthmatici vel Phthysici sunt, atque illos errare, qui dicunt, hisce prodesse hominibus; quid enim Siri acrimonia & calx ipsa talibus posset adferre boni: Et si verum sit, quod *Garzias ab Orto lib.* 1. *Arom. Cap.* 25. de Seraphione dicat, hunc nempe *lib. Simpl. Cap.* 345. nuci Fausel calefacientem tribuere virtutem, cum *Garzia* concludere debemus, Seraphioni veram Fausel nucem penitus fuisse ignotam, quamvis juxta testimonium *Garziæ loco citato* Fausel itidem crescat in locis maritimis Arabiæ *Dofar* nempe & *Xaël.*

Sinenses diligenter colligunt semi-putrida Pinangæ nucis putamina, quæ in plateas vulgo abjiciuntur, atque hæc aqua abluunt, exsiccant, inque varios reservant usus Medicos, ex his enim decoctum præparant, quod propinant diuturna Diarrhæa ac Dysenteria laborantibus, in quibus morbis modice refrigerat, ac leviter adstringit, quæ autem ipsi junguntur, nolunt ex invidiosa ipsorum natura nobis declarare, quamvis ægri interrogati mihi pronunciarunt, nihil sese Decocto illi mixtum detegere potuisse.

Restat jam, ut de noxa ac Pinangæ abusu quid dicamus, ut cavere quis sibi posset. Hacce enim præparata Siri-Pinanga in India multa perpetrantur scelera, uti veneficia, philtra amatoria, incantamenta, & similia, multi ergo misere falluntur inprimis a feminis Indicis, quas tamquam amicas habent, quæ quodam artificio venenum aliquod Siri-Pinangæ miscent, alii vero plurimas superstitiosas artes, ac cantationes hacce efficiunt, quæ in superstitiosos ac diffidentes per Dei consensum suas exercent operationes: Quædam autem præparationes tali operantur modo, ut vi veneni mox noceant, atque Hæmoptoës, ac Phthyses caussent, aliæ autem post dies immo post annos suam produnt malignitatem, ac lenta morte homines enecant; prout Diabolo ex Sagarum intentione id efficere lubet. Hinc in India proverbium, si tales tabe confectos

den is, en onder anderen werd hy ook op een vreemde en klugtige wyze gebruikt, als men hem, met eenige speceryen, medicinale wortelen, of bladeren in de mond kauwt, en daar mede besproeid het voorhooft, de borst, en buik van een mensch, die beladen is met hooft-zeer, koortzen, of buikpyn: hebbende yder ziekte zyn bezonder medicament, 't welk zy dan met den Pinang kauwen, en aldus op 't lighaam sproeyen, 't zelve met zoodanigen geweld en met een wind uit de mond blazende, dat het op de huid tintelt, dog moet men de werking niet den Pinang, maar wel het medicament toeschryven, want de Siri-Pinang wer 'er slegts bygedaan, om den viezen smaak der medicamenten in de mond te kunnen verdragen. Zy zeggen ook, en niet zonder reeden, dat door dit kauwen de kragten van 't medicament opgewekt werden, en diep in de huit dringen, dog 't werk zelfs is walgelyk om aan te zien, werdende by de Maleyers Sumbor *genaamt, en zulke gesumberde persoonen (byzonderlyk aan 't voorhooft) gelyken beter bulbakken, en gras-duivels als menschen.*

De Pinang van zig zelfs heeft de kragten van styf t'zamen te trekken, te droogen, en eenigzints te verkoelen, uitwyzende zulks de wrange smaak, te weten in de oude Pinang: want in de jonge zyn die eigenschappen wat minder. In buik-loop en roode-loop kan men dagelyks nemen een halve dragma van gestampte oude Pinang, met rooden wrangen wyn, gestaald water, ofte gekookt ryst-water, (Candji *genaamt*) *'t welk te gelyk stopt, en de darmen versterkt, de zelfde Pinang in witten wyn, of water gekookt, en in de mond gebouden, maakt ook de tanden vast, en verdroogd de zinkingen, die daar op gevallen zyn: men mengtze ook onder de verdroogende zalven voor de schurft; en de gemeene man gelooft, dat men door het dagelyks Pinangeeten goede tanden kan behouden tot in den ouderdom, dog 't welk met de ervarentheit niet over een komt, want sterke Pinang-eeters zal men ordinaris vroeg tandeloos zien; waar van de oorzaak is, niet de Pinang zelfs, maar de dradige bolster van de jonge, die door dat gestadig kauwen de tanden los maakt, en by de oude Pinang doet het de kalk, die met de scherpigheid van de Siri te lange in den mond de meester speelt, eer men het zap van dien harden Pinang daar uitkrygt, 't welke ook geschieden moet door het langer kauwen, en dierhalven, gelyk ik geraden heb, dat een yder die in Indien verkeeren wil, de Pinang leere eeten, zoo wil ik hem ook raden deszelfs matig gebruik, en dat men zig niet aanwent met den mond geduurig herkouwende te gaan gelyk een oude koe; en zoo houde ik het ook daar voor, dat die geene dwalen, dewelke voorgeven, dat de Pinang gezont zy, voor de gene die aan de engborstigheid en tering vast zyn: want wat zoude die scherpe Siri en kalk in zoodanigen ziekte voor baat doen? en indien het waar is, het gene* Garzias ab Orto, Arom. lib. 1. Cap. 25. Seraphio *naageeft, namentlyk dat hy,* lib. Simplic. Cap. 345. *de Fausel een verwermende kragt toeschryft, zoo moeten wy mede, met* Garzias *geloven, dat* Seraphio *de regte Fausel onbekent zy geweest, hoewelze, naa 't schryven van den zelven* Garzias, *op de aangehaalde plaats, ook wast in de Arabische Zeehavenen van* Dofar, *en* Xaël.

Men ziet de Sineesen naarstig oprapen de halfverrotte bolsters van de oude Pinang, hier en daar op de straten weggesmeeten wordende, en dieze dan wasschen, droogen, en tot veelderley medicinaal gebruik bewaren; want zy maken een afkookzel daar van, 't welk zeer nut bevonden werd voor die gene, die aan een langdurige buik-, en roode-loop gegaan hebben, daarinze matig verkoeld, en zoetjes opstopt, dog watze daar onder mengen, willenze, naa haar gewoone nydigheid, ons niet openbaren, hoewel de patienten my verklaart hebben, niet anders daar onder gezien te hebben.

Nu is 't tyd, dat wy ook van de schadelykheit en 't misbruik des Pinangs wat zeggen, op dat men zig daar voor zoude konnen wagten: want door middel van deze toegemaakte Pinang, of Siri-Pinang, werden in Indien veele schelmstukken verrigt, als vergeving door fenyn, minnekruit, en andere betoverende dingen; vele dierhalven werden ellendig bedroogen, inzonderheid van de Indische vrouwen, ook dieze voor hare vriendinnen houden, en dewelke met een behendigheid eenig natuurlyk fenyn onder den Siri-Pinang weten te brengen: andere kunnen mede veele superstitieuse kunsjes, en haare toeveryen daar mede bedryven, die op de kinderen des ongeloofs, door Godts gehengen, hare kragt hebben: want zommige zyn zoodanig toebereid, datze door de kragt van 't fenyn dadelyk schade doen, bloed-spuwing en teering verwekken, andere werken op dagen en jaren, en doen de menschen een langzame doot aan;

De vrugtjes komen verre agter de bladeren uit den ſtam, van gedaante als Pinanga Oryzæ-formis *dog wat kleinder. De wortel beſtaat uit weinige dikke vaezeltjes, die van buiten korrelig zyn: als het gebeurt, dat de ſtam met het onderſte gedeelte op de klippen legt, zo ſchiet hy overal worteltjes in de gront, want men vint hem meeſt in het ſcherp klippig-gebergte van Amboins Ooſthoek agter de* Negory Thuel.

Gebruik. De vrugten kan men by gebrek van andere Pinang *eeten, dog zyn meeſte gebruik beſtaat in 't bovenſte hart ofte* Palmyt, *'t welk men op koolen een weinig braad, en, zo veel men kan, op-eet, tegens een zwaare hoeſt, waar mede de oude lieden meeſt gequelt zyn.*

EXPLICATIO

Tabulæ Septimæ,

Exhibentis *Pinangam Saxatilem Oryzæ-formem.*

Litt. A. ejus *racemum frugiferum* majori exhibet forma, ut melius dignoſcatur.

B. Quomodo radices rupibus ſeſe infigant.

UYTLEGGING

Van de zevende Plaat,

Vertoonende een wilde Pinang-boom, *die op de klippen waſt, met Ryſt-vormige vrugten.*

A. Wyſt aan de vrugtdragende Tros in grooter gedaante verbeeldt, op datze klaarlyk onderſcheiden werd.

B. Vertoont, hoe de wortels zig in de klippen indringen.

CAPUT OCTAVUM.

Saribus. SARIBU.

SAribus magnam habet cum Pinanga affinitatem, truncus autem multo craſſior atque excelſior eſt, nec ita in notabiles diviſus eſt articulos ſeu annulos; ſed hi ſunt magis obſcuri, cæterum itidem erectus & æqualis exſurgit: Ejus cerebrum quoque illud Calappi refert, & etiam, comeditur. Exterius lignum craſſitiem circiter habet duorum digitorum, ſeu pollicis, atque in vetuſtioribus truncis corneæ eſt duritiei, craſſis ac nigricantibus inque longitudinem extenſis fibris arctis conſtans, uti lignum ſubſequentis Saguaſteri ſeu Nibun, nigrius tamen eſt, ac, ſi fuerit politum, pro Ebeno ligno, quod refert, haberetur, niſi intertextæ eſſent albicantes ſeu flavæ venæ. Reliqua interior pars repletur longis ac craſſis filamentis, quæ ſicca & ſpongioſa medulla nectuntur: In ſummo trunci vertice folia ſeu ramos in orbem explicat, uti omnes Palmæ Indicæ, qui ſex pedes ſunt longi, duo brachia craſſi, ac ſuperiore parte paululum excavati, inſtar canalis, ſuntque ad latera ſpinoſi inſtar ſerræ craſſæ, ad cujuſvis rami ſeu pediculi extremum locatur magnum rotundum folium forma depicti ſolis, tres ac tres cum dimidio pedes latum, in octoginta ad nonaginta radios diviſum, qui in juniore folio primum ſunt complicati, ac germen cornutum efformant. Quæ tum filamenta lanuginoſa inter plicas habent diſpoſitas, quæ decidunt, ſi folia explicantur. Juniora folia ſunt albicantia, ac pallide flava, dein læte viridia, ac quo longius minimi radii a mediis ſunt remoti, eo profundius diſſecantur, & quiſque firmum habet nervum medium, qui omnes concurrentes circulum formant, qui ad rami extremum formatur. Quiſque porro radius ad extremum in duos diviſus eſt apices, atque folia hæc ſunt glabriora, tenuiora, ac pallide magis viridia, quam illa ſilveſtris Lontari, quæque, ſi ſunt explicata,


VIII. HOOFDSTUK.

De Sariboe-Boom.

D*En boom* Sariboe *heeft groote gelykeniſſe en maagſchap met de Pinang-boom, dog den ſtam is vry dikker en hooger, midsgaders in donkere, en niet zoo kennelyke leeden of trappen verdeelt, anders mede heel regt en effen, zyn Palmyt gelykt ook naa dat van den Calappus-boom, en wert mede gegeeten. Het buitenſte hout heeft de dikte van omtrent twee vingers, of een hout-duim, en is aan de oude ſtammen van hoornagtige hardigheit, met dikke en ſwarte draaden in de lengte ſtrekkende digt doorweven, gelyk het hout van de hier naa volgende Saguaſter of Nibun, dog wat ſwarter, en men zoude het gepolyſte voor Ebben-hout aanzien, 't en ware dat 'er witagtige, of geele aderen doorliepen. De reſt van het binnenſte is vervult met lange grove draaden, die met een droog en ſpongieus merg aan malkander hangen; Aan den top breid hy zyne takken uit in de rondte, gelyk alle Indiaanſche Palmen, zynde zes voeten lank, twee armen dik, en boven een weinig uitgeholt, gelyk een geute, midsgaders aan de kanten doornagtig, gelyk als een grove ſaag, aan 't einde van yder tak ſtaat een groot rond blat, in de gedaante van een geſchilderde zonne, drie, en drie en een half voeten breet in zyn diameter, verdeelt in tagentig tot negentig ſtraalen, die eerſt, te weten in 't jonge blad, allegaar t'zamen zyn gevouwen, en een hoorn of ſcheute maaken; hebbende eenige wolagtige draaden tuſſchen de vouwen, dog dieze haar quyt maaken of weg ſmyten, als zy hun uitbreiden: de jonge bladeren zyn witagtig en bleek-geel, daar naa ligt-groen, en hoe verder de kleine ſtraalen van de middelſte afſtaan, hoe dieper zy geſneeden zyn, hebbende yder een ſtyve middel-zenuwe, dewelke, alle te zamen ſlotende, een cirkeltje maaken, het welk aan 't uiterſte des taks ſtaat: voorts is yder ſtraal aan zyn uiterſte in twee ſpitzen verdeelt, zynde deze bladeren veel gladder, dunder, en ligter groen, dan die van den wilden Lontar-*



Areca humilis. W.



cata, circulum ſuum claudunt, quo differunt: Inter ramificationes ex foveolis ſeu germine tenues ac rubentes propullulant petioli dependentes, tres circiter pedes longi, atque in his poſt florum capitula decidua excreſcunt fructus rotundi, vix globulum ſclopeti ferreum magni, qui rari flexuoſis ex petiolis dependent racemoſi, uti arcuati petioli in Rottangæ racemo, crocei ac cito nigreſcentes, ita ut uno die eleganter crocei appareant, altero autem ſubſequente nigri ſine ullo prioris coloris indicio, ac præſertim ſi racemus talis amputatus ſuſpendatur: Taleſque racemi aurantiis ſeu croceis onuſti fructibus plurimi circa arboris verticem dependent, quod egregium ac jucundum præbet ſpectaculum, ſi autem in nigros mutati fuerint, facile decidunt: Intus continetur nucleus rotundus inſtar globuli Sclopi paululum acuminati, quo ex petiolo dependet, atque hic nucleus ſicca ac farinoſa tegitur cuticula: Alius porro ſub nigro ac lignoſo putamine, albicans & durus locatur nucleus, qui edendo ineptus eſt. Quamdiu hæc arbor adhuc eſt fruticoſa, rami ejus a dorſo ſunt armati longis ac tenuibus ſpinis, inſtar Sagu fruticis, flaccidiores tamen ac breviores, quæ in vetuſtioribus haud ita obſervantur ramificationibus, exceptis brevibus ac craſſis ſpinis, quæ juxta margines inſtar ſerræ locantur, fuſcæ ac nigricantes: Radix eſt uti Pinangæ arboris, ex ſimplicibus craſſis conſtans fibris.

Nomen. Arborem hanc Latine *Saribum* vocavi juxta Malaicenſium *Saribu*, uti quoque Maccaſſerenſibus ita vocatur. Ternatenſibus *Wocka* audit, quod nomen eſt commune cum Lontaro ſilveſtri. Javanis *Saligi*, Balenſibus *Sami* dicitur. Quod ad *locum* attinet, ſabuloſis ac humidis creſcit locis, non autem paludoſis, uti arbor *Sagu*, ſiccis tamen æque bene progerminare poteſt locis, immo etiam in montibus; in inſula Amboina non invenitur, ac raro in vicina inſula Oma, atque ibi in montibus. Ingentes hujus ſilvæ occurrunt in *Ceramæ* plaga Boreali circa *Henetello*, in loco plano ſabuloſo, qui ita planus eſt ac nudus, omnique gramine ac planta deſtitutus, ut per hanc ſilvam ambulantes facile aberrare poſſent: ſimili quoque modo in Java, Celebe, & aliis inſulis Moluccis creſcit.

Uſus. Plurimum præbet hæc arbor uſum rei domeſticæ; primo enim tenera nec explicata folia exſiccantur, & aſſervantur, quæ loco papyri atque ad fructus minores obvelandos, qui aliis dono mittuntur, adhibentur, facile enim explicantur, atque ad lubitum iterum convolvuntur, hauſtra inde etiam facile, quibus aquam hauriunt, confici poſſunt, ſi radii colligantur. Macaſſerenſes plus moliminis adhibent, qui juniora ac convoluta in tepida macerant aqua, ac ſoli exſiccanda opponunt, quæ fere ſicca per lapidem adeo terunt ac fricant, ut polita ac glabra inſtar Papyri Sinenſium ſint, atque hiſce involvunt Tabacum in minuta fruſtula conſciſſum, pretioſum eorum ſuffimigium *Dupa*, atque alia:

Externum lignum ob corneam ac duram ejus ſubſtantiam a Malaicenſibus & Javanis adhibetur pro manubriis telorum miſſilium, quæ tragulæ dicuntur, conficiundis, quem in finem ob ejus duritiem ac firmitatem optime conducit: Inter elaborandum prudenter tractandum eſt, quum plures emittat ſpinulas, ac periculoſum det vulnus; ſi per longitudinem findatur, in magna facile diſſilit ramenta, ſi vero transverſim diſſecetur, durum eſt ac corneum. Juniora fruteſcentis adhuc arboris folia multo meliora prædictos in uſus ſunt, quam adultæ arboris, ac diu quoque durat, antequam ex frutice ſit arbor. Siccata folia ſunt albicantia ſeu ſtraminea, ac, ſi fuerint complicata, diu aſſervari poſſunt, ſed ſi in uſum adhibeantur, per noctem rori exponuntur, ut fiant lenia.

Ex foliis porro *Saribi* ſolis umbracula ſeu umbellæ conficiuntur, ac ampla flabella, tumque radii ad finem colligantur, ac petiolus ab acutis depuratur dentibus ſeu ſpinis, qui pro manubrio inſervit. Incolæ *Omæ* findunt *Saribi* lignum pro longis aſſerculis, atque ad tigilla illud adhibent pro ædium tegumentis: Non lubenter tamen hanc concidunt arborem, quum plurimum ſuas recuſent ſecures. Fragmenta inde diſſecantur, quæ manum lata, pollicem craſſa, quæque nigra ac polita ſunt inſtar Laburni ligni, hæc eleganter itidem ſunt variegata, ex flavis venis contexta, & apta pro ciſtulis formandis,

boom, en alſſe gebeel open ſtaan, ſluitenſe haren kring, waar in zy mede van dezelve verſchillen; tuſſchen de takken, uit eenige hoozen, of ſcheutjes, komen voort dunne en roodagtige ſteelen, nederwaarts hangende, omtrent drie voeten lank, en daar aan waſſen na het knoppige bloeizel, ronde vrugten, qualyk zoo groot, als een muſquets-kogel, hangende ydel en aan bogtige ſteelen, met bosjens by malkander, by naa als de kromme vingers aan de rottang-troſſen, hoog-geel, dog ſchielyk ſwart werdende, zoo dat menze den eenen dag altemaal ſchoon-geel ziet, en den naaſtvolgende ſwart, zonder eenig overblyfzel van de voorige koleur, voornamentlyk als men de afgeſneden troſſen ophangt, en zulke troſſen, met goud-geele vrugten beladen, hangen 'er verſcheiden rondom de kruin, makende een cierlyk aanzien, dog de ſwart gewordene vallen ligt af; van binnen leit een ronde korrel of nootjen als een piſtool-kogel, met een klein ſpitsjen aan het eynd, dat onder den ſteel ſtaat, bedekt met een droog en meelagtig vleys; voorts leit 'er, onder een ſwarte houtagtige ſchaal, een witte en harde korl, dog die is niet eetbaar. Zoo lange als deze boom nog een ſtruik is, zoo zyn zyne takken op den rug gewapend met dunne en lange doornen, als een Sagu-ſtruik, dog wat ſlapper, en korter, aan de oude takken ziet menze niet, behalven de korte dikke doornen, die langs de kanten, als een zage, ſtaan, bruin of ſwartagtig van koleur; De wortel is als die van den Pinang-boom, te weten uit enkele dikke vezelingen gemaakt.

Naam. Ik heb dezen boom in 't Latyn genaamt Saribus, *naa 't Maleytze* Saribu, *gelyk hy ook in 't Macaſſers hiet. Op Ternaats* Wocka, *een naam gemeen met den wilden Lontar. In 't Javaans* Saligi, *op Baleits* Sami. *Aangaande de plaats; hy waſt in zavelagtige en vogtige plaatſen of gronden, en niet in moeraſſige, gelyk den Saguboom, dog hy kan mede op drooge plaatſen wel voortkomen, jaa zelfs in 't gebergte, op 't Eylant Amboina heeft men hem niet; en maar weinig op het naaſte Eyland Oma, en aldaar ook in 't gebergte; groote boſſchen daar van vint men op Cerams noort-zyde, omtrent* Henetello, *op den blooten zand-gront, die zoo effen en kaal, of zonder ruigte is, dat men in dit boſch wandelende, wel verdwalen zoude, desgelyks heeft men hem mede op Java, Celebes, en andere Molukze Eylanden.*

Gebruik. Van dezen boom heeft men veelderley gebruik in de huishouding, als voor eerſt de jonge en nog niet uitgebreide bladeren werden gedroogt, en bewaart, zy dienen voor pak-papier, om alderhande kleine vrugten daar in te winden, die men ymand toezenden wil, want zy laaten zig uitrekken, en naa believen weder t'zamenrollen, men kan 'er ook met een vaardigheit ſcheppers af maken, als men de ſtraalen t'zamenbind, om water mede te ſcheppen. De Macaſſaren doender wat meer moeiten toe, nemende de jonge en ongeopende bladeren, dieze in warm water ſteeken, en weder in de Sonne ten naaſten by droogen, mitsgaders als dan met een ſteen zoo glad wryven, datze worden als Sinees-papier, en hier in rollenſe haare kleen geſneeden Tabak, haar koſtelyk reukwerk, Dupa, *en andere dingen meer:*

Het buitenſte hout wert, wegens zyne hoornagtige of harde ſubſtantie, van de Maleyers en Javanen veel gebruikt om ſteelen tot toranen of werpſpieszen daar van te maken, waar toe het, wegens zyne ſtyvigheit, zeer bequaam is: maar in het werken moet men het voorzigtig handelen, want het ſplintert magtig, en maakt een gevaarlyke quetſuere, ſplytende zeer ligt in de lengte met groote ſplinters, maar in 't overdwers kappen is het hardt en hoornagtig. De jonge bladeren van den ſtruik zyn veel beter om te handelen, en tot het voorſchreve gebruik te laaten dienen, als die men van den boom neemt, en het loopt ook al lang aan eer den ſtruik een boom wert; de gedroogde bladeren zyn witagtig, of ſtrooverwig, en konnen t'zamen gevouwen lang bewaart worden, en als menze gebruiken wil, zoo legt menze van te vooren een nagt in den douw, op datze lenig worden.

Voorts uit de bladeren van Sariboe *maakt men Sonneſchermen, en breede wayers, werdende de ſtraalen met de eynden t'zaamen gebonden, en den ſteel, van deze ſcherpe tanden wat zynde gezuivert, verſtrekt voor het hand-vatzel. De Inlanders op Oma ſplyten het hout van Sariboe tot lange latten, en gebruikenze tot ſparren aan het dakwerk haarer huizen; dog zy komen ongaarne tot het kappen van dezen boom, om dat hy hare bylen zeer ligt doet uitſpringen: men kan 'er ſtukken van bekomen, die een hand breed, een duim dik, en zoo ſwart en glat zyn als ebbenhout, ook ſchoon gevlamt, met geele adertjes, en dienſtig, om*

mandis, fortiter autem fricari ac poliri debent, antequam ſint glabra ac ſplendentia.

Huic arbori affinis quoque eſt *Licuala*, in Macaſſera creſcens, quæ ſemper eſt fruticoſa, ac nunquam in arborem excreſcit, folium itidem adeo eſt extenſum, in minores tamen ac latiores diviſum quam Saribus, in duodecim nempe aut quatuordecim radios, qui itidem ad centrum ſeu pediculi finem ſunt diviſi, ad finem late ſerrati ac quaſi abrupti, qua in re cum Lontaro ſilveſtri conveniunt. Folium ejus in diametro tres circiter pedes amplum eſt, ac radii adeo profunde ſunt inciſi, ut nullus conjungatur: qui character in *Licuala* ſolummodo obtinet. Pediculi ſeu ramificationes digitum minorem ſunt craſſæ, ad margines leviter ſpinoſæ, ſed non pungentes; multum in Borneæ plaga Orientali creſcit in *Saburæ* Provintia, uti & in regionibus Mandaræ, & Celebis; atque ejus folia adhibentur uti ſupra de Saribi foliis fuit dictum, ad obvolvendum Tabacum & *Dupam*. In Java ac Mandura eadem quoque invenitur planta nomine Saribu nota, quæ humilem habet truncum, cubitum altum ac crus craſſum; tam altæ autem arbores inſtar Ceramenæ Saribi ibi non occurrunt, inveniuntur autem illæ in Baly ac Javæ parte Orientali.

om kleine koffertjes van te maken, maar zy koſten of vereyſchen een ſterk boenen, eer menze glat krygt.

Tot dezes booms maagſchap kan men ook brengen de Licuala, *op Macaſſer waſſende, 't welk altyt een ſtruik blyft, en nooit een volkomen boom wert, het blad is mede zoo uitgebreit, dog in minder en breeder ſtraalen dan de Saribu, te weten in twaalf, of veertien, dewelke ook geſcheurt zyn tot het centrum of hooft van den tak toe; aan de eynden breed gezaagt, en als afgebrooken, waar in zy met de wilde Lontar overeenkomen. Het blad is in zyn diameter ſchaars drie voeten breet; en de ſtraalen zyn zoo diep geſneeden, dat daar van geene aan den anderen hangt, welk kenteyken de* Licuala *ook maar alleen heeft. De ſteelen of takken zyn een kleine vinger dik, aan de kanten een weinig gezaagt, dog niet ſteekende. Zy waſt veel op Borneos Ooſt-kant in de Provintie* Sabure, *als mede in de landen van Mandar op Celebes, en zyne bladeren werden gebruikt, als boven van de Sariboe is gemelt, tot het bewinden van Tabak en* Dupa. *Op Java en Madura is mede dezelfde plante, dog alleen onder den naam van Sariboe bekent, om datze een lage ſtam krygt, van omtrent een cubitus hoog, en een been dik, dan zulke hooge boomen, als den Ceramſchen Sariboe, heeft men aldaar niet, dog vintze nog al op Baly, ende de Ooſt-kant van Java.*

In Rumphii appendice hæc adduntur.

In *Horti Malab. part.* 3. *Fig.* 1. mira deſcribitur arbor *Codda-Pana*, Latinis *Palma Indica Montana*, Portugallis *Arbore de Sombreiros* vocata, quæ quoad folia magnam cum *Saribo* noſtra habet convenientiam, illiusque coma frugifera cum noſtra *Sagou* arbore convenit, verum ab utriſque tantum differt, ita ut diverſa ſit habenda ſpecies.

In de Appendix *van* Rumphius *wert dit 'er bygevoegt.*

In het derde Deel *van de* Hortus Malab. Fig. 1. *wert een wonderlyke boom* Codda-Pana, *in 't Latyn* Palma Indica Montana, *by de Portugeezen* Arbore de Sombreiros *genaamt, beſchreven, dewelke voor zo verre zyn bladeren betreft, met onze* Saribus *groote overeenkomſt heeft, en deszelfs vrugtdragende kruin komt met onze* Sagou-boom *overeen, dog verſchilt van beide zoodanig, dat ik hem voor een byzondere zoorte houde.*

EXPLICATIO

Tabulæ Octavæ.

Quæ exhibet *Corypham* foliis radiatis, *Saribum Rumphio* dictam, & *Cap.* 8. deſcriptam.

UYTLEGGING

Van de Achtſte Plaat.

Dewelke verbeeldt de Corypha *met geraaderde bladeren, dewelke* Saribus *van* Rumphius *genaamt, en op het* 8. Capitt. *beſchreven is.*

OBSERVATIO.

Saribus hæc quam proxime convenit cum *Codda-Panna H. Malab. Tom.* 3. *T.* 1. *ad* 12. cujus Synonyma dedi in *Theſ. Zeyl. pag.* 181. quæ in *Hort. Cliff. p.* 482. vocatur Corypha frondibus pinnato-palmatis, plicatis, interjecto digitis filo; ut & in *Royeni Fl. Leid. Prodr. p.* 4.

AANMERKING.

Deze Saribus *komt zeer naa met de* Codda-Panna H. Malab. derde Deel Tab. 1. *tot* 12. *over een, welkers benaminge ik gegeven heb in myn* Theſ. Zeyl. pag. 181. *dewelke in de* Hortus Cliffort. pag. 482. Corypha frondibus pinnato-palmatis, plicatis, interjecto digitis filo *genaamt wert, als mede in de* Fl. Leid. Prodr. *van A. V.* Royen pag. 4.

Licuala Arbor in *Rumphii Auctuario, capite Quinquageſimo quinto*, latius ſequenti deſcribitur modo.

Hæc eſt *Saribus Pumila lib.* 1. ſupra breviter deſcripta, dum autem poſtea anno 1694. in vicina nobis Boero inventa fuerit, exactiorem ejus tradam deſcriptionem: Truncum gerit ulnam circiter altum, vix brachium craſſum, in articulos diviſum inſtar Nibi ſeu Pinangæ Silveſtris, lignum vero ejus non eſt durum. Superius hic truncus in ſex dividitur ramos, quorum quisque ſex ulnas eſt longus, vix digitum craſſus, triangularis, ſuperius plano inſculptus ſulco, inferius dorſo plano, inferior autem ejus dimidia pars ad margines angulares acute ſerrata eſt, denteſque ſeu ſpinulæ arcte junctæ ſunt, quisque ramus ad ſummum folium gerit expanſum, atque in radios diviſum, qui omnes ad ſuum ortum ſeparantur. Laterales hi quatuordecim radii ſunt anguſti & non ultra tres digitos lati, ſuperius obtuſi & quaſi diſrupti, nervis conſtantes quatuor longitudinalibus firmis, qui inferius concurrunt; medius vero radius peculiare videtur conſtituere folium, viginti quatuor immo ſeptem ſæpius pollices longum, ſuperius pedem latum, tredecim ac quatuordecim longitudinales gerens coſtas, quarum una ſuperiore & altera inferiore protuberat parte, unde folium inſtar chartæ complicari poteſt. In ſenectute Majang ſeu ſurculus oritur tam longus ac rami, qui inferius vaginis quibusdam eſt obvolu-


De Licuala-Boom *wert in het vyf-en-vyftigſte Hooftſtuk van het Auctuarium van Rumphius op de volgende wyze verders beſchreven.*


Dit is een Saribus Pumila *boven* lib. 1. *beſchreven, dog dewyl hy anno* 1694. *mede op ons naabuurig Boero gevonden is, zoo zal ik hem wat uitvoerlyker beſchryven. Hy gewint een ſtam omtrent een vadem hoog en ſchaars een arm dik, in leeden verdeelt als Nibun of wilde Pinang, dog van geen hard hout. Boven verdeelt hy zig in* 6. *takken, yder* 5. *en* 6. *vademen lank en ſchaars een pink dik, driezydig, boven met een vlakke geut, beneden met een vlakke rugge, dog de agterſte helft van deze tak, is aan de twee kanten ſcherp gezaagt, en de tandjes of doornen ſtaan digt by malkander, yder tak draagt een uitgebreid en in* 15. *ſtraalen geſpleten bladt, alle van malkander afgezonderd tot den agterſten oorſpronk toe. De* 14. *zydeſtraalen zyn ſmal en niet boven* 3. *vingers breed, van voren ſtomp als ſchielyk afgezaagt, en met vier ſtyve zenuwen in de lengte die agter t'zamen ſtooten. De middelſte ſtraal ſchynt een byzonder bladt te zyn* 24. *en* 27. *duimen lank, van voren een voet breed, met* 13. *en* 14. *ribben in de lengte, waar van de eene aan de bovenſte en de andere aan de onderſte zyde uitſteekt, waar mede het bladt kan gevouwen werden als Papier. In zyn ouderdom krygt hy een Majang of uitſpruitzel zoo lank als de takken, en na binnen toe met eenige ſcheeden bekleed, uit de voorſte derzelve komt een enkelden ſteel voort, die in vyf kleindere, yder een kleine*



Licuala

Corypha rotundifolia. W.







Licuala spinosa. W.

volutus, ex ejus summo simplex oritur caulis, qui in quinque alios dividitur minores, manum circiter longos, hi tribus in ordinibus viridia habent capitula, quæ in parvos explicantur flosculos, in tria acuta petala divisos, uti Pinangæ flores. Post hos sequuntur fructus, Lauri fructibus similes ac tam magni, rotundiores vero, quique etiam pericarpio insident tripartito instar Pinangæ, longum per tempus virides, dein fusci seu nigricantes, qui nucleum continent oblongum, durissimum longitudinaliter striatum. In Macassara plurimum fruticosa est, dum multum ibi vexatur, ac raro hinc ibi dat fructus, nisi in summa senectute.

Nomen. Boeronenses eam vocant *Koal*, quod a Maccassarensibus deduxerunt, ubi proprie *Licuala* vocatur.

Locus. In Macassara & Celebes parte Orientali invenitur circa *Tambocco*, in Boero quoque & regione Waysama.

Usus. Plurimus ejus usus est, quod ex angustis ejus foliis fistulæ formentur ad Tabacum fumandum. Medius ac latissimus ejus radius adhibetur ad fructus aliasque domesticas res involvendas, uti alias cum Wocka Wocka foliis agitur. Trunci lignum raro adhibetur nisi ad vulgares asserculos, dum album nec durabile est. Ad Tabaci fistulas folia usurpantur non viridia, sed primo aquæ immerguntur, dein soli exsiccantur, tandemque glabra poliuntur lapide supra ollam calefactam extensa, tum sunt eleganter alba ac glabra. Inter sugendum lævis sentitur acredo, amatores autem fistulæ dicunt bonum hoc esse attributum, dum acredinem discissi & comminuti non ita persentiant Tabaci.

kleine hand lank verdeelt zyn; deze dragen in 3. *ryen groene knopjes en daarop kleine bloempjes in drie spitsjes verdeelt, gelyk het bloeizel van Pinang. Hierop volgen de vrugten in de grootte van Bakelaren, dog wat ronder, en yder staat op een voetje in* 3. *spitsen verdeelt gelyk de Pinang, lange tyd groen, ten laatsten hoog-bruin, binnen met een lankwerpige korrel, zeer hard, en in de lengte wat gestreept. Op Maccassar blyft het meest een struik, dewyl het aldaar geen rust heeft, en ook daarom zelden vrugten voortbrengt, die het dan nog evenwel alleen in zyn hooge ouderdom vertoond.*

Naam. De Boeronesen geven hem den naam van Koal, *den welkenze van de Maccassaren geleerd hebben, daar zyn eige naam is* Licuala.

Plaats. Men vind hem op Maccassar, en aan de Oostzyde van Celebes omtrent Tambocco, op Boero in het distrikt van Waysama.

Gebruik. Zyn meeste gebruik is dat men uit de smalle straalen des blads Bonkossen maakt, tot het Tabak drinken. De middelste en breedste straal wert gebruikt om alderhande vrugten en goed daarin te winden, gelyk men anders met Wocka Wocka bladeren doet. Het hout des stams wert zelden gebruikt tot slegte latten, dewyl het wit en niet durabel is; tot de Tabak-Bonkossen neemt men de bladen niet groen, maar dompeltse eerst in heet water, droogtze in de Zon, en liktse als dan met een gladde steen op een heetgemaakte pot uitgebreid, zoo werdenze schoon wit en effen. Men gevoeld 'er in 't zuigen een kleene scherpigheit van, dog de liefhebbers van 't rooken zeggen dat dit een goede eygenschap zy om de sterkte van den gekerfden Tabak zoo zeer niet te gevoelen.

EXPLICATIO

Tabulæ Nonæ,

Quæ exhibet *Corypham* foliis palmatis, quæ Licuala *Rumphio* dicitur.
A. *Fructum.* B. *Ossiculum* denotat.

UYTLEGGING

Van de Negende Plaat,

Dewelke vertoont de Corypha *met gevingerde bladeren, en* Licuala *van* Rumphius *genaamt.*
A. Wyst aan de Vrugt. *B. Het* Zaadt-korreltje.

CAPUT NONUM.

Lontarus Domestica, Palma Vinaria prima, sive Jagarifera. Lontar.

Alter Palmarum Indicarum ordo, de quo supra Cap. 1. fuit actum, est viniferarum, inter quas plurimum excellit *Lontarus*, quæ juste secunda Calappi arboris persona habenda est, ob multiplicem ejus usum ac utilitatem, immo tamquam ejus satrapes, ut ita dicam, habenda, dum plerumque tales occupat locos, in quibus Calappus haud præsens est. In Amboinæ Provintia plurimum est exotica, excepto quod hinc inde in vicinis insulis quædam observatæ fuerint, ac multos sibi affines in Amboina relinquit, unde nec eam præterire potui, atque hinc ea adducam, quæ pauca in ea observavi, vel aliorum relatione accepi & addidici. Primam itaque Viniferarum Palmarum hanc habemus, non ita acsi nihil aliud nisi vinum exhiberet, hæc enim æque ac subsequentes species suos producit fructus uti Calappus, qui nuces vocantur, sed quod ejus vinum ac saccharum præcipuæ sunt partes, quas profert. In silvestres ac domesticas dividitur species, domestica iterum in marem ac feminam, quæ hujus capitis materies erit, ac primo feminam describemus, quæ vulgatissima ac notissima est.

Lontarus femina est arbor Calappo humilior ac Pinanga altior, utrisque vero crassior: Hisce in regionibus non est excelsior viginti quinque vel triginta pedibus, in aliis autem regionibus haud multo himiliorem Calappo esse intellexi. Ejus truncus infra est coniformis, h. e. mox supra radicem duos crassus est pedes, qui sensim angustatus in pedis crassitiem desinit, in annulos quoque divisus, remotiores tamen quam in Calappo, nec ita notabiles, qui atro-viridem ac muscosum gerit corticem, excepto si glabrior sit factus per quotidianum Tiffadorum adscensum: Rami itidem in vertice locantur, in circulum dispositi, intricati

IX. HOOFDSTUK.

Jager-Boom: *ofte eerste Wyngevende* Palm-Boom.

De tweede orden van den Palma Indica, hier boven Cap. 1. gemelt, is de wyngevende, en onder dewelke wel meest uitmunt den Lontar-boom, die men billyk voor een tweede persoon houden mag van den Calappus-boom, wegens zyn veelvoudig gebruik en nuttigheit, ja wel voor deszelfs Stadhouder, dewyl hy gemeenelyk zoodanige plaatzen bezit, daar de Calappus-boom absent is. In de Amboinsche Provintie is hy wel uitlandigst; dan dewyl egter hier en daar eenige gezien, en op de nabuurige Eylanden gevonden worden, en hy ook veele van zyn maagschap in Amboina heeft, zoo heb ik hem niet konnen verby gaan; hoewel ik my behelpen moet met het gene ik aan die weinige gezien, en uit het relaas van andere geboordt en geleert hebbe. Wy stellen hem dan tot de eerste onder de wyngevende Palma, niet als of men anders niet daar van hadde dan wyn, want hy, ende de volgende zoorten zoo wel vrugten dragen, als den Calappus-boom, die men nooten noemt, maar om dat de wyn en zuiker de principaalste deelen zyn, die daar van voortkomen. Wy verdeelen hem mede in tammen, en wilden Lontar, den tammen wederom in manneken en wyfken, 't welk de materie van dit Capittel zal zyn, en voor eerst zullen wy beschryven het wyfken als het gemeenste, en meest bekent zynde.

Lontar, *'t wyfken is een boom wat lager, als den Calappus, en hooger dan den Pinang-boom, dog dikker, dan die beide; in deze landen niet hooger dan vyf en twintig a dertig voeten, maar in andere landen, verstaa ik, dat hy niet veel lager is dan de Calappus-boom; de stam is beneeden kegelvormig, dat is straks boven de wortel ruim twee voeten dik, en dan allenskens toesmallende, of smal toelopende, tot de dikte van ruim een voet, ook in leden verdeelt, dog wyder van malkanderen, dan die van den Calappus-boom, en ook zoo kennelyk niet, hebbende een donker-groene, en mosagtige schorsse, dan dewelke glat werd door het dagelykze opklimmen der Tiefferaars: de takken*

cati tamen, quidam enim obliqui, alii erecti, alii ad latera ponuntur, ita ut tali modo globoſum efforment caput; Unusquisque ultra quatuor pedes eſt longus, ac planior eſt quam Calappi ramus, ſupra paululum excavatus, ac duobus acutis marginibus, qui tenues continent inſtar ſerræ dentes, inſtructus, non ita tamen glaber ac ſplendens uti in Calappo, hinc inde quoque dependet ramus, ita ut Lontari truncus non adeo ſit glaber ac æqualis. Quisque ramus ſeu petiolus magnum rotundum ac radiatum gerit folium, quatuor circiter pedes longum, & in ſeptuaginta aut octuoginta diviſum radios, uti ſtellis vel ſoli appinguntur, quique in orbem explicantur atque Umbellam hinc referunt. Radii inæqualiter ſunt fiſſi ac ſibi etiam diſſimiles, medii enim ſunt longiſſimi ac minus exciſi, totumque fere claudunt circulum, totum autem folium eſt durum ac glabrum inſtar membranæ, obſcure virens, ac radii anteriore parte ſunt obtuſi, acſi abrupti eſſent, quisque radius in medio firmum habet nervum, & ab utraque parte inter accumbentes plicas duos minores, qui omnes in unum circulum, qui in folii baſi conſpicitur, uti in rota omnes radii in modiolum terminantur, deſinunt. Recens ac tenerum folium eſt complicatum & longum cornu, ſeu ſpiculum in medio vertice progerminans, externe obſcure virens, interne albicans, qui albidus color remanet, licet ſit explicatum, inter ejus plicas filamenta quædam conſpiciuntur, quæ ſenſim decidunt. Folium ipſum ex duobus tenuibus componitur cuticulis, inter quas caro pauca viridis locatur, ita ut hæ cuticulæ ſeparari poſſint, ac loco papyri atque alios in uſus adhiberi. Inter inferiores verticis ramos alter craſſus provenit caulis ſeu pediculus, qui acuminatam habet vaginam, uti in Calappo, ſed magis triangularem, quæque dehiſcens in tria craſſa expanditur folia. In hac conſpicitur primo ſacculus ex tenui contextus pellicula, in quo verum florum rudimentum continetur ex unico ſimplici conſtans pediculo, qui in varios minores dividitur, ſed a Calappi floribus differt paululum: ad Petiolorum enim extremitates ſex ſeptemve conſpiciuntur capitula ſeu tubercula, ex quibus fructus progerminant, qui fere totum petiolum cum lateralibus occupant, ad cujus extremum modo ſpatium duorum digitorum remanet, qui veri ſunt flores maſculini; petiolus autem medius pollicem circiter craſſus eſt, ita ut hic racemus viginti vel viginti quatuor proferre valeat fructus, quod Calappi racemus non efficit, talesque racemi plerumque duo tresve ſimul, ad ſummum autem ſex octove in una conſpiciuntur arbore, unus tamen altero ſemper adultior ac major eſt. Notandum quoque eſt, feminam ſimiles quoque petiolatos proferre flores, quales poſtea de mare deſcribentur, ſed ſemel tantum per vitam, antequam veros dat fructus.

Fructus eſt nux ſimilis Calappo, ſed minor ac rotundior, magnitudine capitis infantis, ex rotundo-trigona, utrimque compreſſa, ac præterea fovea a ſuperiore parte impreſſa, poſtica autem junctæ ſunt orbiculo ſeu caliculo, qui ex ſex componitur ſquamulis, ac major & craſſior eſt quam in Calappo, hicce orbiculus alii inſidet caliculo ex quinque ſquamis confecto, qui racemo fixus manet, atque hæc nux longitudinaliter ſtriata eſt, ac color ejus in junioribus viridis ex fuſco ſtriatus, in adultioribus autem ex fuſco nigricans, flave reflectens, præſertim in anteriore ejus parte, in vetuſtiſſima autem ac decidua nuce eſt fuſcus, ſub extrema pellicula fungoſa ac fibroſa caro locatur in junioribus albicans, uti in Calappi nucibus, in adultioribus lutea, ac ita ſuccoſa, ut exſugi, vel exprimi poſſit, multis conſtans fibris, uti in Mangæ fructu, quæque nucleis nexæ ſunt. In vetuſtiſſimis caro hæc ſubſtantia eſt ſicca ac fibroſa, tenuior tamen quam in Calappi nucibus, quæ Cairo vocatur: In quovis fructu tres occurrunt nuclei, magnitudine ſemi-adultæ Mangæ, ſeu ovi Anſerini, paululum compreſſi inſtar ſcroti Hircini, intus duobus protuberantibus ſeptis diviſus eſt hic fructus. Putamen craſſius eſt ac Calappi Tampurang, verum non nigrum, ſed griſeum; Annexæ putaminis aut folliculi fibræ adeo cohærent, ut ſeparari nequeant, ac proinde numquam poliri poſſunt. In juniore nuce putamen eſt adeo molle, ut in ſuperiore parte digito perforari poſſit, atque in hoc tunc continetur albicans, mollis, & aquoſus nucleus, cum pau-

ca

ken ſtaan mede in den top, en by haren oorſpronk rondom in een kring, dog verwerdt door malkander, zommige ter zyden uit, zommige ſchuins, en zommige opwaarts, makende met de bladeren een ronden bol, yder is lank ruim vier voeten, en wat platter dan die van den Calappus-boom, boven een weinig uitgehold, met twee ſcherpe randen, daar fyne tanden aan ſtaan, als een zage, dog zo glad nog glimmend niet als aan den Calappus-boom, ook hier en daar een afhangende tak hebbende, zoo dat de Lontar-ſtam zoo glad, en effen niet en is: yder tak draagt een groot, rond, en geſternt bladt, omtrent vier voeten lank, en verdeelt in zeventig of tagentig ſtraalen, gelyk men aan de ſterren, of zonne ſchildert, en die zig in de rondte uitbreiden, midsgaders wel een zomberere of zonne-ſcherm gelyken. De ſtraalen zyn ongelyk geſneeden, en onder malkander ook zelfs ongelyk, want de voorſte of middelſte aan 't blad zyn de langſte, en minſt geſneeden, en ſluiten bykans een volkomen kring, zynde het geheele bladt zoo ſtyf als perkement, glad en donker-groen, ende de ſtraalen zyn van vooren ſtomp, als waarenze afgebrooken, yder ſtraal heeft in de midden een ſtyve zenuwe, en te wederzyden in de tuſſchen leggende plooyen twee mindere, welke alle op een cirkeltje, 't welk aan 't einde van de tak ſtaat, gelyk aan een radt alle de ſpaaken in de velge, nave, of dompe, t'zamen komen. Het jonge bladt is mede een t'zamengevouwen langen hoorn, ſcheut, ofte pyl, en altydt in 't midden der kruin voortkomende, van buiten donker-groen, en van binnen witagtig, welke witte coleur hem ook nog byblyft, als het blat al uitgebreit is, en tuſſchen de ployen ſtaan eenige lange draden, die metter tydt afvallen. Het bladt zelfs is van twee dunne velletjes gemaakt, tuſſchen welke een weinig groen vleys legt, zoo dat men deze velletjes van malkander kan afſcheiden, en die dan tot papier, en ander gebruik laaten dienen: tuſſchen de onderſte takken van de kruin komt een andere dikke ſteel voort, dragende een toegeſpitſte hoze of ſchede gelyk den Calappus-boom, dog meer driekantig, en dewelke ſplytende zig ook in drie dikke bladeren verdeelt: daar in ziet men dan eerſt een zakje van een dun huideken gemaakt, in 't welke legt het regte bloeyzel uit een enkelden ſteel beſtaande, die zig in verſcheide takken verdeelt, dog van 't Calappus-bloeyzel wat is verſchillende; want aan 't agterſte van yder ſteel ziet men zes of zeven knoopen, of wratten, waar uit de vrugten voortkomen, en ſchier den geheelen ſteel, of het zyde-takje beſlaan, blyvende aan haar voorſte maar een einde van twee duimen lank, 't welk het bloeyzel wil zyn, en haren hooftſteel is omtrent een duim dik; zoo dat dezen tros wel twintig a vierentwintig vrugten kan voortbrengen, 't welk den Calappus-tros niet en doet, en zulke troſſen ziet men in 't gemein twee a drie of op 't hoogſte zes en agt aan eenen boom te gelyk, dog den eenen altydt grooter en volkomener dan den anderen: ook moet men weten, dat het wyfje mede diergelyk geſteelt bloeyzel voortbrengt, gelyk hier na van het manneken zal gezegt werden, dog maar eens in zyn leven, te weten eer het de regte vrugten geeft.

De vrugt is een diergelyke noot gelyk een Calappus, dog kleinder en ronder, van de grootte als een kints-hooft, uit den ronden wat driekantig, van agter en vooren wat gedrukt, en daar en boven van vooren met een kuyltje, met het agterſte eynd' hangenze vaſt aan een ſchooteltje, of bortje, 't welk uit zes ſchubben gemaakt, midsgaders grooter en dikker is dan aan den Calappus-boom, en met dit bortje zittenze in nog een anderen kelk van vyf ſchubben gemaakt, dewelke aan den tak vaſt blyft, zynde deze noot in de lengte fyn geſtreept, en de coleur aan de jonge groen, met wat bruin gemengt, maar aan de volwaſſene bruin-zwart, met een geele weerſchyn, en die wel meeſt omtrent het voorſte deel, maar aan de geheel oude, ende afgevallene iſſe graauw, onder 't buitenſte velletje heeft men een voos en dradig vleys, aan de jonge witagtig, gelyk aan de Calappus-nooten, maar aan de volwaſſene geel, en zoo zappig, dat men het uitzuigen, of uitperſſen kan, dog vol fyne draden, by naa gelyk de Mangas-vrugt, en die ook aan de korrels vaſt zyn. Aan de geheele oude wert dit vleys tot een droog en hairig werk, fynder, dan dat van de Calappus-nooten, 't welk men ook Cairo noemt. In yder vrugt vint men drie korls, zo groot als een half gewaſſene Mangas, of een Enden Ey, dog wat plat, en als de klootzak van een Bok, van binnen met twee uitpuilende naaden, waar naa de kern mede als dubbelt werdt, de ſchaal is dikker dan die van een Calappus-Tampurang, dog niet zwart, maar graauagtig; de aanhangende vezelen van de bolſter of ſchaal kan men noit t'eenemaal daar afkrygen, en dierhalven dezelve ook niet polyſten. In de jonge is de gem. ſchaal zoo week,

dat

ca dulceſcente ac frigida lympha, quæ ſimul ſorbilia ſunt, inſtar Liplap nucis Calappi, quæ melius etiam ſapiunt. In adulta putamen prædictum fit oſſeum uti & interior nucleus, qui tum quoque ſemi-pellucidus eſt inſtar glaciei cæruleſcentis, ſed tum edendo ineptus eſt.

Trunci lignum, quod exteriori cortici jungitur & tres digitos craſſum eſt, in juniore arbore albicat, in adulta rufeſcit, craſſis nigricantibus venis diſtinctum, durum, & corneum ac proinde transverſaliter fiſſu admodem difficile, per longitudinem autem facile finditur, in vetuſtiſſima magis nigricat ac poliri quodammodo poteſt, quum etiam egregii fit coloris per nigricantes venas, quæ inter ruffum decurrunt colorem: Tale autem lignum hic ad Orientem numquam vidi, ſed intellexi obſervari in Indoſtanis arboribus, uti & in illis, quæ in Cormandela ac Zeylana creſcunt. Interior reſtans medulla albicat, fungoſa eſt, ac brevibus conſtans ex fibris: Radix craſſior ac nigrior eſt quam Calappi, non adeo autem terræ inhærens, unde & Lontarus facilius per ventos disjicitur: Arbor hæc viginti vel viginti duos ſi excreverit annos, fructus dat, ac de ea dicitur, quod ducentos attingere poſſit annos, antequam moriatur, atque adeo vegetæ eſſe naturæ, ut disjectus truncus nova protrudat germina, quæ deorſum fibras agunt radicales, ac ſurſum novos progerminant truncos, qui fructus etiam gerunt, ſed multo minores, quam vulgaris & ordinariæ arboris.

Anni tempus in Amboina numquam bene obſervare potui, quo maturos producat fructus, dum vix umquam ac tarde ibi progerminent, maturosque ſemper fructus ex aliis petere debui regionibus; intellexi autem per quosdam homines, in altioribus veteris Indiæ locis matureſcere a Julio uſque in Septembrim, qui æſtivi ibi ſunt menſes, quum etiam ſponte decidant, & in Zeylana a Cinghalenſibus, qui in uſum adhibent ſubſequentem, diligenter colliguntur.

Lontarus mas præcedenti feminæ in omnibus ſimilis eſt, & prope eam etiam creſcere obſervatur, ſolummodo hac in re differens, quod nullos producat fructus, ſed eorum loco longos ac rotundos julos floriferos, floribus *Soccum* ſeu Typhæ Europææ ſimiles, ſed hirſutiores ac fere ſquammoſos, manum vel paulo longiores, ejuſdemque coloris, ac plerumque duo tales juli ſimul progerminant, raro tres, atque hi juli peculiares & proprios ſuos habent flores, qui ſunt parvi & albicantes, ex tribus ſubrotundis Cochleariformibus conſtantes petalis, qui ſtamina intus habent quinque, qui in ſquamis ad julos propullulant obliquo parallelo ordine, grati odoris, ſed tarde provenientes. Juli hi ſine fructu decidunt. Progerminant quoque uti in femina, ſed altiores in trunci vertice inter ſummos ramos, ac nulli alii uſui inſerviunt, niſi ignem exſtruendo loco funiculi igniarii. Lignum maris durius ac nigrius eſt quam feminæ, per longitudinem facile fiſſu, durum itidem ac corneum, & transverſaliter fiſſu difficile, unde & facile vulnus infert illis, qui illud elaborant, per acuta ejus ramenta. Nullus ex hac arbore elicitur liquor, niſi defectu ac quodam in morbo, uti infra indicabitur. Ex eadem cum femina oritur nuce, ita ut inter tranſplantandum & in juniore ætate diſtingui nequeant, ſed ſimul illas excreſcere ſinunt, atque hinc inde inter feminas unus alterve relinquitur mas, quia, ut dicitur, feminas imprægnat, ac fertiles reddit, ipſique vetuſtiorum arborum trunci melioris ſunt uſus, uti in ſubſequentibus porro demonſtrabitur.

Nomen. Latine *Lontarus domeſtica tam femina, quam mas*, & *Jagarifera.* Portugalli eam vocant *Palmeira Brawa*, h. e. Cocus Silveſtris, ſed neſcio unde, quandoquidem æque ac arbor Calappus humanam requirit culturam, vel eam ſic vocare deberent, quum facilius progerminet ac ſponte totas efformet ſilvas. Belgæ eam vocant *Jager-Boom* & *Palmeer-Boom.* In lingua Indoſtana plurima ſortita fuit nomina, atque in *Horto Malabarico Cap.* 3. *Fig.* 9. nomine Malabarico dicitur *Carimpana.* Bracmanis *Talatamado*; in Zeylana *Talagaba*: atque ex aliorum relatione intellexi, hanc quoque arborem Malabaris vocari *Panamaran*: Telingibus, quæ ejusdem linguæ ſpecies eſt, *Tatisjitu* vel *Tatimanu*, Tanjoerenſibus

dat menze van boven met een vinger doorbooren kan, en daar in vint men dan een wit week en wateragtig pit, met een weinig zoet, en koel water, 't welk men t'zamen kan opſlobberen, even als het Liplap van de Calappus-noot, zynde ook van een beter ſmaak. In de oude werdt de gem. ſchaal been-hard, als mede de binnenſte korl, die dan ook half doorſchynend' is, gelyk blaauwagtig ys, dog als dan niet meer bequaam, om te eeten.

Het hout des ſtams, onder de buitenſte ſchorſſe, daar het aan vaſt en maar drie vingers dik is, is in de jonge wit, en in de volwaſſene ros, met grove zwartagtige aderen, hart, en hoornagtig, en dierhalven moeyelyk om over dwers te kappen, dog ligt in de lengte ſplytende, aan de geheel oude is het nog zwarter, en laat zig eenigzints polyſten, als wanneer het ook ſchoon van aanzien wert wegens de zwarte aderen, die onder het roſſe daar door loopen: dog diergelyke hout heb ik hier om de Ooſt nog nooit gezien, maar wel verſtaan dat het aan de Indoſtanſche-boomen, als mede op Cormandel en Ceylon zoodanig gevonden wert. Alle het reſterende merg na binnen toe is wit, voos, en met korte draden gemengt; de wortel is zwarter, en dikker, dan die van den Calappus-boom, dog geenzints zoo vaſt-houdende in de aarde, en waarom den Lontar-boom ook veel ligter van de winden wert omgeworpen. Dezen boom moet twintig a twee en twintig jaren oud zyn, eer hy vrugten voortbrengt, en men zegt, dat hy wel twee hondert jaren ouderdoms bereiken kan, als mede van natuure zoo ſterk en vrugtbaar is, dat een omgevallene uit den ſtam weder nieuwe ſcheuten voortbrengt, dewelke nederwaarts in de aarde wortelen ſchieten, en opwaarts nieuwe ſtammen geven, midsgaders ook vrugten dragen, hoewel veel kleinder, dan die van den ordinaris boom.

Haar zaizoen heb ik in Amboina noit regt kunnen onderſcheiden, dewylze aldaar niet, of zeer langzaam dragen, en de rype vrugten heb ik van andere plaatzen ontbieden moeten, dog uit eenige perſoonen verſtaan, datze in de boven-landen van oud Indien ryp worden van Julius tot in September, 't welk aldaar de zomer-maanden zyn, wanneerze ook van zelfs afvallen, en op Ceylon door de Singalezen, dieze tot het naavolgende gebruik bewaren, wel ſchoon werden opgeraapt.

Lontar, *het manneken is 't voorgaande wyfje in alles gelyk, en waſt ook onder en by het zelve, alleenelyk daar in verſchillende, dat hy geene vrugten draagt, maar in der zelver plaatze eenige lange en ronde ſteerten, het bloeizel van* Soccum *of de Narrekolve, in ons landt, wel gelykende, dog wat ruiger, en bykans ſchubagtig, een hand of wat meer lank, zynde ook van de zelfde coleur en gemeenelyk twee by malkander hangende, of zelden drie, en deze kolven hebben nog een bezonder of eigen bloeizel, zynde kleine witte bloempjes, uit drie lepel-vormige blaadjes gemaakt, van binnen met vyf draatjes, ſtaande op de ſchubbe aan de kolve, paralleel in ſchuinze rygen, welriekende en langzaam voortkomende: deze ſteerten vallen vergeefs of ten onnutte af, zy komen mede voort in de kruin, dog hooger dan aan 't wyfken, tuſſchen de bovenſte takken, en zyn nergens toe dienſtig dan om vuur daar mede te houden in plaatze van lont. Het hout van 't mannetje is harder en zwarter, dan van 't wyfken, in de lengte ligt ſplytende, en insgelyks hart en hoornagtig om dwers te kappen, ligt bezerende de gene die 't handelen, en dat met zyne grove ſplinteren: daar en wert geen drank uitgetapt, dan alleen by noot, of zekere ziekte, gelyk hier na zal gezegt werden; hy komt voort uit dezelfde noote, met het wyfken, zoo dat menze in 't planten, en in haar jonkheid niet onderſcheiden kan, maar laatze zoo met malkanderen opwaſſen, en men leid of gedoogt hier en daar eene onder de wyfkens, om datze (zoo men zegt) dezelve vrugtbaar zouden maken, als mede om dat het hout van de oude ſtammen gebruikbaar is, gelyk in 't vervolg naader zal gezegt worden.*

Naam, Latyn Lontarus domeſtica, tam femina, quam mas, & Jagarifera. *De Portugeeſen noemen hem* Palmeira Brawa, *dat is wilden Cocus-boom, ik weet niet waarom, vermits hy zoo wel, als den Calappus-boom gehavent wert, of zy moeſten het doen, om dat hy ligter voortkomt, en op zig zelven geheele boſſchen maakt. Onze Nederlanders noemen hem Jager-boom, en Palmeer-boom, in de Indoſtanſche tale heeft hy veel namen, en wert in* Horto Malab. Cap. 3. Fig. 9. *in 't Malabaars genaamt* Carimpana, *in 't Braminees* Talatamado, *op Ceylon* Talagaha, *en uit aanſchryvens van andere heb ik verſtaan, dat dien boom in 't Mallabaars ook hiet* Panamaran, *op het Telings ('t welk een zoorte van die taal is)* Tatisjitu, *of*

renſibus *Talawruxiam*, ac Decanenſibus *Taarki Dizaar*. Fructum autem peculiari nomine Malabari vocant *Panagay* & *Tsjargay*. Ad Orientem nota eſt Malaicenſi nomine *Lontar*, ac male in quibusdam libris *Lantor*. In Java dicitur *Sualan*, ac in Macaſſera *Talla*, unde *Julius Scaliger Exercit.* 158. *Diſtinct.* 6. ſuum *Tal* confecit. In Timora ac circumjacentibus inſulis nominatur *Colj*.

Potus inde collectus idem ſortitus eſt nomen ac Calappi arboris, Latinis nempe *Vinum Palmeum*, juxta Portugallicum *Vinho de Palma*: in Indoſtana *Sura* & *Syra*, quod ſupra *Cap.* 1. derivavi ab Arabico *Serab* vel propius a Perſico *Schir*, quod ſignificat quemvis craſſum liquorem, ſive ſyrupum, in ſpecie quemvis dulcem liquorem, qui e plantis ſtillat aut exprimitur. Malaicenſibus *Toacca*, ac noſtratibus *Touwak*, Amboinenſibus & Timorenſibus *Tua*. Saccharum rubrum, quod ex hoc coquitur ſucco, in Indoſtana *Jagara* vocatur; quod quidam pronunciant ac Galli *Schagera*, unde veteres ſine dubio *Saccharum* derivarunt, quod in Malaicenſi adhuc occurrit lingua, durum enim Saccharum canthum nominant *Saccar*. Flavus ex fructibus maturis expreſſus ſuccus, atque ad caſei conſiſtentiam exſiccatus Malabaris *Punat* & *Punata* dicitur. Arboris folia vocantur *Ola* æque ac Calappi folia.

Locus. Invenitur hæc arbor plurimum in Zeylanæ plaga Orientali, præſertim in regno Jaffanapatnam, ac inde porro per Cormandelæ oram uſque ad Orivam, item in Java, ſed plurimum in ejus Orientali parte, in Madura, Balya, ac porro per illum inſularum tractum uſque ad Timoram. In Celebe hujus quoque ingentes ſunt ſilvæ circa Gelliſſonam ac Manduram: Paucæ occurrunt in Orientali Ceramæ parte, atque in Amboina hinc inde una tantum alterave arbor, quæ etiam tamquam rara & exotica colitur. Mirandum ſane eſt, duas has Indiæ nutrices, Calappum nempe ac Lontarum, tam occultam fovere invidiam atque odium, ut in una eademque regione, vel uno in agro ſimul creſcere nolint. Quod tamen ſummæ Creatoris ſapientiæ attribuendum eſt, qui proficuas has & humano generi adeo neceſſarias arbores una in regione progerminare noluit. Videmus enim in tota Indoſtanæ ac Zeylanæ parte Occidentali Calappum abunde ac vegete creſcere, ibi autem nulla vel rara admodum occurrit Lontarus: E contra in Zeylanæ parte Orientali ac Cormandela prædominantur Lontari, in quibus locis, uti ſupra dictum fuit, Calappus eſt exotica vel rariſſima, ac paucæ illæ arbores, quæ in iſtis occurrunt regionibus, ſemper peculiari in loco ſolitariæ eſſe debent. Verum eſt, multi poſſent demonſtrari loci, ubi ambæ hæ arbores ſibi mutuo junctæ creſcunt, ſed quæ minori eſt numero, ſemper languida erit, ſi cum aliis comparetur. Ego autem in Amboina vidi Lontarum perfectæ & adultæ ſtaturæ, quæ magno exculta erat labore, ac tamen ſterilis ſemper fuit, nullam aliam ob cauſſam, quam quod multis adſtaret Calappis.

Deze voornoemde Sagueer-drank, vers uit de Boomen komende, is klaar, of een weinig dikker dan den Calappus-Towak, van ſmaak en coleur volkomentlyk als verſchen moſt, maar als hy wat ſtaat, wert hy troebelder en witter, gelyk hy ook wat ſcherp op de tong heidt. Hy wert gedronken, gelyk Scaliger van de Kokos zegt, Exerc. 158. diſtinct. 2. bibitur cum ſapore & vi: Dat is, hy wert met ſmaak en kragt gedronken: vers en geheel zoet wert hy egter weinig gedronken, om dat men hem dan hout voor ongezont en den buik te ſlap of loslyvig maakende, behalven zomtyts een weinig tot vermaak of om de ſmaak, en dat wel meeſt van de nieuwelingen; maar om dezelve tot het ordinarie drinken bequaam te maaken, zo giet men hem in de groote potten, Tapajang, en doet daar in een paar bondeltjes kleen geſneden wortels van een wilde boom, Seſoot genaamt (die wy hier na op zyn plaats, in 't tweede Boek ook zullen beſchryven) werdende van deze wortel de Sagueer nog dikker, witter, en byna als wateragtige melk, en zoo men 'er wat rykelyk in doet, wort hy geelagtig, voorts aangenaam, met een merkelyke zamentrekking, of wrangigheit, dewelke maakt, dat ymant de bitterheit niet tegenſtaat, en als dan agt men hem eerſt bequaam tot het drinken. In 't ſchenken moet hy wat ſpringen, gelyk Rinſche-wyn, als hy goet is, maar hy moet niet ſchuimen. De Europiaanſche nieuwelingen konnen voor eerſt geen ſmaak nog behagen in dezen drank krygen, ja houden de neus toe, als zy die aan de mond zetten, op datze zynen ſterken en bitteren reuk niet gewaar zouden worden; ook is het in der daat geen drank voor yders complexie, om die te konnen verdragen: maar het is te verwonderen, dat deze afkerigheit by de Europianen zo ligt overgaat, en zy dezelve zo haaſt en graag leeren drinken, niet tegenſtaande hy zoo wrang, en bitter is: Ja daar zyn in Amboina perzoonen, en daar onder ook van hooge qualiteyt, die hem liever drinken dan Spaanſche-wyn, om datze, na haar gevoelen, hun ook beter bekomt; ook maakt hy zo vaardig en aardig dronken, als de beſte wyn. De drank in zig zelfs, wanneer zyne ſlibberige en koude eygenſchap, door de bittere en wrange wortel, Seſoot, getempert is, kan men geenzints ongezont agten, want die hem matiglyk gebruiken, gevoelen merkelyk, dat hy de mage verſterkt, en luſt tot eeten verwekt, zo dat den Sagueer zyn deugt toekomt van die medicinale wortel, om datze hem warmte en zamentrekking byzet. Dog hy paſt beter voor ſterke robuſte lichamen, en die arbeiden moeten, als de gene, die een ſtil en ledig leven voeren; want die eerſtgenoemde zal men gemeenelyk zien gezont, en wel gediſponeert, te weten als zy den Sagueer, in plaats van ordinaris drank, onder de koſt of over de maaltyt gebruiken. Ook heeft men ervaren, dat veele menſchen, die niet wel eenige purgatien kunnen innemen, of van de ingenomene gene bate komen te vinden, treffelyk en zonder moeite gepurgeert worden, alsze nugteren van de voornoemde verſche moſt, zo als hy van de boomen komt, een goeden dronk doen.

In Saguero potu plures quoque Medicinales herbæ ac radices incoqui possunt, quum earum virtutibus facile imbuatur, atque ob stimulantem ejus naturam per venas facile penetret. Diureticam enim ac sudoriferam habet vim; hincque Sagueri potatores plerumque, ac si sudoribus diffluerent, apparent: raro etiam Nephritici sunt, præsertim si sæpius eum bibant potum, in quo *Schoenantum* seu *Sirea* incocta fuerit. Ex dulci Saguero, in quo nondum dicta radix medicinalis fuerit infusa, vulgare fit acetum, quod acidius, quam ex Towak Calappi est, vilius quoque habetur; & conficitur, si Cacabos bene obturatos Soli vel aliis locis calidis exponant, atque ipsi infundant grana aliquot fructus *Globæ*, quæ ejus aciditatem procrastinant. E contrario Sagueri abusus ingens quoque est & nocivus, si enim quotidie nimia assumatur copia, vel præter necessitatem, nimio potatori damnum adfert: caussat enim atque obducit ventriculum muco, quo appetitus exstinguitur, & corpus in Cacochymiam incidit, unde pallor istis hominibus faciei, ac dein Hydrops, atque Indica Paralysis *Berberi* dicta, quæ merces peculiaris est hujus potus ex immodico ejus usu. Qui laborant intestinorum imbecillitate, noxam inde notabilem quoque habent, in talibus enim facile Dysenteriam excitat. Malignam ac dolorificam quoque creat ebrietatem, adfert enim dolorem capiti, & præsertim, si potus *Arack* superbibatur. In Amboina Adjutorem quendam novimus pallido colore, tumido & oedematoso corpore, qui strenue Saguerum ingurgitaverat potum, quo plurimum etiam suum alebat corpus: huic vena semel secabatur, & sanguis profluens erat albicans & pallidus instar lympidi potus Sagueri, vel paulo rubentioris. Indigenæ non ita facile inde noxam patiuntur, quum eorum corpora sint firma ac laboribus adsueta. Nocet quoque pectori & organis pneumaticis, ac raucam reddit vocem. Sin arbor Saguerus iis in locis, atque Insulis crescat, in quibus dicta radix amaricans non occurrit, potus ejus insalubrior, ac proinde vilior quoque habendus est: unde & hæc radix ubique transfertur, ut Saguerus potus ex ea præparetur.

Aliæ insuper sunt plantæ atque cortices, quibus loco veri Oebat Sagueer, & ut potus justam acquirat amaritiem, uti possumus: Primo enim Cortex Mali Granati littorei, seu *Martabul* adhibetur. Secundo *Schoenanthum Amboinicum* seu *Sirea*, quod ipsi non dat amaritiem. Tertio *Schoenantum fatuum* seu *Hulong*. Quarto radices *Ligni Citrini*, *Ucken* dicti. Quinto cortex *Samama*. Sexto cortex *Restiariæ Cajoe totarro* dictæ. Septimo viridia flagella *Folii Linguæ*. Octavo cortex arbusculæ *Aäl*. Cortex primi *Martabul* Saguerum rubro inficit colore, atque austerum reddit & cito inebriat. Radix autem *Ucken* primo torrenda est, ac dein ollis infundenda. Ex planta graminea *Hoelong* inferiores prope radicem adhibentur caules, qui efficiunt, ut Saguerus potus aliquot per dies durare possit, ne acescat; amarum autem eum non reddunt. Optime vero præparatur Saguerus, si coquatur cum *Sirea*, ac duabus nucibus Moschatis: licet hoc potum faciat ingratum: salubris tamen est, urinam vehementer movens, atque aquosos expellens humores; hincque proficuus iis, qui castra sequi debent, itinera diuturna marina instituere, ac hydropis indicia sentiunt: diu enim asservari potest, atque in alias deduci regiones. Cortices *Samama* & *Restiaria* vilia sunt medicamenta, qui Saguerum potabilem quidem reddunt, sed ingratum adferunt saporem. Flagella *Folii Linguæ* torrenda quoque sunt, antequam cacabis infundantur. Dicta *Sesoot*, proprie *Oebat Sagueer* & *Oebat Toeni* dicta, alias insuper habet species, *Ubat Lansa*, & *Ubat Lemon* vocatas, juxta formam & saporem foliorum; quæ Saguerum amarum quidem reddunt, sed fumosum ac minus quoque gratum dant saporem, uti talis est, qui in pago *Baguala* componitur. De arboribus autem istis suo agetur loco.

Potus hic Saguerus ex junioris arboris racemo per quinque sexve elicitur menses, plerumque tamen non ultra quartum extenditur mensem. Si unus jam desinit emittere liquorem racemus, alter ejusdem tum adhibetur

Men kan ook in de Sagueer veele medicinale kruiden en wortelen kooken, om dat hy derzelver kragten zeer ligtelyk aanneemt, en die door zyn dryvende natuur met zig in de aderen voert: Hy dryft ook merkelyk de urine en 't zweet uit, en daarom ziet men de Sagueers-drinkers gemeenelyk, als of ze van zweet zouden smelten, dog men hoort niet ligt, datze over het graveel klagen, inzonderheit als zy dikwils gebruiken de gene, daar in het Schoenantum *of* Sirea *gekookt zy. Van den zoeten Sagueer, daar de voorn: medicinale wortel nog niet en is ingedaan, maakt men mede den gemeenen Azyn, en dat alzo zuur, als die van den Calappus-Towak, of wel wat slegter, te weten, wanneer men de potten wel toegestopt, in de zon, of andere warme plaatzen zet, en daar in doet eenige korrels van de vrugten* Globa, *dewelke hem de zuurte doet verhaasten. Daar en tegen is het misbruik des Sagueers ook zeer groot en schadelyk, en als men hem dagelyks te veel of buiten nootdruft drinkt, dan geeft hy ook den drinker zynen loon, want hy overtrekt de maag met slym, waar door de etenslust vergaat, en het lichaam vervalt in een quade gesteltheit, maakende de menschen bleek en ongedaan, waar op dan volgen, waterzugt, ende de Indiaansche lammigheit of Berberi, als zynde een eygen bezolding van des Sagueers misbruik: de gene, dewelke eenige zwakheit in de darmen hebben, gevoelen ook daar van een merkelyke schade, en hy verwekt by zodanige ligtelyk een rode roer of bloetgang: hy maakt me de een quade en pynelyke dronkenschap, met weedom in 't hooft, en voornamentlyk als men Arak daar op drinkt. Wy hebben in Amboina een Adsistent gehat met een bleeke coleur, midsgaders een voos en opgeswollen lichaam, zynde een sterken Sagueers-drinker, daar mede hy ook het leven meest ophielt: denzelven wierd eens een ader geopent, en daar uit liep een bloed zo witagtig en bleek, als of het klaar Sagueer, of een weinig rooder geverft was. De Inlanders gevoelen zo ligt geen letzel daar van, om dat hare lichamen grof, en tot arbeiden gewent zyn. Hy is de borst en de lugt-pypen ook wat nadeelig, en maakt een heesche stem. Dezen Sagueers-Boom, wassende op zodanige landen of eylanden, daar de voornoemde bittere wortel niet te vinden is, geeft dienvolgende een ongezonder en veel slegter drank, en daarom wert ook dien wortel herwaarts en derwaarts verzonden, om den Sagueer-drank daar mede te bereiden.*

Daar zyn ook nog zommige andere Planten, en Schorssen, die men in plaats van het regte Oebat Sagueer, en om den drank zyne nodige bitterheit te geven, gebruiken kan: als eerstelyk, de Schorsse van Malum granatum littoreum, *of* Martahul: *Ten tweeden, het Amboinsche* Schoenantum, *of* Sirea, *(dog 't welk hem egter niet bitter maakt:) Ten derden,* Schoenantum fatuum, *of* Hulong: *Ten vierden, de wortelen van* Lignum Citrinum, Uken: *Ten vyfden, de schorsse van* Samama: *Ten zesden, de schorsse van* Restiaria, Cajoe totarro: *Ten zevenden, de groene zeelen of ranken van het* Folium Linguæ; *en ten agtsten, de schorsse van het Boompje Aäl. De schorsse van het eerste,* Martahul, *verft den Sagueer wat root, geeftze een wrede of wrange smaak, en maakt haast dronken: de wortel* Ukken *moet men eerst wat braden, en daar na in de potten doen: van de grasagtige plante* Hoelong *neemt men de onderste steelen by de wortel, die de Sagueer eenige dagen konnen goet houden, dat hy niet zuur werde, maar deze maaken hem niet bitter: dan op het alderbeste wert den Sagueer toebereit, als men hem kookt met de* Sirea, *en een paar Noote-muscaten; want schoon dit wel een harsse drank geeft, zo isse zeer gezont, de uryn geweldig uitdryvende, en alle wateragtige vogten afzettende, en daarom dienstig voor die geene, die het leger moeten volgen, lange Zeereizen doen, en een beginzel van de waterzugt gewaar worden; want men kan hem lang bewaren, en tot in andere landen vervoeren. De schorsse van* Samama, *en* Restiaria *zyn maar slegte behelpzelen, die den Sagueer wel drinkbaar maaken, dog een quaade smaak toebrengen, en de ranken of zeelen van het* Folium Linguæ *moet men ook eerst wat braaden, eer menze in de potten smyt: de voornoemde* Sesoot *(eygentlyk* Oebat Sagueer *en* Oebat Toeni *genaamt) heeft nog andere zoorten* Ubat Lansa, *en* Ubat Lemon *genaamt, na de gedaante en smaak der bladeren, die den Sagueer ook wel bitter maaken, maar een rookagtige en dierhalven min aangenaame smaak geven, gelyk die geene is, die in 't dorp* Baguala *valt, en van welke boomen op zyn plaats zal gesprooken werden.*

Dit druipen of teifferen van den Sagueer duurt aan een tak van jonge boomen wel 5. a 6. maanden, dog in 't gemein gaat het niet boven de vierde maant. Als nu de eene tak ophoud van druipen, zoo neemt men weder een andere

hibetur arboris racemus, una enim arbor diversos gerere potest racemos; alias tam diu exspectandum est, donec novus proveniat, cujus etiam signum apparet, si nempe germen seu longum acuminatum illud cornu, ex quo foliosus progerminat racemus, ac plerumque supra verticem extenditur, breve appareat: hoc enim indicium est *Majang* seu racemum brevi propullulaturum esse. Sues silvestres supra dictos comedunt atros nucleos, qui sub arbore lapsi sunt, si exterior nempe corrosiva caro computruerit. Atque Sinensium natio nobis quoque demonstravit, quomodo nuclei hi sacchаro condiantur. Semimaturos enim sumunt racemos, quorum nuclei interiores molles ac coloris glacialis sunt, quique putamina adhuc gerunt mollia: hos comburunt levi flamma, donec exterior nocens caro fuerit consumta; tunc innoxie tractari possunt, atque nuclei à deflagrato purificari putamine: depurati hi nuclei aliquot per dies porro in aqua macerantur, cui calx fuit infusa, ac dein cum sacchаro albo ebullivit, unde conditum fit jucundum, oculis atque ori gratum: sunt enim hi nuclei instar Corylorum nucum, semi-pellucidi, ut succinum flavum: si edantur, sorbiles fere sunt ac cartilaginosi, qui inter potum Thee usurpantur: si autem nimium ingurgitentur, ventriculum aggravant, quum digerendo difficiles sint.

Aliquando fit, ut supra monuimus, sed raro, Majang feminam prius provenire, quam *Boa Batu*. Ex eo autem acquiritur debilis potus, qui vires quoque *Oebat* tarde inbibit, ac proinde Saguerus femina vocatur. Amboinenses diversam quoque hujus arboris faciunt speciem, quum brevioris sit trunci quam vulgaris, nihil nisi florentem producens *Majang* usque in summam senectutem, quum primum *Boa Batu* progerminat, ac peculiari quoque nomine *Nawa Coruru* vocant. Si saccus aut excipulum, in quod depluit liquor, per noctem furno exponatur, Saguerus inde fit acris & facile inebrians; uti quoque, si ipsi infundatur medius juniorum foliorum nervus. Radices vero nigræ Pinangæ in hocce maceratæ malignam ipsi adferunt vim, vehementem enim tum excitat vomitum ac secessum, & Tiffadores sæpe etiam hujus potus fures hoc decipiunt modo. Si quoque aliquis aviculas vel pisciculos fricet vel adurat veruculo ex descripto nigro *Pansuri* confecto, hosce comedens vertiginosus fiet.

In Java & Baleya succus, qui ex hac elicitur arbore, multo spissior & pinguior est, quam in Amboina, unde & rarissime potui ibi inservit; sed plurimum ad saccharum conficiendum adhibetur, quod nigrum vocatur saccharum, ac plerumque commixtum est cum *Muscovado* arundinis sacchariferæ, atque hoc sequenti fit modo. Saguerus succus coquitur ad syrupi consistentiam, qui tum infunditur corbiculis vel patinis, in quibus frigescens crassa fit massa, seu saccharum: hoc autem numquam exsiccatur vel indurescit, sed semper humidum ac pingue est, coloris obscure lutei, quod etiam siccissimum & optimum est, cuique plurimum arundinis miscetur saccharum: Humidum autem valde nigrescit & pinguescit instar Picis, atque plerumque scoræis mixtum & impurum est. Javanenses, si Saguerum Towak colligere velint, ut saccharum coquant, infundunt in *Coeroerongs* seu arundines, quas arboribus appendent, & addunt paucos *Camiry* nucelos seu granula, qui Sagueri conservant dulcedinem, simulque cum dictis coquunt nucleis, qui sæpe etiam sacchаro nigro commixti apparent; idem quoque præstant cum Towak ex Lontaro arbore, quem in saccharum excoquere velint, quod saccharum magna copia in Java, Samaranga, Grisseka, atque aliis Javæ emporii venditur, & a nostro quoque populo adhibetur ad vulgarem dulcem, seu saccharinam cerevisiam conficiendam, Sinenses autem inde Arak exurunt. Ita quoque in Amboina magna Sagueri copia non bibitur, sed Sinensibus inpræparatus venditur, qui Arak inde destillant, Tiffadoribus hoc quoque magis proficuum est, tum enim quotidie non opus est vasa seu Coeroerongs depurare, vel Oebat radices, quas magno ex montibus labore conquirere sibi debent, ipsi miscere, sed impurum ad destillatores adferunt, cui tum sat magna nigri sacchari misceatur quantitas, ut acidus & destillationi aptus reddatur,

aan de zelfde boom, want een boom kan 'er verscheiden te gelyk hebben, of anders moet men wagten tot dat 'er een nieuwe uitkomt, waar van men ook een teeken heeft, namentlyk als de scheut of lange spitze boorn, waar uit den gebladen tak voortkomt, en ordinaris boven de kruin uitsteekt, begint kort te verschynen, want dat wort voor een teeken gehouden dat de Majang *baast uitkomen zal. De wilde verkens eeten de bovengenoemde zwarte korrels, die onder de boomen afgevallen leggen, te weten als 'er het buitenste brandende vleesch afgerot is; en de Sineeze natie heeft ons ook aangewezen, hoe men deze korrels confyten kan: want zy nemen de half-rype trossen, waar aan de binnenste korrels nog week, en ysverwig zyn, en die nog geen harde schaal hebben, deze brandenze met ligte ruigte, zoo lange tot dat het buitenste schadelyke vlees daar af is, wanneer menze onbeschroomt kan handelen, en de korrels van de verbrande schaal zuiveren; de gezuiverde korrels werden dan wyders eenige dagen geweekt in water, daar wat kalk in gemengt is, en ten laasten met witte zuiker opgekookt, wordende alzo een cierlyk confyt, de oogen en mont aangenaam: want het zyn korrels, als hazelnooten, half doorschynend' als geele bernsteen, in 't eeten wat slibberig, en kraakebeenagtig, en veel gebruikelyk by het thee drinken, dog te veel ingezwolgen zo bezwaarenze de mage, als zynde niet ligt te verteeren.*

Het gebeurt zomtyts, dog gelyk hier boven gezegt is, zelden, dat de Majang *of wyfkens tros, eer voor den dag komt, als de* Boa Batu, *maar daar uit krygt men dan een slappen drank, die ook de kragten van het* Oebat *langzaam aanneemt, en men dierhalven wyfkens Sagueer noemt. De Amboineezen maaken ook een byzondere zoorte van dezen boom, als zynde wat korter van stam, dan de gemeene, en niets dan bloeyende* Majang *voortbrengende, tot in haar hoogen ouderdom, wanneer eerst de* Boa Batu *voor den dag komt. En zy noemen hem ook in 't byzonder* Nawa Coruru: *als men het vat of de zak, daar in men den drank teiffert, een nagt in den rook hangt, zoo wert den Sagueer daar door sterk, en maakt ligt dronken, gelyk mede, als men daar in doet de middelste zenuwe van de jonge bladeren; maar de wortelen van de zwarte Pinang daar in gedaan geven hem een schadelyke kragt, verwekkende een geweldig braaken als mede afgang, en de tyfferaars weten ook zomtyts de Sagueers dieven daar mede te betrappen: als ook ymant kleine vogeltjes of visschen braat aan een spitje, dat van de voornoemde zwarte pylen* Pansuri *wert gemaakt, die zal, daar van eetende, een duizeling in het hooft gevoelen.*

Op Java en Baly is het zap, 't welk men uit dezen boom tyffert, veel dikker en vetter dan den Amboinschen, weshalven by aldaar ook zeer zelden tot drinken gebruikt wort, maar meest verorbert, om zuiker van te maaken, ('t welk men zwarte zuiker noemt, en gemeenlyk gemengt is met de Muscovado *van 't zuiker-riet) en dat geschiet aldus: men kookt de Sagueer tot de consistentie van een dikke Syroop, en giet hem dan in korfjes of schooteltjes, alwaar hy zig, kout wordende, tot een dikke deeg of zuiker zet; want deze zuiker noit ter deeg hart wert, maar altyt vogtig en smerig blyft, zynde van coleur donker-geel of wolfs-verwig, 't welk ook de droogste en beste is, en daar wel het meeste zuiker-riet onder komt: maar de vogtige wort zo zwart en smeerig als teer, en is ook gemeenelyk met stoppelen en vuiligheit gemengt; de Javanen, willende den Sagueers Towak vergaderen, om zuiker van te kooken, smyten in de* Coroerongs, *of rieten, dieze aan de boomen hangen, eenige pitten van* Camiry*-korrels, dewelke den Sagueer zyn zoetigheit doen behouden, en kooken dezelve ook t'zamen met gem. korrels, die men dierhalven dikmaals onder den zwarten zuiker vermengt vint; en 't zelfde doenze ook mede met den Towak van den Lontar-boom, dieze tot zuiker willen kooken; werdende deze zuiker dan in menigte op Java, als tot Samarang, Grisseek, en in andere Javaanze koop-steeden verkogt, en by onze natie gebruikt, om het gemeene zuiker-bier daar van te zetten, maar de Sineezen branden daar Arak van. Zo wert ook in Amboina een groot deel van de Sagueer niet gedronken, maar ongeprepareerd aan de Sineezen verkogt, die daar mede Arak van distilleren, en de Tiffadoors zyn ook daar mede beter gedient: want zy behoeven als dan de vaten of* Coroerongs *dagelyks zo precys niet uit te spoelen, nog de Oebat-wortel, dieze met groote moeite in 't gebergte moeten halen, daar in doen; maar brengen hem aldus vuil in de branderyen, daar men dan een goede quantiteit zwarte zuiker in smyt, om dezelve goor, en tot het distilleren bequaam te maaken: als de boomen opbouden*

tur, si arbores desinant effundere succum, & Majangs consumpti fuerint, tum suo committuntur genio seu naturæ, atque inutiles porro sunt. Vel circumcidunt arborem deinde, si pinguior iterum aut crassior fuerit, & farinam ex ea conficiunt, uti ex arbore Sagu, majore tamen labore, illa enim arbor multo melior & hinc aptior est operi, ac ista, quæ vel diu quieverit, vel nunquam succum dederit, ac farinacium in opus sagi-nata quasi fuit. Truncus ejus primum in fragmenta finditur, tumque transversim in duas dissecatur partes, quæque porro pars oblique arbori alligatur, & ligneis instrumentis ad id opus aptis contunditur, ut medulla separetur, quæ fibrosior ac lignosior est quam illa Sagu arboris: Expulsa hæc medulla baculis denuo ferienda est, ut mollescat: Contusa hæc medulla tandem imponitur majori vasi, quod prope rivulum vel ad aliam locatur aquosam oram, atque aqua ipsi demum infunditur, & tali miscetur modo, uti postea de Sagu indicabitur, panis autem inde coctus vilior multo est, & Sagueri retinet odorem, qui est acidus & mucidus.

Ex prædictis firmis telis, seu basellis *Pansuri* dictis, Aethiopes calamos conficiunt scriptorios, uti aliis in locis, & horum defectu fit ex firmis caulibus *Filicis Calamariæ*, Amboinice *Kaë* dictæ, ex iisdem quoque *Pansuri* conficiunt Macassarenses suum *Sompit*, quæ tenuia & parva sunt tela, quæ ex canalibus ejectoriis instar sclopi, vi ingenti in hostes vibrant, quæque facile in ramenta dissiliunt & maligna inferunt vulnera, non autem magna occurrunt copia arbores istis in regionibus, in quibus canales ejectorii conficiuntur: Sagueri arboris folia etiam adhibentur ad involvendas indicas candelas *Dammar* dictas, quæ accenduntur, & tamquam faces usurpantur: Ex musco, qui ex hujus arboris trunco dependet, vel ex ipsa quoque excrescit arbore, provenit ingens ater *Scarabaeus*, *Lucanus* dictus, qui adeo vehementer amat potum, qui ex arbore sua destillat, ut sæpe semi vel totus submersus in eo inveniatur, ac tali modo furtum morte mulctet. Ad aperturam decisorum ramorum, si per aliquot dies sibi relinquantur nec amputentur, excrescit seu exsudat gluten aliquod saccharum æmulans. Lana illa mollis, supra memorata & *Baru* vocata, adhibetur ad obliniend a & obturanda navigia, vel pro foco igniario, ac sequenti præparatur modo: *Baru* tricolor, uti in arbore crescit, sumitur, atque a scorulis depuratur, inque succo lavatur ex caulibus *Globbæ Bacciferæ*, in Sole iterum exsiccatur, tumque tenuem ac spongiosam acquirimus materiam foco igniario aptam, alii conterunt depuratum *Baru*, cum cineribus *Folii Calcosi* seu *Lagundi*, atque hisce lana ista fit tenuis, sicca, & facile accendenda. Ex nigris pilis *Gomuto* dictis omnes parvorum funium species nectuntur, qui apti sunt pro sepibus atque ædificiorum areis colligandis, ut & pro majoribus navium velis, & crassioribus anchorarum funibus seu rudentibus, quæ in aqua marina diutissime persistunt, atque in terra diutissimum per tempus incorruptæ manent; quod ipse quoque expertus fui in magno lapideo baptisterio, quod ante centum, ut puto, annos a Portugallis sepultum fuit in silva quadam haud procul hinc distante, ne in manus Aethiopum veniret, qui anno circiter millesimo quingentesimo & septuagesimo secundo in Amboina magnam instituerunt persecutionem, quod per pueros meos erutum fuit, lapis erat exoticus, tenuis, arenosus, parum læsus, ex *Gomuto* autem, quo dense erat obvolutus, parva tantum pars interierat, cætera integra ac dura.

In australi Sinæ parte, in regno nempe *Tuncking*, sed plurimum in medio regno crescit arbor *Tsjang* dicta, quæ juxta Sinensium relationem mixtam habet formam *Gomuto* & *Sariboe*, atque altiorem gerit truncum nostra vulgari *Gomuto*, habetque obscure ruffos pilos, tenuioris tamen texturæ quam nostra *Gomuto*, ex quibus rudentes & vela itidem contexunt, ex ea autem arbore nullus eliciebatur potus. Narrant quoque in Sinensium montibus tales rudentes incorruptas, sub terra alte absconditas manere, ac nobis persuadere student ibi exstitisse a diluviano tempore, quod in ipsorum annalibus cum nostro fere convenit tempore, sed non eodem modo ipsorum annales cum nostris quadrant. Maccassarenses quoque & Bymanenses nullum

houden te druipen, en de Majangs geconsumeert zyn, zo laten ze haar voorts met vreeden, en als onnut staan: of, by schrale tyden, en als zy weer wat vet geworden zyn, kappen ze hem om, en maakender meel af, gelyk uit den Sagu-Boom, dog met vry wat meerder moeite, want die boom is veel beter en bequamer tot dit werk, als dewelke, of lang gerust, of nooit getyffert, en tot het meel geven als gemest is. De stam dan wert eerst in mooten gekapt, daar na over langs in twee gespleten, en yder deel schuins tegens een boom vast gebonden, midsgaders met houte mos-kuilen het merg daar uit geslaagen, dog 't welk veel dradiger en houtagtiger is dan dat van den Sagu-boom: en moet men het uitgeslagene nogmaals met stokken wel ter deegen kloppen, op dat het murw werde. Dit wel gebeukte merg wert dan eindelyk gedaan in een trog, die over een reviertje of ander water staat, en water daar op gegooten zynde, op zodanigen manier gekneet, als hier naar van de Sagoe zal worden gezegt, dog het meel vloeit veel ligter uit het Sagueers merg, dan dat van Sagoe: dan het broot daar van gemaakt is vry wat slegter, en behout zyn Sagueers reuk, dat is goor en vermuft.

Uit de hier voorgenoemde styve pylen, Pansuri, *maaken de Mooren hare schryf-pennen, gelyk men elders, en by gebrek van de zelve, doet van de styve steelen van* Filix Calamaria, *in 't Amboints* Kaë *genaamt, en uit de zelfde* Pansuri *maaken ook de Macassaren hare* Sompit, *zynde dunne en ranke pyltjes, dieze uit zeekere spatten of holle pypen, als roers, met geweld op de vyanden uitblaazen, en die zeer ligtelyk in kleine splinteren springen, midsgaders een quaadaardige quetzuur maaken, dog zy hebben deze boomen niet veel in die landen, daar dezelve blaaspylen werden gemaakt. De bladeren van de Sagueers-boom werden ook gebruikt om alderhande Dammar of Indiaansche harssen in te winden, en dewelke dan gebrant of voor toortzen gebruikt worden: Uit het mosch, dat aan de schorze van dezen boom hangt, of ook wel uit den boom zelfs groeit, komt voort een groote* ZWARTE TOR, *zynde zulk een liefhebber van den drank, die uit zyn boom druipt, dat men hem dikwils half of geheel daar in verzoopen vint, en zoo boet hy zyn dievery met de doot, aan de mond van de afgesneedene takken, als menze eenige dagen onbesnoeit en met vreeden laat, groeit ook een korstje, dat wel wat naa zuiker gelykt. De hier boven genoemde tedere wolle,* BARU, *gebruikt men mede tot het breeuwen van vaartuigen, of tot tontel, en wert op de volgende manier toebereit; men neemt de* Baru *van driederlei coleuren, gelykze onder malkanderen groeit, en zuivertze van de stoppelen, wascht ze in zap, geperst uit de steelen van* Globba Baccifera, *droogtze weder in de zon, en dan heeft men een fyne sponzieuze materie bequaam tot de tontel, andere wryven ook de schoongemaakte* Baru *met asche van het* Folium Calcosum *of* Lagundi *gebrant; en daar door zoo wert de voornoemde wol ook zeer fyn, droog, en ligt ontvonkende; uit de zwarte hairen,* Gomuto, *wort mede niet alleen allerley klein touwerk gevlogten, noodig om allerley heiningen en wanden van huizen daar mede te binden, maar ook om van te maaken groote scheeps-zeilen, en dikke anker-touwen, die in zee-water schier onvergankelyk zyn, als mede in de aarde een langen tyd konnen duuren; en dit heb ik zelfs bevonden aan een groote steene vonte, dewelke voor hondert jaren, zoo ik gisse, door de Portugeezen begraven was in een boschje, niet ver van hier, op datze niet en zoude komen in handen van de Mooren, die omtrent in 't jaar vyfthien-hondert twee-en-zeventig in Amboina een groote vervolging aanregten; zynde dezelve vonte onlangs, in 't jaar zesthien-hondert zes-en-zeventig, door myne jongens uitgegraven, de steen was een uitlansche fyne zant-steen, en een weinig beschadigt, maar van het* Gomuto, *waar mede hy dik bewonden was, zag men niet meer dan een klein deel vergaan, en de rest nog gaaf en hart.*

In de zuider-deelen van Sina, en het koninkryk Tunking, *dog meest landwaards in, wert een boom,* Tsang, *gevonden, hebbende, naar het zeggen der Sineezen, een gemengt fatzoen van* Gomuto, *en* Sariboe, *als mede een hooger stam dan onze gemeene* Gomuto; *midsgaders een donker-ros hair, dog wat fyndradiger dan onzen* Gomuto, *waar uit ze insgelyks zeilen, en scheeps-touwen quamen te maaken, maar daar en wierd geen drank uit getyffert: zy verhalen mede, dat men in 't Sineeze gebergte zulke touwen, onbeschadigt, diep onder de aarde vint, en willen ons wysmaaken, datze daar gelegen hebben van de tyt des zundvloeds, dewelke in hare tyt-boeken met de onze ten naasten by over een komt, ik zeg in den tyt, maar niet in de manier; zoo hebben ook de Maccassaren en Bymaneezen geen ander gebruik*

Livistona? R.Br.

lum alium ex Saguero arbore habent usum quam memoratorum funium, quum ars eliciendi succos ab illis non exerceatur. Nigra ipsius grana bene depurata ac polita superfusum recipiunt aurum æque ac lydius lapis: In quibusdam Philippensibus insulis, ac plurimum in longa insula *Calamiana*, plures quoque crescunt Sagueri arbores, atque in ultima tanta copia, ut incolæ hisce Castilianensibus, quorum subditi sunt, tributum solvere possint, atque illis offerunt nigros earum pilos, ut rudentes inde nectant, atque *Baru*, ut pulvinaria illo impleant. *Gomuto* omnium Saguerorum arborum, si comburatur, haud ingrati est odoris, proxime conveniens cum adusta *Onyce Marina*: Nostrique Amboinenses milites artem excogitarunt, qua ex ramorum hujus arboris corticibus assulas formant pro ensium suorum vaginis, quas superducunt pelle serpentina, vel jugulati Hirci. Nigri ejus pili tenuiter pectinati, atque in fasciculos brachium crassos colligati & æqualiter dissecti bonas præbent scopas, quibus pavimenta verrunt ac depurant, ex iisdem quoque fasciculis conficiunt penicillos tectorios & alia instrumenta, quibus varia rerum genera depurant. Farinæ præparatio ex Sagueri medulla in Javæ parte Orientali quoque nota est, simili quoque modo in Borneo ex eadem conficiunt farina rotunda grana Coriandri semen magnitudine & forma referentia, quæ natio nostra erronee putat tali ex Saguero arbore provenire forma, ex quibus granis grata coquitur puls, quæ vulgo *Sagu Borneo* vocatur.

bruik van den Sagueers-boom, als het maaken der voorn. touwen, vermits de konste van tyfferen by haar luiden niet geoeffent wert. De zwarte korrels, wel gezuivert en gepolyst zynde, neemen het opgestreeken gout zoo wel aan als eenigen toet-steen: op zommige Philippienze Eylanden, en inzonderheit op het lange Eylandt Calamiana, *wassen mede veele Sagueers-boomen, en op het laast-genoemde zulken menigte, dat de inwoonders daar mede aan de Castilianen (onder dewelke zy staan) haar tribuit konnen betalen, hun lieden opbrengende 't zwarte hair, om scheeps-touwen daar af te vlegten, en het* Baru, *om in hun kussens te vullen:* 't Gomuto, *van alderhande Sagueers-boomen, als men het brandt, is niet onlieffelyk van reuk, zeer naa over een komende met den gebranden* Onyx Marina; *en onze Amboinze Soldaten hebben een konst bedagt, om uit de schorsse van de takken dezes booms spaanders te maaken tot scheeden van hare degens, dieze dan overtrekken met een slange-vel, of wel van een geslagte bok. Het zwarte hair, zynde fyn gehekelt ofte gekemt, in bosjes van een arm dik t'zamen gebonden, en van vooren gelyk afgekapt, geest goede bezemen, om de vloeren mede te veegen, en uit de zelfde bondeltjes maakt men ook wit-quasten, en borsteltjes, om veelderhande dingen mede te zuiveren. Het bereiden van meel uit het Sagueers-merg is mede op Javaas-oostkust bekent, en zoo makenze op Borneo ook uit het zelve meel de ronde korreltjes, in de groote van Coriander-zaat, dewelke onze natie abuzivelyk geloven zoodanig van den Sagu-boom te komen; en van welke korreltjes men een smakelyken bry kookt, werdende in 't gemeen* Sagu Borneo *genaamt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Tertiæ.

Quæ exhibet Palmam Vinariam secundam, quæ SAGUERUS & GOMUTO a *Rumphio*, a me autem CHAMAEROPS frondibus pinnatis, flore & fructu racemoso, vinifera vocatur.

Litt. *A.* Racemum BOABATU dictum demonstrat, qui MAS dicitur.
B. B. Racemum *Majang* dictum, ex quo succus elicitur.
C. Fructum *Boabatu* integrum.
D. D. D. Ejus officula depurata.
E. Flos *Majang* racemi est.
F. Saccum denotat COEROERONG dictum, in quem liquor destillat.
G. G. G. Pilosa textura est, *Gomuto* dicta.
H. H. H. H. Pinnæ seu Basilli sunt, *Pansuri* vocati.

UYTLEGGING

Van de Dertiende Plaat.

Dewelke vertoont de tweede Wyngevende Palm-boom, *die* SAGUERUS *en* GOMUTO *by* RUMPHIUS *genaamt wert, dog van my* CHAMAEROPS frondibus pinnatis, flore & fructu racemoso, vinifera.

Lett. A. *Wyst aan den tros* BOABATU *genaamt.*
B. B. *De tros* Majang, *waar uit de drank vergadert wert.*
C. *De gebeele vrugt van de* Boabatu.
D. D. D. *Des zelfs gezuiverde* korrels.
E. *De Bloem van de* Majang-tros.
F. *De zak* Coeroerong *genaamt, waar in het zap druipt.*
G. G. G. *Het hairig geweef* Gomuto *genaamt.*
H. H. H. H. *De stokjes, of pennen* Pansuri *gebeeten.*

OBSERVATIO.

Arbor hæc *Gomuto* seu *Saguerifera* breviter descripta invenitur in *Valent: Indiæ litter. epist.* XVII. *pag.* 438. ut & in *Valent. Amboinæ descript. p.* 181. atque ad illud Palmæ genus pertinet, quod *Chamaerops* a *Linnæo* in *Muf. Cliff. pag.* 10. vocatur, unde CHAMAEROPS frondibus pinnatis, flore & fructu racemoso, vinifera vocanda est.

AANMERKINGE.

Deze Sagueer *of* Gomuto-Boom *wert kortelyk mede beschreven by* Valent. *in de* XVII. brief *van het geletterd Indie* pag. 438. *als mede in* Valent. beschryving *van* Ambon pag. 181. *en deze boom behoort tot dat slag van Palm-Boomen het welk* Chamaerops *by* Linnæus *in* Muf. Cliff. pag. 10. *genaamt wert, waarom deze Chamaerops met Pinagtige takken, en trosagtige bloemen en vrugten, wyngevende genaamt moet werden.*

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Saguaster Major. Nibun Besaar.

QUamvis ex Saguastero nullus eliciatur potus, proxime tamen post Saguerum eam describemus, quum quandam cum ipsa habeat convenientiam, vel silvestris ejus species habenda sit, eam dividentes in majorem atque minorem. Majoris truncus est rectus ac fere tam altus, quam mediocris Calappus, æqualis, neque in notabiles distinctus articulos, neque etiam adeo pilosus quam Saguerus, difficilis quoque est adscendentibus, quum glaber sit, sique pluviis madidus sit, dolorificum cuti pruritum adfert: Rami ejus graciliores sunt quam Sagueri, in inferiore eorum parte dorso acuto, margines autem æquales sunt, in vertice extenduntur hi rami, minori tamen numero quam in quadam Palmæ specie. Quique ab utraque parte tenues, rectos ac firmos laterales gerunt ramulos oppositos, triangulares, quorum posteriores longissimi, anteriores vero sensim decrescunt, quique iterum in alios minores dividuntur petiolos, quibus folia junguntur, quæ minora sunt quam in alio quovis Palmæ genere, ac peculiaris quoque formæ, ita ut cum nullis aliis hæc comparare possim foliis, unum


XIV. HOOFDSTUK.

Groote wilde Sagueer- of Nieboom.

HOewel uit den Saguaster *geen drank getapt wert, zo zullen wy hem egter naast den Sagueer-boom beschryven, om dat hy eenige gelykenisse daar mede heeft, of ook wel een wilde zoorte daar van is, den zelven verdelende in groote en kleine boomen. De stam van de groote, is regt, en bykans zo hoog, als een middelbare Calappus-boom, effen, en in geen merkelyke trappen verdeelt, ook zo veel niet met ruigte behangen als den Sagueer boom, dog moeyelyk om te beklimmen, om dat hy glat is, en, als hy door den regen is nat geworden, een pynelyk jeuken op de huit veroorzaakt: de takken zyn ranker dan die van den Sagueers-boom, van onderen met een scherpe rugge, en voorts effene kanten, in den top uitgebreit, dog minder in 't getal dan aan eenig Palm-geslagt; hebbende aan weerzyden dunne, regte, en styve zyde-takken, regt tegens over malkanderen, en driekantig, waar van de agterste zeer lang, en die na vooren toe allengskens korter zyn, hun ook verdelende in andere mindere steelen, daar de bladeren aan staan, zynde kleinder dan die van alle Palm-geslagten, en ook van zodanig een byzonder fatzoen, dat ik ze met geen andere bladeren vergelyken kan; want yder gelyke*



Saguerus Rumphii. Rxb.



unumquodque piscium pinnas refert, ut & bronchia, vel potius abruptam folii partem, quam integrum. Plerumque sunt triangularia, quorum latera sibi quam maxime sunt inæqualia, anterius enim latus in longum desinit conum, atque octo novemve pollices est longum, ipsum vero folium plurimis costis intermediis distinctum est, quæ ad folii ortum seu ejus basin concurrunt, ita ut etiam complicari possit: Suprema folii pars quasi abrupta est seu dentata, atque in plurimos divisa apices, hincque bronchias piscis Babaræ refert: ad cujusque nodi finem aliud invenitur folium alius formæ, quod perfecte triangulare est, ac caudam cujusdam avis refert, coloris atro-virentis, ac splendentis: Inter ramos in perfecta ætate, oblonga provenit vagina, uti in Calappo, quam *Spatham* vocamus, quæ dehiscens racemum exhibet ex octodecim, seu duodecim longis petiolis compositum, qui cum majori junguntur pediculo, uti in Saguero arbore, quisque autem petiolus ultra quatuor pedes est longus, in laterales minores non divisus, atque ex hisce dependent fructus, instar globuli rotundi, duo, tres, quatuorve simul juncti, qui parva sunt capitula, primo juniores referentia glandes, ex rotundo-oblonga, sessilia, trigona, calicibus insidentia, uti Pinangæ nuces, firmiter annexa. Fructus hi excrescentes sensim rotundiores fiunt, &, si fuerint adulti, Pruni rotundi magnitudinem obtinent, vel paulo minorem, & a globulari forma decedentes, durioris sunt carnis; primo rubentes, dein purpurei, ab una parte nigricantes, acumine brevi seu capitello superius elevato.

Quisque talis prunus duos continet nucleos seu ossicula instar duorum fragmentorum globuli per medium dissectorum, atque plana parte sibi invicem junctorum, exterius nigro ac duro putamine obductorum, uti nuclei Sagueri arboris, qui sulcati sunt & suprema parte breviter acuminati, cæteroquin quoque referunt certam Nucis Moschatæ speciem, quæ feminæ seu gemellæ vocantur, eorum medium repletum est alba, lapidea, ac dura medulla nulli inserviente usui. Atque horum prunorum caro exterior æque incommodum excitat cutis pruritum, ac Sagueri fructus, immo fortius ac vehementius iisdem urit. Arbor hæc semel tantum suos producit fructus, quum ejus lignum sit crassissimum, atque post fructuum lapsum sensim quoque omnia sua dimittit folia ac ramificationes, atque tali perit modo. Sub ramis ac frugiferis racemis, atque ex ipso quoque trunco demum veri prodeunt flores eodem quo in Saguero arbore modo: hic enim racemus in plurimos sese dividit pedunculos præcedentibus breviores, quibus appendent capitula oblonga instar juniorum glandium, quæ minora sunt quam illa, quæ ex *Majang* Sagueri arboris proveniunt, quæ in tria crassa sese aperiunt minora petala, & crassa continent stamina, primo albentia, dein flava, ac farinosa, nullique inservientia usui decidunt. Inter ramos ad eorum ortum alba quoque & spongiosa occurrit materia, uti in Saguero arbore, quæque, uti supra indicatum fuit, *Baroe* vocatur, quæ etiam adhibetur pro foco igniario atque ad naves obsolidandas, tenuior autem ac vilior est quam *Baroe* Sagueri arboris: Exterius trunci lignum in junioribus arboribus est ruffum, in adultioribus autem omnino nigrum, corneum, atque ex meris crassis compositum filis, inter quæ venæ quoque albentes sunt mixtæ, quarumque interiores seu medullæ proximæ sensim farinosæ fiunt, ac decidentes in farinam mutantur, ita ut ligni durities in solo tantum nigro consistat colore, quod autem vix duos crassum est digitos. Interior medulla fungosa quoque ac mollis est, atque æque bene contundi, lavari, & in farinam præparari potest ac illa Sagueri arboris, atque in vertice cerebrum gerit æque, ac Calappus; post fructus autem hoc non amplius reperitur: Fructus maturescunt mense Januario, qui inutiles decidunt nulli inservientes usui.

Nomen. Latine *Saguaster major*, acsi diceretur *Saguerus Silvestris*, uti *Oleaster* pro Olea Silvestri: Malaice *Nibun Besaar* ad distinctionem *Nibun Kitsyl*, quæ sequenti describitur capite: Belgæ similiter eam vocant *Nieboom* seu Nibum arborem, quod nomen præcedens Pinanga Silvestris quoque obtinuit. Ambonice *Palunen Parun*. In Boeronea *Walat*. Ternata *Baroe*. Macassara *Ramis*: Baleya *Andudu*. In *Hort. Malab. Cap.* 5. *Fig.* 11. Malabarice *Schundapana* vocatur, Braminice autem *Birala mado*, ex

lykt wel een vinne, aan de vis-ooren, of veel meer een afgebrooken stuk van een blat, dan een geheel; zy zyn meest driezydig, dog de zyden onder malkanderen zelfs zeer ongelyk, want de voorste loopt met een lange hoek uit, en is agt a negen duimen lank, en het blat tusschen beiden met veele ribben doorstraalt, die by den oorspronk of het agterste van het blat allegaar t'zamen loopen, zoo dat het ook gevouwen kan werden: de voorste breede zyde van het blat is als afgebrooken, of getant, midsgaders in veele spitzen verdeelt, en aldus verbeeldende de oor-vinne van den vis Babara; *aan 't einde van yder rysken staat nog een ander blat, en ook weder van een ander fatzoen, als zynde schier volkomen driezydig, en verbeeldende de staart van een vogel, van koleur zwart-groen, en blinkende, tusschen de takken, (in zyn volkomen ouderdom) komt 'er een lankwerpige scheede uit, als aan den Calappus-boom, die wy* Spatha *noemen, dewelke langs zekere naat openherstende, een tros vertoont van agthien of twaalf lange steelen, t'zamen aan een bos, gelyk aan de Sagueers-boom, yder steel lank zynde ruim vier voeten, dog in geen zydetakken verdeelt, en hier aan staan of hangen de vrugten, kogel-ront, met troupies van twee, drie, a vier by malkander, zynde kleine knopjes, eerst na jonge eykelen gelykende, uit den ronden wat lankwerpig, en digt aan de steelen, zonder voetjes, in driekantige kelkjes, gelyk de Pinang-nooten, vast staande; dan zy werden allenskens ronder, en hebben in hare zamentrekking de grootte van ronde pruimen, of wat kleender, dog van de kogel-vormige figuur wat afwykende, en ook harder van vleesch zynde: eerst root, daar na hoog purper, aan de eene zyde wat zwartagtig met een kort spitsje of knopje boven op.*

Ieder pruim heeft van binnen twee korrels of steenen, als twee stukken van een kogel in de midden doorgesneeden, en met de platte zyde tegens malkander staande, van buiten met een zwarte, en harde schaal bedekt, gelyk de korrels van den Sagueers-boom, dog wat gevoornt, en aan 't voorste einde met een kort spitsken, anderzints gelykenze ook wel een zekere zoorte van Noote-muschaaten, die men wyfkens-nooten of tweelingen noemt, haar binnenste is gevult met een wit, steenagtig, en hart merg, onbequaam tot eenig gebruik: en het buitenste vleesch van deze pruimen verwekt alzo moeyelyk jeukzel op de huit, als de Sagueers vrugten, ja brant nog harder en felder dan dezelve: Dezen boom brengt zyne vrugten maar eens voort, te weten wanneer zyn hout op 't dikste is, en na het afvallen der vrugten werpt hy allenskens zyn bladeren en takken van de kruin af, en gaat zo uit; onder de takken en vrugtdragende trossen, en ook uit den stam zelfs komt eerst het regte bloeizel voort, op de zelfde manier, gelyk aan den Sagueers-boom; want den tros verdeelt zig in veele steelen, korter dan de voorige, daar aan hangen lankwerpige knoopen als jonge eykelen, dog kleinder dan aan den Majang *van den Sagueers-boom, dewelke hun mede in drie dikke blaatjes openen, van binnen gevult met dikke draden, die in 't eerst wit zyn, daar na geel, en meelagtig werden, en voor niet met al, of ten onnutte, afvallen; tusschen de takken by haar oorspronk vint men ook een witte spongieuse materie, gelyk aan de Sagueers-boom, en die, als boven is gezegt,* Baroe *wert genaamt; werdende ook gebruikt zoo om tontel van te maaken, als om vaartuigen mede te braauwen, dog is wat dunder en slegter als de* Baroe *van de Sagueers-boom. Het buitenste hout van den stam is aan de jonge en middelbare boomen ros, aan de oude gantsch zwart, hoornagtig; en als van enkelde dikke draaden gemaakt, daar ook eenige witagtige aderen onderloopen, en waar van de binnenste, of naaste aan het merg metter tyt meel werden, en uitvallen, zo dat de hardigheit maar alleen in het zwarte bestaat, dog het welk niet boven de twee vingers dik en is; het binnenste merg is mede week en voos, en kan zo wel geklopt, gewassen, en tot meel geprepareert werden als dat van den Sagu-boom, hebbende insgelyks in zyn top een Palmyt, als den Calappus-boom, dog na de vrugten en vint men dat niet meer daar in. De vrugten ziet men ryp in Januario, dog vallen ten onnutte en vergeefs af.*

Naam. In 't Latyn Saguaster major, *als of men zeide* Saguerus Silvestris, *gelyk* Oleaster *een wilde Olyfboom, in 't Maleyts* Nibun Besaar, *tot onderscheit van* Nibun Kitsyl, *in 't volgende Capittel beschreven: onze Duitsche noemen hem insgelyks* Nieboom, *gelyk de voorgaande wilde Pinang: op Amboins,* Palunen Parun, *op Boeronees* Walat; *op Ternaats,* Baroe: *op Macassers,* Ramis: *op Balys* Andudu: *in* Horto Mallab. Cap. 5. Fig. 11. *wert hy genaamt in 't Mallabaars* Schundapana, *in 't* *Bra-*

ex dicto autem capite appareret, ac si fructus eodem ex ortu cum floribus provenirent, quod tamen contrarium in Amboinica obtinet, uti quotidie examinari & observari potest.

Locus. In Amboina satis frequens quondam occurrebat, hodie autem ob quotidianum ejus usum tam multum fuit excisa, ut raro inveniatur, ac longe in montibus quærenda sit, in Moluccis cæterum crescit, in Celebe, & Balya, ac vicinis regionibus.

Usus. Plurimum ex hac arbore exterius adhibetur lignum, quod quamvis fissu difficile sit, quotidie tamen usurpatur ad asserculos & tigilla, quæ apta sunt sepimentis ac tectis ædium; quod optimum & maxime durabile est præ reliquis lignis; & facile per longitudinem in rectissimos asseres finditur, in ramenta tamen multum dissilit, ita ut vulnera frequenter adferat, si non prudenter tractetur, sique ad tectorum tigilla usurpetur, necessario interne albicans ac spongiosa ligni pars abradenda est, quum alias facillime carie infestetur, unde interior hæc pars brevissime perit atque porro exeditur, fumo quoque induranda est, antequam in usum vocetur: Bacilli & manubria hastarum & telorum inde formantur, tenues autem sunt, quum nigrum ac corneum lignum vix ultra pollicem sit crassum, cæteri vero tenuiores baculi, uti pistilla sclopetorum, & telorum acumina apte ex eo formari possunt.

Fructus, uti jam dictum fuit, tardissime ac tantum in summa senectute semel producit, observatum quoque fuit, corneum ejus lignum dein sensim decrescere, ac proinde variis operibus ineptum fit. Unde si crassius desideretur lignum; tales sunt eligendæ arbores, quæ mediocriter crassæ sunt, ac nullos hactenus produxerunt fructus, vel jam eos gerent. Arboris hujus cerebrum si coctum fuerit, comedi potest, ac fere Sagueri saporem habet, quamvis vilius & amarius sit. Ex ejusdem quoque medulla farina confici potest, hoc autem non nisi siccis fit temporibus ac dominante fame, quum multo vilior nec ita grati sit saporis quam Sagu arboris. Indigenæ hanc quoque non lubenter præparant, quum eorum secures per excisionem cornei hujus ligni depravantur.

In Boero arbores hæ magna crescunt copia ac plurimum asserculis & tigillis inserviunt, quæ si aliquot per dies fumo induraverint, durabilia admodum sunt, atque in Amboinam transferuntur, & ad ædes exstruendas adhibentur: In Baleya nullus quoque alius hujus arboris est usus, ubi tam diu etiam exspectatur, donec ejus lignum fit nigrum, & consenuerit arbor, unde tum asseres etiam formant: Ex viridibus ramis quidam quoque, ob defectum alius materiæ, conficiunt *Pangcawan*, quæ longa sunt tigilla, quæ Sagu foliis obvolvuntur, & unde *Atap* seu tegmina habent: vetustum arboris hujus lignum cum Sariboæ adeo convenit, ut difficulter inde dignosci ac distingui possit; illud autem Sariboæ semper crassius ac gravius est: Ex duro ejus ligno spatulæ quoque breviores ac batilli, quibus areæ in hortis terra obruuntur, omnesque eruimus radices.

Guil. Piso, Lib. 4. *Cap.* 11. *Histor. Brasil.* sextam *Palmæ Brasilianæ* describit speciem, quam *Airi* vocat, cujus lignum est nigrum, grave, ac durum, quod Brasiliani adhibent ad gladios & hastas, estque firmissimum & nigrum, atque in aqua fundum petit, quodque Ebeni refert lignum: Atque hæc species *Saguastri* hujus habenda est, quamvis ejus folia quodammodo differant.

Braminees Birala mado, *dog uit het gemelde Capittel zoude het schynen als of de vrugten uit den zelfden oorspronk met het bloeizel quamen, 't welk anders aan den Amboinschen ondervonden en nog te zien is.*

Plaats. In Amboina is by eertyts redelyk overvloedig geweest, dog nu, wegens een dagelyks gebruik, zodanig uitgekapt, dat men hem weinig vint, en al verre in 't geberg-te zoeken moet, anders wast by ook in de Moluccos, *op* Celebes, Baly, *en de nabuurige Eylanden.*

Gebruik. Het meeste gebruik van dezen boom is het buitenste hout, het welk, hoe wel moeyelyk zynde om te kappen, niet te min dagelyks gezogt wert tot latten en sparren, noodig om allerley heiningen en wanden mede te binden, en dakken van te maaken; zynde dit het beste, en duurzaamste onder alle andere houten: want het laat zig in de lengte tot zeer regte latten en ryen splyten, maar het splintert ook zeer geweldig, zoo dat men zig ligt daar aan bezeeren kan: als het niet voorzigtig wert gehandelt, en als men het tot sparren aan dakwerk wil gebruiken, zoo moet men zorgvuldig het binnenste witte en voosagtige hout daar afkappen; want het zelve anders ligt vermolsemt, en waar door dan deze latten aan de binnenste zyde in korten tyt vergaan en uitgevreeten zyn, ook moet menze nog berooken, eer menze gebruikt of aan 't werk neemt; men maakt 'er ook stokken of steelen tot pieken en toranen van, dog die vallen wat dun, om dat het zwarte hoornagtige hout niet boven een duim dik is, maar andere dunne stokken, gelyk stampers tot roers, en spitsen aan de pylen, konnen bequamelyk daar van gemaakt worden.

Zyne vrugten, als gezegt, brengt hy zeer langzaam, en maar eerst in zyn volkomen ouderdom, voort, en men heeft ook bemerkt, dat zyn hoornagtig hout daar na wederom vermindert, en gevolglyk tot eenige werken onbequaam wert, weshalven, indien men dik hout daar van wil hebben, men zoodanige boomen moet uitkiezen, die van een middelbare ouderdom zyn, en nog geen vrugten gedragen hebben, ofte in 't korte staan te dragen: het Palmyt van dezen boom kan men ook gekookt eeten, en smaakt hy naa als dat van den Saguеersboom, hoewel het wat slegter en bitterder is: zoo kan men ook van dessels merg meel maaken, dog dat geschiet niet dan by schraale tyden, en hongers-noot, om dat het veel slegter en van smaak zo goet niet is als dat van den Saguboom. *De Inlanders doen het ook niet gaarne, om dat haare bylen, door het ombouwen van dit hoornagtig hout, zeer beschadigt werden.*

Op Boero wassen deze boomen zeer overvloedig, en dienen meest om latten en sparren daar van te maaken, dewelke, eenige dagen in de rook gelegen hebbende, zeer durabel zyn, en naar Amboina gevoert werden tot gerief van den huis-bouw: op Baly heeft men ook geen ander nut of gebruik van deze boomen, als dat men wagt tot datze ter degen out geworden zyn, en een zwart hout gekregen hebben, om insgelyks tot latten te konnen dienen: uit de groene takken maaken zommige ook, by gebrek van andere materie, de Pangcawan, *dat zyn lange regulen of latjes, om dewelke men de Sagu-bladeren vouwt, als men dezelve, om huizen mede te dekken, tot Atap maakt, het oude hout van dezen boom gelykt dat van de Sariboe zo wel, dat men het qualyk daar van onderscheiden kan, dog dat van de Sariboe is altyt dikker van substantie, en ook zwaarder: van het harde hout maakt men ook korte spateltjes of graaf-schopjes, waar mede men de bedden in de thuinen omspit, en alderhande wortelen uitgraaft.*

Guil. Piso lib. 4. Capit. 11. Histor. Brasil. *beschryft een zesde zoort van de* Palma Brasiliana, *die hy* Airi *noemt, met een zwart, zwaar, en hart hout, 't welk de Brasiliaanen gebruiken, om hare zwaarden en spiezen van te maaken, zynde zo zwart en digt, en ook in 't water zinkende, dat men het voor Ebben-hout zoude aanzien: en dit wil een mede-zoorte van onzen* Saguaster *zyn, hoewel de bladeren daar van wat komen te verschillen.*



Caryota urens. Auct.

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Quartæ,

Quæ exhibet CARYOTAM *Frondibus ſquamoſis*, *fructibus racemoſis dactyliferis*, quæ SAGUASTER MAJOR a *Rumphio* vocatur.

A. *Integram* denotat *frondem* geminis foliis ſquamoſis *A. A.* ad quodvis geniculum notatis.

B. *Florum Spicam.*

C. *Maximi* & ſupremi arboris *racemi* pars, cum *dactylis rotundis a a majori forma expreſſis.*

D. *Minores fructus* racemi inferioris.

UYTLEGGING

Van de Veertiende Plaat,

Verbeeldende de CARYOTA *met* ſchubagtige takken, *en* trosagtige vrugten *ofte* dadels, *dewelke* groote SAGUASTER *van* Rumphius *genaamt werd.*

A. Vertoont een geheele tak, *met* twee ſchubbige blaadjes A. A *aan yder lidt van het bladt ſtaande.*

B. Der bloemen-helm ofte ſteel.

C. Een gedeelte *van de* grootſte *en* bovenſte tros *in de* Boom, *daar de* vrugten *ofte* dadels *aankomen, die in grooter gedaante met a a aangewezen werden.*

D. De kleindere vrugten *van de* onderſte tros.

OBSERVATIO

Arboris hujus Figura in *tom. I. Horti Malab. Fig.* 11. nitidiſſime ac ſplendide expreſſa invenitur, nomine *Schunda-Pana*, quam ſi cum delineatione accuratiſſimi noſtri *Rumphii* conferam, in Amboinenſi obſervo unumquodque medii majoris rami geniculum duobus cingi majoribus foliis inſtar loborum ſeu majorum piſcium ſquamarum, quæ in *Horti Malab. Figura* non ſunt notata, quæ forte omiſſa, vel illo in loco huic non adcreverunt arbori; reperiuntur autem etiam depicta in *Valent.* descriptione *Amboinæ no. XXV. pag.* 187. qui *Rumphii* figuram ſeu delineationem optime imitatus fuit, ac ſuo inſeruit operi. Hæc porro arbor a *Rayo* in *Hiſtor. Pl. p.* 1365. vocatur P*alma Indica* folio bicompoſito, fructu racemoſo, & Palma dactylifera fructu acerrimo a *Plumier. nov. Pl. gen. p.* 3. hoc autem genus *Caryota* a *Linnæo* in *Muſ. Cliffort. pag.* 2. vocatur, ubi ejus notas characteriſticas recenſet: ego vero ejus ſynonyma dedi in *Theſ. Zeyl. pag.* 180. ad *Palmam Indicam* viniferam fr. urentibus, folio Adianthi, ſaccharum præbens *Her. Muſ. Zeyl. pag.* 44. &c.

AANMERKING.

De Figuur van deze Boom is in het eerſte deel van de Hortus Malab. Fig. 11. *overheerlyk afgebeeldt, onder de naam van* Schunda-Pana, *dog wanneer ik dezelve vergelyk met de aftekening van onze* Rumphius, *zo bevind ik, dat in de figuur van den Amboinſe ieder lidt van de middelſte tak met twee breede bladen als groote ſchobben bezet zyn, het geen in de Figuur van de* Hortus Malab. *zig niet vertoont, die daar mogelyk aan vergeten zyn, ofte op die plaats daar niet aangroeyen, dezelve kan men afgebeeldt vinden by* Valent. *in zyn beſchryving van* Amboina no. XXV pag. 187. *die de* Figuur *van* Rumphius *zeer wel nagevolgt en overgenomen heeft. Verders werd deze Boom* Palma Indica *genaamt; en Palma Dactylifera, fructu acerrimo van* Plumier nov. Pl. gen. p. 3. *en dit geſlagt hiet* CARYOTA *by* Linn. *in* Muſ. Cliffort pag. 12. *alwaar deszelfs natuurlyke kentekenen opgegeven werden: En van welken Boom ik de benamingen gegeven heb in myn* Theſ. Zeyl. pag. 180. *op de* Palma Indica, *die wyn geeft, en brandende vrugten draagt, met bladen als de Adianthum, waar van ook de zuyker komt van* Herman. *in zyn* Muſ. Zeyl. pag. 44. &c.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Saguaſter Minor. Nibun Kitsjil.

MInor Nibun tantam cum Pinanga habet convenientiam, ut hinc æque huic ac Saguaſteri generi annumerari poſſit. Truncus enim ejus ac fructus cum tertia Pinangæ Silveſtris ſpecie proxime conveniunt, folia autem liquido demonſtrant, ad Saguaſteri genus pertinere. Truncus ejus eſt rectus ac firmus, a duodecim ad quindecim pedes vulgo altus, brachium, & ad ſummum crus craſſus, in aliis vero regionibus quinque ſexve ulnarum attingit altitudinem, ſuperius anguſtatus, contra reliquarum Pinangæ ſpecierum formam, qui porro eodem modo in articulos eſt diviſus, quique quatuor digitorum latitudinem diſtant, ad verticem rami in orbem quoque explicantur, uti in Pinanga arbore, quinque pedes longi, digitum craſſi, infra rotundi, ſupra plani, per ejus planitiem dorſum tamen protuberat, ſi tangitur, inſtar corii piloſum eſt, ſeu inſtar Sagueri ramorum: Hi autem in laterales non dividuntur, uti antecedens major *Nibun*, folia enim mox firmantur majoribus ramis: quæ peculiaris quoque ſunt formæ, & fere cum præcedentis arboris foliis conveniunt, paulo majora, atque alternatim poſita; quæ porro triangularia ſunt, atque extenſam avis alam referunt, quorum acutiſſimus angulus ad latera prope eorum ortum admodum quoque inæqualis eſt, atque ad inferiora folii longiſſima pars, quæ ſemper ſuprema eſt, duodecim ac tredecim digitos longa, uti poſtica pars octo vel novem pollices longa eſt. Ad ſupremam rami frondem latera ſunt majora, ſuperior nempe pars octodecim ac viginti, inferior duodecim lata eſt pollices.

Quodque folium duodecim diſtinctum eſt nervis ad baſim concurrentibus, quorum medius eſt longiſſimus & craſſiſſimus, atque ad ſummum in apicem deſinit; duo porro alii ſunt nervi tamquam fimbriæ ad ejus oras, qui folium explicant, & retinent, quorumque ſupremum in plures diviſum eſt lacinias, acſi abruptum foret, qui character ipſis communis eſt cum Gomuto, ac majori Saguaſtro; folia porro ſunt obſcure viridia & inſtar membranæ glabra; ad ſupremum ramum peculiare ac diverſum conſpicitur folium, plurimum ex tribus æqualibus compoſitum partibus

XV. HOOFDSTUK.

Kleyne Wilde Sagueer- of Nieboom.

DE *kleine* Nibun *heeft zulken gelykeniſſe met den Pinang-boom, dat men hem zo wel onder deszelfs, als onder des Saguaſters geſlagten reekenen kan; want ſtam en vrugten komen met de derde zoorte van de wilde Pinang zeer over een, maar de bladeren bewyzen klaarlyk, dat hy van een Saguaſters geſlagt zy: de ſtam is regt en ſtyf, in 't gemeen van twaalf tot vyfthien voeten hoog, een arm, en op 't meeſte een been dik, dog in andere landen krygt hy wel de hoogte van vyf a zes vademen, boven ſmal toeloopende, tegens de gewoonte van andere Pinang-boomen, zynde anders op derzelver manier in leden verdeelt, en die vier vingers breet van malkander, aan den top ſtaan de takken ook in de ronte uitgebreit, gelyk aan den Pinang-boom, vyf voeten lank, een vinger dik, beneden ront, en boven plat, dog door de platte zyde loopt nog een rugge, in 't aantaſten zo ruig als leer, of als de Sagueers-takken; maar deze verdeelen hun in geene zyde-takken, gelyk de voorgaande groote* Nibun, *want de bladeren ſtaan ſtraks vaſt aan de hooft-takken: zynde mede van een vreemt fatzoen, en byna met de voorgaande over een komende, dog wat grooter, en tegens malkander aan de kanten van de hooft-ſteelen verwiſſelt: voorts mede driezydig, gelyk een uitgebreide vleugel van een vogel, zynde den ſcherpſten hoek by haren oorſpronk aan de zyden ook zeer ongelyk, en aan de agterſte bladeren, de langſte zyde, ('t welk altyt de voorſte is) twaalf en derthien duimen, midsgaders de agterſte zyde agt en negen duim lank: aan de voorſte bladeren des taks zynze grooter, te weten, de voorſte zyde agthien, en twintig, en de agterſte twaalf duimen.*

Yder blat is doorregen met twaalf zenuwen, agter in den ſcherpen hoek t'zamen ſlootende, waar van de middelſte, zynde de langſte en dikſte, ook van vooren met een hoek uitloopt; en dan zynder nog twee andere zenuwen als zoomen aan beide de kanten, die het blat uitgeſpannen houden, en waar van het voorſte in veele ſnippelen is gedeelt, als of het afgebrooken was, welk merkteeken zy gemein hebben met de Gomuto, *en grooten Saguaſter, voorts zyn de blaaden hoog-groen, en zoo glat, als perkement; aan 't voorſte des taks ſtaat nog een byzonder blat, meeſt van drie gelyke zyden en als een uitgeſpannen wayer, midsgaders*

met

tibus inſtar explicati flabelli, ſeptem diſtinctum nervis: Inter ramos alii quoque dependent pedunculi, duos cum dimidio pedes longi, in laterales petiolos diviſi, e quibus excreſcunt fructus rariores ac laxi, qui parvæ ſunt nuces inſtar Olivarum ſemi-perfectarum, ſeu, ut Pinangæ fructus germina, ſuperne latiores quam inferne, ubi profundo inſident caliculo, primo virides dein ſanguinei coloris: Sub externa earum carne cinereus locatur nucleus, inſtar oſſiculi Olivæ, qui carnoſa cingitur cute, atque hæc caro multo majorem ac dolorificum excitat in cute pruritum, quam Sagueri arboris fructus. Exterius trunci lignum primo eſt ruffum, dein nigricat, & inſtar cornu durum eſt, nec facile per longitudinem finditur, ſed oblique, unde ex eo tam longi aſſerculi formari nequeunt, quam ex antecedente Pinanga *Oetan.*

In Moluccis, Gelolo, ac vicina huic inſula nova Guinea Sargile dicta, hujus Saguaſteri ſpecies invenitur, cujus truncus vix duos craſſus eſt digitos, & tamen quatuor, quinque, ac ſex ulnas altus eſt, rectiſſimus ac firmus, in obſcuros quoque diviſus articulos, quique ex mero tantum ligno & cortice conſtat, pauca intermedia medulla. Lignum quoque eſt durum ac nigrum, nec per longitudinem, ſed oblique vel transverſim ſeſe findens, unde aſſerculis inutile, arboris truncus itaque integer ſumitur, atque ædium tectis inſervit: quique pollicem modo ſunt craſſi, hos adhibent Ternatani ad manubria Toranorum, quorum exterior cortex abraditur, & truncus talis integer tum politur: Ex eo quoque haſtas jaculatorias ingentes vidimus, quæ novem decemve pedes longæ erant, digitum ſeu pollicem craſſæ, atque acuminatæ, uti Amboinenſes ſuum Sagu Sagu formant, ſed politæ ac nigræ erant, in quibus tamen articulorum ſeu geniculorum veſtigia apparebant diſtincte, ita ut hæ haſtæ ex tota eſſent confectæ arbore: Latrones Sargilæ ſupra commemoratæ, qui hanc aliquando infeſtant provinciam, has quoque adhibent haſtas, quas vero manu non projiciunt, quin hoſtes iis petere poſſint. Primo enim magnam telorum ejiciunt quantitatem, ſique proxime ad hoſtes accedant, demum has vibrant haſtas, qui nulla alia ex ferro ſeu alio metallo ſecum gerunt arma. Illæ autem nationi noſtræ nimis graves ſunt, latrones autem Novæ Guineæ fortes ac robuſti ſunt homines, atque horrendi adſpectus, dum breves, ruffos, atque erectos habent crines, atque naſorum alas ampliſſime extendunt, quas annulis vel ligneolis ampliant, atque ſic naturalem magis depravant ſqualorem. Acumina telorum memoratorum ad ſex ſeptemve pollicum longitudinem ex hoc quoque ligno ſunt fabricata, atque, ſi crus vel os aliquod feriunt, malignum cauſſant vulnus, dum facillime in ramenta diſſiliant.

Nomen. Saguaſter minor Latine. Malaice *Nibun Kitſyl*: Belgæ noſtri eandem quoque habent *Nieboom* ſeu Arboris Niebun denominationem, atque ſic hanc cum altera ſilveſtri Pinangæ ſpecie confundunt: Amboinice *Palun* & *Parun Maun*: Ballyice *Pady*. Ternatice *Docku.*

Locus. In parvis nec opacis creſcit ſilvis, quæ ad *Cajoe Poeti* arboris latera progerminat, ut & in montibus altioribus. In Amboina non multum occurrit, plurimum vero in Celebe, atque Moluccis.

Uſus. Non niſi brevia ex hac formantur tigilla, dum lignum haud facile per longitudinem finditur, quodque non ita diu durat ac illud *Nibun mera.* Ad ſolem quoque bene exſiccandum eſt, vel fumo indurandum, antequam in uſum adhibeatur, nihilominus tamen illud habet vitium, quod ſubſtantia alba inter nigras diſperſa venas ab interiore parte ſenſim carie conſumatur atque pereat. Amboinenſes truncos totos uſurpant, quorum corticem abradunt, ſicque ad tectorum tegumenta his utuntur. Fructus quoque eſui inutiles ſunt, amari enim ſunt per exteriorem urentem carnem, quæ pernicioſa itidem eſt. Cerebrum autem ejus quodammodo comedi poteſt, ſi ex arboribus ſumatur, quæ nullos hactenus produxerunt fructus; ſi hi prolapſi fuerint, exterior maligna illorum caro computreſcit, atque tenue nucis putamen dehiſcere incipit, tum interior ejus nucleus quodammodo manducari poteſt, ſi nempe in ſilvis ſimus, atque Pinangæ defectus nobis ſit, ſaporem tamen amarum retinet.

Forma foliorum & ramorum minoris hujus *Nibum* aliquando ab ea, quæ ſupra fuit deſcripta, differet,

quæ

met zeven zenuwen doortogen: tuſſchen de takken hangen ook nog andere ſteelen af, van twee en een half voeten lank, en in eenige zydetakjes verdeelt, en daar aan hangen de vrugten, wat ydel van malkander, zynde nootjens, en ongeveer zoo groot als half-waſſen Olyven, of de ſcheppzels van Pinang, van vooren breeder dan agter, daarze in een diep kelkje ſtaan, eerſt groen en ten laatſten bloetroot: onder het buitenſte vlees legt een graauwe korl, als een Olyven-ſteen, omvangen met een vezelige huit, en dit vleeſch verwekt een alzo groot of pynelyk jeuken op de huit, als de vrugten van Sagueers-boomen. Het buitenſte hout des ſtams is eerſt ros, dan daar na wort het zwartagtig, en zo hart, als hoorn, ſplyt ook niet regt in de lengte, maar wat ſchuins, en waarom men daar zo lange latten niet van hebben kan, als van de voorgaande Pinang Oetan.

In de Moluccos, op Gelolo, en op 't naaſte Eylant, Nova Guinea Sargile genaamt, heeft men een zoorte van dezen Saguaſter, *wiens ſtam niet boven de twee vingers dik is, en egter vier, vyf, en zes vadem hoog, zeer regt en ſtyf, mede in donkere leden verdeelt, en ſchier uit enkel hout of ſchorſſe beſtaande, met een klein hert in de midden. Het hout is mede hart en zwart, niet in de lengte, maar ſchuins, of windiſch ſplytende, en dierhalven tot latten onbequaam; men laat dan de boom geheel, en gebruikt het dikſte tot het dakwerk: en de gene die maar een duim dik zyn, gebruiken de Ternatanen tot ſteelen van haar Toranen, de buitenſte ruigte daar af ſchrappende, en dan het zelve glat maakende: en wy hebben daar groote werp-ſpieſſen of ſchigten van gezien, die wel negen a thien voeten lank, en ruim een duim dik, midsgaders van vooren toegeſpiſt waaren, gelyk de Amboineezen hare Sagu-Sagu maaken, voorts glat en zwart, dog waar aan men de leden nog duidelyk bekennen konde, zo dat het ſpieſſen zyn van een geheele boom gemaakt. De roovers van* Sargile *voorn., die zomtyts deze provincie komen beſpringen, gebruiken mede deze ſchigten, dog dieze niet uit de hant ſchieten, of moeten haren vyant wel kunnen raaken: want eerſt verſchietenze een groote meenigte van hare pylen, en dan, als men hun te na komt, zoo goyen zy eerſt met deze ſpieſſen, anders geen geweer van yzer, of metaal by haar hebbende: dog voor onze Inlanders zoudenze te zwaar vallen, maar die gem. rovers van* Nova Guinea *zyn ſterke en robuſte menſchen, en nog daar en boven zeer lelyk van aanzien, dewylze korte, roſſe, en over eynd' ſtaande hairen hebben, en de lellen van hun neusgaten zeer wyd openſpalken, ſtekende daar ringen of houtjes door, en zoo hare natuurlyke lelykheit nog meer mismaakende: De puncten van voorn. haare pylen ter lengte van zes en zeven duimen zyn mede van dit hout gemaakt, en veroorzaaken, alſſe tegens een been aankomen, een quade quetſuur, door dienze van agteren en van vooren zeer ligt ſplinteren.*


Naam. In 't Latyn Saguaſter minor, *in 't Maleyts* Nibun Kitſyl, *onze Duytſche geven hem ook den zelfden naam van* Nieboom, *en vermengen hem alzoo met de andere wilde Pinang; op Ambons* Palun, *en* Parun Maun, *op Balys* Pedy. *In 't Ternaats* Docku.

Plaats. Zy waſſen mede in de ligte of ondigte boſſchen, die aan de kanten van de Cajoe Poeti *boomen ſtaan, en ook op lugtige bergen: In Amboina zynze niet veel, maar wel meeſt op Celebes, en in de Moluccos.*

Gebruik. Men maakter niet dan korte latten van, dewyl het hout niet lank is, en wil ſplyten: zynde ook zoo duurabel niet als dat van Nibun mera; *ook moet men het in de zonne wel ter deegen droogen, of wat berooken, eer men het aan 't werk gebruikt, behoudende des niet te min nog die foute, dat het witte vlees, tuſſchen de zwarte aderen aan de binnen zyde zittende, metter tyt uitmolzemt en vergaat. De Amboineezen laaten de ſtammen in haar geheel, ſchrappende de buitenſte ruigte daar af, en gebruikenze zoo tot ſparren aan haar dakwerk: de vrugten kan men ook niet eeten, want zy zyn bitter, en, wegens het voorn. buitenſte brandige vlees, zorgelyk, dog het Palmyt kan nog eenigzints paſſeren, als men het neemt van boomen, die nog geen vrugten gedragen hebben; als nu de vrugten zyn afgevallen, zoo vergaat ook dat buitenſte brandige vleeſch, en de dunne ſchaal van het nootjen begint te berſten, als wanneer den binnenſten kern nog eenigzints kan worden gekauwt of genuttigt, te weeten als men in 't boſch is, en gebrek van regte Pinang heeft, behoudende dan nog al een bittere ſmaak.*

Het fatzoen der bladeren en takken van dezen kleinen Nibum *zal zomtyts van 't gene hier boven geſtelt is, wel*

vry





Harina Caryotoides. Ham.

quæ tamen una habenda est species, quidam enim rami ultra sex pedes longi sunt, pollicem crassi, atque postica eorum pars subrotunda, superne protuberans. Folia sibi ipsis non respondent, decem vel undecim ad unum rami latus posita, atque inferiora majoris Saguasteri folia referunt, dum postica eorum pars multo brevior sit antica, ad superiora vero folia oræ sunt æquales, excepto quod suprema pars in longum extendatur filum. Non plures tribus gerunt nervos, quorum medius crassissimus est, infra protuberat, & in longum desinit apicem, folium porro est extensum, glabrumque: Rami basis est vagina sesquipedalis, atque totum complectitur truncum, qui ad verticem vix brachium crassus est, inter hujus basin & truncum spatha apparet obtusa, quæ post rami lapsum sese quoque aperit, & racemum profert ramosum, uti supra indicatum fuit; fructus superne non sunt plani, sed ovales instar glandium, qui rotundo quoque continentur caliculo, ac rari sunt, quum vespertiliones horum plurimos comedunt. Horum fructuum caro, uti & racemus florifer, nec vagina multum tractanda sunt, dum cuti molestum ac dolorificum adferunt pruritum.

vry wat verschillen, dog 't welk men als dan juist niet voor een byzondere zoorte moet houden, want zommige takken zyn ruim zes voeten lank, een duim dik, aan 't agterste einde rondagtig, na vooren toe, aan de boven zyde, met een rugge, de bladeren onder malkander zyn ook ongelyk, thien of elf aan eene zyde staande, en de agterste gelyken wel die van de groote Saguaster, *dewyl haar agterste kant veel korter is dan de voorste, maar aan de voorste blaaden zyn de kanten meest gelyk, behalven dat de voorste kant in een lange draat eindigt. Zy hebben niet meer dan drie zenuwen, waar van de middelste de dikste is, beneden uitpuilt, en ook in een lange spits eindigt, staande 't blat voorts uitgespannen, en glat; de voet des taks is een scheede van anderhalve voet, en omgeeft of omvat den geheelen stam, dewelke ook aan zyn bovenste maar schaars een arm dik is: tusschen de voet en den stam ziet men de scheede of ploffe, met stompe kanten, dewelke zig ook naa het afvallen van den tak opent, en een getakten tros voortbrengt, gelyk boven is vermelt. De vrugten zyn van vooren niet breet, maar ovaals gewyze gelyk Eikelen, staande ook in een ront kelkje, en wat ydel, vermits de vleermuizen veel daar van opeten: 't vlees van deze bezien, als mede 't bloeyzel in de ploffe, moet men niet veel handelen, dewyl het een en 't ander op de huit een moeyelyk jeuken komt te veroorzaaken.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Quintæ,

Quæ exhibet CARYOTAM *foliis laceratis, fructibus Olivæformibus*, quæ SAGUASTER MINOR *Rumphio* dicitur.
A. *Integram folii rachim.*
B. *Racemum frugiferum.*
C. C. C. *Fructus Olivæformes* denotat.

UYTLEGGING

Van de Vyftiende Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de CARYOTA *met* gescheurde bladen, *en* Olyvformige vrugten, *die kleine* SAGUASTER *van* Rumphius *genaamt wert.*
A. Vertoont een geheele Tak *van 't bladt.*
B. De Vrugt-tros.
C. C. C. De Olyvformige vrugten.

OBSERVATIE.

Hæc quoque *Caryotæ* species est, & a priori inprimis *fructibus Olivæformibus* differt, unde & CARYOTA *fructibus Olivæformibus* dici potest.

AANMERKING.

Dit is mede een zoort van het Palm-geslagt, dat Caryota *genaamt wert, en verschilt voornamentlyk van de voorgaande door zyn vrugten de Olyven gelykende, waarom deze ook* Caryota *met* Olyvagtige vrugten *genaamt kan werden.*

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Nypa.

Arbor hæc multum convenit cum subsequente Sagu-arbore; quum vero potabilem itidem suppeditet liquorem, inter viniferas quoque eam numerabimus Palmas. Sagu-arbori, uti dictum, adeo est similis, ut e longinquo vix distingui possint, *Nypa* vero nullas habet spinas, quod in Sagu non ita obtinet; ejus truncus non altiorem quam hominis attingit altitudinem, duplo vero crassior quam Sagu-arboris sit, plurimæque hujus arbores sunt fruticosæ sine trunco, vel parvam trunci partem sæpe tantum exhibent: Rami in ejus vertice locantur plurimum erecti, uti in Sagu-arbore, sed ab interiore non excavati sunt parte uti Sagu rami, sunt vero plani, ex rotundo compressi ad distantiam circiter quatuor pedum ab eorum ortu, cætera pars plurimum est rotunda ac nigricans, foliis obsessa, atque intus alba, & aquosa repleta substantia, folia utrimque ponuntur uti in Sagu, huicque sunt simillima, unde eorum forma ex sequenti desumi poterit capite, sunt vero paulo angustiora, glabriora, ac firmiora, atque sine ullis ad oras spinis, atque superne in longum, firmum, sed minime pungens desinunt acumen, quodque folium quatuor cum dimidio seu quinque pedes est longum, & plurimum tres quatuorve latum digitos, nervus externe itidem protuberat, atque folium paulo deorsum flectitur, & ab utraque insuper ora tenuem gerit nervum. Foliorum rudimentum est longum, rotundum, atque erectum cornu, quod ad duodecim vel quatuordecim excrescit pedes, antequam in folia explicetur: Folia paulo magis sunt extensa quam in Sagu, non adeo tamen dependent uti in Calappo, ex ramorum medio, licet sit fruticosa: producit hæc arbor longum atque crassum caulem, cui insident flores fructusque, quique tamen proprio ex ortu; flores enim inutiles decidunt,

XVI. HOOFDSTUK.

Nypa-Boom.

Dezen boom heeft veele gelykenissen met de naastvolgende Sagu-boom: maar dewyl hy mede een drinkbaar zap uitgeeft, zoo zullen wy hem ook zetten of plaatzen onder de wyngevende Palmen: hy is, als gezegt, den Sagu-boom zoo gelyk, dat menze van verre niet wel van malkander onderscheiden kan, maar aan deze Nypa *is gants niets doornagtig, gelyk wel aan den Sagu-boom: de stam gewint of krygt op 't hoogste niet meer als de lengte van een man, maar wert wel tweemaal zoo dik als den Sagu-boom, en de meeste part blyft een struik, zonder stam, of ook wel maar een klein gedeelte van een stam vertoonende; de takken staan boven in den kruin, meest styf overeynd, gelyk aan de Sagu-boom, dog zyn aan de binnenste zyde niet hol, als de gem. Sagu-takken, maar plat, of uit den ronden wat gedrukt, en dat in de distantie van omtrent vier voeten van haren oorspronk; de rest is meest ront en zwartagtig, met bladeren bekleet, en van binnen met een wit en wateragtig merg gevult: de bladeren staan aan weerzyden, gelyk aan de Sagu-boom, en zyn dezelve ook zeer gelyk, weshalven men haar gedaante uit het volgende Capittel zal konnen afneemen, dog zy zyn wat smalder, gladder, en styver, midsgaders zonder eenige spitzen of doornen aan de kanten, en eyndigen van vooren in een lange, styve, maar geenzints steekende, spits, yder blat is van vier en een half, a vyf voeten lank, en meest drie a vier vingers breet, de zenuwe of ribbe puilt ook wat boven uit, zynde het blat een weinig nederwaarts gevouwen, en heeft aan wederzyden nog een dunne zenuwe: d'oorspronk der bladeren is een lange ronde en regte scheut ofte hoorn, die wel twaalf en veertien voeten hoog wert, eer hy zig in bladeren opent; de bladeren staan wat meer uitgebreit als aan den Sagu-boom, dog niet zo nederhangende, gelyk aan den Calappus-boom: uit het midden der takken, al is het nog een struik, komt een langen dikken*

decidunt, memoratus vero caulis, qui medio ex frutice excrefcit, brachium craffus eft, atque in tres quatuorve fupra dividitur ramos, quorum quisque ex aperto provenit facculo, qui ex cavo componitur folio, quisque autem ramus iterum in duos tresve dividitur petiolos, qui ab inferiore parte ex fimilibus progerminant facculis, atque ad bafin fimile concavum ac firmum habent folium, inftar majoris cochlearis formatum, qualia ad petiolorum fummum plura apparent.

Ex quovis autem tali cochleari unus alterve craffus progerminat julus, vix digitum longus atque paulo craffior digito, arcuatus, rotundus, atque ex plurimis apertis compofitus fquamulis, fquallentis lutei coloris, referentes Lontari arboris flores, quamvis breviores ac hirfutiores, qui flores inutiles itidem decidunt. Ad fupremum majoris caulis verticem in medio defcriptorum ramorum, atque curvorum julorum aliud erigitur caput fphæricum Limonii mali magnitudine, pallide fufcum, ex plurimis angulofis compofitum fragmentis, nucis avellanæ magnitudine, firmiter & arcte junctis, ex quibus fimilis propullulat fructus. Globus hicce ad viri capitis excrefcit magnitudinem, ex plurimis angulofis, fed inæqualibus compofitus tuberibus, atque ob gravitatem deorfum inclinat, quodque tuber ad bafin eft acuminatum, fuperiore parte latum, ad internum latus planum, vel tali forma, quali per compreffionem fuerat formatum, undique in longitudinem eleganter fulcatum, uti Allii tubera feu fructus *Blimbing*, hi autem fulci inæquales admodum funt, quidam enim funt tenues, alii craffi, atque alii iterum magis protuberant aliis, fructus externe primum rubent, fi parvi ac teneri fint, fructibus Pandang fere fimiles, dein fpadicei coloris, ac tandem obfcuri feu fubnigri, tubera hæc inæqualis itidem funt formæ & magnitudinis, maxima inftar pugni, alia autem multo minora, prout compreffa fuerunt; externe durum, craffum, & pilofum gerunt putamen, intus continent nucleum album, mollem, aquofum & naufeofum, in cujus medio foveola eft aqua repleta. Totus major nucleus eft inftar decorticatæ Caftaneæ, aliquando ex una, aliquando ex duabus compofitus partibus, quæ tempore offeæ fiunt & albæ manent: In vetuftioribus fructibus nucleus hic adeo eft durus, ut nec edi, nec dentibus confringi poffit, in junioribus vero & femi-maturis mollis & edendo aptus. Racemus hic fructifer cito excrefcit, immo ex frutice, cujus truncus vix quatuor tresve cum dimidio pedes eft altus, & modicum craffus brachium, hic autem corymbus fructus in vertice gerit, forma clavæ nodofæ, ad latera autem alia gerit concava folia, inftar vaginæ feu cymbulæ, ex cujus centro alii breviores emergunt petioli fimilibus Cymbæ-formibus foliis & julis inftructi, ex quibus autem nulli progerminant fructus: peculiarem graminofum ac cænofum habent odorem; tales quoque juli perfectiores in Sagu arboris cacumine obfervantur.

Verus fructus nullum adhibetur in ufum, caulis autem in quibusdam regionibus abfcinditur, & albus clarufque inde elicitur fuccus, qui frigidus & dulcis admodum eft, fere inftar Sagueri feu Suræ, Malaicenfibus dictus *Ajer poeti*, h. e. aqua alba, quum hic potus albidior & aquofior fit Saguero præcedente. Maturus decidens fructus fi in aquam cadat, longe lateque per mare difpergitur, ubi autem ad ripam feu litus locus paludofus ipfi obvenit, ibi progerminat & in fruticem excrefcit, qui iterum ibi multiplicatur, talemque propullulantem globum femel in ora Hitöe inveni, qui pugni erat magnitudinis, & eleganter ftriatus, externe protuberans, interne planus, ubi aliis junctus fuerat fructibus: color ejus externe erat fufcus & nigricans, fuperne obtufa fovea inpreffus, atque inferne, ubi cauli junctus fuerat, anguftatus, in firmos porro divifus cancellos, inftar fructuum *Daun Baggea*, atque germen excretum in tres divifum erat petiolos, quorum duo erant ftriata folia, tertius feu medius erat inftar teli, feu cornu acuti, uti omnes Palmarum fpecies gerunt.

Nomen. Latine *Nipa*, Malaice *Nipa* & *Nipe*: Ternatice *Bobo*, Macaffarice *Nipa*; Amboinice *Palean* & *Parena*, etiam *Buleyn*; Luhuneice potus inde ftillans vocatur *Sura*; & noftratibus *Ajer Putj*.

Locus.

ken fteel voort, en daar aan het bloeyzel, als mede de vrugten, yder uit een byzondere oorfpronk, vallende het bloeyzel ten onnutte en voor niet met al af, de voornoemde fteel (zegge ik) die uit den gront-ftruik voortfchiet, is een arm dik, en verdeelt zig boven in drie of vier takken, yder uit een geborften zak voortkomende, ('t welk uit een hol blat beftaat) en yder derzelver takken weder in twee of drie andere fteelen, dewelke mede van agteren uit diergelyke zakken voortkomen, en van vooren, of van onderen nog een diergelyk hol en ftyl blat hebben, als een groote lepel geformeert, diergelyken men aan 't opperfte der fteelen nog al meer ziet.

En uit yder lepel komen een of twee dikke kattekens voort, fchaars een vinger lank, en ruim een vinger dik, krom, ront, ruig, en uit veele gapende fchubbekens gemaakt, vuil-geel van coleur, wel gelykende het bloeyzel van den Lontar-boom, hoewel korter en ruiger, dog welk bloeyzel ook ten onnutte afvalt. Aan 't opperfte van den hooft-fteel, in de midden van voornoemde takken, en kromme vingers, komt een andere ronde bol voort, in de grootte van een Lemoen, ligt-bruin, uit veele gehoekte ftukjes gemaakt, van de grootte als hazel-nooten, hart en digt op malkanderen geflooten, en waar uit voortkomt de regte vrugt: werdende dezelve klomp zoo groot, als een mans hooft, uit veele hoekige, dog ongelyke knobbelen gemaakt, en wegens zyn zwaarte wat neerwaarts hangende; yder knobbel is agter fpits, en van vooren breet, aan de binnenfte zyde wat plat, ofte zoodanig, alffe dan malkanderen gedrukt hebben, rondom in de lengte aardig gevorent, gelyk de bolle van look, ofte van de vrugt Blimbing, *dog deze voorens vallen ook ongelyk, want zommige zyn dun, zommige zyn dik, en zommige puilen meer uit, dan de anderen: van buiten zyn deze vrugten eerft roodagtig, alffe nog jonk en klein zyn, byna de vrugten van Pandang gelyk, daar na regt Caftangie-bruin, en ten laaften donker of zwartagtig; deze knobbelen zyn mede van ongelyke grootte en gedaante, te weten, de grootfte als een vuift, en andere veel kleinder, insgelyks naa datze malkanderen onderdrukt hebben, van buiten hebbenze een dikke, harde en hairagtige bolfter, van binnen een witte weeke korl, zoet, wateragtig, en geyl van fmaak, in de midden met een kuiltje, daar wat water in is: de geheele korl is van de grootte als een gefchelde Caftangie, zomtyts uit een, en zomtyts uit twee ftukken gemaakt, die metter tyt been-hart werden, en wit blyven: in de oude vrugten is deze korrel zo hart, dat menze niet byten nog breeken en kan, maar in de jonge, en half-rype nog week, en goet om te eeten. Deze vrugtdragende fteel fchiet ook al zeer vroeg op, en dat uit een ftruik, die nog geen hooger ftam heeft dan van drie en een half, a vier voeten, en maar een dunne arm dik is, dragende de voorfchreve tros zyn vrugten boven op, in de gedaante van een knodze, ter zyden heeft hy nog andere holle bladeren, als een fcheede of fchuitje, uit welkers boezem andere korte fteelen uitfchieten, met diergelyke fchuits-gewyze bladeren en kattekens, dog waar uit gene vrugten voortkomen: zy hebben een byzonderen grasagtigen, en half modderagtigen reuk, en diergelyke kattekens ziet men nog duidelyker aan de kruin van den Sagu-boom.*

De regte vrugt wort nergens toe gebruikt, maar de fteel, in zommige landen, afgefneeden, en een klaar wit zap daar uit geteiffert, 't welk zeer koel en zoet is, bykans als Sagueer of Sura, by de Maleyers genaamt Ajer poeti, *dat is wit water, om dat dezen drank wat witter en wateragtiger van fmaak is dan de voorgaande Sagueer. De rype vrugt afvallende, en in 't water geraakende, wert wyt en zyt door de Zee weg gevoert, en waarze dan aan den oever of op ftrandt, een moeraffige plaats aantreft, daar fchietze uit, en wert tot een ftruik, die zig als dan weder vermeenigvuldigt; en zulken uitgefchooten bol heb ik eens gevonden op de Hitoeze kuft, zynde een vuift groot, en zeer mooy gevoornt, naa buiten toe bultig, en aan de binnenfte zyde wat plat, alwaar hy tegen andere aangezeeten hadde: zyn verwe was van buiten bruin en zwartagtig, voor breet met een kuiltje, en agter (daar hy tegens den fteel gezeten had) fmal, voorts in ftyve borftels verdeelt, als de vrugten van* Daun Baggea, *en het uitgewaffen fcheutje was in drie fteelen verdeelt, waar van de twee waaren geftreepte bladeren, en het derde en middelfte was een pyl of fpitze hoorn, gelyk alle de Palm-geflagten hebben.*

Naam. In 't Latyn Nipa, *in 't Maleyts* Nipa *en* Nipe: *op Ternaats* Bobo: *op Macaffers* Nipa: *op Ambonis* Palean, *en* Parena, *ook* Buleyn, *op het Luhunees wert de drank daar uit druipende genaamt* Sura-Nipa *en van de onze* Ajer Putj.

Plaats.

Locus. Raro in Amboina occurrit hæc arbor, frequenter vero in Ternata, uti & in aliis Moluccæ insulis & Philippeis quoque, ubi majora sunt flumina. Item in Celebe, præsertim in sinu Bogico & in Loebo regione. Multum quoque invenitur in Boero, in sinu Kayely, ab utraque fluminis majoris Woabbo ripa &c. tali modo cum Sagu convenit, ut pro ea haberetur, in Boreali Ceramæ ora quoque occurrit, aquosa & paludosa amat loca, ubi argilla est nigra, & quæ sæpe aqua inundatur, uti ad oras omnium majorum ac declivium fluminum observatur, uti & iis in locis, in quibus aqua marina seu salina superfluit, hæc enim arbor in salso crescere amat solo, unde & optime viget ad majora flumina Aracamæ, Pegu, Malaccæ, & in toto Chersoneso aureo, a Boero sæpe etiam fructus trans mare advehuntur & appellunt, sicque propagantur, ubi sese figunt, aptumque inveniunt solum, ita ut hæ quoque arbores intra sinum crescant Amboinicum. Item in ora Hitoe, prope Larique & Mamalo, tam alte autem hic non excrescit, ut arboris nomen mereatur.

Usus. In Amboina ejus succum elicere norunt, sed in Ternata, Arakan, & Sumatra Corymbus fructifer, antequam fructus adolescant, abscinditur, & succus elicitur ex caulibus, tam qui ex trunco quam qui ex frutice progerminant, hic enim adeo humilis sæpe est, ut vasa, in quæ succus destillat, humi ponenda sint. Potus ejus non est salubris, quum in salsis crescat locis, eundemque retineat saporem. Quæ vero longius a littore maris locatæ sunt, meliorem aptioremque dant potum, quamvis dulcis & nauseosus sit, & multo minus hic valet Saguero. Plurima vero ejus copia Arachæ urendæ insumitur, atque ab hac arbore omnis debilis Aracha (quæ modo destillatur, vel in cacabis debiliori igne excoquitur) Nipa dicitur, nostratibusque Knyp. In insulis Papoesensibus, ubi rivuli tantum inveniuntur, hæc arbor nullum salsum habet solum, unde dulcem quoque suppeditat succum, quem loco Sagueri ibi usurpant: Folia hujus arboris plurimum adhibentur, quæ quum glabriora ac firmiora sint illis Sagueri arboris, aptissima quoque sunt petasis vel Umbellis, *Tudong* dictis, ex iis texendis. Ex iis quoque rudiores mattæ, *Cadjang* vocatæ, conficiuntur, quibus ædium muri & navium oræ, quum frumentum aliquod in iis deponere velimus, obteguntur: si folia hæc non texantur, sed juxta longitudinem tali nectantur modo, ut volveoli sint longi, dicuntur tum *Saniber*, *Sanibel*; *Salibbi* & *Snibbir*, sique majores sint, uti plurimum adhibentur ad Corre Corren iis obtegendum, *Sanole* vocantur, nostrates autem *Slibber* illos nominant, & Ternatenses *Totanga*.

Cum hæc arbor plurimum in humidis paludosisque crescat locis, sæpe per majorem eradicatur inundationem, atque per maris recursum in illud tota raptatur, ubi fluctuans e longinquo formam minoris navigii vel veli refert, unde ortum fuit, quod nautæ omnia obstacula e longinquo conspicientes *Nipa* & nostrates Nyparbores vocant; nec multum etiam huic frutici refert, ad quamnam appellat oram, si enim ad molle propellatur solum, de novo radices ibi agit, quod sæpe arundines Bamboes dictæ etiam faciunt, quæ majori eradicatæ copia sibi junctæ in peregrinas appellunt oras, & ibi excrescunt. Arboris hujus Nipæ rami aquosi sunt, unde ex iis Gabbæ confici nequeunt, uti ex Sagu, in Macassara vero, Malacca, aliisque locis, in quibus arbor Sagu non crescit, hujus folia ad Atap adhibentur, quibus ædium tecta formant & obtegunt, sunt autem non ita bona, vel durabilia, quam illa Sagu arboris.

In insulis Philippæis hæc Nypa arbor frequenter occurrit, & racemus fructifer ibi etiam contunditur, uti de Saguero arbore fuit dictum, dein amputatur & succus ex eo colligitur. Ex hoc liquore plurimum ibi vulgaris exuritur Aracha, quæ nostræ nationi ingratus & vilis est potus, dum eum modo in cacabis debiliori excoquunt igne: Interiores albi nuclei ex semi-maturis nucibus eodem modo saccharo condiuntur, uti de Sagueri fructibus fuit indicatum. Si autem molles mucosi

Plaats: deze boomen vintmen weinig in Ambon, maar met meenigte in Ternaten, midsgaders op andere Moluxe, en Philippiensche eylanden, daar groote revieren zyn: Als mede op Celebes, voornamentlyk in de Boegische bogt, en in 't lant van Loebo: men vint hem ook veel op Boero, in de bogt van Kayely, te wederzyden deszelfs groote revier Woabbo &c. met zulken gelykenisse van Sagoe, dat men hem daar voor aansiet, als mede op de Noort-kust van Ceram; hy bemint wateragtige en moerassige plaatzen, daar zwarte kley is, en die dikwils onder water loopen, gelyk aan de mont van alle groote en vlakke rivieren te zien is, als mede daar het zout water verre op, en over vloeyt, want dezen boom in brak water wel aarden wil, en daarom zietmen hem zeer weelderig groeyen aan de groote revieren van Aracam, Pegu, Malacca, en op den geheelen Chersonesus aurea, *van Boero komen ook zomtyds over Zee die vrugten aangedreven, en planten hun zoo voort, daarze maar aankomen, en bequame gront vinden, zoo dat men die boomen nu ook heeft binnen den Amboinschen Inham, op de kust als mede van Hitoe, by Larique, en Mamalo, dog hy werd alhier zoo groot en hoog niet, dat men hem de naam van een boom zoude konnen geven.*

Gebruyk: In Amboina weet men hem niet te teifferen, maar in Ternaten, Arakan, en op Sumatra, werd den vrugtdragende tros, eer de vrugten out werden, afgesneeden, en geteiffert, zoo wel die uyt den stam, als die uyt den struyk uytwassen, staande zomtyts zoo laag datmen de bamboezen, daar in het zap teiffert, op de gront moet zetten; tot het drinken is hy niet al te gezont, om dat hy in brakke plaatzen staat, en ook den zelfden smaak hout: maar de gene, die wat verder van de Zee-strant groeyen, geven een beter en bequaamer drank om te drinken, hoewel hy malzoet, en laf van smaak is, en gevolgelyk op verre zoo goet niet, als den Sagueer, dan de meeste part daar van werd tot arak gebrant, en van dezen boom noemt men alle slappe arak, (dewelke maar slegts overgehaalt, of in potten met een smookent vuur gekookt werd) Nipa, en by de onze Knyp: In de Papoeze eylanden, alwaar maar kleine revieren zyn, heeft dezen boom geen brakke gront, en geeft dierhalven een zoete drank, dewelke zy aldaar nuttigen in plaats van Sagueer; maar het meeste dat van dezen boom werd gebruikt zyn de bladeren, dewelke, om datze gladder en styver zyn, als die van den Sagueer-boom, ook zeer bequaam zyn, om breede hoeden of Zonne-schermen, (Tudong *genaamt) daarvan te vlegten: Item alderhande grove matten, (Cadjang genaamt) waar mede men de wanden van de huizen, en de boorden van de scheepen beschiet, als men eenig graan daar in bergen of laden wil, en alsmen deze blaaderen niet vlegt, maar in de lengte zoodanig tegens malkanderen rygt, datze als lange rollen worden, zoo noemt men deze matten* Saniber, Sanibel, Salibbi, *en* Snibbir, *en zoo ze wat grooter zyn, gelyk menze veeltyts gebruikt om de Corre Corren daar mede te dekken,* Sanole, *onze Duitsche noemenze* Slibber; *en de Ternatanen* Totanga.

Dewyl nu deze boom meest altyt in weeke en moerassige gronden staat, zoo werd hy ook zeer ligt door een harde afwatering ontwortelt, en voorts dusdanig geheel in zee weggevoert, daar hy dan gints en weder dryvende van verre vertoont de gedaante van een zeyl of klein schip, en waar van daan het dan ook komt, dat de Zee-lieden alle zoodanige ruygte, dieze van verre zien, Nipa, *en onze duitsche Nyp-boomen of Jambis-vaarders noemen; en het scheelt dezen dryvenden struyk niet veel, waar hy heenen vaart: want zoo hy maar tegen een week lant aangedreven wert, dan wortelt hy zig daar alweer op nieuws aan, 't welk ook zomtyts de Bamboezen wel doen, die met geheele stoelen ontwortelt, en ergens tegen een vreemt lant aangezet worden: de takken van dezen Nypa-boom zyn zoo wat wateragtig, en daarom kan men ook geen* Gabba Gabben *daar van maaken, gelyk van de Sagu, maar op Macasser, Malacca, en andere plaatzen, daar den Sagu-boom niet valt, moet men deze bladeren tot Atap gebruiken, om de huizen daar mede te dekken, dog zy zyn zoo goet en durabel niet, als die van den Sagu-boom.*

In de Philippynsche eylanden vind men dezen Nyp-boom ook overvloedig, en de vrugtdragende steel werd aldaar mede geklopt en gekneust gelyk van den Sagueers-boom gezegt is, daar na afgesneeden en geteiffert: uyt den drank maaken zy daar meest haar slegten arak, zynde voor onze natie een onaangenaame en lelyke drank, dewyl zy dezelve maar slegts in de groote potten, met weinig vier langzaam opkooken: de witte korls van binnen uyt de half rype nooten werden insgelyks, en op deszelfste manier met zuiker

mucosique sint, crudi quoque comedi possunt, uti Lontari nuclei, debilioris vero & magis aquosi sunt saporis.

zuiker geconfyt, gelyk als de Sagueers-vrugten; of anders zooze nog week en slibberig zyn, kan menfe ook raauw eeten, gelyk de korls van de Lontar, dog zy zyn veel laffer en wateragtiger van smaak.

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Sextæ.

Quæ exhibet *Litt.* A Ramum PALMÆ, quæ NIPA *Rumphio* vocatur.
B. *Racemum*, qui in *laterali thyrso* C. *Julos* seu *flores masculinos*, in medio vero D. *Caput sphæricum inprægnatum* exhibet cum *innumeris fructuum rudimentis*.
E. Vero *caput* jam *frugiferum* demonstrat.
F. *Fructum separatum majori* exhibet *forma*, ut melius dignosci posset.

UYTLEGGING

Van de Sestiende Plaat.

Dewelke vertoont met Lett. *A. een Tak van een* PALMBOOM, *die* NIPA *van* Rumphius *genaamt werd.*
B. Vertoont een steng, *dewelke in de* zy-takken *C. dragen* staarten, *het geen de* mannetjes bloemen *zyn: D. wyst aan een* bol *uyt ontelbaare* schepzeltjes *der* vrugten *bestaande.*
E. Vertoont een bol, *daar de* vrugten *al van* uytwassen *en* grooter *werden.*
F. Betekent een vrugt alleen *in* grooter gestalte, *op dat deszelfs gedaante beter onderscheiden werd.*

OBSERVATIO.

Arbor *Nipa* dicta a *Valent.* in *descript. Amboinæ pag.* 183. breviter quoque describitur; apud *Ray.* in *append. tom.* 3. *pag.* 47. *no.* 14. inter *Palmas Nipæ* quoque mentio fit.

AANMERKING.

De Nipa-Boom *werd by* Valent. *in de* beschryving *van* Ambon pag. 183. *ook kortelyk beschreven: En daar werd ook by* Ray. *in het* derde deel *in de* append. pag. 47. no. 14. *onder de* Palmgeslagten *van een* Nipa-Boom *gewag gemaakt.*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Sagus, seu Palma Farinaria. Sagu.

QUum duæ Palmarum Indicarum classes, nucifera nempe & vinifera prioribus sint descriptæ capitibus, restat, ut jam tertia illarum classis seu ordo, farinifera nempe describatur, quæ ita vocatur similes ob rationes ac præcedentes, neutiquam vero quia nil nisi farinam suppeditaret, sed quum primarius ejus sit reditus, qui inde provenit: Hujusque tertiæ classis una nobis tantum innotuit species, quæ in aliquot modo dividitur varietates, *Sagum* nempe, quæ truncum habet humillimum, excepta præcedente *Nipa*, non ultra quindecim, viginti, vel triginta pedes alta, plerumque tamen crassior est antecedente *Gomutu*, ita ut vir vix eam amplecti possit: Exterior ejus cortex inæqualis ac hirsutus est, neque ita regulariter in articulos divisus, ac præcedens, signaque deciduorum foliorum retinet.

Sagus hæc diu tantum modo est frutex, qui provenit uti ingens planta, altis, rectis, & firmis ramis constans, ad terram sibi invicem junctis, qui ultra viginti longi sunt pedes, virides, & herbosæ substantiæ, ad interiorem partem instar canalium excavati, externe rotundi & glabri, inferiore autem parte longis, tenuibus, ac pungentibus armati spinis, quæ in ordinem supra se invicem ponuntur forma longarum acuum, quarum media spina, ad dorsum erecta, est longissima, folia ab utraque ramorum parte sunt sita, seu dependent uti in Calappo, quæ parum quoque sunt complicata, longiora tamen, latiora, ac tenuiora, ad oras raris & debilibus obsita spinis, atque hæc semper erecta ad ramos locantur, ubi e contra in Calappo semper dependent, quo hæ arbores e longinquo a se invicem distingui possunt, sed quod discrimen in cunctis Europæis libris, qui harum figuras exhibent, nondum fuit observatum, frutex hic inferius itaque format truncum plerumque ea crassitie, qua excrescere solet, quod tam cito efficit, acsi præteritum supplere vellet damnum, priores vicissim dejiciens ramos, ac novos continuo progerminans, qui in trunci cacumine aliqua relinquunt vestigia; si truncus duorum hominum attigerit altitudinem, nullas amplius gerit spinas, nisi in summo vertice, ac circa ramorum ortum, quæ tempore itidem decidunt: Rami in adulto trunco plurimum erecti excrescunt, atque ad basin latam gerunt auriculam, tres circiter pedes longam, spithamam seu pedem latam, instar canalis seu vaginæ formatam, qua æque truncum ac subsequentes amplectitur ramos, quæque superiore parte sensim deflectit, subito angustatur, reliquumque format ramum: Basis hæc seu auricula intus crassum gerit instar corii corticem, qui inde separari ac varios in usus adhiberi potest: Externe in rotundo dorso transversim & obli-

XVII. HOOFDSTUK.


Sagu, of Meeldragende Palm-boom, ook Sagu-boom genaamt.

TWee Classen van de Indiaansche Palma, te weten de nootdragende, en de wyn-gevende, in de voorige Capittelen beschreven zynde, zoo resteert nu nog de derde Classis of orden, namentlyk de meelgevende; alzoo genoemt uyt gelyke redenen als de voorgaande, dog geenzints om datze niet dan meel zouden geven, maar om dat het wel 't voornaamste profyt is, dat men 'er van heeft of trekken kan: en van deze derde Classis is ons maar eene zoorte bekent, zynde slegts in eenige veranderingen verdeelt; te weten den Sagu-boom, *die wel de laagste van stam is, behalven de naastvoorgaande* Nipa, *niet boven de vyf-en-twintig a dertig voeten hoog, dog gemeenlyk veel dikker dan de voorgaande* Gomutus, *zoo dat hem in 't gemeen een man qualyk omvatten of omarmen kan: de buitenste schorsse is ook oneffen en ruyg, midsgaders zoo net niet in leden verdeelt, als de voorgaande, en hy behout mede de teekenen van de afgevallene takken.*

USus hujus arboris cunctis Orientalium harum insularum incolis æque necessarius, proficuus, & vulgaris est, ac in Occidentalibus Indiarum partibus Calappi ac Lontari arbores, non tantum ad panem quotidianum, sed etiam ad alia necessaria in rebus domesticis: ut itaque primum, seu panis obtineatur, primo ac necessario intelligendum est, quemnam maturitatis gradum quæque species attingere potest, ut supra notatum fuit, generaliter autem non diutius exspectatur in cunctis speciebus, nisi ad primum gradum, quum rami albescere incipiant, aliud insuper est experimentum, foramen nempe per truncum excavatur, ex eo medullæ pars effoditur, ac inter manus aqua mixta fricatur, quum cognosci potest, an multum an parum farinæ ex ea eliciatur, quod incolæ per experientiam norunt, an sufficiat: Si enim medulla hæc nimis paucam exhibeat quantitatem, tum inmatura hactenus habetur, ac foramen illud luto iterum obturatur, ne perdatur, atque aliquamdiu maturationi relinquitur, si vero maturitatis signa præbuerit, non diutius excrescere debet, sed prope radicem excidenda est arbor, ac porro truncus in varias findendus est partes, quarum singula sex septemve pedes debet esse longa, quævis iterum per medium in duos findenda est tomos, quidam vero inte-


XVIII. HOOFDSTUK.

Gebruik van den Sagu-Boom.

HEt gebruik dezes booms is by alle Inwoonders dezer Oostersche Eylanden zoo noodig, profytelyk, en algemeen, als in de westerlyke deelen van Indien den Calappus en Lontar-boom, niet alleen om het dagelyks broot daar van te hebben, maar ook verscheide andere behoeftigheeden in de huishoudinge: om dan het eerste, namentlyk broot, daar van te krygen, zoo moet men voor eerst weten, tot de hoeveelste graat van rypheit yder zoorte komen kan, gelyk hier boven staat aangehaalt, dog in 't gemeen wagt men met alle dezelve zoorten niet langer, dan tot den eersten graat, wanneer de takken witagtig werden; ook heeft men nog een andere proef, te weten, men boort of kapt een gat in de stam, haalt daar wat merg uit, en wryft het tusschen de handen met water, als wanneer men kan zien, of daar veel, of weinig meel uitkomt, 't welk den Inlander door oeffening weet, of het genoeg zy; want als dit merg te weinig meel geeft, zoo hout hy den boom voor onryp, en dan stopt hy het gat weder met slyk toe, op dat hy niet bederve, en laat hem zoo nog wat staan, maar als hy de teekenen van rypheit gegeven heeft, zoo moet men hem niet veel langer in wezen laten, maar digt by de wortel afkappen, en voorts den stam in verscheide mooten, ider van vyf a zes voeten lank, dewelke dan wederom in twee stukken doorgespleeten werden, dog zommige laten den stam geheel, als hy niet zeer lank is, of deelen hem maar in twee mooten



Sagus Rumphii. W.



integrum relinquunt truncum, ſi non magnæ ſit longitudinis, vel in duas transverſaliter dividunt partes, quas longitudinaliter findunt, atque diviſæ parti incola tanquam equo inſidet, manu tenens inſtrumentum inſtar temonis ex Bamboeſa confectum, ſeu durum habet lignum *Nany* vocatum, quo albam ac fibroſam hujus arboris medullam ſtatim ita minutam contundit, ut inſtar ſcobis appareat, atque ex hacce tritura farinam porro accipit, ſequenti nempe modo.

Supra aquam vas aliquod ponitur ſex pedes circiter longum, fabricatum ex craſſo Sagu-arboris cortice, *Coeroerong* vocato, cujus latiſſimæ parti piloſa textura, Runut nempe Calappi tamquam cribra annectitur, ſuperiore parte colligata, ac filo annexa, lento arcuato ac ſurſum & deorſum ſeſe elevante fuſti, qualis in tornatorum ſcamnis apparet & conſpicitur. Tritura huic inpoſita vaſi, atque aqua ipſi ſuperfuſa manibus fortiter miſcetur, ac continuo erecto cribro ad fricatur, quum tenuiſſima farina per illum tranſit, quæ porro per canalem annexum in ſuppoſitam ollam, Praauw vocatam, aqua plenam decidit, cujus fundum mox farina petit, ſique hæc olla ad dimidium farina hac ſit repleta, ſupernatans aqua peculiari foramine emittitur, atque farina aufertur, quæ tam alba ac inſtar calcis tenuis eſt, & porro in levibus corbulis, ex viridibus confectis foliis, aſſervatur: Hæcque trituræ mixtura tam diu continuatur, donec nulla cum aqua amplius obſervetur farina tranſire: Reſtans craſſior Sagu farina, furfures æmulans craſſiores, quæ *Ela* vocatur, coacervatur, atque apris prædæ relinquitur, vel iis, qui domum geſtare illam velint, ad porcos ſaginandos, alioquin, ſi in ſilva relinquatur, ex ea excreſcunt Boleti, Malaice *Coelat Sagu*, ſeu *Diamor* dicti, ex quibus gratus præparatur cibus, in medio hujus *Ela*, uti quoque in putrefacto hujus ligno, oriuntur quoque craſſi, pingues, ac plicati albentes vermes, ſubfuſcis nigricantibus capitibus, Erucarum forma, ſeu inſtar *Pityocampæ*, qui apud nos quoque in viridi Pinaſtro inveniuntur, ex quorum forma hos vermes vocavimus *Sagu Campas*, & *Coſſos Saguarios*. Hi vermes ab incolis in deliciis quoque habentur, ſi duriora eorum detruncentur capita, atque eorum corpora verruculo aſſentur, ac propria ipſorum pinguedine obducantur; quidam etiam Europiani, ſi ſemel hoſce guſtaverint, eos quoque in deliciis habent.

Ut autem ad farinam redeamus, *Sagu Manta* dictam: Plurima ejus pars ad panem pinſendum adhibetur, ac pauca tantum portio ad pultem præparandam aſſervatur: Per menſem circiter bona ſervari poteſt in iiſdem nempe viridibus ſcrobulis, ſi aliquando recenti aſpergantur aqua, hocque modo incorrupta in ipſam transferri poteſt Bataviam, ad panem autem pinſendum requiruntur certæ formæ ex terra confectæ, vulgo Portugallice *Furno* dictæ, Amboinenſibus vero proprie *Hatu Paputi* vocatæ, & Malaice *Batu Bapondi*, h. e. lapis plurimis conſtans cellulis, formæ enim hæ ſunt quadratæ, manum circiter longæ, vel paulo breviores, atque in quinque, ſex, vel decem diviſæ ſunt cellulas, quarum ſingula circiter transverſum lata eſt digitum, harumque optimæ conficiuntur in inſula *Uliaſſer*, in pago *Ouw*, vulgares vero ubique occurrunt. In hiſce formis bene primum calefactis inditur ſicca Sagu farina, quæ ſtatim in panes & offas tranſit, quæ tolluntur, ac denuo altera inponitur farina, donec forma frigeſcere incipiat, quam iterum recalefaciunt, opusque illud tam diu continuant, donec omnis *Sagu manta* ſit piſta: Hi vero panes inæqualis ſunt magnitudinis ac formæ, quamvis omnes ſint quadrati, pavimenta æmulantes: Singula enim inſula peculiarem habet formam: Vulgares enim panes in Amboina ſemi-pedem circiter ſunt longi, tres quatuorve lati digitos, albentes, ac fragiles. In Cerama vero quidam perfecte ſunt quadrati, alii oblongi, multoque craſſiores quam Amboinenſes, ac duri inſtar lapidis cocti, horumque anguli vitro quaſi obducti apparent: Omnium maximi adducuntur ex inſulis *Key* & *Aru*, qui ſæpe ſeſquipedalis ſunt longitudinis, dimidium lati, ac digitum circiter craſſi: Optimi vero panes in Uliaſſerenſibus pinſuntur inſulis, manum circiter lati, perfecte quadrati, molles, ruſſique coloris, majori

mooten, die men ook in de lengte klooft, en op het gekloofde ſtuk zet zig den Inlander als ruiter te paart, hebbende in de hant een Inſtrument, gemaakt als een diſſel van Bamboes, of eenig hart hout, (Nany *genaamt*) *waar mede hy het witte en draadige merg dezes booms al ten eerſten zoo fyn weet te kappen, dat het wel na zaagzel gelykt; en uit dit bakzel krygen zy verder het meel, te weten op de naavolgende wyze.*

Boven eenig water wert een trog gezet van ongeveer 6. voeten lang, en gemaakt van de dikke ſchorſſe des Sagubooms, (Coeroerong *genaamt*) *aan welkers breetſte eynd' het hairige weefzel, dat van den Calappus-boom komt, tot een zift wert genaait, met het bovenſte eynd' t'zamen gebonden, en met een touwtje vaſtgemaakt, aan een tayen, krom geboogen, op en nedergaande ſtok, gelyk men aan de drayers banken ziet. Het bakzel in deze trog gedaan, en met water overgegooten zynde, wert dan met de handen ſterkelyk gekneet, en t'elkens tegens het ſtaande zift aangedouwt, als wanneer het fynſte meel daar door ſchiet, en voorts, door een aangenaait geutje, in een onder gezette praauw vol water valt, alwaar het meel ook ſtraks op de gront zinkt, en als de praauw daar van half vol is, zoo tapt men het water, door een byzonder gaatje daar boven af, en neemt het meel daar uit, 't welk, zynde zoo wit en fyn als kalk, dan voorts in ligte korfjes, van groene bladen gemaakt, wert bewaart; en dit kneeden van het bakzel wert zoo lang gecontinueert, tot dat men ziet, dat 'er geen meel meer met het water uitſchiet. Het overgeſchooten roſze Sagu-meel, wel na grove zemel gelykende, en* Ela *genaamt, wert op een hoop geſmeeten, en ten proye gelaten aan de wilde verkens, of der geener, die het naar huis dragen willen, om haar verkens daar mede te meſten, anderzints, wanneer het in 't boſch blyft leggen, zo groeyen daar Cambernoelien boven op,* Boleti, *en in 't Maleits* Coelat Sagu *of* Diamor *genaamt, waar van een lekkere koſt gemaakt wert, van binnen in deze* Ela, *als mede in het verrotte hout, groeyen ook zeekere dikke, vette, gerimpelde en witte wormen, met bruin zwarte hoofden, in de gedaante van Rupzen, ofte de* Pityocampa, *dewelke by ons mede in 't groene vuuren-hout gevonden werden, en na welke gelykeniſſe wy deze wormen* Sagu Campas *en* Coſſos-Saguarios *genaamt hebben. Deze wormen werden van de Inlanders mede voor een lekkernye gehouden, als menze de harde koppen afſnyt, en de reſt van het lichaam aan een ſpeetje braat, bedruipende by zig zelfs met zyn eygen vet; en zommige Europianen, dieze geproeft hebben, maaken daar ook eenig werk af.*

Dog om nu weder te keeren tot ons meel, Sagu-manta *genaamt; het meeſte daar van wort gebruikt tot broot-bakken, en maar een klein gedeelte bewaart om bry daar van te maaken: want men kan het wel een maandt goet houden, en dat in de zelfde groene korven, als men die zomtyts maar met wat vers water beſproeit, ja op deze manier kan men 't ook onbedorven tot na Batavia vervoeren: om nu het broot te bakken, moet men hebben zeekere vormen van aarde gemaakt, doorgaans in het Portugees* Furno *genaamt, maar eygentlyk by de Amboineezen* Hatu Paputi, *in 't Maleyts* Batu Bapondi, *dat is een ſteen met veel beursjes of celletjes, want deze vormen zyn vierkant, omtrent een handt lank, of wat korter, en in vyf, zes, en thien celletjes verdeelt, yder omtrent een dwers vinger wydt, werdende de beſte dezer vormen gemaakt op 't Eylant* Uliaſſer, *in de Negory* Ouw, *dog het gemeene ſlag vint men over al: en in deze vormen, wanneerze eerſt ter degen heet zyn gemaakt, giet men het droge Sagu-meel, 't welk terſtont tot koeken of brooden wert, die men daar dan uitſtoot, en al wederom ander meel ingiet, zoo lange tot dat de vorm begint kout te werden, als wanneer men dezelve al weder heet of warm maakt, en het werk zo lange voortzet, tot dat alle de Sagumanta op of verbakken is: dog deze brooden zyn van ongelyke grootte en gedaante, hoewel allegaar vierkant, en de vloer-ſteenen wel gelykende: want bykans yder Eylant een byzondere vorm heeft: zynde de gemeene koeken in Amboina bykans een halve voet lank, drie a vier vingers breet, midsgaders wit en bros: maar op Ceram zyn zommige regt vierkant, andere lankwerpig, en veel dikker dan de Amboinze, ook zoo hart als gebakken ſteen, en de hoeken als verglaaſt; de grootſte van allen komen uit de Eylanden Key en Aru, dewelke zomtyts wel een en een halve voet lank zyn, een halve dito breet, en qualyk een vinger dik: dan de beſte van alle werden in de Uliaſſerze Eylanden gemaakt, zynde omtrent een hand-breet, regt vierkant,*

jori autem præparantur labore quam vulgares, recens nempe tota Sagumanta ſumenda eſt, quæ per quatuor dies vento exſiccanda exponitur, foliiſque Muſæ vel Ari obvelanda eſt, farina hæc dein ter quaterve bene cribranda eſt, tumque pinſenda, hacque exſiccatione Sagumanta ruffum acquirit colorem, molleſque hinc ſunt panes, ſi recentes ſint, gratique ſaporis, paulo viliores vulgari noſtro pane, ſi vero aliquot per dies deponantur, inſtar lapidis indureſcunt, & quidam, ſi nimis duri ac calido in furno fuerint cocti, penitus quaſi vitreſcunt, qui tamen aqua vel jure carnium macerati intumeſcunt ac molleſcunt denuo: Si hi panes ſeu Sagu-Maruca conficiantur ex Sagu-manta veteri, farinaque mixta ſit cum aqua paludoſa ac ſtagnante, nec antea exſiccata, nec cribrata, tum panes pallide albeſcunt, aceſcunt, muceſcuntque, quales ſunt, qui quotidie recentes in foro venales proſtant. Ceramenſis Sagu-Maruca craſſiſſima, eſt rerum omnium durabiliſſima, quæ tædioſum præbet cibum inadſuetis ob duritiem & ſcabritiem, ita ut prius quis defatigatus quam ſatiatus manducatione recedat, ſæpeque palatum ea lædatur. Europiani autem noſtri ſenſim hiſce adſueſcunt panibus, in omnibus enim itineribus marinis, atque exercitu noſtri milites æque ac indigenæ ex hoc vivunt panis genere, contemnendus autem non eſt, ſi alius cum illo ingeratur cibus, qui efficit, ut inter comedendum ſit mollior: Bonuſque naturæ Conditor laudandus eſt, quod hiſce inſulis panem hunc arboreum loco Oryzæ, vel alius frumenti conceſſerit.

Decem mediocres panes colligati *Sa-takko* vocantur, quum plerumque decem ſimul hujus generis panes in una præparentur forma, ex minori autem Sagu a viginti ad triginta pro una numerantur doſi: Ceramenſes recentes panes filo trajiciunt ex arundine confecto, ſingulaque talis doſis colligatur, talique modo venales offerunt: Hi Sagu-panes licet ſint duriſſimi ac vitrei, facillime tamen in pultem excoqui poſſunt, æque cum ſola Calappi lympha, ac cum aqua, ſale, Capſico, aliiſque aromatibus. Nunc quoque agemus de mirabili pulte *Papeda*, ejuſque præparatione: Qui cibus eſt ridiculus quidem ſpectatoribus, delicati tamen ſaporis, iſque ſequenti præparatur modo; accipe recentis farinæ Sagu-mantæ manipulum, per partes infunde aquæ calidæ, continuo agita, ſtatim tum acquiris tenacem pellucidam pultem, coctum amylum referentem, quæ Portugallico vocabulo *Papeda* dicitur, Amboinenſibus *Zappia* vocata, utque hæc puls grate comedatur, paratum debet eſſe condimentum ex jure piſcium *Bocaſſan* dictum, ex ſucco Limonum acido, aromatibuſque confectum, cujus pauca pars patellæ planæ infunditur, ſeu conchæ præſertim *Nautali Majoris*, ſeu folio *Scutellariæ primæ*, cujus folia inſtar patinæ natura formavit, dein Papeda tenuibus bacillis tam diu agitatur, donec grumulus adhæreat, qui prædicto inponitur condimento, quantumcunque velimus, grumuli enim condimento obducti non ſibi agglutinantur, iique tum ſine maſticatione ſorbillando, quam calide fieri poſſit, ingeruntur, frigidi enim nauſeoſi ſunt, hæcque puls Papeda tali humectata condimento, eſt grati ſaporis, appetitum excitans, paucum vero dat nutrimentum, ac mox digeritur, ita ut, licet pleno ventre a menſa recedamus, intra unam alteramve horam conſumptus ſit: Gratiſſimus eſt cibus iis, qui antecedente inebriati fuerunt die, vapores enim diſſipat, raucam lenit gulam, atque nauſeabundo appetitum excitat ventriculo.

Papeda hæc comeſta multum urinam movet, quum paucum atque aquoſum præbeat nutrimentum, unde & ii, qui quotidie hancce ingerunt, uti plurimum Amboinenſes feminæ illa delectantur, craſſum ac tumidum habent corpus, flaccidum tamen & Leucophlegmaticum, qui in Hydropem facile quoque inciderent, ſi multo labore corpus ſuum non exercerent: Amboinenſes quoque non ita ſolliciti ſunt de memorato condimento, ſi enim deſtituantur jure piſcium ſeu *Bocaſſan*, paucam modo adhibent aquam, raro Limonum ſucco mixtam, vel tantum ſolam aquam, & pro frigida Papeda aquam marinam: Cerebrum autem Sagus arboris, *Palmyt* vocatum, non ita bonum eſt ac Calappi, unde & vix vel raro crudum

kant, fyn, en ros van coleur, dog deze werden met wat meerder moeiten toebereit dan de gemeene, namentlyk, het moet geheele verſche Sagumanta zyn, die men vier dagen in de wint moet droogen, en met blaaden van Pieſang, of Aron toedekken, daar na moet men dat meel wel ter degen drie a vier maal ziften, en als dan bakken, door dit droogen krygt de Sagumanta een roſſe coleur, ende de brooden werden zeer fyn; verſch zynde week, en ſmaakelyk, een weinig minder of ſlegter dan ons verſch broodt, maar alſſe eenige dagen out zyn, wordenze ſteen hart, en zommige, die al te heet gebakken zyn, geheel glazig, dog dewelke egter wederom ſtraks week worden, en opzwellen, als menze in eenig water, of zop doopt: als deze brooden of Sagu-Maruca gemaakt werden uit Sagu-manta, die out is, ofte gekneet in eenig ſtaande poel-water, ook te vooren niet zynde gedroogt, nog gezift, zoo werden de brooden bleek-wit, goor van ſmaak, en een vermuften reuk, gelyk die geene zyn, die men dagelyks vers op de paſſer of markt te koop brengt. De Ceramze Sagu Maruca is wel de groſſte, dog daar en tegen weder de durabelſte van allen, zynde een verdrietige koſt voor de ongewoone, wegens hare hardigheit en ruigheit, zoo dat men zig eer moede, dan zat daar aan eet, en dikwils het gehemelte van de mondt daar aan bezeert. Dog onze Europianen gewennen hun allenskens tot deze brooden; want op alle Zee-reyzen, en in 't leger moeten zoo wel onze Soldaten, als de Inlanders van dit broot leven: trouwens het is niet te veragten, als men daar by maar eenige toeſpyze heeft, die het in 't kauwen wat week maakt: en den goeden Schepper der natuure is daar voor te pryzen, dat hy aan deze Eylanden dit boom-broodt in plaats van ryſt of ander graan gegeven heeft.

Thien brooden van middelmatige grootte t'zamen gebonden, noemt men een Sa-takko, om dat 'er gemeenelyk van die zoorte thien Celletjes in een vorm zyn, maar van de kleine Sagu reekent men twintig a dertig, en meer voor een tax: de Cerammers doorrygenſe, nog vers zynde, met een draadt van riet gemaakt, bindende yder takko vaſt t'zamen, en brengenze aldus te koop: deze Sagu-brooden, al zynze nog zo hardt en glazig, kan men zeer ligt tot een bry kooken, zo wel met Calappus-melk alleen, als met water, zout, ritsjes, en andere ſpeceryen. Nu zullen wy ook ſpreeken van de wonderlyke bry Papeda, en hoedanig die wert toebereit, zynde een koſt zo belagelyk van aanzien, als voortreffelyk van ſmaak; en dat geſchiet aldus. Neemt van 't verſche meel Sagu-manta een hant vol, ſmyt het zelve allenkskens in heet water, en roert het geduurig om, zo wert terſtont daar van een taaye doorſchynende bry of pap, wel na gekookte ſtyfzel gelykende, en met een Portugees wort Papeda, of by de Amboineezen ſlegts Zappia genaamt; en om dezen pap te eeten, moet men in voorraat hebben een ſauce van viſſop, Bocaſſan, alderhande zuure Lemoenenzop met ritsjes gewreeven, waar van men een weinig giet in een vlak ſchootelken, of een ſchulpe, inzonderheit van Nautilus Major, ofte in een blat van Scutellaria prima, welkers bladeren de natuur regt als ſchootels geformeert heeft, daar na haſpelt en drait men de Papeda met dunne ſtokjes zo lang om, tot dat 'er een klontje aan blyft hangen, het welk men in de voornoemde ſauce legt, zo veel als men zelfs wil, want de klonteren kleeven niet aan malkander, als zy eens in de zouze omgewentelt zyn, en die men als dan zonder kauwen al ſlorpende, zo warm als men het verdragen kan, inzwelgt, want kout iſſe wat te walgelyk, en deze Papeda, met zommige ſauce bevogtigt, is een aangenaam eeten, maakende ook een grage maag, dog zy geeft weinig voetzel, en werdt ſtraks verteerdt, zo dat, al ſtaat men met een dikke buik van taaffel op, dezelve binnen een uur of twee weder verdweenen is: het is een byzondere ſmakelyke koſt voor die geene, die 's daags te vooren dronken geweeſt zyn, want het verdryft de dampen, zalft de ſchorre keel, en maakt een omgekeerde maag wederom graag.

Men watert ook van het Papeda eeten al vry veel, om datze weinig en wateragtig voedzel geeft, weshalven men die geene, die dezelve dagelyks nuttigen, gelyk meeſt doen al de Amboineeſche vrouwen, met een dik poezelagtig, dog ſlap en wateragtig lichaam ziet, en dewelke ook ligt in de waterzugt zouden vervallen, zoo zy het lichaam met veel arbeidt niet en oeffenden. De Amboineezen zyn ook zoo curieus niet om de voorn. ſauce te maaken; want als zy geen viſch-zop of Bocaſſan hebben, zo neemenze maar enkel water met een weinig Lemoen-zop, of maar ſlegts water, en tot de koude Papeda Zee-water. Aangaande nu het Palmyt van den Sagu-boom, het zelve en is zo goet nog aangenaam niet als dat van den Calappus-boom, en waarom men het ook niet of zelden raauw eet, maar wel met zout en ritsjes

dum comeditur, ſed coctum cum ſale & aromatibus uſurpatur, hujus non multum tamen edendum eſt, præſertim in caſtris, quum nulli alii ad manus ſint cibi, ubi Hydropem atque Diarrhæam excitaret. Memorata Papeda quoque adhibetur ad lintea adglutinanda, & illiniendas chartas, & Bibliopegi hac librorum cortices adglutinant, quamvis tum non admodum ſint durabiles, acidumque plerumque ſpirent odorem: Papeda enim ad minimum tres per dies indurata eſſe debet, antequam hunc in uſum adhiberi poſſit. Quædam etiam feminæ ea loco Amyli utuntur, candida vero lintea inde luteſcunt. Partes ſeu fragmenta, quæ ex recenti Sagu medulla ſcinduntur, antequam ad farinam contundantur, Amboinenſes vocant *Meur*. Hæc aquæ immergunt, ac in fumo conſervant: tenuis hujus *Meur* lamella in craticula toſta inſtar toſti panis comedi poteſt, ſed mixta cum Sagu-manta, ſin pinſere eam velimus, exhibet pulchram, dulcem, ac ruffam *Sagu-Marucam*.

Ramificationes ac folia Sagus arboris magnam quoque præbent utilitatem ad ædium nempe ædificationem, quæ hiſce in inſulis tanti ſunt uſus, quanti in aliis locis arundo Indica ſeu Bambu, huicque operi non adhibentur recentes fruticis ramificationes, ſed veteres arboris, quum truncus hominis altitudinem adquiſiverit, quæque vel ſponte deciderunt, vel avelluntur, quarumque inferior pars rugoſa, *Corurong* dicta, amputatur, atque reliqua earum pars inermis, glabra, & obſcure flava eſt, quoque magis hæ vetuſtiores ramificationes detruncantur, atque arbor ab hiſce depuratur, eo melior excreſcit illa, quæ lætior progerminat, altiorque ac latior extenditur: Ex illis autem ramificationibus *Gabba Gabba* dictis, uti indicatum fuit, conficiuntur parietes, tabulata, ſepes tam publicarum quam privatarum ædium, item fixa ſcamna, quæ *Deggo Deggo* vocantur, cubilia, rates fluctuantes, quibus gravia ligna vel lapides trans aquam vehuntur; utque parietes ac ſepimenta ex hiſce conficiuntur, omnes ad certam amputantur menſuram, quarum fragmenta per clavos ex Bamboes confectos ſibi injunguntur, imo tam firmiter atque arcte, ut vix perſpici poſſint, ſi intra duos juncti ſibi fuerint aſſerculos, ſi vero hæ *Gabba Gabba* non bene fuerint exſiccatæ, corrugantur, taleſque parietes ubique rimatæ ſunt: Aedes ex hiſce *Gabba Gabba* conſtructæ externe mentiuntur, acſi ex magnis Organi tubis eſſent erectæ, mira quoque ex his muſica componi poteſt, ſi enim juxta *Gabba Gabba* dorſum tenuis exterioris corticis ſindatur lamella, atque ad ejus utraſque oras tenues jungantur bacelli, ac digito hi feriantur, ſonum circiter edunt inſtar Cytharæ fili: Hi autem parietes per decem integros perdurare poſſunt annos, ſi ex vetuſtioribus *Gabba Gabba* fuerint conſtructæ, & ſicco ponantur loco, alioquin modo per ſeptem octove remanent annos.

Folia hujus arboris ad ædium tecta quoque adhibentur, huncque in finem viridia eliguntur folia, ſive ex frutice, ſeu, quæ meliora, ex adultis arboribus, quæque complicantur, vel ſupra aſſerculum colligantur ex tenuiore ligno, Bamboſa, vel alia ex arundine confectum, ſicque conſuuntur, quod fit per filum præparatum ex tenui fiſſa *Leleba*, quæ tenuiſſima Bamboſæ ſpecies eſt, ita ut æmulentur orbem quinque ſexve pedes longum, & ſeſquipedem latum. Poſtea ſoli exſiccantur, donec ſpadicei ſint coloris, atque per ſtrata aſſervantur congeſta: Tigilla, quibus hæc folia circumſuuntur, *Pangcawa* vocantur, ac totæ confectæ, atque ex foliis præparatæ ſcalæ, *Atap*, quibus teguntur omnis generis ædificia hiſce in inſulis, uti in aliis Indiæ locis id fit ex Calappi vel Nipæ foliis. Tecta hæc ab inferiore conficiuntur ſurſum parte, atque memoratæ ſcalæ tenuibus alligantur tigillis, quæ vulgo quoque *Gabba Gabba* ſunt, quod fit per fila ex *Leleba* confecta tali modo, ut ſequens ſemper ſcala ultra dimidium inferioris obtegat partem; ſique ad ſuperiorem ædificii partem fuerit perventum, tum duæ tales duplices ſcalæ dorſo ita alligantur, ut inſtar libri apertæ ſint, ac dehiſcant, ita ut utramque tecti partem complectantur, atque obtegant, hinc inde tamen hæ ſcalæ aliis aſſerculis ſunt obvolvendæ, *Bilato* vocatis, ne ventus amplas has ſcalas elevet, ac pluvia intro cadat. Supremæ hæ ſcalæ Malaice dicuntur *Bombongan*, vel male *Bonga-Bonga*, quibus quoque ſepimenta obteguntur, ne in erectas *Gabba Gabba* cadat pluvia,

ritsjes gekookt, en dan even wel moet men het niet veel eeten, byzonderlyk in de leegers, daar men geen andere koſt by heeft, om dat het waterzugt en buykloop veroorzaakt. De meergem. Papeda wert ook gebruikt tot het plakken en pappen van linnen, als mede papieren, en de boekbinders weten daar mede de dekzels der boeken te pappen, hoewel dezelve dan niet zeer durabel zyn, en gemeenlyk een gooren reuk hebben: want de Papeda moet ten minſten drie dagen oudt zyn, eerze tot dat werk dienen kan; sommige vrouwen gebruikenze ook in plaats van ſtyfzel, dog het witte linnen wort 'er geel af. De ſtukken of knollen, dewelke men ſnyt uit het verſche Sagu merg, eer het gekapt of tot meel gemaakt wort, noemen de Amboinezen Meur; *het zelve doopen zy in het water, en bewaaren het dan in den rook; een dunne ſneede van dit* Meur *op de rooſter gebraaden kan men eeten als gerooſt broodt, maar dezelve gemengt wordende onder Sagu-manta, als menze bakken wil, dan geeft of maakt het een ſchoone, zoete, en roſſe* Sagu-Maruca.

De takken en bladeren van den Sagu-boom zyn ook van een groot gebruik, namentlyk tot het opbouwen van alderley huizen, en in deze Eylanden zo noodig, als op andere plaatzen het Indiaanſche riet, of de Bambu, en hier toe neemt men niet de groene takken van den ſtruik, maar de oude van de boomen, wanneerze maar een ſtam van een mans hoogte hebben, en die of van zelfs afvallen, of daar afgetrokken werden; en van dewelke men dan het onderſte dikke ruige deel, (Corurong *genaamt*) *afkapt, zynde de reſt zonder doornen, gladt, en bruin-geel, en hoe meer men deze oude takken afneemt, en den boom daar van zuivert, hoe beter het voor hem is: want hy daar door lugt krygt, om te beter op te ſchieten, en hem uit te breiden; en uit deze takken,* (Gabba Gabba *genaamt,*) *maakt men, als gezegt, alle de wanden, zolders, heggen, en heiningen, zoo wel van byzondere, als gemeene huizen, als mede vaſte zitbanken, die men* Deggo Deggo *noemt, ſlaap-ſteeden, en vlotten, daar mede men eenige zwaare houten of ſteenen over water brengt; en om wanden en heiningen daar van te maaken, zo wordenze alle op een zeekere maat afgekapt, en welke ſtukken als dan, met nagelen van Bamboezen gemaakt, aan malkanderen geſpykert, en tuſſchen twee latten aan malkanderen gevoegt worden, ja zo digt, dat men daar qualyk door zien kan, maar als deze* Gabba Gabba *nog niet ter degen droog zyn, zoo krimpenſe in, en zulke wanden zyn als dan vol opene reeten. De huizen van deze* Gabba Gabba *gemaakt gelyken van buiten wel, als ofze van groote orgelpypen waaren opgezet, en men kan ook een klugtig muzyk daar van hebben, want als men langs de ruggen der gem.* Gabba Gabba *een ſmal riempje uit de buitenſte ſchorſſe opſplyt, voorts aan of by de eynden ſmalle houtjes daar tuſſchen inſteekt, en met een vinger daar opſlaat, zoo geeft het hy na een geluit, als een Cyter-ſnaar; en deze wanden konnen wel tien jaaren duuren, wanneerze van oude* Gabba Gabba *zyn gemaakt, en wel droog ſtaan, dog anderzints maar zeven a agt jaar.*

Aangaande nu de bladeren van dezen boom, dezelve werden mede gebruikt tot het dekken van alderleye huizen, en daar toe neemt men de groene bladeren, 't zy dan van den ſtruik, of (dewelke veel beter zyn) van de volwaſſene boomen, en deze vouwt men dubbelt t'zamen, om, of over een latje, van eenig hout, geſpleeten Bamboes, of ander dun riet gemaakt; en naaytze dan zoo aan malkander, 't welk geſchiet met een draadt gemaakt van fyn geſpleeten Leleba, *(zynde de dunſte zoorte van Bamboezen) zo datze dan wel gelyken na een bordt van vyf a zes voeten lank, en anderhalf voeten breedt: daar na droogt menze in de zon, tot datze regt Caſtangie-bruin worden, en bewaartze dan zoo op malkander geſtapeldt. De latjes, daar men deze bladeren om benaait, noemt men* Pangcawa, *midsgaders de geheele opgemaakte bladt-ſchalien* Atap; *en werden daar mede gedekt alle de huizen in deze Eylanden, gelyk op andere plaatzen van Indien met de Calappus of Nipabladeren: het dekken begint men dan van onderen opwaarts, bindende de gemelde ſchalien op de dunne ſparren, 't welk gemeenelyk ook* Gabba Gabba *zyn, met dezelfde koorden van* Leleba, *zodanig dat t'elkens de volgende ſchalie meer als de helft van de onderſte bedekt is: en als men nu tot boven aan de vorſt komt, zoo bint men twee diergelyke dubbelde ſchalien met de rugge zoodanig tegens malkanderen, datze opengaan als een boek, en legt dezelve dan alzoo gapende boven op de vorſt, zo datze de beide zyden des daks bevatten en bedekken, maar men moet hier en daar op deze ſchalien wederom andere latjes binden,* (Bilato *genaamt*) *op dat de wint deze breede ſchalien niet op en waye, en*

pluvia, unde facile & cito corrumpuntur, atque squalide rufescunt.

Tecta hæc, licet ex tenui hac præparentur materie, adeo tamen sunt clausa, ut nulla pluviæ gutta pertranseat, licet maximi imbres ac procellæ sæpe oboriantur. Pessimum vero est, quod vix ultra septem perdurare possint annos, excepto, si duplicatæ alligantur, quum per decem adhuc persistunt annos: Scalæ hæ primo eleganter subfuscæ sunt, ultimo vero squalide cinereæ, quum sæpe adeo comminuuntur, ut tamquam ex terra plurimæ ex illis excrescant plantæ: Aedes hæ ex tam levi constructæ materie, facile quoque per paucos homines translocari possunt, nec flamma itidem facile hasce consumit, nisi extrema Atap pars comburatur, tum enim chartaceæ hæ domus cito comburuntur, damnum autem talis ædificii non adeo magnum est, incolæ enim parvo pretio novum exstruere possunt. Ut memorata Atap conficiatur, non plures quam duæ simul ramificationes ex arbore avellendæ sunt, alias enim nimis emaciatur illa, unde & incolæ in suis Sagu-silvis nolunt peregrinos vel alios admittere, ut folia inde petant, quin ipsi præsentes adstare debeant, & invigilare, ne nimis a ramis denudentur arbores, econtra, si *Gabba Gabba* sint emarcidæ ac deciduæ, unusquisque eas libere potest petere.

Quum sæpius hisce in insulis bella geruntur, ac hostibus non majus adferri damnum potest, quam si eorum frugiferæ perdantur arbores, sic quoque Sagu-silva, quæ ipsorum panarium est, primo vastatur, quod fit, si profunda scissura in trunco incidatur, ex qua intra tres quatuorve dies omnis arboris succus exstillat, forma mucosæ Papedæ, atque ejus medulla exsiccatur, unde astuti incolæ cito adcurrentes hoc vulnus curant manipulo luti seu nigræ terræ imponendo, postea inde in usum venit totas excidere, ac per longitudinem findere arbores: tum enim per pluvias ac solem medulla brevi computrescit tempore, hocque difficillimum ac noxium est opus, quod Europiani nostri milites in Amboinensibus bellis præstare debent. Perrantes enim cænosas hasce Sagu-silvas vel spinis læduntur ac vulnerantur in pedibus, vel incidunt in paralysin Indicam, Berbery dictam, unde, quibus hicce contingit labor, calceis bene firmandi sunt, ne in vulnera maligna per spinas irruant.

Memoratum crassum corticem, *Coroerong* dictum, compertum est, inpenetrabilem esse globo sclopeti, vel saltem ejus vim adeo imminuere, ut non multum nocere possit: unde in campis & castris subitaneæ inde possunt fabricari loricæ: servi quoque hoc utuntur cortice, si in echinis lapides, calcem, talesque graves materias humeris suis gestare debeant. Hujus arboris folia, ac præsertim junioris seu frutescentis, numquam fere quiescunt, sed continuo tremunt, ac minimo moventur vento, immo sæpius duo triave sese allidunt, quum reliqua quiescant, licet aër ad oculum sit pacatissimus: Illa subito iterum sistuntur, quum alia iterum agitentur, quod mirabilem præbet adspectum, ejusque proximam caussam puto esse minorem ac flaccidum aëris motum, qui in corpore nostro persentiri nequit, quique contra firma & semi-complicata folia tamquam ad fastigium allidit, unde hæc moventur. Spinosæ ramificationes sepibus hortorum *Paggers* vocatorum imponuntur, ne transvolent galli, vel circa arborum truncos quoque colligantur, ne glires aliique peregrini hospites illas adscendant. Germen, quod quoque telum ac cornu vocari potest, unde juniora explicantur folia, ante ejus aperturam ad ulnæ longitudinem vel paulo majorem sæpius abscinditur, ex quo incolæ tenuia findere norunt fila, quæ nigra vel fusca tinguntur, unde contexunt certa lintea *Culit Sagu* dicta, quæ sunt firma ac glabra, coloris pallide purpurei, ac satis durabilia & contra pluvias perdurant, inter texendum autem admiscent plerumque aliquod Gossypii filum, uti ex *Baftas* vel *Caricams*, quod eum in finem prius in filamenta ducunt. Incolæ vero insularum Uliastrensium in hisce vestimentis contexendis sunt versatissimi.

en den regen daar in staat: deze vorst-schalien noemt men in 't Maleyts Bombongan (*of qualyk* Bonga-Bonga) *en met dewelke men ook de heiningen ofte paggers dekt, op datter in de staande* Gabba Gabba *geen regen zoude vallen, daarze anderzints haast van bederven, en leelyk graauw werden.*

Deze daaken, hoewel van zulken ligten stoffe gemaakt, zyn nogtans zoo digt, dat 'er geen droppel reegen in of door komt, schoon datze geweldige storm-winden, en plas-regens moeten uitstaan, maar het slimste is, datze niet boven de zeven jaren konnen duuren, het zy dan dat menze dubbelt op malkander bindt, als wanneerze nog wel tien jaren goet blyven; eerst zynze schoon bruin, maar in 't laaste lelyk graauw, en verbryzelen zomtyts zoodanig op malkander, dat 'er, als uit de aarde, eenige planten opkomen te groeyen: deze huizen, aldus van zodanigen ligten stoffe gemaakt, zyn dien volgende ook met weinig menschen wel te verzetten, en den brandt heeft 'er ook niet ligt vat aan, 't en zy dat hy de eynden van de atap bereiken kan: want als dan raaken deze pampiere huizen zeer ligt in brandt, dan de schade van het huis zelve is niet zeer groot, want den Inlander kan met weinig kosten weder een ander oprigten: Om het voorn. Atap te maaken, moet men niet meer dan een a twee takken teffens van de boomen afnemen; want anders wordenze te zeer onder de voet gehouden of uitgemergelt, en waarom de Inlanders ook niet lyden willen, dat een ander of vreemde in haar Sagu-bosch bladeren komt te haalen, of zy moeten zelfs toezien, dat men de boomen niet te zeer van takken ontbloot, daar en tegen het haalen van Gabba Gabben, *als zynde oude en afgevallene takken, staat een yder vry.*

Nadien nu ook veeltyts in deze eylanden oorlog moet worden gevoert, en men de vyanden niet beter plagen kan, als met het bederven van hare vrugtboomen, zo moet het Sagubosch (als zynde haar broodt-kamer) zulks voor eerst en voor al ontgelden, en 't welk geschiet, als men een kerf of diepe keepe in den stam kapt, waar uit dan binnen drie a vier dagen alle het zap van den boom loopt, in gedaante van slymerige Papeda, en het merg droogt uit: maar om dat den slimmen of loozen Inlander, tydig daar bykomende, deze quetzuure weet toe te heelen, met een handt vol slyk of zwarte aarde daar op te smeeren, zo is namaals in gebruik gekomen, dat men deze boomen geheel omvellen, en in de lengte splyten moet: want als dan, door de regen en zon, zo verrot het binnenste merg in korten tydt, en dit is een van de moeyelykste en schadelykste werken, die onze Europiaansche Soldaten in de Amboinsche oorlogen hebben uit te staan: want zy moeten, met het doorkruissen van deze modderige Sagu-bosschen, of van doornen in de voeten gequetst werden, of aan de berbery en Indiaanze lammigheit geraaken, en daarom moet hy geen gelt aan schoenen spaaren, die zulken arbeit te beurte valt, of hy zal het hem beklagen.

De voornoemde dikke schorsse, Coroerong *genaamt, heeft men in de leegers bevonden, dat door een roer-kogel ondoorboorlyk zyn, of immers den slag der kogel zodanig komen te breeken, datze geen groote schade kan doen: en dierhalven kan men in 't velt schielyke of spoedige borstweeringen daar van maaken: de slaven gebruiken dezelve ook, wanneerze in bakken steen, kalk, en diergelyke zwaare materie op hare schouders moeten dragen. De bladeren van deze boomen, en voornamentlyk die van de jonge of struik, staan bykans noit stil, maar beweegen hun, en ratelen met de minste windt, tegen malkander, ja zomtyts ziet men 'er twee a drie tegens malkanderen aanslaan, en de andere stil staan, al is de lugt, na oogenschyn, geheel zonder wint: schielyk staan zy dan ook stil, en verroeren hun wederom andere, 't welk wonderlyk is om aan te zien, en waar van ik de naaste oorzaak gisse te zyn een kleine en flaauwe beweging des lugts, die men aan ons lichaam niet voelen kan, en dewelke tegens de styve en half t'zamen geboogen bladeren, als tegens een zeyltje, aanstoot, en zoo dezelve beweegt: de doornige takken legt men op beiningen ofte Paggers der tuinen, voor het overvliegen der hoenders, ofte men bintze ook rondom de boomen tegens het opklimmen der ratten en vreemde gasten: de scheut, die men ook een pyl of langen hoorn noemen kan, en d'welke zig in jonge bladeren verdeelt, wert, voor het openen, zomtyts de lengte van een elle of wat meer afgesneeden, daar dan de Inlanders fyne draaden van weten te splyten, en dezele bruin of zwart te verwen, midsgaders daar van te weven zeekere stoffes,* Culit Sagu *genaamt, zynde styf en gladt, en eenigzints het grove greyn gelykende, van verwe ligt-bruin of purper, en redelyk durabel tegens den regen, dog in 't weeven mengenze gemeenelyk eenig kattoene gaaren daar onder, als van Baftas of Caricams, dewelke zy tot*

fatiffimi. Quum jam obfervetur Sagum fructus fuos proditurum, quod eft circa fupra notatum fecundum vel tertium maturitatis gradum, fique per aliquod tempus expetatur vegeta, prædictum tunc germen disrumpendum eft, tum enim aliquot per menfes confervari poteft, donec occafio oboriatur ejus contundendi medullam. Cerammenfes vulnera atque exulcerationes curant manducato Sagu-pane, quem forma emplaftri imponunt, vim enim exficcantem atque incarnantem habet, nihil aliud addentes. Si jam memorata Sagu-farina feu Sagu-manta inveterata fuerit, nulla bona Papeda puls inde confici poteft, quia nimis fluida tum eft, ac maxima pultis virtus in eo confiftit, ut tenax ac glutinofa fit, ingurgitari enim, non manducari debet, prius etiam tali aquæ incoquendi funt quidam cortices certarum arborum, quæ Oebat-Papeda vocantur, uti funt *Lingoo*, *Aul*, *Aylaun Lap-pia*, præfertim autem arboris *Taberu*, ac plures alii cortices, qui aquæ vim confortantem addunt, quumque Sagu-farina ei infundatur, tum Papeda juftam adquirit confiftentiam.

Coffos olim apud Romanos in deliciis fuiffe teftatur *Plinius lib.* 17. *Cap.* 24. qui fcribit arborum quarundam Coffos, præfertim autem Quercuum, farina faginatos apud Romanos in deliciis habitos fuiffe. De Sagus autem teredine notandum eft, quod fi fatis diu in prædicta *Ela* fuerit faginatus, illum quoque inftar reliquorum Cofforum mutari in aureliam, referentem infantem mortuum, feu necydalum in cellula conclufum, quæ confecta eft ex proxime adjacentibus ftipulis, ex qua dein poft aliquod tempus nigricans oritur Scarabæus: Crefcunt non tantum, uti dictum fuit, in *Ela*, fed in media quoque Sagus medulla, fi vegeta fit ac crefcat, in qua fæpe inveniuntur adeo hi Coffi occlufi, ut nulla apertura, nullus introitus vel ejus veftigium appareat, per quod introivere, quod perfcrutandum relinquo neotericis Philofophis, qui negant infectum aliquod ex putrefactione generari; fed confirmant cuncta ex prægreffo oriri ovo; de quo in Amboinico libro de animalibus plura commemorabuntur: Si obferventur vefpertiliones ramis Sagu-arboris appendere, tum credunt incolæ, truncum farina deftitui, vel arborem brevi perituram: Ex Sagu farina alii quoque cibi feu bellaria præparantur, inter illa quoque *Uba*, qui funt bacelli ex Sagu-manta confecti, & in Sagu-foliis tofti, paulo minores quam *Baggea*: Ceramenfes autem illos torrent in tenuibus Bamboefis, quales bacelli hinc quoque majores funt, & *Tutupola* vocantur, fi autem Sagu-mantæ faccharum, Anifum, & Piper admifceatur, tum tenues bacelli ex iis præparati in foliis torrentur, & *Cana* nominantur, inque epulis proponuntur. Notabile quoque eft, fi aliquid Sagu-mantæ rafpato Calappæ nucleo fit immiftum, nullum inde elici poffe oleum, fed omnia tum in pultem colliquefcere: fic quoque notatu dignum eft, quod Ceramenfes fæpius experti fuerint, malignas nempe pedum exulcerationes feliciter curatas fuiffe per Ceramenfem Sagum, cujuscunque etiam fit pagi: Eum in finem tenuiter manducata hæc pafta cum folio *Daun Baru*, quod non nimis tenerum effe debet, inftar Emplaftri craffioris ulcerationi imponitur, ubi exficcationi porro relinquitur.

tot dien eynde alvoorens onttornen; zynde de Inwoonders van de Uliasterfche Eylanden in 't weven van deze kleeden wel de gaauwfte. Wanneer men nu ziet, dat den Saguboom zyne vrugten wil uitfchieten, 't welk dan is omtrent de hier voor genoemde tweede of derde graat van rypheit, en dat men hem nog een tydt lank begeert ftaande te houden, zo moet men het gem. uitfpruitzel of de fcheut afbreeken; want als dan kan men dezelve nog eenige maanden goet bewaren, tot dat men gelegentheit heeft, om hem te kloppen: de Cerammers geneezen haar vleefch-wonden en Ulceratien met het gekauwde Sagu-broodt, 't zelve pleyfters-gewys daar op fmeerende; want het heeft een opdroogende, en vetmaakende kragt, en voorts anders niet. Als nu het meergem. Sagu-meel of de Sagu-manta out is geworden, dan en kan men geen goede Papeda daar van maaken, om datze te vloeyende wort, en de meefte deugt van deze pap daar in beftaat, dat hy ftyf en taay is, want hy wil maar ingeflorpt, en niet gekaauwt worden; ook moet men te vooren in 't water kooken eenige fchorffen van zeekere boomen, die men Oebat-Papeda noemt, als van Lingoo, Aul, Aylaun Lap-pia, *dog voornamentlyk die van den boom* Taheru, *en nog meer andere, dewelke het water een t'zamentrekkende kragt geven, en wanneer het men dan het Sagu-meel daar in ftrooyt, zo krygt de Papeda haar behoorlyke dikte.*

Dat nu de Coffi, ofte hout-wormen eertyts by de Romeynen voor een lekkerny zyn gehouden, getuigt Plinius lib. 17. Cap. 24. *fchryvende dien aangaande, dat de hout-wormen van zommige boomen, dog meeft van de Eyke-boomen, met meel gemeft, en by de Romeinen voor lekkerny gehouden wierden; zynde wyders van de voorn. Sagu-wormen aan te merken, dat wanneerze haar lang genoeg in de voornoemde* Ela *gemeft hebben, zy ook, gelyk alle andere houtwormen veranderen in een poppe, gelykende wel wat na een doodt-kint, 't welk beflooten is in een huisken of zakken van de naaftaangelegene ftoppelen gemaakt, en waar uit dan mede na zeekere tydt een zwarte keever of torre voortkomt: zy groeyen niet alleen, als gezegt, in de* Ela, *maar ook midden in 't merg van den Sagu-boom, zoo als hy nog ftaat en groeyt, en daar in menze dikwils zodanig vint befloten, dat men daar aan geen opening, ingang, of voetftappen befpeuren kan, boeze daar in mogen gekomen zyn, dog 't welk ik geerne wil laaten onderzoeken de nieuwe Philozophen, dewelke ontkennen, dat eenige infecten uit verrotting zouden werden gegenereert; maar vaft ftellen, datze alle uit een voorheen gelegt ey haar oorfpronk moeten hebben; en waar van in 't Amboinfche dierboek nog wat meer zal worden gezegt: wanneer men ziet en gewaar wort, dat haar de vleermuyzen aan de takken des Sagu-booms hangen, zoo gelooven de Inlanders, dat de ftam geen meel meer en heeft, ofte dat de boom in korten tydt zal uitgaan. Uit het Sagu-meel werden nog al eenige andere fpyzen of tafel-geregten toebereit, en daar onder ook* Uha, *zynde ftokjes uit Sagu-manta gemaakt, en in Sagu-blaaderen gebakken, wat kleender als de* Baggea; *dan de Cerammers bakkenze in dunne Bamboezen, welkers ftokjes dien volgende ook wat grooter zyn, en werden* Tutupola *genaamt, maar als men onder de Sagu-manta zuiker, anys, en peper doet, dan werden de dunne ftokjes daar van gemaakt in bladeren gebakken, en* Cana *genaamt, midsgaders tot banket opgedift: het is ook aanmerkelyk, dat zoo wanneer yets van de Sagumanta onder het gerafpte pit van de Calappus-noot komt, men geen oly daar van krygen kan, maar dat het alles tot een pap wert; en zoo mede is het wel noterens waardig 't geen de Cerammers dikmaals hebben geprobeert, namentlyk dat quade Ulceratien aan de beenen gelukkig zyn genezen met een Ceramze Sagu, van wat Negory die ook mag wezen: werdende ten dien einde klein gekaauwt met een bladt van* Daun Baru, *'t welk niet al te jonk is, en dan als een dikke pleyfter op de Ulceratien gefmeert, daar men het dan voorts zo laat op drogen.*

CAPUT DECIMUM NONUM.

Sagus Filaris. Hakum.

ARbor hæc ad Indicas Palmarum ſpecies quoque pertinet, quamvis inter nullas trium antecedentium claſſes juſte numerare eam potuimus: Mixtam enim *Sagus & Calappi* habet formam, ut & *Rottangæ*, priorum vero plurimum. Primo format fruticem inſtar *Sagus*, vel potius inſtar *Rottangæ*, ex cujus medio ſimplex erigitur truncus, crure craſſior, ac transverſalibus obſitus ordinibus mollium & inermium ſpinularum, quæ plurimum ad ramorum ortum apparent, atque omnium frequentiſſimæ ad acutos illorum margines: Truncus hic excreſcit in *Calappi* altitudinem, immo quidam etiam ſunt altiores & craſſiores, æquali ac glabro cortice in amplos & obſcuros diviſi articulos ſeu annulos, qui ſpinis omnino deſtituuntur: In ejus vertice comam extendit hæc arbor inſtar *Sagus*, ramificationes autem non ita ſunt erectæ, quæ a duodecim ad quindecim pedes ſunt longæ, quarum inferior pars per quatuor pedes nuda eſt, ac foliis deſtituta, ad originem vero interna hæc ramificationis pars aperta eſt, reliqua porro rotunda ac firma eſt, intus fungoſa & aquoſa, ad dorſum vero obſita vago ordine tenuium ſpinularum ad ſemipedalem diſtantiam, quoque magis ad ſuperiorem perveniant partem ſpinæ, eo remotiores quoque ſunt: In frutice juniore folia quidem ſunt latiora quam in adultiori ex *Sagus* natura, tres cum dimidio pedes longa, tres quatuorve digitos lata, excepto longo filo, quod ad apicem protuberat, per horum medium firmus tranſit nervus, ſuperiore protuberans parte, cum duobus aliis minoribus lateralibus, per quos apparet folium in veteri arbore trifidum, cuncta autem ad oras & coſtas pungentibus obſita ſunt ſpinis, unde hirta penitus ſunt. In adultiore autem arbore folia, uti in *Sagu-arbore*, eriguntur inſtar ſemi-aperti libri, quorum extremum deorſum inflectitur, ultra quatuor pedes longa ſunt, excepto apice, & duos lata digitos, quæ per medium firmum gerunt nervum, & ad latera duos alios minores, Sagu foliis ſimillima, ad oras paucis mollibusque obſita ſpinis, quæ in folii quoque plana parte ſed vagæ conſpiciuntur, uti in *Rottang*-foliis.

Inter ramos alii craſſi progerminant petioli ſeu breves ramificationes, brachium craſſæ, tres quatuorve ſimul circa trunci verticem, quarum ſingula dividitur in octodecim vel viginti tenues & longos petiolos, vix minorem digitum craſſos, tresque pedes longos, omnes ad unam inclinantes partem inſtar plumæ, ex hiſce undique dependent quadraginta quinque, ſeu quinquaginta tenues digiti (Juli) vix calamum craſſi, ac digitum longi inſtar *Siriboæ*, parum ſquamoſi, obſcure ruffeſcentes, cunctique ad anteriorem vergentes partem, exceptis paucis quibusdam arcuatis: Hiſce ex digitis ſeu julis veri dependent fructus, qui parva ſunt grana inſtar Olivæ officuli, ſed magis obtuſa, ſquallide albentia, ſplendentia, cancellata, & tuberculata inſtar fructuum vulgaris *Rottangæ*, quam etiam totus æmulatur corymbus; tubercula autem hujus *Hakun* fructus magis protuberant: fructus hi non firmiter petiolis adhærent, ſed facillime decidunt, ſi tangantur vel tractentur. Sub fragili putamine duriſſimus latet nucleus inæqualis, anguloſus, & fovea notatus: inter veterum ramificationum centrum tenerum oritur germen, quatuor pedes longum, in quinque ſexve minores ſeſe dividens pedunculos, hiſque junguntur foliola arcte ſibi invicem incumbentia, & longum efformantia ſtilum, quæ pallide albentis ſunt coloris: in vetuſtioribus vero arboribus hoc germen ſimplex provenit, ſeptem octove pedes longum, oppoſitis foliis ipſi involutis inſtar teli ſeu cornu, quodque germen ſolum in uſus humanos adhiberi poteſt, uti poſtea indicabitur: veteres arbores Calappo longiores ſunt, & tam craſſæ inſtar Sagus difficileſque adſcendentibus ſunt, dum glabræ ſint, nec annuli protuberant ac illi Calappi, atque præterea ſuperius ſunt ſpinoſæ: Exteriore parte lignum gerunt durum, quod ad aſſeres uſurpatur: creſcunt autem non in declivibus ac paludoſis locis, uti Sagus, ſed potius in montibus & altioribus collibus.

Nomen: Latine *Sagus Filaris* a ſequenti uſu, Malaice

XIX. HOOFDSTUK.

Touwagtige Sagu-Boom.

Zo is my ook by nader onderzoek gebleeken, dat den voornoemde Japanschen of Sineeze Sajor-Calappa-Boom veel scherper en steekeliger bladeren heeft dan de onze, en daar van merkelyk verschilt, weshalven ik van voornemen ben naardere kennis van hem te zoeken, en in myn Auctuarium *hem te beschryven onder den naam van* Arbor Calappoides Sinensis, *werdende by onze Sineezen genaamt* Tetsjoe *of* Titsjoe, *dat is* Yzer-Boom, *waar van de reden genoeg uitgehaalt staat in de* Hortus Malabaricus.




EXPLI- UYT-







Cycas pectinata. Ham.






Cycas pectinata. Ham.





Cycas circinalis. L.





Cycas circinalis. L.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ,

Quæ exhibet, quomodo mira hæc arbor, seu CYCAS primum suum fructum, quem semel utcunque per vitam gerit, & *Ananassa*, a similitudine cum *Ananas* fructu vocatur, producat.

UYTLEGGING

Van de Twintigste Plaat,

Welke vertoont, hoe deze byzondere Boom CYCAS *genaamt, zyn eerste vrugt, die by maar eens in zyn levens tyt doorgaans voortbrengt, en* Ananassa, *na de gelykenisse met de vrugt van de* Ananas *genaamt wert, te voorschyn komt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Primæ,

Quæ exhibet CYCÆ *arbusculam Amboinensem*, cujus truncus erat tres pedes altus, ejusque fructus sesquipedis longitudinem habebat: Trunco autem adcretæ sunt binæ parasyticæ *Polypodii Indici* plantæ *a a. Litt.* autem *b. simplex* exhibet *lineare foliolum* justa magnitudine.

UYTLEGGING

Van de Een- en Twintigste Plaat,

Dewelke verbeelt een jong boompje in Ambon gegroeit zynde, wiens stam was drie voeten hoog, en deszelfs vrugt een en een halve voet lank: welke verders aan zyn stam Lett. a a. twee plantjes *van* Polypodium *draagt, en* Lett. b. *vertoont een* enkelde riem *van een* Tak *in zyn natuurlyke grootte.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Secundæ.

Cujus *prima Figura comam Cycæ* seu *Sajor Calappæ feminæ* frugiferam frondibus suis ornatam exhibet.

Figura Secunda simplicem & detruncatum quasi exhibet caudicem, cujus frondes jam deciderunt, sed eorum loco squamæ fructuum foliosæ, ipsique fructus progerminant & excrescunt, quæ *Param Pua* & *Lagogo* seu femina a RUMPHIO in *textu* vocatur.

Litt. A. ipsum ac verum hujus arboris denotat fructum putamini inclusum.

B. *Fructum dissectum*, ut putaminis crassities internaque nuclei conspiciatur substantia.

C. *Fructum* seu *nucleum* putamine suo orbatum.

UYTLEGGING

Van de Twee- en Twintigste Plaat.

Welkers eerste Figuur vertoont de kruin *van een* vrugtdragende Cycas, *of* Sajor-Calappa *met zyn* takken *en* teere vrugten.

De tweede Figuur een kop *of* stronk *van het* vrugtdragende *en uitschietende* wyfje Param Pua *en* Lagogo *genaamt, daar de* bladen afgevallen zyn, *en de* vrugt-bladen *zig in plaats vertoonen.*

Lett. A. vertoont de regte *en* waare vrugt *van deze boom in* zyn bolster.

B. Dezelve opengesneden, *op dat de bolster en deszelfs inwendige kern vertoont wert.*

C. Wyst aan de vrugt zonder bolster, *ofte deszelfs* inwendig pit.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Tertiæ.

In qua conspicitur *Cycas Mas*, seu *Olus Calappoides Mas*, incolis *Sajor Calappa Lacki-Lacki* vocatus, qui in textu *Patuku* seu *Mas* vocatur & describitur.

UYTLEGGING

Van de Drie- en Twintigste Plaat.

Dewelke vertoont de kruin van het Olus Calappoides Mas, *ofte de* Sajor-Calappa Lacki-Lacki *genaamt, en in de text* Patuku *of het mannetje gebeeten, en beschreven.*

OBSERVATIO.

Arborem hanc, quæ TODDA-PANNA in *H. Malab. Tom.* 3. *Tab.* 13 ad 21. vocatur, falso pro vera farinifera seu *Saguifera* Palma haberi, supra in observatione ad *Cap.* 17. de *Sagu* innuimus, licet non negemus hanc quoque farinam tam ex veris ejus fructibus quam ex trunci medulla suppeditare, sed hoc cum plurimis aliis Palmæ speciebus commune habet, & hæc defectu veræ farinæ, *Sagu* dictæ, plerumque in usum vocatur, ac proinde *Saguifera* dici non meretur, sed admiranda sane hæc *Palmæ* species est, quæ antequam veros suos edat fructus, luxuriantis naturæ primum enititur prolem quasi Herculeam, quæ plantarum fructui elegantissimo ac speciosissimo, *Ananas* puta, certe palmam præripere videtur, unde & *Ananassa* quoque dicta fuit nostro auctori, & quod mirandum unica plerumque per vitam vice hunc prodit foetum.

Distinguitur vero itidem hæc arbor in *marem* & *feminam*, quam varietatem tam in hac quam in aliis Palmarum generibus, plurimi observarunt, æque ac noster, auctores, hanc vero differentiam ulterius in textu examini subjice: & ad singulare genus revocata hæc arbor est a LINNÆO in *Horto Cliff. pag.* 482. ubi CYCAS *frondibus pennatis, foliolis lineari-lanceolatis, petiolis spinosis* vocatur, ubi reliquos adlegatos vide auctores. Utque porro variæ hujus arboris partes, & multiformes earum vicissitudines rite intelligantur, adjectas perlustra auctoris nostri Tabulas, illasque cum elegantissimis *Horti Malab.* iconibus compara, & attento perpende animo.

AANMERKINGE.

Dat deeze boom, dewelke in het derde deel van de Hortus Malab. *van* Tab. 13 *tot* 21. TODDA-PANNA *genaamt wert, te onregt voor de waare* Meel- *ofte* Sagu *gevende* Palmboom *gehouden wert, hebben wy hier boven in onze Aanmerking op het* 17 Hoofdstuk *van de* Sagu *te kennen gegeven, schoon wy niet ontkennen, dat deeze Boom ook meel verschaft zo uit zyn waare vrugten, als uit het merg des stams, dog dit heeft hy gemeen met meer andere* Palm-Boomen, *welkers meel ook by gebrek van de regte* Sagu *doorgaans gebruikt wert, dog daarom verdient hy de naam niet van* Sagu-dragende *Palmboom; schoon dit waarlyk een zeer verwonderings waardige Palm-Boom is, dewelke, eer hy zyn regte vrugten te voorschyn brengt, als eerst vertoont een wonderbaarlyke vrugt en bewys van de onuitputtelyke en vrugtbaare natuur, dewelke aan de eelste en schoonste vrugt der planten, de* Ananas *namentlyk, het hooft schynt te bieden, en daarom ook na deszelfs gedaante* Ananassa *van onze Schryver genaamt is, en het geen te verwonderen is, doorgaans brengt hy maar eens en wel het eerste in zyn levenstyt deze vrugt te voorschyn.*

Deze Boom wert egter ook verdeelt in een mannetje, en wyfje, welk onderscheit zo in deeze als in andere Palm-geslagten veel andere Schryvers, zo wel als de onze, ook aangemerkt hebben, welk verschil verder in de text te vinden is: en is deze Boom mede tot een byzonder geslagt gebragt van LINNÆUS *in de* Hortus Cliffort. pag. 482. *alwaarze* CYCAS frondibus pennatis, foliolis lineari-lanceolatis, petiolis spinosis *genaamt wert, en alwaar de overige Schryvers aangehaalt zyn. En op dat de byzondere deelen deezes Booms, en derzelver verwonderlyke veranderingen wel mogen verstaan werden, zo overweeg de bygevoegde Plaaten van onzen Schryver, en vergelyk die met de zeer heerlyke en nette Figuren van de* Hortus Malabaricus.

In RUMPHII *Auctuario* anno 1704. ab ipso ex India Amstelædamum misso *Capite duodecimo* ARBOR CALAPPOIDES SINENSIS, seu SAJOR CALAPPA, Sinensibus TITSJIU dicta, sequenti describitur modo.

In het Auctuarium, *ofte de* vermeerdering *van* RUMPHIUS, *van hem daar na in het jaar* 1704. *uit Indie na Amsteldam gezonden, wert in het* twaalfde Hooftstuk *de* Sineese ARBOR CALAPPOIDES, *of* Sajor Calappa, *by de Sineezen* Titsjiu *genaamt, op de volgende wyze beschreven.*

Arbor hæc truncum gerit vix paulo homine altiorem, Calappo autem crassiorem, qui superius ramos in orbem explicat; qui semi-digitum sunt crassi, superius sulcati, inferius rotundi, ab utraque parte plurima angusta, crassa, ac firma locantur foliola, seu pinnæ, arctissime juncta, haud multum gramine latiora, nervo longitudinali medio firmo armata, quo terminantur in firmum apicem, qui instar styli seu subulæ pungit. Pinnæ hæ inferiores tres pollices sunt longæ, sensimque longiores usque ad sex pollices extenduntur, subito dein breviores fiunt, ac circulum efformant circa rami extremum, qui longus est circiter duos pedes cum dimidio, semper virens, siccata autem folia gilvi sunt coloris, horumque oræ reflectuntur deorsum, unde inferius sulcata apparent.

Dezen Boom wert aan stam niet veel hooger dan een man, dog dikker dan een Calappus-boom, en boven spreit hy zyne takken uit in 't rondt, de takken zyn een halven vinger dik, boven gegeut, van onder ront, ter weerzyde staan twee smalle dikke en styve bladeren, digt aan malkanderen, niet veel breeder dan gras, met een styve middelzenuwe, en eyndigen in een styve spits, dewelke steekt als een elze, de agterste zyn 3. duimen lank, en werden allenskens langer, tot 6. duimen, van daar wertze schielyk weder korter, en besluiten een kring omtrent het uiterste van den tak, dewelke is lank schaars twee en een halve voeten; hy is altyd groen, dog de gedroogde bladeren worden vaal, en de kanten werpen haar neerwaarts, waar doorze van onderen gegeut schynen.

Nomen. Latine *Arbor Calappoides Sinensis* ob convenientiam, quam habet cum Olere Calappoide seu Sajor Calappa *Lib.* 1. descripta: Sinensibus *Titsjiu* h. e. arbor ferrea, dum ejus folia instar pinnæ ferreæ pungant.

Naam. In 't Latyn Arbor Calappoides Sinensis *na de gelykenisse, die hy heeft met het Olus Calappoides of Sajor-Calappa* Lib. 1. *beschreven, in 't Sinees* Titsjiu, *dat is Yzer-boom, dewyl zyn bladeren steeken als Yzere-pinnen.*

Usus. In arte Medica nullum habet usum, sed in Sina & Japonia in hortis plantatur ob plumosam ejus formam. Nunc quoque Bataviæ reperitur sed sine fructibus, atque haud multo crassior Pinanga est: Ex ejus trunco paulo supra radicem, quæ ex simplicibus constat fibris uti in Calappo, duo acuminati nodi seu tubera protuberant, quæ sensim in folia explicantur, hique stolones seu surculi abscindi possunt & transplantari, quo modo ex Japonia Bataviam, & inde huc translatæ fuere hæ arbores.

Gebruik. Hy heeft in de Medicyne geen gebruik, maar wert in Sina en Japan in de hoven geplant, wegens zyne vere gedaante. Nu vind men hem ook op Batavia, dog zonder vrugten, en niet veel dikker dan een Pinang-boom: uit den stam kort boven de wortel, dewelke uit enkele vezelingen bestaat, gelyk aan den Calappus-boom komen twee gespitste knoesten voort, dewelke zig allenskens in bladeren openen, en deze uitspruitzels kan men afsnyden en verplanten, op welke manier menze uit Japan op Batavia, en van daar ook herwaarts gebracht heeft.

Arbor *Todda-Panna*, Portugallice *Armatoira* Das *Igresias* seu *Palma d'Igresia* in *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 13. descripta, maxima ex parte convenit cum vulgari nostra *Sajor Calappa* supra *Lib.* 1. descripta. Quamvis auctor dicit arborem esse Japonensem, ac nomen ipsi tribuit Japonicum *Soteetsjou* seu *Sotectsjou* h. e. ferri amicus, ob mirabilem hujus arboris sympatiam cum ferro, quæ in Amboinica nostra arbore nondum experta est, quæ nimis etiam a Japonensi differt, hic etiam nunquam audivimus, fructus ejus crudos edules esse, vel farinam ex illis edulem, quæ Auctori *Sagoe* vocatur, præparari posse, cæterum multæ miræ Todda-Panna varietates ab *Horti Malab.* auctore explicantur, quæ cum Amboinensi plurimum conveniunt.

Den Boom Todda-Panna, *in 't Portug.* Armatoira Das Igresias *of* Palma d'Igresia *in* Hort. Malab. part. 3. Fig. 13. *beschreven, komt over een voor 't meeste deel met onze gemeene* Sajor Calappa *hier boven* Lib. 1. *beschreven. Hoewel den Autheur zegt hem een Japanschen Boom te zyn, en geeft hem den Japanschen naam* Soteetsjou *of* Sotectsjou, *dat is Yzer-vriendt, wegens de wonderlyke sympathie, dewelke dezen Boom met het yzer zoude hebben, 't welk men aan onze Amboinize nog niet ervaren heeft, dewelke ook te veel verschild van de Japanse, ook heeft men alhier nooit gehoord, dat de rauwe vrugten zullen eetbaar zyn, nog dat men een eetbaar meel, by den Autheur* Sagoe *genaamt, daar van maken kan, anderzints werden veele wonderlyke veranderingen van* Todda-Panna *door onzen Autheur verhaald, dewelke met de Amboinsche meest over een komen.*

Sinenses dicunt inter hujus arboris ramos *Ibitt Baru*, seu materiam igni suscipiendo aptam reperiri, uti hic in Amboinensi *Saguastero Majore*, seu *Nibun Besaar*

De Sineezen zeggen, dat men aan den Boom tusschen de takken een Ibitt Baru *of* Tontel *vind, gelyk alhier aan den Amboinschen* Saguaster Major, *of* Nibun Besaar.

Tabula Vigesima Quarta

Folium exhibet *Sajor-Calappæ Sinensis*, ut cum antecedentibus comparari, & ab iis melius dignosci possit.

De Vier- en Twintigste Plaat

Vertoont een Bladt van de Sineese Sajor-Calappa, *op dat ze tegens de voorgaande vergeleken en onderscheiden kan werden.*

OBSERVATIO.


Varietas, quæ inter hanc & proxime antecedentem observatur, magis diverso coelo ac solo adscribenda forte est, quam quod diversa sit species, si autem nota quædam realis Characteristica has dividat, hanc *veram Japonensium Palmam pruniferam Hermanni*, & Palmam vinariam Belgarum *Breynii Prodr.* 1. esse puto. Quæ est *Palma Japonica spinosis pediculis, Polypodii folio Par. Bat. Pr. p.* 361. *Boerh. Ind. part.* 2. *pag.* 170. & in horto nostro medico læte germinat, perque tubera squamosa inter caudicem ad radicum ortum excrescentia abunde & vegete propagatur.

AANMERKING.

Het onderscheit, dat tussen deze en de voorgaande gezien wert, schynt meer by de verscheide lugt en gront toe te koomen, als wel dat het een byzondere zoort zoude zyn, en indien een waar ken- of merk-teken deze onderscheidt. zo meen ik, dat dit de regte Japansche Pruym-dragende Palm-boom van HERMANNUS *is, die de* wyndragende Palm-Boom der Hollanders *van* BREYNIUS *genaamt wert in zyn eerste* Prodromus, *welke is de Japansche* Palm-Boom *met doornagtige steelen, en het blad aan de* Polypodium *gelyk in de* Par. Bat. Prodr. p. 361. *en van* Boerh. *in* het tweede *deel van de* Index *over de* Leidsche tuyn. p. 170. *welke alhier in onze Hortus Medicus zeer weelderig groeit, en door zyn schubagtige knobbels, die onder aan de stronk by de wortels groeien, rykelyk vermeenigvuldigt wert.*



Cycas revoluta. Auct.



CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Manga Domeſtica. Manga.

ARbor hæc eſt magna atque excelſa, forma Quercum referens, craſſis validisque ramis ad latera expanſa, unde facillime quoque adſcendi poteſt, ejus lignum vero non ita durum ac firmum eſt, facile enim frangi & in partes diſſecari poteſt. Folia ſimplicia ac inordinata petiolis inſident, ad ſummum frequentiora & magis adunata, haud male Juglandis folia referentia, acutiora autem ſunt, ſeptem octove digitos longa, duos pollices lata; craſſa, firma, ac glabra, luteſcentibus & æqualiter diſtantibus coſtis ornata, nervuſque medius ab utraque protuberat parte. Juniora folia penitus ſunt fuſca, virides habentia coſtas, glabra, ac flaccida, vocanturque *Putsjo Pou*. Si folia juniora hæc progerminant, e longinquo tota arbor fuſca apparet, ea nempe parte, qua folia propullulant, quod numquam undique ſimul fit. Flores longis ex racemis dependent uti in *Liguſtro* Europæo, vel *Alcanna* Indica, amplius tamen expanſi, hiſce inſident floſculi, ex quinque albis petalis conſtantes, inſtar ſtellæ expanſi, ſeu roſacei, retrorſum paululum inflexi, in petalis luteæ quædam apparent maculæ, in floris autem centro quinque alba ac brevia ſtamina, viride ambientia piſtillum, quod in luteum terminatur capitulum, ex quo fructus excreſcit: plurimum autem hi flores inutiliter decidunt, quum ex ſingulo racemo non plures quam quatuor aut quinque perfecti excreſcant fructus; flores hi gratum ſed debilem habent odorem, ac fructus formam habet brevis ac craſſi Cucumeris non vere rotundi, ſed ad latera compreſſi: Prope petiolum, ubi fructus craſſiſſimus eſt, ſemper protuberat ac ſub hoc acuminatur paulum extrorſum ad eandem inflexus partem, qua protuberat, quique communis character eſt omnium Mangæ ſpecierum: Semi-adulti fructus pallide virent, qui magnitudinem habent ovi Anatis, & adulti ſeu completi majores ſunt ovo Anſerino, coloris primo læte viridis, dein inſtar pomi, ac ultimo una parte aurantii, quidam vero toti luteſcunt, alii autem, licet ſint maturi, virides manent juxta diverſas ſpecies. Sub tenui cortice, qui inſtar Perſicorum decorticatur, caro reconditur ſuccoſa ac fibroſa, adeo ſucci plena, ut ſi comedatur, ſupra manus & os effluat: Fibræ quoque non ita ſunt tenaces, quin plurima earum pars exſugi poſſit: Si fere maturi ſint, ſaporem habent acidulum, maturi autem penitus gratiſſimi ſunt ac dulces, ſemper tamen cum quodam acidulo mixti, cui junctus quoque eſt gratus & mollis odor. Hoc enim detegitur, æque ac in Ananaſſa, ejus maturitas; intus reconditur magnus ac planus nucleus, cui fibroſa hæc caro adeo eſt juncta, ut fibræ haud facile inde avelli poſſint, atque in hoc alius iterum planus reconditur nucleus, tenui & alba tectus pellicula, qui amarus ingratique ſaporis eſt; ſi folia confringantur vel contundantur, fructuum odorem ſpirant, vel inſtar Dauci lutei vulgaris, ita ut appetitum excitarent. Trunci cortex eſt ſcaber, atque ubique, ubi inciditur, eundem exhibet odorem ac folia: Immaturi fructus, quum virides penitus ſint, acerbum & adſtringentem habent ſaporem fere inſtar uvarum inmaturarum, tumque aptiſſimi ſunt muria condiendi; maturi vero tam delicati gratéque dulces ſunt, ut ex deliciatiſſimis totius Indiæ fructibus habeantur, noſtroque judicio nulli alii cedunt fructui niſi Mangoſtano. Hujus arboris lignum nulli aptum eſt uſui ob ſuccoſitatem ac fragilitatem, quo etiam fit, ut vaſtiſſimi rami fructuum pondere ſponte abrumpantur, quique etiam ſæpe a vermibus ſeu coſſis adeo exeduntur, ut ſine ulla vi, ſed ſola ipſorum gravitate decidant, hincque non facile per alium, niſi per pueros conſcenduntur, quia craſſis etiam ramis non fidendum eſt, ſiccum autem lignum foco culinario aptum eſt.

Genera. Manga varias habet ſpecies, quarum diſcrimen plurimum ex fructibus cognoſcitur.

Primo.

XXI. HOOFDSTUK.

Tamme Mangas-Boom.

DIt is een groote en hooge Boom, van gedaante als onzen Eyken-boom, met grove en dikke takken ter zyden wyt uitgeſpreit, en daarom ligt om te beklimmen, dog zyn hout is op verre na niet zo vaſt: want men kan het ligt breeken en aan ſtukken kappen: de bladeren ſtaan enkelt en zonder ordre aan de ryskens, na vooren toe digt op malkander, zy gelyken niet qualyk na de Nootebooms bladeren, dog zyn wat ſpitzer, zeven a agt duimen lank, twee breet, dikagtig, ſtyf, en glat, met geele en meeſt evenwydige ribben doorregen, en de middel-zenuwe puilt aan weerzyden uit. De jonge bladeren zyn gants bruin, met groene ribben, glat, en ſlap, en werden Putsjo Pou *genaamt. Als de Boom deze jonge bladeren gewint, of voortbrengt, zo gelykt hy van verre wel geheel bruin, te weten aan die zyde, daar hy uitſlaat, en 't welk hy nooit rontom te gelyk doet: het bloeyzel hangt aan lange troſſen, zeer gelyk onze* Liguſtrum *ofte de Indiaanſche* Alcanna, *dog wat wyder uitgeſpreit, daar aan ſtaan, of zitten, kleine bloempjes, uit vyf witte blaatjes gemaakt, als een ſterretje, een weinig agterwaarts geboogen, op de blaatjes ziet men eenige geele plekjes, en in de midden vyf witte en korte draatjes, omcingelende een groen kaasken, met nog een geel knopje daar boven op, waar uit de vrugt wert geformeert, dog het meeſtendeel van dit bloeizel valt ten onnutte of vergeefs af, nadien dat aan yder tros niet meer dan vier a vyf vrugten tot haar volkomentheit komen, het bloeyzel heeft ook een lieffelyken dog ſlappen reuk, midsgaders de vrugt de gedaante van een korte en dikke Comcommer, niet regt ront, maar een weinig ter zyden gedrukt: by den ſteel, alwaar de vrugt op 't dikſte is, heeftze altyt een bult, en daar onder ſtaat de ſpits, een weinig uitwaarts na dezelfde zyde geboogen daar den bult ſtaat, en 't welk een gemein teeken is aan alle de Mangas zoorten. De half waſſene zyn bleek of ſpaans-groen, hebbende de grootte van een eenden Ey, en de volwaſſene van ruim een ganzen Ey, en van koleur, eerſt gras-groen, daar na appel-groen, en ten laatſten aan de eene zyde gout-geel, zommige werden ook over 't geheele lyf geel, en andere, al zynze ryp, blyven egter groen, na de verſcheidentheit der zoorten: onder de dunne ſchel, die men afſchilt, gelyk de perzeken, leyt een geheel zappig en draadig vlees, zo vol zaps, dat het zelve, onder 't eeten, over handen en mont loopt: de haartjes zyn ook zo taay of vaſthoudende niet, of men kan het meeſte daar van afzuigen; als zy byna ryp zyn, van ſmaak rynſch, en volkomen ryp, zynze zeer aangenaam en zoet, dog altyt nog met wat rynsheit gemengt, en daar nog bygevoegt is een aangename geile reuk: want daar door ontdekt of verraat deze vrugt, zo wel als de Ananas, hare rypheit, van binnen leit een groote en platte korrel, aan de welke dat hairige vlees zo vaſt hangt, dat de draaden daar niet wel van af te trekken zyn, en in de zelve ſchuilt weder een andere platte kern in een wit vliesje, zynde bitter en onaangenaam van ſmaak: als men de bladeren afbreekt, of kneuſt, zo ruikenze even als de rype vrugt, of als geele wortelen, zo dat men een luſt en appetyt daar toe zoude krygen. De ſchorſſe van de ſtam is ruig, en geeft over al, daar men in kapt, dien geilen zap uit, dewelke mede ruikt, als de bladeren: de onrype vrugten, nog zeer groen zynde, hebben een zeer amperen en t'zamentrekkenden ſmaak, byna als onrype druiven, en zyn als dan wel bequaamſt om gezouten of ingepekelt te worden; maar de rype zyn van zo lekkeren en aangenamen zoetheit, dat menze rekent als een van de welſmaakenſte vrugten van geheel Indien: en onzes oordeels zo en wykenze dien aangaande geen andere vrugt, dan de Mangoſtan. Het hout van dezen boom is ondeugent tot eenig werk, wegens zyne zappigheit en brosheit, en waar door het ook gebeurt, dat zomtyts geheele dikke takken, door de zwaarte der vrugten, van zelfs afbreeken, dog zomtyts werdenze ook van de wormen zodanig doorknaagt, datze zonder eenig geweld door hun eygen zwaarte afvallen, en daarom laat menze niet ligt door ymant anders dan kleine jongens beklimmen, om dat men ook de dikſte takken niet veel betrouwen mag, zynde het drooge hout evenwel nog tot branden in de keuken bequaam.*

Geſlagten. De Mangas-boom heeft verſcheide zoorten, en welkers onderſcheit men meeſt zien en kennen kan aan de vrugten.

Eerſte.

Primo. Manga Dodol seu *Manga Calappa* nostratibus *Spek Mangas* dicta, cujus fructus omnium maximi sunt, immo quorundam instar capitis infantis & ultra duas ponderantes libras, alii autem paulo minores; ejus caro interna non est lutea, sed pallida, neque etiam fibrosa, uti vulgaris, dulcis saporis cum pauco acidulo, parvoque nucleo: occurrit autem hæc species plurimum circa Goam & Balaguattam, uti quoque in Zeylana, & Jaffanapatnama, quæ a Portugallis in Javam & Macassaram translata est: In Goa proprie dicitur *Manga Barera*, ubi etiam magnitudinem mediocris acquirit fructus Pompelmoes dicti, cujus fructus est rotundus, inferiore parum acuminatus parte, delicatissimi saporis; Bataviæ autem *Manga Dodol* multo minor est, quamvis ejusdem naturæ: in Macassara raro invenitur, vocaturque ibidem *Ta-ipa Bonko*. Hisce in insulis Orientalibus non occurrit, & quidam harum specierum fructus sunt rubentes, uti *Tsjeribon*, qui in insula Java crescit.

Secundo. Vulgaris, supra descriptus, *Mampelaan* proprie dictus, Portugallis *Manga Kayr*, cujus optimi fructus circa Pattanam crescunt, qui non toti sunt lutei, sed virides instar pomi, hujusque speciei Amboinenses & Bandanenses sunt majores, qui vero in Java crescunt, sunt minores, & maturi toti lutei & dulcissimi. Plerumque tamen vermibus perforati, unde non ita salubres quam reliqui. A *Linschoteno Cap.* 51. harum specierum optimi habentur fructus, qui in Ormo crescunt, dein qui in Guzaratta inveniuntur.

Tertio. Manga Dading h. e. Manga carnosa, aliis *Manga Daki* dicta, hujus fructus ex oblongo rotundiores sunt vulgaribus, viridesque manent, licet sint maturi, interius autem pallide rubent instar sanguinolentæ carnis, sine fibris, saporis debilioris quam vulgares, hæc autem species raro occurrit, atque ex Bangay primum in Amboinam delata est, unde etiam a quibusdam *Manga Bangay* vocatur.

Quarto. Duæ subsequentes species in Amboina sunt exoticæ, vulgares vero in Macassara, Java, unam vocamus *Mangam Minorem*, cujus fructus magnitudinem habet ovi Anatis, ac minor quoque est, sine notabilibus tuberibus, ac sine curvo apice, plurimum oblongus instar Ovi, sed magis compressus, maturi penitus sunt fusci vel subnigri, caro interior rubet, similibusque fibris ac majori nucleo quam vulgaris, qui omnino maturi esse debent, antequam dulcescant, tumque saporem odoremque habent fumosum, inmaturi enim acidissimi sunt: Truncus ejus gracilor est ac coma angustior, folia quoque minora & angustiora quam domesticæ, sponte & in silvis crescit, quamquam etiam colitur. In Macassara vocatur *Tappa rawa rawa* & *Taipa pali pali*. Boegenses ac Lubei eam vocant *Lumis*. Balienses *Poangus* h. e. Mangas adusta ob saporem, non multum autem hi fructus æstimantur vel expetuntur.

Quinto. Manga Simiarum. Malaice *Manga Buzjo* & *Budjo*. Macassarice *Taipa Baladung*, quæ omnia Simiarum Mangas denotant, cujus fructus omnium minimi sunt instar Ovi gallinacei, cæterum a proxime antecedente non multum differunt. Arbor plurimum est silvestris, altiore trunco quam vulgaris, comaque angustiore. Folia quoque sunt minora, ac silvestri Mangæ simillima. Fructus primo virent, dein lutescunt, ac maturi spadicei, sicci autem nigricantes, caro interior fusca est, vel obscure rubens, si soli obvertantur, semi-pellucida est, sapor inmaturi fructus acidissimus est, ac dentes statim inficit, atque corrumpit. Maturissimi itaque esse debent, antequam comedi possint, tumque dulcescunt, paucam vero habent carnem, sed validum nucleum instar Amygdali fructus, quique facilius ab adhærentibus depurari potest fibris quam omnes præcedentes.

Præter quinque has veræ ac domesticæ Mangæ species seu varietates, duæ quoque aliæ silvestres occurrunt, quæ sequenti describentur capite: Item alia quoque silvestris arbor Portugallis *Manga Brava* dicta, quæ longe diversa est arbor, ac proinde *lib.* 3. *Cap.* 38. infra sub nomine *Arboris Lactariæ* describetur.

Anni tempus, quo maturescunt Mangæ, in Java est ab Augusto ad Octobrem, in Amboina vero tardius, Novembri nempe & Decembri, aliquando tamen, si Zephyri multum flarunt, præcocius. In Canara, & Guzaratta ab Aprili usque in Novembrem maturescunt,

Eerstelyk, Manga Dodol, *of* Manga Calappa, *by de onze* Spek Mangas *genaamt*, *zyn wel de grootste van alle, ja zommige zo groot, als een kints hooft, en over de twee ponden wegende, dog zommige ook wel wat kleinder: haar vleês van binnen is niet geel, maar bleek, ook niet hairig, gelyk dat van de gemeene, van smaak zoet, en maar een weinig rynsch, met een kleine korrel, en deze vint men meest omtrent Goa, en Balaguatta, als mede op Ceylon en Jaffanapatnam, zynde door de Portugeezen op Java en Macasser overgebragt: tot Goa noemt menze eygentlyk* Manga Barera, *en alwaarze ook de grootte heeft van een middelbare Pompelmoes, meest ront, beneeden een weinig toegespitst, en van een zeer uitstekende smaak; maar op Batavia is de* Manga Dodol *veel kleinder, hoewel van de zelfde aart: op Macasser isse weinig, en heet aldaar* Ta-ipa Bonko. *In deze Oostersche Eylanden heeft menze niet, en zommige dezer zoorten zyn van binnen roodagtig, gelyk die van* Tsjeribon *op het Eylant Java.*

2. *Zyn de gemeene, hier boven beschreven, eigentlyk genaamt* Mampelaan, *by de Portugeezen* Manga Kayr, *waar van de beste omtrent Pattana vallen, zy worden niet geheel geel, maar blyven appel-groen, en van deze zoort zyn de Amboinsche, en Bandaasche, maar die op Java wassen, vallen wat kleinder, ook (ryp geworden zynde) geheel geel, en zeer zoet: dog meest wat worm-steekig, en dierhalven zo gezont niet als de andere. By* Lintschooten, Cap. 51. *werden van deze zoorten voor de beste gekeurt de gene, die in Ormus wassen, en daar na die van Guzaratta.*

3. Manga Dading, *dat is vlees-Manga, by andere* Manga Daki *genaamt, deze zyn uit het lankwerpige wat ronder, dan de gemeene, en blyven groen, al zynze ook ryp, maar van binnen zynze ligt root, als bloedig vleesch, ook zonder draden, en van smaak vry wat laffer dan de gemeene, dog deze zoorte vint men weinig, en zy is van Bangay eerst in Amboina overgebragt, daaromze ook zommige* Manga Bangay *noemen.*

4. *De twee volgende zoorten zyn in Amboina uitlandsch, maar gemeen op Macasser en Java, de eene noemen wy* Manga Minor, *hebbende de grootte van een Enden-Ey en ook kleinder, zonder merkelyken bult, en zonder kromme spits, meest lankwerpig, als een Ey, dog wat platter; de geheel rype werden donker bruin, en zwartagtig; het binnenste vlees is rootagtig, met diergelyke hairige vezelen, en een grooter korrel, als de gemeene, moetende geheel ryp zyn eerze zoet werden, en dan smaakenze, en ruikenze nog al wat rookagtig, want de onrype zyn ysselyk zuur. De stam is ranker, de kruin smalder, de bladeren kleinder en smalder, dan de tamme; hy wast in 't wilt, dog wert ook wel gebavent of gecultiveert: op Macasser hietze* Tappa Rawa-rawa, *en* Taipa Pali-pali: *die van Boegis, en Lubo noemenze* Lumis: *de Baliers* Poangus, *dat is brandagtige Mangas, van hare smaak, dog werden niet veel geagt.*

5. Manga Simiarum: *in 't Maleyts* Manga Buzjo *en* Budjo, *op Macassers* Taipa Baladung, *alle beduidende Apen-Mangas, zynde de kleinste van allen, in de grootte van een Hoender-ey, anders van de naast voorgaande niet veel verschillende. De boom is meest wilt, hooger van stam dan de tamme, en ook smalder van kruin; de bladeren zyn ook kleinder, en die van de wilde Manga gelyker. De vrugten zyn eerst groen, daar na geel, en ryp zynde Castangie-bruin, maar de drooge zwartagtig; van binnen is het vlees ook bruin, of hoog-root, als menze tegens de zonne hout, half doorschynent, de smaak in de onrype is zeer zuur, en bederft terstont de tanden; dezelve eggerig makende. Zy moeten dierhalven heel ryp zyn, eer menze eeten kan, en als dan wordenze zoet, dog hebben weinig vlees, en een kloeke kern, van de grootte als een Amandel-steen, en die zig ook van de aanhangende vezelen veel ligter laat zuiveren, dan alle de voorgaande.*

Behalven deze vyf zoorten van de regte, en tamme Manga, heeft men nog twee wilde zoorten, die in 't volgende Capittel zullen beschreven werden: als mede nog een andere wilde boom by de Portugeezen Manga Brava *genaamt, de welke een gants verschillende boom is, en dierhalven,* lib. 3. Cap. 38. *onder den naam van* Arbor Lactaria *of Melk-hout, zal beschreven worden.*

De Saizoenen van de Mangas zyn op Java van Augustus tot October, dog in Amboina komenze wel wat later, te weten in November en December, en ook zomtyts, als 'er veele zuide-winden wayen, wel wat vroeger. In Canara en Guzaratten heeft menze van April tot November, gelyk

turescunt, uti *Linschotenus* testatur. Quibusdam annis, si Zephyri fuerint frequentiores, arbores hæ tam copiose florent, ut vix foliatura dignosci possit, hocque plurimum ea ex parte, quæ Zephyris est exposita, quod Incolæ tanquam signum habent proxime instantis, vel jam orti morbi Epidemici; quamvis hi flores plurimum inutiliter decidant, indicio humido hoc Zephyro flores magis excrevisse quam constanti naturæ lege & tempore. Hoc observavimus annis 1657 & 1664. quum Mangæ arbores Mensibus Julio & Augusto extra ordinem floruerunt, semper supervenerunt febres Epidemicæ, pestilentiales Dysenteriæ, similesque plures morbi, qui omnes non florentibus Mangis vel Durionibus, sed insalubri, h. e. nimia humiditate, ac calida aëris qualitate excitati fuerunt. Sæpe etiam observantur quibusdam annis Mangæ bis terve fructus proferre, semper inter singulas fructuum productiones de novo florentes, tumque primos dant fructus Septembri, & sic porro usque in Aprilem.

Mangarum nuclei hinc inde projecti, si terram modo attingant, facillime progerminant, sæpe stipitibus duobus tribusve simul, quorum unus perfectum format truncum. Vespertiliones hos quoque expetunt & comedunt fructus, hinc inde illorum nucleos dispergentes, qui omnes facile quoque radices agunt ac progerminant; Mangæ arboris truncus, præsertim junioris, sæpe etiam incidendus est, ut melius excrescat, ac præcocius suos edat fructus, quum abundantem tunc emittat succum: Veteres trunci proliferi sunt, plurimumque illis increscunt plurimæ *Polypodii* species, Filices, aliæque herbæ, quæ diligenter expurgandæ sunt, quum arbori magnum adferant damnum.

Nomen. Latinis Arbor *Mangifera*, fructus *Manga Domestica*; Malaice *Mangka* vel vulgo *Manga* & *Mampelaan* (quod nomen proprie secundæ, seu vulgari competit speciei) Arabibus *Ambig*. PERSIS *Amb* & *Amba*: in Indostana apud Canarenses *Ambo*. Ternatenses *Coäve*; Tidorenses *Quale*. Amboinenses in *Hitoe Taipa* vocant: in Leytimora *Way Way*, quod nomen cum silvestri commune est, quum domestica in Amboina quondam ignota fuit, Javanis & Balensibus *Po*. Macassarensibus *Taipa*: Bandensibus *Manpelaen*.

Locus. Mangifera per totam occurrit Indiam, atque ipsi vicinam Persiam, in una tamen regione frequentior quam in altera. Occidentalis enim Indostanæ plaga abundantius eam profert Orientali. In Sumatra non sunt frequentes hæ arbores, in Aracana quidem, ac præsertim a Patana usque per totam Siamam, in Java quoque ac magnis insulis, nusquam autem forte adeo sunt frequentes, atque multiplicatæ ac in Macassara, ubi vastæ hujus occurrunt silvæ & campi. In Amboina, Banda, ac Moluccis quondam non reperiebatur, sed per peregrinos advecta est mercatores, videntur enim Malaicenses & Javani in Bandam eam transtulisse & Macassarenses in Amboinam præsertim in Hitoeam, ubi nomen inde etiam retinuit. Ante annum 1655. circa Castellum Victoriam in Amboina paucissimæ erant Mangæ arbores, ac fere nullæ aliæ nisi in celebri, sed parva silva in Hila, eodem autem anno jussu præfecti *Arnoldi de Vlaming*, plantarum amatore, in amplis circa arcem Victoriam plateis plantatæ fuere, ac inde per totam dispersæ Leytimoram, arbores enim hæ in latis plateis gratæ sunt non tantum ob umbram, sed quod flammas etiam arceant, ne ab una in alteram dispergantur partem: Rubra autem Manga seu *Manga Daging* plurimum crescit in Patana vel Siama, ac quoque in Bangaya.

Usus, *ac Natura*. Mangæ plurimum comeduntur crudæ ob delicatum earum saporem, qui, licet plurimæ comedantur, fere nunquam obstat, & exterior tantum earum cortex aufertur, reliquum in partes conscinditur, vel exsugitur ejus fibrosa caro, quæ nucleo inhæret; quidam etiam has macerant partes in vino Hispanico, quod tamen meo judicio inutile ac superfluum est, quia præter hoc satis sunt calidi hi fructus, Mangæ enim natura est humida quidem, sed simul calida, ac tenuem biliosumque generat chylum, unde vino Hispanico non opus est, ut exaltetur, numquam tamen notabile adfert damnum, licet copiose comedatur: excepto quod hi fructus sanguinem calefaciant, atque hinc exanthemata seu Sudamina cutis caussent,

gelyk Linschooten *schryft. In zommige jaren, als 'er veele zuide-winden wayen, bloeyen deze boomen zo overvloedig, dat men qualyk het loof daar van bekennen kan, en dat meest aan die zyde, daar de zuide-wint raakt, 't welk de Inlanders voor een teeken van aanstaande, of alree ontstaane en byloopende ziekte houden, hoewel dat bloeizel meest vrugteloos afvalt, tot een bewys, dat het meer door de vogtige zuide-wint, dan door de bestemde tyt der natuur uitgelokt wert: dit hebben wy gezien in de jaren zestienhondert zeven en vyftig en vierenzestig, dat als doen, wanneer de Mangas in de maanden Julio en Augusto ongemeen bloeiden, t'elkens daar op volgden veele Inlantsche koortzen, pestilentiale roode-loopen, en diergelyke quaalen meer, welke alle niet door de bloeyende Mangas of Durionen, maar door de ongezonde, dat is overvloedige vogtigheit en warme constitutie des jaars, veroorzaakt wierden: men ziet ook dikwils, dat in zommige jaren de Mangas twee a driemaal dragen, t'elkens tusschen yder dragt byzonder bloeyende, en als dan heeft men de eerste rype vrugten in September, en zo voorts tot in April.*

De Mangas korrels, hier en daar weggesmeeten zynde, alsse maar de aarde raaken, schieten zeer ligt uit, en dat wel met twee en drie stammen te gelyk, dog waar van maar eene tot perfectie komt. De vleermuizen zyn mede zeer gretig of graag na deze vrugten, en verspreiden de korrels hier en daar, die dan ook alle zeer ligt uitschieten. In de stam van de Mangas-boomen, inzonderheit van de jonge, moet men dikwils kerven hakken, waar door hy te beter opschiet, en te vroeger vrugten draagt, om dat hier door het overvloedige zap een weinig uitgetapt wert; de oude stammen gewinnen ligtelyk, of eigentlyker, zy worden veeltyts gequelt van veele zoorten van Polypodium, *Vaaren, en andere ruigte, die men naarstig daar van wegruimen en zuiveren moet, want het brengt den boom groot nadeel toe.*

Naam. In 't Latyn, de boom Mangifera, *de vrugt* Manga Domestica, *in 't Maleyts, meest door geheel water-Indien,* Mangka, *of gemeen* Manga, *en* Mampelaan *(welke naam eigentlyk van de tweede of gemeene zoorte moet verstaan werden) Arabis* Ambig. *Persiaans* Amb, *en* Amba: *in Indostaan by de Canaryns,* Ambo, *Ternaats* Coäve, *Tidorees* Quale: *Amboins, op* Hitoe; Taipa: *op Leytimor* Way Way, *een naam gemeen met de wilde, om dat de tamme eertyts in Amboina onbekent was, op Javaans en Baleys* Po, *op Macassers* Taipa: *op Bandees* Manpelaan.

Plaats. De Mangas vint men door geheel Oost-Indien, en ook nog daar buiten in de Persiaanze grenzen, dog in 't eene lantschap meerder, dan in 't andere, want de west-zyde van Indostaan is daar van rykelyker voorzien dan de oostzyde; op Sumatra zynze niet overvloedig, maar wel in Aracan, en inzonderheit van Patane af door geheel Siam, als mede op Java en de groote Eylanden, dog nergens staan 'er misschien zo veel by malkander als op Macasser, alwaar men groote bosschen en velden daar van heeft: op Amboina, Banda, ende de Moluccos hebbenze eertyts niet gehat, maar door de vreemde kooplieden ontfangen, want het schynt, datze de Maleyers en Javanen in Banda hebben overgebragt, ende de Macassaren in Amboina, inzonderheit op Hitoe, alwaarze na dezelve natie ook nog hun benaming dragen: voor het jaar zestienhondert vyf en vyftig waarender aan het Casteel Victoria in Amboina nog zeer weinig Mangas-boomen, en bykans geen andere als aan en in het vermaarde, dog kleine bosje op Hila, *maar in 't zelve jaar zynze door last van den Admiraal* Arnold de Vlaming *(een liefhebber van plantagie) op de ruime straaten aan 't Casteel Victoria geplant, en zo voorts door geheel Leytimor verspreit; want deze boomen zyn zeer bequaam in ruime straaten, niet alleen om hare aangename schaduwe, maar ook om datze den brant stuiten, en beletten, dat die van de eene zyde zo ligt niet na de andere zyde overslaat: vallende de roode of* Manga Daging *meest in Patane, of Siam, en ook op Bangay.*

Gebruik, en Aart. De Mangas *worden meest raauw gegeeten, wegens hare lekkere smaak, waar van men qualyk zat of moede worden kan, en men schilt alleenelyk de buitenste dunne schelle daar af, de rest snyt men in stukken, of zuigt het van 't hairige vlees (dat aan de korrel vast hangt) af: zommige weeken de stukken ook wel in Spaansche-wyn, dog 't welk, myns oordeels, onnoodig is, om datze buiten dien nog vierig genoeg zyn, want de Mangas, zynde van natuur vogtig en heet, genereren een dun, geyl, en galagtig voetzel, 't welk men nog met geen Spaansche-wyn en behoeft te versterken: zy brengen egter geen zonderlinge schade aan, al eet menze ook al wat rykelyk; behalven datze het bloet wat verbitten, en als dan genereerenze wel eenige vuurige opdragtigheeden des huits, in 't Latyn* Sudamina *of in 't gemeen*

caussent, unde doctus *Paludanus* apud *Linschootenum*, vel Mangam non novit, vel immaturam gustavit, qui scribit naturæ esse frigidæ, quod locum habet in immaturis, quæ acidæ & adstringentes sunt: Hæ aptæ admodum sunt & usurpantur in muria & aceto conditæ, uti cum Olivis Hispanicis fit, illæ etiam eodem modo, eundemque in finem, ad appetitum nempe excitandum aliis junctæ cibis comeduntur: Portugalli melius solebant illas præparare, quas primo in aqua marina aliquod per tempus macerabant, dein viride Zingiber ac Porra illis inserebant, & locum nuclei exemti hisce inplebant, quas in aceto ac contrito Sinapi asservabant, hæ vocabantur *Mangæ Aetchiar*, vel Portugallice *Manga Recheada*, quod nostri pronunciant *Manga Retsjada*, quia ad omnes *Atsjar Reche*, seu *Capsicum* adhibetur. Cæterum Mangæ quoque crudæ bonæ sunt, ut cum Oryza comedantur, in minutas conscissæ partes, vel piscium jure incoctæ, quæ cibis istis gratam conciliant aciditatem: Ex semimaturis quoque instar pomarii coquitur cibus: Si enim coquantur, earumque caro per crassius trajiciatur linteum, ut earum fibræ tollantur, hæcque saccharo misceatur albo, gratam acquirit aciditatem: Interior nucleus, uti dictum est, ob amaritiem edendo ineptus est, quidam autem eum tanquam Medicamentum adhibent, nempe crudum ad lumbricos, alii autem contostum contra Diarrhæam, & ad eam sistendam usurpant.

In crassissimis ramis omnes quoque plantarum species uti Viscum, similesque, quæ e terra progerminare nolunt, inplantari possunt, quæ facile quoque illis inhærent, si cum radicibus muscosis & pauco luto arboris cortici alligentur, tales autem rami fructus non bene producunt: Nihil est, quod anxietatem, quæ alicui ex esu Pinangæ Mabok supervenit, melius tollat, quam si superedatur huic matura *Manga*.

A fusco juniorum foliorum colore, quæ e fusco purpurascunt, quædam indusia vocantur *Cain Poetsjo-pou*, hæc quoque folia cruda comedi possunt, vel instar Atsjaar usurpari, uti aliarum arborum similia juniora folia, quæ *Ulang Ulang* vocantur: Arbores hæ multum involvuntur aranearum telis, aliisque sordibus, quæ ipsis adhærent, quæque efficiunt, ut plurima florum pars pereat. Expertum quoque fuit arborem hanc ob abundantem succum vi ignis resistere posse, in communi enim incendio accidit, quod omnis ejus coma seu folia comburerentur, brevique postea arbor non tantum lætius regerminaret, sed meliores quoque gereret fructus, quam antea: Ex expresso & pellucido succo saccharo mixto & ebullito crassam solebant conficere conservam, *Rob d'Mangas* dictam, ægrotis gratissimam ori refrigerando & refocillando loco *Rob Ribesiorum*. In Macassara fructus magna in quantitate sub arboribus decidunt, qui omnes ob copiam nec nutriri, vel edi possunt, deciduos autem hosce contundunt & succum eorum exprimunt, quem magnis indunt ollis seu Cacabis, unde fit acetum.


Minores duæ species, licet non ita grati sunt saporis, in Macassara tamen ob raritatem magnatibus offeruntur: quæ recentes non sunt comedendæ, sed aliquot per dies sunt deponendæ: Recentissimæ enim prope caules acerrimum habent lac, quod labiis nocet, uti in recentibus quoque detegitur Ficubus. Inter Mangarum genera numerari quoque potest fructus, qui in Banda *Pau* vocatur, cujus arbor majora gerit folia quam Manga vulgaris seu domestica, hæc autem inæqualis sunt magnitudinis, quædam enim septem pollicum habent longitudinem ac trium latitudinem, alia autem decem vel undecim pollices sunt longa, ac tres lata, anterius rotundiora, quam vulgaris Mangæ folia, obtusoque apice. Nervus medius longitudinalis utrimque quoque protuberat, foliaque plurimis lateralibus costis parallelis constant, quæ inferius protuberant, ac superius foveolas seu areas efformant, Mangæ porro folia sunt glabra, firma, rotunda, ac longis infixa petiolis, ad superiorem ramorum partem nullo locata ordine, ejus flores ac fructus racemosi sunt instar Mangæ, racemi autem hi sunt majores, ac in paucos laterales divisi, fructus quidem fere cum Mangis conveniunt, verum sunt oblongiores, quidam autem breviores ac rotundiores, ac prope petiolum quoque protuberantes ab una parte: Horum color est instar veræ Mangæ ex luteovirens; sub tenui pellicula caro latet pilosa seu fibrosa instar Mangæ domesticæ, sed est carnosior, dulcis

meen root-bont genaamt, en daarom moet den geleerden Paludanus, *by* Linschooten, *of de Mangas niet gekent, of onrype geproeft hebben, schryvende datze kout van aart zouden wezen, en't welk alleene in de onrype waar is, dewelke zuur en adstringeerende zyn. Deze onrype Mangas zyn zeer bequaam en gebruikelyk om in pekel en azyn te leggen, gelyk men de Spaansche Olyven doet, werdende ook tot dien eynde en op dezelve maniere (te weten om appetyt te verwekken) by alderbande kost gegeten. De Portugezen plegenze wat beter toe te bereiden, dezelve eerst in zout-water een tyt lank wekende, daar na met groene gember en knof-look besteekende of eygentlyk de plaats van de uitgenomen korrel opvullende, en in azyn en gemaale mostaart bewarende, en deze noemt men dan* Manga Aetchiar, *of in't Portugees* Manga Recheada, *'t welk de onze uitspreeken* Manga Retsjada, *om dat by alle* Atsjar Reche, *of ritsjes (dat is* Capsicum) *gebruikt wert; anderzints zyn de raauwe Mangas ook een gemeene kost, zo om by ryst te eeten, klein gesneeden zynde, als in vis-zop gekookt, 't welk die kost een aangename zuurte geeft: uit de halfrype Mangas wert ook een aangenaam appelmoes gemaakt: want als menze kookt, en het vlees door een grof doekje kleinst, op dat 'er de draaden uitblyven, en dan rykelyk met witte zuiker mengt, zo krygt het een aangename rynsheit: de binnenste kern is, als gezegt, wegens zyne bitterheit onbequaam om te eeten, dog zommige geven hem als Medicyn raauw in, tegens de wormen des buiks, en andere weder gebraden tegens den buik-loop, en om die te stoppen.*

Op de dikste takken kan men ook alderhande zoorten van Angrek, en diergelyke kruiden, die niet uit de aarde wassen, planten, en dewelke ook daar op zeer ligt beklyven, als menze met haar mossige wortelen, en een weinig slyk op de schorsze des booms vast-bint, maar zodanige takken willen als dan mede niet wel dragen: daar is niets dat de benautheit, die ymant door 't eeten van Pinang-Mabok overkomt, beter verdryven kan, dan als men een rype Manga *daar op eet.*


Na de bruine verwe of koleur der jonge bladeren, dewelke van het bruin na het purper trekt, werden zommige kleetjes Cain Poetsjo-pou *toegenaamt, en deze bladeren kan men ook raauw eeten, of tot Atsjaar gebruiken, gelyk diergelyke andere jonge bladeren, die men* Ulang Ulang *noemt. Deze boomen zyn zeer bezet met spinnerakken, en andere vuiligheit, die in dezelve blyft bangen; en dewelke maken, dat het meestendeel van het bloeizel bederft: men heeft ook ervaren, dat dezen boom, wegens zyn overvloedig zap, het gewelt des vuurs kan tegen staan, want het in een gemeene brant gebeurt is, dat alle het loof afbrande, en kort daar naar de boom niet alleen wederom weeldrig uitschoot, maar ook beter vrugt droeg, dan te vooren. Uit het geperste en doorschynende zap, met zuiker vermengt en opgekookt, pleeg men een dikke conzerve te maken,* Rob d'Mangas *genaamt, zeer aangenaam voor zieke lieden, om de mont te ververschen, in plaats van* Rob d'Ribes. *Op Macasser vallen de vrugten in menigte onder de boomen, als konnende wegens baare veelheit niet alle genuttigt werden, dog de afgevallene nemenze en stooten of perzen het zap, met groote potten vol, daar uit, en dat alleen om azyn van te maaken.*

De twee kleine zoorten, boewelze slegt van smaak zyn, werden egter op Macasser aan de grooten geprezenteert wegens hare zeltzaamheit: en men moetze ook niet versch eeten, maar eenige dagen laten leggen: want de geheele versche hebben by den steel een scherpe melk, die de lippen wat verzeert, gelyk de versche vygen doen. Onder de Mangas geslagten kan men ook reekenen een vrugt, die men in Banda Pau *noemt, zynde grooter van bladeren dan de gemeene Manga, en ook door malkanderen van een ongelyke grootte, want zommige zyn zeven duimen lang, en twee breet, andere weder tien en elf duimen lank, en drie breet, ook van voren ronder, dan de gemene Mangas bladeren, en met een stompe spits: de middel-zenuwe built of puilt te wederzyden uit, met veele groote ribben aan de zyden, dewelke ook beneeden uitsteeken, en boven kuiltjes of voorens maaken, daarze aan de Mangas-bladeren mede uitsteeken, voorts zynze glat, styf, en op langagtige steelen, rontom de voorste takken zonder ordere staande, hun bloeyzel en vrugten komen aan trossen voort, gelyk de Mangas, dog deze trossen zyn grooter, en in weinige zyde-takken verdeelt, de vrugten komen ook ten naasten by met de Mangas over een, dog zyn wat lankwerpiger, zommige korter, en ronder, en by den steel, mede een bult aan de eene zyde hebbende; de coleur is gelyk die van de regte Mangas, te weten geel-groen, onder een dunne schel legt een hairig vlees, gelyk aan de gemene Mangas, dog 't is vleesagtiger, laf-zoet van smaak, en zonder dien geilen reuk, die in de Mangas is, zynde egter aangenaam om raauw te eeten, en in Banda maakt men veel werks daar*





Mangifera indica. L.





Mangifera indica. L.

dulcis ac fatui saporis sine gravi illo odore, qui in Manga observatur, delicatus tamen est, si crudus comedatur, atque in Banda magni æstimatur: Arbor hujus celsissima est ac vasta, ita ut hujus trunci inveniantur, quos duo vix brachiis amplecti possunt viri, cujus rami quoque tam ample sunt extensi ac Mangæ arboris: In Banda *Pau* vocatur, in Cerama Orientali, ubi quoque occurrit, Bata, atque Mangæ fœtidæ speciei annumeratur: Malaice *Batu Malaica* vocatur. Arbor hæc *Pau* nihil noxium habet neque in fructu, neque in corticis succo.

daar van. Het wert een zeer hoogen en grooten boom, zo dat men stammen vint, die twee mannen omvademen moeten, hebbende ook de takken zo wyt uitgespreit, als een Mangas-boom: men noemt hem in Banda Pau, *op Oost-Ceram (daar men hem ook heeft)* Bata, *en zy rekenen hem onder de zoorten van stinkers, in 't Maleits wert by* Batu-Malaica *genaamt: zynde aan de* Pau *niets schadelyks, nog in de vrugt, nog in het zap der schorsse.*

In Rumphii Appendice hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 1. Manga vocatur *Mao* vel *Mau* Bracmanis: ubi lector multas hujus arboris utilitates ac vires Medicas præterea inveniet, ut & medicamenta Malabaris usitata, hisce vero in regionibus ignota, unde eo lectorem amandamus.

In de Appendix *van* Rumphius *wert dit 'er bygevoegt.*

In het vierde deel van de Hortus Malab. Fig. 1. *wert de* Manga *genaamt* Mao *of* Mau *in 't Braminees, alwaar de leezer nog veele nuttigheden en Medicynen zal vinden by de Malabaren gebruikelyk, dog in deze quartieren onbekent, weshalven ik den leezer daar heenen wyze.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Quintæ.

Quæ ramum exhibet *Mangæ* Domesticæ foliis floribusque conspicuum.

A. *Inmaturos* denotat *fructus* ex pedunculis suis dependentes.

B. *Fructum Maturum*, & transversim scissum.

UYTLEGGING

Van de Vyf- en Twintigste Plaat.

Die een Tak vertoont van de Tamme Manga *met zyn bloemen en bladen verciert.*

A. Wyst aan de onrype vrugten, *zo als zy van hun steelen afhangen.*

B. Een rype *opgesneede* vrugt.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Sextæ.

Quæ exhibet ramum *Mangæ Silvestris*, ex quo fructus inmaturi dependentes conspiciuntur, quæque arbor *Manga Pau* incolis vocatur,

A & B. *Fructus* denotant *maturos* justa *forma* & *magnitudine.*

UYTLEGGING

Van de Ses- en Twintigste Plaat.

Dewelke vertoont een Tak van de wilde Manga-Boom *met zyn onrype vrugten, die* Manga-Pau *by de Inlanders genaamt wert.*

A en B. Wyzen aan de rype vrugten *in hun* grootte *en* gedaante.

OBSERVATIO.

Mangifera arbor flore fructuque in *Horti Malab. part.* 4. *Tab.* 1 & 2. ample satis expressa est, sed ejus Figura non ita accurata est ac illa, quæ huic inserta est operi. Quidam porro sunt auctores, qui hanc vel denominarunt, vel quoque descripserunt. Ab *Herman. in Mus. Zeyl. pag.* 59 & 66. vocatur *Mangifera arbor*, uti & a *Bont. lib.* 6. *Cap.* 5. *pag.* 95. a *Rayo* dicitur Manga Indica fructu magno reniformi *in Hist. pl. pag.* 1550. reliquæ denominationes a *Casp. Commel. in Fl. Malab. pag.* 43. exhibentur, ut & in *Thes. meo Zeyl. pag.* 152 & 153. nec non in S. *Dale Pharmac.* in 4to. *pag.* 339. Arbor hæc *Manga* vulgaris a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 154. itidem exaratur, ut & a *Linschoteno in itinerario pag.* 73. ubi & ejus Figura, sed inperfecta, ejusque variæ species enumerantur in *Ray. Hist. pl. tom.* 3. *Append. pag.* 55.

AANMERKING.

De Mangas-boom *is met zyn bloemen en vrugten in het vierde deel van de* Hortus Malabaricus Tab. 1 *en* 2. *groot genoeg afgebeeldt, dog is verre na zo accuraat en net niet vertoont, als die in dit werk gevoegt is. Van zommige Schryvers wert dezelve gemelt, of mede beschreven: van* Herman in zyn Mus. Zeyl. pag. 59 *en* 66. *wert ze* Arbor Mangifera *genaamt, als mede van* Bontius lib. 6. Cap. 5. pag. 95 *en van* Ray in zyn Hist. pl. pag. 1550. *Manga Indica fructu magno reniformi, de verdere benamingen zyn by de Heer* Casp. Commel. *in zyn* Fl. Malab. pag. 43. *te vinden; als mede in myn* Thes Zeyl. pag. 152 *en* 153. *en S.* Dale Pharmac. in 4to. pag. 339. *De* Manga-Boom *wert mede by* Valent. *in de* beschryving *van* Amboin pag. 154. *vermeldt, en beschreven van* H. Linschooten *in de* Oostindische Reysbeschryving pag. 73. *alwaar ook deszelfs Figuur dog ruuw verbeelt wert, en verscheide zoorten van de* Manga *opgetelt in de* Append. *van het* derde deel van Ray. Histor. pl. pag. 55.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM

Manga Silvestris; Manga Utan.

Silvestris Mangæ duæ sunt species, quarum prima comam gerit minorem Manga Domestica, trunco vero erigitur altiore ac rectiore, folia quoque sunt longiora & flaccidiora quam domesticæ, nec contusa adeo gravem dant odorem, sed odorem habent Canarinum, fructus major & amplior est domesticæ, porro compressus, ad petiolum tuberculosus, superius autem cito angustatur, ubi extrorsum inflectitur: fructus hic plerumque ex fusco viret vel paulum flavescit, verum non ita glaber & æqualis ac domesticæ; caro interna non est lutea, sed pallida, fibræ sunt multo crassiores, sapor est aquosus, & ad foetidum accedit, plerumque autem acidus, si non bene sint maturi fructus. Nucleus est amplus, unde paucam fructus continet carnem: Juniora folia non sunt fusca uti in domestica, sed sunt sordide albentia seu flavescentia: Altera species silvestris magis est antecedente, truncus autem ejus ac folia sunt simillima, fructus vero est oblongo-rotundus, instar corii pilosus, non viridis sed coloris

XXII. HOOFDSTUK.

Wilde Mangas-Boom.

VAn de wilde Mangas *werden twee zoorten gevonden: en het eerste geslagt heeft een smalder kruin dan de tamme Mangas, dog is van stam hooger en regter; de bladeren zyn mede wat langer en slapper, dan die van de tamme: en gekneust zynde ook zo geyl niet van reuk, maar trekken wat na de Canary-reuk, de vrugt is vry wat grooter en breeder, dan de tamme, voorts wat plat, by den steel met eenige knobbeltjes, en beneeden loopenze schielyk smal toe, hebbende daar de spits mede uitwaarts geboogen: zy blyft doorgaans meest graauw-groen, of wert een weinig geel, maar zo glat en effen niet als de tamme. Het vleesch van binnen wert ook niet geel, maar blyft bleek, de draaden zyn veel grover, de smaak is wateragtiger en vry wat naar de stinkers trekkende, dog meest zuur, alsse niet volkomen ryp zyn: de korrel is groot, en dierhalven weinig vleesch aan de vrugt. De jonge bladeren werden niet bruin, gelyk die van de tamme, maar zyn vuil-wit of geelagtig. Het tweede geslagt is nog wel een graadt wilder dan 't voorgaande, dog aan stam en bladeren het zelve meest gelyk, maar de vrugt is lankwerpig-ront, van buiten zo* ruig

Mangifera Taipa
Ham.

ris hepatici, cum magno itidem nucleo ac pauca carne, quæ plurimum est acida, vel matura penitus aquosa est. Hæcque arbor tantum in silvis reperitur, prima autem species aliquando etiam colitur vel transplantatur.

Nomen. Utraque species Latine *Manga Silvestris* vocatur, Malaice *Manga Utan*: Amboinenses eas vocant *Taipa* (quod nomen, uti supra dictum fuit, Macassarensibus veram denotat Mangam) item *Way Way*, & *Ouw.*

Usus ac natura. Hæ Mangæ raro crudæ comeduntur, nisi a Balienfibus, qui cum Aatchiar tanquam obsonium ad Oryzam usurpant, & primam potissimum speciem, ex qua cum saccharo pomarium quoque præparari potest: Altera autem species raro cruda comeditur, sed aliquando cum piscibus coquitur, ut eorum jus acidum acquirat saporem: Utriusque lignum aptum est foco exstruendo, quum facile exsiccetur: Silvestres hæ Mangæ mensem serius maturescunt quam vera seu domestica. In Banda duæ quoque occurrunt silvestres species. Prima vocatur *Wau*, atque cum prima nostra convenit silvestri specie, excepto quod illius fructus sit major, verum non ita pilosus ac Amboinensis. Altera species vera est silvestris, & hic *Alir* vocatur, quæ paucam itidem præbet carnem ac crassum corticem, dulcem vero habet saporem, si bene maturus sit fructus; cæterum secundæ nostræ speciei proxime conveniens.

ruig als leer, niet groen, maar lever-verwig met een grootе korrel, en weinig vleesch, het welk meest zuur blyft, of geheel ryp zynde gansch wateragtig smaakt: en dezen boom wast alleen in 't wilt, maar de eerste zoorte wort nog somtyts wel voortgeplant en gecultiveert.

Naam. Beide deze zoorten noemt men in 't Latyn Manga Silvestris, *in 't Maleyts* Manga Utan: *de Amboineezen noemenze* Taipa *('t welk, als boven gezegt, by de Macassaren de regte Manga is) item* Way Way *en* Ouw.

Gebruik en aart. Deze Mangas werden weinig raauw gegeeten, behalven door de Baliers, dieze zodanig met Aatchiar, als een toespys tot hun ryst gebruiken, en dat meest van de eerste zoorte, van dewelke men ook met zuiker een appelmoes maaken kan. Dog de tweede zoort wert weinig raauw gegeeten, maar zomtyts nog wel by visschen gekookt, om het zap een zuure smaak te geven: en het hout van beide geslagten is bequaam tot brant hout, om dat het ligt droogt. Deze wilde Mangas worden omtrent een maant laater ryp dan de regte of tamme: In Banda heeft men ook nog twee zoorten van wilde Mangas: de eerste hiet Wau, *en komt met onze eerste wilde over een, behalven dat de vrugt wel zo groot is, dog zo hairig niet, als de Amboinse. De tweede zoorte is de regte wilde, en hiet albier* Alir, *hebbende weinig vleesch, en een dikke schel, dog is zoet van smaak, alsse regt ryp is, anders met onze tweede zoort meest over een komende.*

Tabula Vigesima Septima

Exhibet ramum *Mangæ Silvestris*, floribus fructibusque conspicuum, quæ *Manga Utan* seu Silvestris a *Rumphio* vocatur.

De Seven- en Twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de wilde Mangas-Boom *met zyn bloemen en vrugten uitmuntende, welke Manga Utan of wilde Manga van Rumphius genaamt wert.*

OBSERVATIO.

Silvestris hæc *Manga* a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 156. itidem commemoratur, & in *Tab. No. I.* juxta Rumphii Figuram exhibetur.

AANMERKING.

Deze wilde Mangas-Boom *wert by* Valent. pag. 156. *ook beschreven, en volgens de Figuur van* Rumphius *op de Plaat* No. I. *verbeelt.*

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Manga Foetida. Bate.

Foetida hæc Mangifera arbor rectum gerit truncum, ejus coma angustior est domestica, Jambosam referens arborem. Folia quoque triplo sunt majora quam vulgaris, quatuordecim ac sexdecim longa pollices, quinque lata digitos, junioribus in arboribus sunt etiam majora, obscure viridia, firma, fragilia tamen, ac contrita resinosum spirant odorem: Laterales costæ sunt parallelæ, nervusque medius utrimque protuberat. Folia juniora sunt quoque fusca, sensim acuminata; flores in majoribus magisque extensis insident corymbis quam in vulgari, qui coloris sunt purpurascentis seu incarnati, ex quinque constantes petalis reflexis, fere instar florum Blimbing, qui in centro sustinent quinque ejusdem coloris stamina, quorum unum altero longius est, in quorum medio luteum erigitur pistillum, quod in fructum abit. Flores marcescentes lutescunt carneis distincti lineolis, sique hi racemi abrumpuntur, copiosius ac tenax magis & flavescens effundunt lac quam Mangæ racemus vulgaris: flores hic debilem habent odorem, plurimique decidunt. Arbor enim tot fructuum pondus ferre non posset, si omnes vel plurimi forent perfecti: mense Februario & Martio florent, fructusque maturescunt anni tempore pluvioso, sed non certum observant tempus.

Fructus hic quoque multo major est quam vulgaris, instar pugni nempe majoris, forma hujus quoque rotundior est quam Mangæ domesticæ, nec superior apex ita incurvatus: Fructus est squallide virens, lignosus fere, parum hirsutus, nec ita succosus ac Mangæ, magnum quoque continens nucleum seu officulum: Sapor ex acido resinosus est, & recens, non ita gratus ac domesticæ; odor est gravis, ingratus, caput gravans, si autem hic comedatur fructus, non ita odor percipitur, maturi penitus flavescunt, ac sponte decidunt. Truncus æqualem gerit cor-

XXIII. HOOFDSTUK.

Mangas Stinker-Boom.


De Stinker-boom heeft een regte stam, en zyn kruin is smalder dan de Mangas, *wel gelykende na den Jamboes-boom; en de bladeren zyn ook wel driemaal grooter dan die van de Manga, te weeten veertien a zestien duimen lank, en vyf vingers breet, en aan de jonge boomen zynze nog al wat grooter, donker-groen en styf, dog bros of breekzaam; gewreeven zynde gevenze een hersagtigen reuk van haar. De dwers-ribben staan evenwydig, ende de middel-zenuwe puilt aan weder-zyden uit: de jonge bladeren zyn ook bruin, en allengskens spits toelopende. Het bloeyzel komt voort aan grooter en meer uitgebreider trossen dan aan de Mangas, zynde van koleur purper of incarnaat, en bestaande uit vyf blaatjes, alle wat agterwaarts geboogen, bykans gelyk het bloeyzel van Blimbing, van binnen vertoonen haar vyf draatjes van de zelfde koleur, waar van het eene langer is, dan het andere, hebbende in de midden een geel knopje, daar de vrugt uit voortkomt. Het bloeyzel, out geworden zynde, wort geel met ligt-roode streepjes, en als men deze trossen afbreekt, zo komt 'er een overvloediger geelagtige en taye melk uit, dan uit de Mangas-tros, maar uit de bladeren komt vry wat minder, ende de geheele boom is zo zappig niet als de Mangas: zy hebben een slappen reuk, en het meeste bloeyzel valt af: want den boom zoude den last van zo veel vrugten niet konnen draagen, byaldien zy alle, of het merendeel, tot volkomentheit quamen; zy bloeyen in February en Maart, en de vrugten worden ryp in de reegen-moesson, dog houden zo geen precizen tyt.*


De vrugt is ook veel kloeker dan de tamme Manga, te weeten als een groote vuist, ook is zyn gedaante ronder dan de Mangas, ende de benedenste spitze zo krom niet geboogen, de koleur is vuil-groen, en als houtagtig, een weinig ruig, het binnenste vlees is bleek-geel, ook zo hairig, nog zappig niet, als van de Manga, hebbende ook een grooter steen of korrel: de smaak is uit den ryzen hersagtig, en vers, zo aangenaam niet, als van de gem. Manga; de reuk is sterk, onlieffelyk en het hooft wat beswarende, dog als men daar van eet, gevoelt men dezelve zo zeer niet, de geheele rype worden een weinig geel, en vallen van zelfs af.

De



Mangifera Utana. Ham.







Mangifera foetida.

corticem, nec ita scaber est ac Mangæ, sique incidatur, paucus exstillat tenax, atque lacteus succus, qui cutim adurit, si ipsi illiniatur, immo sæpe etiam exulcerationes excitat.

Nomen. Latine *Manga Foetida*; Nostratibus *Stinker*, non quia foetidum habet odorem, sed quia admodum gravis ac molestus est: Malaice *Bate* & *Batu-Malacca*, quo nomine hisce in insulis quoque sunt notæ: Aliis Malaice quoque audit *Ampatsjan*, in Banda *Batsjan*. In Macassara est ignota, in partibus Celebes Orientalibus *Dodeco* vocatur, & in Balya *Batel*.

Locus. Non sponte in silvis crescit, licet parum colatur, sed plurimum per vespertiliones dispergitur ac seritur, qui ossicula hinc inde projiciunt: In plurimis porro occurrit insulis Moluccis, in Amboina, Banda, Java, Balya, ac in Celebes parte Orientali, sed raro.

Usus. Foetidi hujus fructus natura non est ita humida, sed calidior quam veræ Mangæ, hinc quoque hi fructus non tanta sunt edendi copia, exanthemata enim calida & febres excitant, decorticantur & in partes dissecantur uti veræ Mangæ, penitus autem debent esse maturi, quum ex acido sunt dulces, alias omnino sunt acidi, ac sicciores quam vera Manga, ad coctionem vel frictionem non adhibentur. Hæc autem in horto non est plantanda, in quo aliæ prope hanc crescunt plantæ, quum plurimam in se attrahat terræ humiditatem, ac adeo aridam vel siccam reddit, ut cæteræ omnes pereant vel quasi exurantur plantæ: Hæc itaque omnium est insaluberrima, nec in ullis permittenda morbis, præsertim iis nocet, qui ulcerationibus vel vulneribus laborant: Hanc autem ad arborem foetidam alia quoque pertinet arbor, quæ in Java & Balya nota est nomine *Wani*: Cujusque fructus nostratibus in Batavia vocantur *Sergiants-klooten*, quorum arbor & fructus memoratæ foetidæ proxime conveniunt, folia autem ejus sunt paulo angustiora, hujus arboris succus lactescit nec urit, flores ex purpura-rubent, longisque ex racemis dependent. Ejus fructus est longior ac magis acuminatus quam foetidæ, cujus caro magis albet & melius sapit, nec ita fibrosa est nec graviter olens, neque etiam tam calidæ qualitatis: Intus continetur magnum oblongum putamen, quatuor longum pollices ac duos latum digitos, cui caro annectitur, atque in hoc continetur magnus, oblongus, fuscus nucleus, qui in binas dehiscit partes, ac in terram decidens facile progerminat instar nucleorum Mangæ, sicci autem numquam, unde extra has terras raro transplantari potest. Vulgaris est fructus in Batavia & Java, qui salubrior quoque habetur quam foetida.

De stam heeft een effene schorsse, en wort mede zo ruig niet als die van de Manga, en als men daar in kapt, dan loopt 'er een weinig tay en melkagtig zap uit, 't welk de huit verbrant, als men 't daar op smeert, ja dikwils ook wel ulceratien veroorzaakt.

Naam. *In 't Latyn* Manga Foetida: *by onze Duitsche Stinker, niet om datze een vuile stank heeft, maar van haren sterken en moeyelyken reuk; in 't Maleyts* Bate *en* Batu-Malacca, *met welke naam zy ook in deze Eylanden bekent is: by andere, ook in 't Maleyts*, Ampatsjan, *in Banda* Batsjan, *op Macassar isse onbekent, maar in de Celebische Ooster-deelen hiet zy* Dodeco, *en Baly* Batel.

Plaats. *Zy wassen niet van zelfs in 't wilt, dog werden egter weinig gebavent, maar meest voortgezait door de vleermuizen, die de korrels hier en daar werpen: of laaten vallen, en men heeftze meest in alle de Molukze Eylanden, Amboina, en Banda, als mede op Java, Baly, en het Ooster-deel van Celebes, dog weinig.*

Gebruik. *Deze Stinkers zyn van natuuren min vogtig, dog heeter dan de Mangas, en daarom moet men zo veel daar van niet eeten, anders genereerenze heete opdragtigheden en koortzen; men schiltze en snytze aan stukken gelyk de regte Mangas, maar zy moeten wel ter deegen ryp zyn, wanneerze uit den rynzen mede wat zoet vallen, anders zynze züur, en in 't eeten drooger dan de Mangas, tot het kooken en stooven werdenze niet gebruikt: maar dezen boom moet men in geen tuin lyden of dulden, daar andere planten rontom staan; want hy zuigt de meeste vogtigheit des aardryks alleen naar zig, en maakt het zelve zo dor en mager, dat de andere planten daar door of uitgaan of als verbrant blyven staan; in somma, onder alle Mangas-zoorten is dit de allerongezontste, en in geene ziektens toegelaaten, dog inzonderheit is schadelyk de gene, die eenige ulceratien of openheit des huits hebben, en tot dezen Stinkert-boom geboort mede nog een andere boom, dewelke op Java en Baly bekent is met de naam* Wani: *en waar van de vrugten by d'onze tot Batavia* Sergiants-klooten *worden genaamt, aan boom en vrugten de voornoemde Stinker meest gelyk zynde, dog de bladeren vallen wat smalder, de melk des booms is wit, en niet brandent, het bloeyzel meest purper-root, en aan lange trossen hangende. De vrugt is wat langer en spitzer dan de Stinker, en heeft een witter en smakelyker vlees, niet zo dradig nog sterk riekende, nog ook niet zo heet van eygenschap: van binnen leit een groote lankwerpige neut of schaal, vier duimen lank, en twee vingers breet, daar 't vlees aanhangt, en daar in vint men een groote lankwerpige bruine korrel, die zig in tweeen laat deilen, en op de aarde vallende ligt uitschiet gelyk de Mangas korrels, maar de drooge geenzints, en waarom men dezelve buitens lants qualyk verplanten kan. Het is een gemeene vrugt op Batavia en Java, werdende ook voor gezonder gebouden, dan de Stinkers.*

Tabula Vigesima Octava

Ramum exhibet Mangæ foetidæ, quæ Bate & Batu vocatur, ubi ejus flores, ac fructuum rudimenta cum junioribus fructibus per A & B. indigitantur.

C. Integrum denotat fructum naturali sua forma & magnitudine.

De Acht- en Twintigste Plaat

Verbeelt een Tak van de Manga foetida, ofte stinkert en Bate genaamt van Rumphius, alwaar zyn bloemen, en de schepzelen der vrugten nevens de geheele jonge door A en B. aangewezen werden.

C. Vertoont een vrugt in zyn natuurlyke grootte en gedaante.

OBSERVATIO.

Manga hæc foetida a Valent. in *Amboinæ descript. pag.* 156. quoque commemoratur, & altera *Sergiants-Ballen* dicta *pag.* 157.

AANMERKING.

De Stinkert-boom *werd by* Valent. *in de* beschryving *van* Amboina pag. 156. *en de* Sergiants Ballen-Boom pag. 157. *mede beschreven.*

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Durio. Duryon.

Duriones a multis excellentissimi Indiæ fructus habentur, quum autem noviliani diu ab iis abhorrent ob gravem eorum odorem, sententia hæc non est universalis: Arbor est celsissima, saltem inter frugiferas edules altissima: Coma non est dense foliata, sed laxe extensos gerens ramos, truncus inferius est angulosus & quasi alatus, æquali cinereo & ad luteum vergente cortice, quo inter alia arbor facile dignosci potest: Folia vulgaris sunt formæ, & Cerasinis similia: ad oras autem non dentata, hincque nucis moschatæ foliis simillima, semi-spithamam longa, duos lata pollices, superiore parte obscure virentia

XXIV. HOOFDSTUK.

De Doerian-Boom.

De Durioenen worden van veele voor de treffelykste vrugten van Indien gehouden, dog dewyl de nieuwelingen een langen tyt daar van afkeerig zyn, wegens hare zwaare reuk, zo is dit oordeel niet algemeen. De boom is zeer hoog, immers onder de eetbare vrugtdragende boomen de alderhoogste: de kruin is niet digt van loof, maar ydel, niet te min met uitgespreide takken, de stam is beneeden hoekig en als gevleugelt, met een effene graauwe en naar den geelen trekkende schorsse, waar aan de boom onder anderen ook kennelyk is. De bladeren zyn van gemeen fatzoen, en die van de kerze-boom niet ongelyk: dog aan de kanten geenzints gekartelt, en dierhalven de Noote-mus-schate

virentia ac glabra, inferiore parte fuſca ſeu cinerea, inſtar lateris crudi. Foliorum petioli peculiarem quoque habent characterem, qui in nullis aliis obſervatur arboribus, ſunt enim quaſi tumidi & inflati, inferiore parte foveola donati. Flores ſunt magni, plurimi ſimul dependentes craſſis in petiolis uni racemo junctis, neque foliorum petiolis nexis, ſed in tenuibus ac craſſis prope truncum ramis. In junioribus ramis quinque octove ſimul flores ex racemo dependent, in craſſioribus vero a duodecim ad triginta ſimul flores. Quodvis floris capitulum obtegitur duobus tribuſve pallide virentibus concavis foliolis, quæ decidunt ſimul ac flos excreſcit. Ipſe quoque flos peculiarem habet ſtructuram, cujus inferior pars argenteum refert Salinum ſeu vaſculum, vel ollulam ſputoriam, quæin Pinangæ maſticatione uſurpatur. Inferius rotundo conſtat cordiformi ventre, qui in anguſtum extenditur collum, ſubitoque dein aperitur in apertum os ex quinque foliolis compoſitum; in quo locantur quinque alia cochleariformia petala minora, tam arcte autem præſcripto ſalino fixa, ut unum ſimul videantur formare corpus: Flores nondum aperti magnum exhibent oblongum caput, aperti autem reflectuntur oris arcuatis, dum ibi flaccidi ſunt, Narciſſi petala referentes, ſquallide albentes, Salinum autem memoratum ſeu crater inferior flaveſcit. Atque in hoc continentur quinque lamellæ ſeu tenuia & anguſta foliola, itidem ſquallide albentia, ac diviſa in ſeptem octove brevia ſtamina, ſuperius gerentia rubras & vario modo contortas antheras, inſtar Capok arboris florum. In horum centro longus continetur ſtilus, qui luteum gerit capitulum, quod oblongo inſidet granuloſo piſtillo, quod abit in fructum: Flores longum per tempus ſunt clauſi ac paullatim aperiuntur, plurimum autem poſt meridiem, ac ſubſequente decidunt nocte, nudum relinquentes ſtilum cum capitulo: Horum florum odor eſt gravis, nec jucundus, quod idem in fructibus obtinet imo & in inapertis; quamvis autem tot flores ſimul oriantur & dependeant, tres quinqueve tantum excreſcunt, vel ad ſummum decem vel duodecim uno in racemo, in craſſiſſimis nempe ramis, in junioribus enim ramis plurimi fructus perduntur a pſittacis minoribus.

Fructus rotundi ſunt globi magnitudine capitis humani, forma convoluti Echini, quidam rotundi, alii oblongi, duro gaudentes, craſſo, ſed non lignoſo cortice, ubique obſeſſo ſpinoſis & firmis apicibus, anguloſis, inſtar anguloſorum politorumque Adamantum, qui tamen non lædunt, niſi fortiter comprimantur, exterius flave vireſcentes, craſſis ex pedunculis dependentes: Quilibet talis globus per longitudinem aperiri poteſt, & in quinque findi partes, ſi per cultrum fiſſuræ ejus explorentur, vel quia difficile deteguntur, pedibus calcati diſſiliunt, ſi vero hoc non ſuccedat, fructus ſunt inmaturi: In craſſo hoc ac ſpinoſo putamine quinque ſunt cellulæ, atque in ſingula, duo, tres, quatuorve nuclei continentur ova columbina referentes, ſubſtantiæ Caſtanearum: Nuclei hi porro obvolvuntur alba & mucoſa carne, ac pellicula tenui obducuntur, quæ efficit, ne agglutinentur: Caro autem hæc (lactis cremorem referens, vel quoque non inproprie Hiſpanicum *Mangjar Blanco*, id eſt ovorum placentas) præcipua fructuum eſt pars, quæ comeditur, & de nucleis exſugitur. Sapor ejus eſt delicatus vel fatue dulceſcens, ovorum placentas æmulans, odor autem eſt ingratus, ac gravis Indiæ peregrinis, quique non adſueti ſunt, proxime enim accedit illi putreſcentium Ceparum, quem foetorem integri quoque fructus, licet non fuerint aperti, ſpargunt, quo totam etiam replent domum: & quamvis hic odor ſit adeo ingratus, e contra ſapor eſt delicatus, multi tamen ſunt, qui licet aliquod per tempus in India habitarunt, ob ingratum tamen odorem a fructibus ahorrent, talibusque etiam valde obſtat aſſidere aliis, qui hos comedunt Duriones, ſi ipſi quoque hiſce non veſcantur: Quamprimum autem quiſpiam hoſce guſtaverit, mirus hic & ingratus non amplius ipſi obſtat odor, ſenſimque adeo huic aſſueſcimus fructui, ut delicatiſſimus totius Indiæ habeatur. Lignum exterius albicat, interius ruffeſcit, fibris conſtans longitudinalibus, rectum, firmum, & durabile eſt, unde incolæ ad malos quoque navigiorum adhibent, quod noſtrates quoque ſequuntur, quum trunci ſint alti ſatis, & recti: Arbores hæ non adſcenduntur, ut maturi decerpantur fructus,

ſchate bladeren gelyken, een halve ſpan lank, twee duimen breet, aan de bovenſte zyde boog-groen en glat, aan de onderſte zyde vaal, of als een raauwe tichel-ſteen; de ſteelen of voetjes van deze bladeren hebben mede een byzonder merkteken, 't welk men aan geen andere boomen ziet, want zy zyn als opgezwollen, en hebben agter een knye. Het bloeizel zyn groote bloemen, veele by malkander hangende op dikke ſteelen aan een tros, en geenzints aan de ryskens, daar de bladeren ſtaan, maar aan de dunne en dikke takken, tot na by aan den ſtam: aan de dunne takken ſtaan vyf en agt bloemen aan den tros, maar aan de dikke wel een getal van twaalf tot dertig: ieder bloem-knop is bedekt met twee of drie bleek-groene holle blaatjes, dewelke afvallen, zo dra de bloeme groot wert: de bloem zelfs is ook van een byzonder fatzoen, en het onderſte deel wel gelykende na een zilver zoutvat, of ook een quiſpidoor, die men ordinaar by het Pinang-eeten gebruikt: beneeden met een ronden hartagtigen buik, die een ſmallen hals maakt, en dan ſchielyk zig weder opent in een wyde mont van vyf blaatjes gemaakt: en waar in ſtaan vyf lepel-vormige blaatjes, zo digt tegens 't voorſchreve zout-vat, datze ſchynen een lichaam met het zelfde te maaken; eerſt ſluitenze haar in een groote lankwerpige knop, maar de geopende krullen agterwaarts over met gefronsde kanten, dewylze aldaar ſlap zyn, anderzints de Narciſſe bladeren niet ongelyk, dog vuil wit, zynde het zout-vat of beekertje bleek-geel; en daar binnen ſtaan vyf lapjes of ſmalle en dunne blaatjes, mede vuil wit, en verdeelt in zeven a agt korte draatjes, boven op draagende reedelyke roode en gefronsde noppen op verſcheiden manieren gedraait, gelyk het bloeyzel van den Capok-boom: regt in de midden ziet men een lang ſteiltje met een geel knopje, ſtaande op een lankwerpig en korrelig knopje; waar uit de vrugt voortkomt: de bloemen hangen langen tyt geſlooten, en openen haar allenskens, dog wel meeſt na de middag, en de volgende nagt vallenze af, nalaatende het bloote ſteiltie met zyn knopje: de reuk van dit bloeyzel is geyl en niet lieffelyk, 't welk men mede moet zeggen van de vrugten, ja ook zelve van de ongeopende; en hoewel nu zo veele bloemen by malkander hangen, zo komender maar enkelyk drie of vyf tot perfectie, of ten hoogſten tien a twaalf aan eenen tros, te weten aan de dikſte takken, werdende veele van de jonge vrugtjes vernielt door de Paroquiten.

De vrugten zyn ronde bollen, hebbende de grootte van een kleen mans hooft, en de gedaante van een t'zamen gerolden Eegel, zommige ront, en zommige lankwerpig, met een dikke, harde, dog geenzints houtagtige ſchel, over al digt bezet met doornagtige en ſtyve puncten, hoekig als lange en ſpits geſlepene diamanten, dog die egter niet en quetzen, ten zy dat men hart daar tegen aandrukt: van buiten geel-groen, en aan haar dikke ſteelen hangende: yder bol kan men overlangs openen, en in vyf ſtukken, (met een mes de naden zoekende) van malkander deelen, of, om datze moeylyk te vinden zyn, met een voet daar op trappende, tot datze komen te ſpleiten, dog alſſe dit niet doen willen, zo agt menze ook niet volkomen ryp te zyn: in deze dikke en doornagtige bolſter zyn vyf kamertjes of celletjes, en in yder van dezelve twee, drie a vier korrels beſlooten, wel wat na duiven Eyeren gelykende, en van ſubſtantie als Caſtanjen: voorts zyn deze korrels omgeven of omvangen met een wit en ſlymerig vlees, en bekleet met een dun vliesken, 't welk maakt, datze niet aan malkander kleven: en dit vlees (gelykende wel na room van melk, of ook niet oneigentlyk na de Spaanſche Mangjar Blanco, dat zyn eyer vladen) is 't voornaamſte, dat men van deze vrugten eet, 't zelve van de korrels afzuigende; de ſmaak is mals of anders wat mal zoet, en de gem. eyer vladen niet ongelyk, maar de reuk is vry wat vies en onaangenaam, voor de nieuwelingen in Indien, en dieze niet gewent zyn, want hy komt na by die van de rottende ajuynen, welke reuk ook de heele vrugten (al zynze niet geopent) van haar geven, en daarze ook een geheel huis mede vervullen, dog zo onaangenaam als nu de reuk is, zo lekker is daar en tegen weder de ſmaak, hoewel 'er veele zyn, ſchoon datze al in Indien een langen tyt gewoont hebben, die haar, wegens den voorn. viezen reuk, tot de vrugten niet wel kunnen gewennen, en het valt de zodanige ook zeer bang op een plaatze te zitten, daar de Durioenen gegeeten worden, wanneerze zelfs niet mede daar van konnen nuttigen; maar zo dra men daar van heeft geproeft, zo gevoelt men dien miſſelyken reuk zodanig niet meer, en men wort allengskens zo aan deze vrugt gewent, dat menze agt te zyn de alderlekkerſte van ganſch India. Het hout is aan de buiten kant wit, maar van binnen trekt het wat naar den roſſen, voorts lankdraadig, regt, digt, en durabel,

ctus, sed exspectatur, donec sponte decidant, quum nimis sit periculosum, & facile quoque tam ponderosi & graves fructus in caput inciderent, illudque læderent.

Genus. Duriones arbores non multum a sese invicem differunt, discrimen enim illarum maxime in fructibus consistit, atque ad tres subsequentes reduci possunt species.

Prima. Durio Borneo, quæ omnium maximos fert fructus, instar mediocris nempe matulæ, ita ut sufficiens viro sit gravitas & pondus, alii autem paulo sunt minores: Hique crescunt in insula Borneo circa urbem ejusdem nominis: In orientalibus autem regionibus sunt ignoti.

Secundo. Omnes alii vulgares Duriones duabus constant ex speciebus, quædam enim sunt oblongæ, quæque optimæ habentur, præsertim si pellicula exterior aurantii sit coloris, atque apices sint pauci & obtusi ac longe distantes. Hi fructus in quavis cellula tantum unum alterumve continent nucleum, multa carne seu medulla obductum, quoque pauciores gerunt Duriones nucleos, eo meliores habentur. Inter hos una quoque reperitur species, cujus forma a vulgari non differt, exterior autem cortex coloris est intense lutei, interne pallide rubentis, instar Casombi pigmenti, unde quoque *Durio Cassomba* vocatur, delicatioresque habentur vulgari; plurimum in Banda crescunt, sed non frequentes. Huc quoque pertinet *Durio Manka*, qui mollem ad nucleos gerit carnem, unde & viliores aliis habentur.

Tertia Species est illa, quæ rotundior & antecedentibus minor est, plura continens officula, quæ vilior quoque est, & saporis magis aquosi, inter hanc quoque alia reperitur in Banda species, quæ *Durio Babi* vocatur, quæ omnium minima est duris spinulis seu apicibus, quæque multa & parva continet officula, sed quoque duriorem & copiosiorem dat carnem, quam domestica, unde & melior habetur: in Banda nempe plures habent Durionum varietates, quas miris denominant cognominibus, inter alia domini nomen tribuentes illius, in cujus area creverunt, omnes tamen hæ ad priores reduci possunt species.

Anni tempus. Vulgare anni tempus hisce in insulis est mensis Majus & Junius, in Banda mensis Aprilis: in Java maturescunt quoque Novembri, uti quoque in hisce aliquando insulis, arbor enim hæc sæpius bis in anno suos producit fructus, sique copiosissimi sint fructus, insalubris aëris subsequentisque morbi Endemici præsagium habetur, cujus duæ caussæ inputantur, primo plurimi calidi Zephyri ac continuæ pluviæ, quæ fructus eliciunt, ac aërem corrumpunt. Altera caussa est immodicus horum fructuum usus, quibus vix, si hisce assueti simus, satiare nos possumus, quique calidum ac corruptum caussant nutrimentum, unde sanguis inflammatur, variæque excitantur febres malignæ, Dysenteriæ &c.

Nomen. Latine *Durio* & *Echinus arboreus*: Malaice *Duryon*, quo nomine porro ubique innotuit, Ternatice *Durëin.* Amboinice & in Banda *Dureyn*, ubique nomen gerens a spinoso cortice, *Dury* enim Malaicensibus spina denotat, alia nomina Malaicensia, quæ in *Linschooteno Cap.* 57. inveniuntur, non sunt nomina propria, sed communia, *Batang* enim truncum significat, & *Buaa* fructum.

Locus. In occidentalibus Indiæ partibus fructus hic ignotus est, incipit vero in Malacca, ac inde invenitur usque ad Australes insulas Javam, Maduram, Borneum, Celebem, ac quoque per omnes Moluccas; in uno tamen loco frequentior est altero, in Java enim circa Bataviam raro occurrit, circa Japaram usque ad Bantam frequentior est, item e regione hujus in Sumatra, raro in Macassara; frequentior iterum in vicinis provinciis Mandara, Loebo, Amboina, & Banda, atque occurrunt æque circa ædes & in arvis plantatæ, quam hinc inde in silvis, plurimum vero in incolarum areis non sponte, sed progerminantes ex officulis, quæ aves hinc inde projiciunt, si enim in terram vel cum sordibus foras ejiciantur, facile progerminant, ac profunde in terra plantari nolunt. In officulorum progerminatione aliquid peculiare observatur, hæc

bel, weshalven het de Inlanders ook tot masten van haare vaartuigen gebruiken, het welk de onze haar ook nu al komen na te doen, want het zyn fraye booge en regte stammen. Deze boomen beklimt men niet om de rype vrugten daar af te halen, maar men laatze van zelfs afvallen, om dat het te periculeus is, als mede uit vreeze, dat iemant zulken zwaaren vrugt mogt op het hooft komen te vallen.

Geslagt. *De Durioên-boomen verschillen mede niet veel van malkanderen, want het onderscheit bestaat meest alleen in de vrugten, en die konnen tot de volgende drie zoorten werden gebragt.*

1. Durijon Borneo, *zynde de grootste van alle, te weten als een middelmatige water-pot, zo dat een man aan een genoeg te draagen heeft, dan zommige zyn wel wat kleinder; en deze vallen op het Eylant Borneo omtrent de stadt van dien naam: dog in de Oosterze quartieren zynze onbekent.*

2. *Alle de andere gemeene Durioenen bestaan in twee zoorten, want zommige zyn wat lankwerpig, en dewelke men ook voor de beste hout, inzonderheit als de buitenste schelle naar het gout-geel trekt, de punčten en steekels weinig en stomp zyn, en ook wat verre van malkander staan: deze hebben van binnen in yder celle maar een a twee korrels met veel vlees of merg omvangen, en hoe minder korrels de Durioenen hebben, hoe beter datze geagt worden; en onder deze vint men ook een zoorte, welkers gedaante van de gemeene niet is verschillende, maar de uitwendige schorsse is van koleur hoog-geel, en van binnen ligt-root, als de Casomba verwe, waar van daan zy ook* Durion Cassomba *werden genaamt, en men houtze lekkerder dan de andere; zy vallen meest in Banda, dog weinig: en hier toe gehoort mede de* Durion Manka, *hebbende een week vlees om de korrels, en dierhalven wordenze ook gehouden voor slegter dan de andere.*

De derde zoorte is die geene, die ronder en kleinder zyn dan de voorige, met meerder korrels van binnen, en ook wat slegter of wateragtiger van smaak; en onder deze vint men mede een zoorte in Banda, die Durion Babi *genaamt word; en de kleinste van alle is, met harde doorens, en dewelke wel veele en kleine korrels heeft, maar ook weder een harder en overvloediger vlees dan de gemeene, en werd daarom ook voor beeter gehouden: aldaar, namentlyk in Banda, maakenze nog meerder onderscheit van Durioenen, dezelve kluftige toenamen gevende, en onder andere na de eygenaars, in wiens perken dat zy wassen, dog deze kunnen alle onder de voorgaande zoorten werden gebragt.*

Sayzoen. *De gemeene zayzoenen in deze Eylanden zyn de maanden van May en Junius, in Banda de maand April: op Java heeft menze ook in November, gelyk zomtyts ook in deze Eylanden, want dezen boom dikwils in een jaar tweemaal vrugten draagt, en alsse ongemeen vrugtbaar zyn, zo wort het voor een teeken van ongezonde lugt en veele ziekte gehouden, waar van men twee oorzaakzen geven kan; voor eerst de veele warme zuide winden en regens, die de vrugten uitlokken, en met eenen de lugt tot bedervinge doen neigen; de andere reden is een overmatig gebruik dezer vrugt, waar van men qualyk (als men daar aan gewent is) zyn bekomst kan krygen, en dewelke dan een heet en bederfelyk voedzel geven, waar van het bloet aangestooken, en voorts allerhande koortzen, roode-loopen &c. door veroorzaakt worden.*

Naam. *In 't Latyn* Durio, *en* Echinus arboreus: *in 't Maleits* Durion *(met welke naam zy voorts over al bekent is) in 't Ternaats* Durëin, *in 't Amboins en Bandaas* Dureyn: *over al den naam voerende van de steekelige buit, want* Dury *in 't Maleits een doorn te zeggen is, andere Maleitsche namen, die men in* Linschooten Cap. 75. *vint, zyn geen eygen namen, maar gemeene: want* Batang *is een stam te zeggen, en* Buaa *een vrugt.*

Plaats. *In de westersche deelen van Indien is deze vrugt onbekent, maar zy begint op Malacca, en gaat van daar voort tot op en in de zuider Eylanden, Java, Madura, Borneo, Celebes, en insgelyks alle de Moluxe Eylanden, dog valt op de eene plaats meer dan op de andere, want op Java, omtrent Batavia, heeft menze weinig, maar overvloediger omtrent Japara, en tot Bantam, als mede daar tegen over op Sumatra, ook weinig op Macassar, dog weder veele in de nabuurige Provincien, Mandar, en Loebo; Amboina, en Banda hebbenze insgelyks in meenigte, en men vintze zo wel omtrent de huizen, en in de erven geplant, als hier en daar ook in 't bos, dog meest in der Inlanders hun perken, niet van zelfs, maar voortkomende door de korrels, die de vogels hier en daar verspreiden, want als men maar dezelve in de ruigte werpt, zo komenze op, en willen geenzints diep in de aarde geplant zyn: en omtrent het* uit-

hæc enim in terram projecta, primo ſurſum emittunt ſatis craſſam venam, articulum digiti circiter longam, quæ deinde incurvatur, ac fibrillis radicalibus ſeſe in terra figit, cujus altera pars oſſiculo manet infixa, quæ poſtea foliola format, quæ eadem ex parte eriguntur, ac parvum conſtituunt truncum, e quo oſſiculum diu dependet, ita ut ortus hujus arboris ſimilis ſit iis, qui more *Agrippæ* pedibus primum e corpore exeunt ſeu naſcuntur, hæcque oſſicula tam læte progerminant, ut integræ diu Durionum ſilvæ fuiſſent excretæ, ni ab apris vaſtarentur ac demeterentur. Quidam putant oſſicula hæc cum eorum carne terræ eſſe committenda, creduntque arborum harum fructus eſſe carnoſiores: Arbores has non facile plantant prope ædes, quæ inhabitantur, tam quod graves illarum fructus decidentes ipſis dammum adferant, quam quod ſæpius in hominum capita incidant, atque lædant.

Uſus & Natura. Duriones ſunt naturæ calidæ & humidæ, de calore autem plurimum participant, unde & ſanguinem calefaciunt, ac inteſtina incendunt, unde unus alterve Durio ad ſummum uni ſufficit homini, quamvis inveniantur homines, qui decem duodecimve una poſſint comedere vice, carnem nempe horum, quam ex oſſiculis exſugunt, oſſicula enim cruda edendo inepta ſunt. Carbonibus vero ſæpius torrentur, vel in aqua ebulliuntur, atque inſtar Caſtanearum eduntur, raucam vero cauſſant gulam & Aſthma excitant; unde melius eſt, ſi abjiciantur: Mos quoque malus obtinet, quod pleno Duriones comedantur ſtomacho, quum facile corrumpantur. Quod autem attinet ad hujus fructus præſtantiam atque delicatum ſaporem, hoc *Linſchootenus*, aliique, qui illum fuere ſecuti, ample ſatis deſcripſerunt, prædicantes grato ſuo odore, ac ſapore omnes ita allicere ac recreare homines, ut optimi præſtantiſſimique totius Indiæ habeantur fructus: Ita tamen ſeſe habet, ut ſupra indicavimus, plurimi nempe in India habitant, qui vel hiſce adſueſcere nequeunt, vel licet illos guſtent, non magni faciunt, quamvis ſine dubio hac in regione Orientali meliores ſint quam in Portugallicis oris, quæ enim laus præ aliis huic tribui poſſet fructui, qui tam facile putreſcit, & hominibus tantam adfert noxam; ſi enim nimium de hoc edatur, adeo anxios reddit ejus comeſſatores, ut neſciant, quo ſeſe præ calore vertant, dein etiam exoriuntur exanthemata, carbunculi, febres, ac Dyſenteria, unde ſummopere ab hiſce cavendum eſt fructibus illis, qui aliquod inteſtinorum patiuntur vitium, vel laborant exulcerationibus, vulneribus, vel carbunculis, quum ſummopere illa inflamment: Cæterum *Duriones* urinam quoque movent ac ſudores, hominesque libidinoſos reddunt, atque feles Zibethicæ hiſce adeo delectantur, ut facile hiſce capi poſſint, crediturque liquorem hunc pinguem, qui Zibethum vocatur, hoc in animali plurimum ex hiſce generari fructibus, uti quoque Zibethum ab Aethiopibus aliisque Indiæ populis ad libidinem excitandam adhibetur; quamvis tamen verum eſt feles Zibethicas quoque inveniri illis in regionibus, in quibus Duriones non ſunt noti nec occurrunt; nocivum eſt, ſi veſperi poſt comeſtos Duriones Saguerus potus vel Arecha ſuperbibatur, atque ſtatim ſomnum quis capiat, hoc enim corruptum dat nutrimentum, ac halitum oris foetidum reddit.

Ut autem hæc Durionum noxa tollatur, veteres Malaicenſes experti fuere, magnam eſſe inter Duriones ac Siri-folium anthipathiam, & tantam, ut ſi unicum Siri-folium in unico Durionibus repleto vaſe deponeretur, omnes computreſcerent Duriones, ſic quoque quum quiſpiam gravatus ſit comeſſatione multorum Durionum, ſi Siri-folium ventriculo imponatur, & copioſe Siri-fructus comedat, facile eos digerit, illorumque tollitur noxa, hoc autem remedium hocce tempore non multum eſt in uſu, niſi quod Siri-Pinanga ſuperedatur, plurimum, ne ingratus adſtantibus obſtet odor: Si Duriones inmaturi avellantur, quod aliquando a famelicis peragitur incolis, tum ſemi-matura illorum caro, quæ dura hactenus eſt, vel cruda comeditur, vel inſtar Oleris cum Calappi lacte coquitur, alioquin aliquot per dies ſeponi poſſunt, quo molleſcunt, ſed tum multum dulcedinis perdunt & aquoſi fiunt.

Incolæ

uitbotten van deze korrels ondervint men yets aanmerkelyks, namentlyk dat dezelve op de aarde leggende, eerſtelyk opwaarts uitſchieten een vry dikke ader, omtrent een lidt van een vinger lank, dewelke hem daar na omkromt, en zig met worteltjes in de aarde vaſt maakt, blyvende het ander eynd' nog in de korrel ſteeken, 't welk daar na kleine blaatjes formeert, die met het zelfde eynd' haar oprigten, en een ſtammetje maaken, daar de korrel nog lange aanhangt, zo dat de oorſpronk dezes booms gelyk is aan die geene, die met de voeten als Agrippa, voor uitgebooren werden, en deze korrels ſchieten zo weeldrig op, dat al voor lange de boſſen met Durioenen zouden vervult zyn geweeſt, indienze de verkens niet quamen op te eeten; zommige willen ook, dat men de korrels met hun omhangende vleeſch in de aarde werpen zal, en geloven dat de vrugten daar van komende, overvloediger vlees zouden hebben, men lydt deze boomen niet gaarne digt by huizen, die bewoont worden: zo om dat de vrugten dezelve met haar afvallen beſchadigen en ſchenden, als om datze voor de ondergaande menſchen te zorgelyk zyn.

Gebruik en Aart. *De Durioenen zyn heet en vogtig van aart, dog van de hitte hebbenze wel het meeſte, maaken dierhalven het bloet warm, en verhitten het ingewant, weshalven een Duryon of twee op 't hoogſt voor een menſch genoeg behoorde te zyn, hoewel men luiden vint, die 'er tien a twaalf op een maal konnen eeten, wel te verſtaan het vlees alleen, datze maar van de korrels afzuigen, zynde dezelve korrels onbequaam om raauw te nuttigen; dog men braatze wel op de koolen, of kooktze in water, en eetze dan gelyk als Caſtanjen, maar zy maaken een raauwe en ſchorre keel, en daar by een korten azem, en daarom is 't beſt, dat menze wegwerpt; ook zo is het een quade manier, dat men de Durioens eet met een volle maag of buik, om datze als dan ligt bederven; en wat nu vorder aangaat de voortreffelykheit en aangenaamheit dezer vrugt, daar van hebben* Linſchooten, *en andere, die hem gevolgt zyn, al vry wat ruim geſchreven, voorgevende, datze met haar lieffelyke reuk en ſmaak alle menſchen aanlokken, en datze dien volgende voor de beſte en treffelykſte vrugt van Indien wert gehouden; dog het is zodanig, als wy gezegt hebben, datter veele in Indien woonen, dieze of niet gewennen konnen, of al proevenze dezelve, gants geen werk daar van komen te maaken, hoewel dezelve buiten twyffel hier om de ooſt veel beter vallen dan in de Portugeeze quartieren, en wat lof zoude men dog zodanigen vrugt boven andere konnen geven, die zo ligt bederft, ende de menſchen zo veel ſchade aanbrengt: want een weinig te veel gegeeten, maakt de onmatige ſnoepers zo bang, dat zy niet weeten, waar zy van hitte blyven zullen, daar na verwekkenze ook bloet-vinnen, heete gezwellen, koortzen, en de roode-loop, en waarom ze ook ten hoogſten moeten gemyt worden van die geene, die eenig gebrek in 't ingewant, of van buiten ulceratien, quetzuuren, of heete gezwellen hebben, nadienze alleszints zeer ontſteken; anders dryven de* Durioenen *den Uryn af, doen zweeten, en verwekken den menſch tot onkuisheit; en de Civetkatten zyn ook zo gretig na deze vrugt, datze zeer ligt daar mede gevangen konnen worden: en men gelooft, dat dien geylen zap (die men Civet noemt) aan dat dier meeſt daar van gegenereert wert, gelyk ook de Civet van de Mooren, en andere Indianen tot verwekking van de geylheit wert gebruikt: hoewel het ook waar is, datter Civet-katten gevonden werden in landen, daar de Durioenen onbekent zyn; men doet ook qualyk, dat men 's avonts, na het eeten van Durioenen, Sagueer of Arak drinkt, en daar op ſlaapen gaat, want zulks maakt een bedorven voetzel, en veroorzaakt een ſtinkenden aaſſem.*

Dog om nu alle deze ſchadelykheit van de Durioenen te temmen, zo hebben de oude Maleyers bevonden, datter is een groote Anthipathia tuſſchen de Durioenen en het Siri-blat, ja zodanig, dat als een eenig blat in een praauw vol Durioenen gelegt wierd', alle de Durioenen daar van zouden bederven; als mede zo wanneer ymandt zig benaauwt bevint door het eeten van veele Durioenen, dat hy dan een Siri blat op de mage leggen, en rykelyk Siri daar op eeten moet, als wanneer hy verligt, en de ſchadelykheit weggenomen zoude werden; dan deze remedie of Cuure is hedendaags niet heel veel meer in gebruik, behalven dat men de Siri Pinang daar op eet, meeſt om den viezen en moeyelyken reuk aan de omſtaanders niet mede te deelen: als men de Durioens onryp afplukt, 't welk zomtyts ook wel geſchiet door de hongerige Inlanders, zo kan men het half rype vleeſch, 't welk nog hartagtig is, of raauw eeten, of als een moes met Calappus-melk kooken, anderzints kan menze ook eenige daagen weg leggen, waar doorze murw werden, maar als dan verliezenze veel van haar zoetigheit, en worden wateragtig.

De

Incolæ ex invidia ſæpe aliis inponunt, quum foramen perforent in alicujus arbore uſque ad medullam, illudque Opio replent, unde omnes brevi Duriones tam maturi quam inmaturi decidunt; auctor vero, ſi detegatur, etiam plectitur, arbor enim perit; alii ſuperſtitioſum adhibent morem, ut Duriones decidant, qui Salis quantitatem certam ter in truncum projiciunt aliqua muſſitantes verba: Quum annis 1655 & 1656. poſt ingentem ſiccitatem copioſi ſubſequerentur imbres, Duriones iisdem annis ter quaterve ſuos protulerunt fructus, ſubſecutusque fuit morbus Endemius, qui ardentes excitabat febres, Phrenitidesque inſtar Peſtis graſſantes, præſertim ſubſequente anno 1657. quum præter ordinem erat tempus pluvioſum, plurimos & copioſos producens Duriones, atque hic morbus continuabatur uſque in annos 1658 & 1659. unde Incolis axioma eſt, quod poſt copioſos Durionum proventus plurimi oboriantur morbi ac febres malignæ. Abjecti Durionum cortices nocivum, tetrum, ac moleſtum dant foetorem in plateis, publico hinc decreto ſtatutum eſt eos in locos abjicere, quos raro homines tranſeunt, & ubi a ſole cito exſiccantur, uti in maris litus, aliaque remotiora loca; ex corticibus hiſce ſiccatis Sinenſes cinerem comburunt, qui ingreditur compoſitionem, & præparationi inſervit pigmenti *Caſſomba*, uti poſtea in peculiari capite indicabitur, infuſum hujus cineris quoque adhibetur, ut colores ex aliis herbis & floribus extrahantur, quo lintea ac fila inbuuntur atque colorantur: eodem etiam cinere obvolvitur *Baroe Gomuto* ſeu Sagueri arboris, ut exſiccetur, & bonum inde fiat igniarium. Veteres Durionum arbores ædificatoribus & lignariis venduntur, qui trabes & aſſerculos inde conficiunt, qui ſatis durabiles ſunt, ſi ſub tecto exſiccentur, neque nimis diu detruncatæ arbores in ſilvis projectæ manent: Pluvia enim ac humiditate corrumpitur facile hocce lignum, unde & hi aſſeres optime ad internam ædium ſtructuram adhibentur, quique malos navigiorum inde fabricare volunt, ſtatim ſuperius obturare debent, ne pluvia penetret, atque illos putredine inficiat.

Carol. Cluſius in annotationibus ſuis in *Garciæ lib.* II. *Aromat. Cap.* 9. putat *Guanabanum Oviedi* ac Duriones unos eosdemque eſſe fructus. Juxta *Oviedi* deſcriptionem in *Hiſtor. lib.* 8. *Cap.* 17. Ex qua conſtat *Guanabanum* in America excelſa in arbore creſcere, foliis Limonum folia referentibus, viridi cortice, qui plurima habet tubercula, ac intus alba repletur carne oſſiculis adfixa, quam lactis cremori aſſimilat, &c. eo uſque cum Durionibus quidem convenit, quum vero addit oſſicula hæc referre ſemina Cucurbitæ, ac nigra eſſe, facile animadvertitur *Guanabanum* hunc melius convenire cum *Anona Criſpa* ſeu *Manona Papouwa* infra deſcripta, quod ulterius confirmatur, quum *Oviedus* ſcribat, *Guanabanum* fructum eſſe refrigerantem, diebus calidis gratiſſimum, quod Durionibus directe repugnat.

Hic fructus (licet non ita sit delicatus) merito saluberrimus totius Indiæ habendus est: Quum vero distinguatur in angulosum ac rotundum, hoc in capite oblongum describemus, huncque iterum in duas dividemus species, in dulcem nempe & acidum: Dulcis Blimbing vulgaris maxime est, magno tamen in pretio habetur, non in alta crescit arbore sed eleganti, quæ egregiam, rotundam, & extensam gerit comam instar umbellæ: Ejus truncus vix hominis attingit altitudinem, indivisus, multos gerens ramos, atque ex his plures minores excrescunt, ubique foliis ornati, ita ut densa coma gratam det umbram. Folia in ordinem opposita locantur inpari extremum claudente, quod maximum est, sunt autem oblique posita quatuor quinqueve paribus, quæ sensim in inferiore ramuli parte decrescunt, Prunique folia referunt, sunt autem multo minora, nec ad oras serrata, infimumque vix pollicis latitudinem longum est, acute cordatum, superiora vero triplo sunt majora, sique adtendatur, magnus nervus non directe per medium decurrit, sed pars inferior semper minor est. Superius amoene virent, inferius glauca sunt, ac nocte, frigidoque tempore inferne reflectuntur, sibique arcte inposita quasi occluduntur. Flores hac in arbore sunt copiosi, æque in surculis & ramis ac in superiore trunco, qui sunt parvi, purpurascentes, campanulati, quinque ex petalis constantes, absque staminibus, sed stilo instructi, ex quo fructus excrescit, qui saporis est grati, acidi seu austeri, instar fere Acetosæ, plurima vero florum pars

XXX. HOOFDSTUK.

Blimbing-Boom.

Deze vrugt (hoewel juyst niet de lekkerste) mag men billyk voor, of onder de gezondste van Indien houden: en dewyl zy gedeelt werd in hoekige, en ronde, zoo zullen wy in dit Capittel eerst de hoekige beschryven, en die wederom onderscheyden in tweederleye zoorten, namentlyk zoete en zuure: de zoete Blimbingen zyn de gemeenste, en egter wel het meest geagtste, groeyende aan geen hooge, maar evenwel een cierlyke boom, met een fraaye, ronde, en uytgebreyde kruyn, gelyk een Zonne-scherm; de stam is qualyk een mans lengte hoog, onverdeelt, hebbende veele takken, en aan dezelve nog meerder dunne ryskens, die overal bezet zyn met bladeren, zoo dat hy met zyn digt loof een aangename schaduwe maakt; de bladeren staan aan de ryskens te wederzyden in ryen, doch zy zelfs staan wat schuyns tegen malkanderen, by vier a vyf paren aan yder rysje, en voor aan maar een, 't welk ook het grootste is, werdende allenxkens naar agteren hoe verder kleynder, en gelyken wel wat naa de pruym-bladeren, dog zyn veel kleynder, en aan de kanten geensints gezaagt; vallende de agterste pas een duym breet lank, als een spits hert, maar de voorste zyn wel driemaal grooter, en als men daar naauw op let, zoo bevint men, dat de groote Zenuwe niet regt door de midden loopt, maar altyt de agterste helft nader is; van boven zynze lieffelyk-groen, dog beneden trekkenze wat na 't graauwe, of Spaans-groen, en by nagt of kout weer sluytenze haar naar beneden toe: het bloeysel hangt aan dezen boom zeer overvloedig, en dat zoo wel aan de ryskens en takken, als aan de bovenste stam, zynde kleyne, ligt-purper-verwige bloempjes, in de gedaante van opene kelkjes

pars perit & decidit, truncus enim non cunctos valeret alere fructus, duo tamen vel tres pluresque ſimul excreſcunt, qui ſubſtantia & ſapore proxime cum Prunis conveniunt, ſed ſunt multo majores inſtar Pomi nempe majoris, oblongi, & in quinque exſtantes alas ſeu angulos diviſi, profundisque ſulcis dinſtincti, ab inferiore parte rotunde deſinentes, ubi petiolo nectuntur: Superiore autem parte ſunt acuminati vel acute deſinentes, pellicula tenui exterius obducti, primo virides, dein flaveſcentes inſtar pomorum maturorum, vel prunorum: Eadem in arbore quoque obſervantur quadrangulares, & hexagoni, raro tamen, nec hoc vulgare eſt, ac luſus naturæ habendus eſt. Intus conſtant carne molli, ſuccoſa inſtar prunorum, horumque ſuccus adeo eſt copioſus, ut inter edendum abundanter deſtillet; ſapor eſt gratus, acidus, inſtar pomi vinoſi, ſed magis adſtringens, ſique hic fructus transverſaliter diſſecetur, ejus partes ſeu lamellæ quinqueangularem referunt ſtellam: In centro quædam locantur cellulæ, in quibus tenuia & oblonga continentur ſemina inſtar cucumeris, atque hiſce propagatur arbor: ſi fructum hunc comedere velimus, non opus eſt, ut decorticetur, uti neque cum prunis fit, ſed a parte quadam paululum denudatur, ſicque comeditur: Gratus ac ſalutaris eſt fructus, qui crudus editur, calidis præſertim temporibus, inque ardentibus febribus, in quibus refrigerium requiritur: Juniorum ramorum & ſurculorum cortex eſt fuſcus & æqualis, lignum eſt album, molle, nec durabile, unde nulli inſervit uſui: Radices inſtar ramorum ſunt copioſæ ac tenues: Husjusque Blimbingi ſpeciei ſunt arbores, quæ adeo copioſos gerunt flores, ut e longinquo purpureæ penitus appareant, quæ tamen nullos proferunt fructus, quæ cæteroquin forma & ſtructura cum priori conveniunt, ampliſſima, eleganti, ac inſtar nubis denſa coma. Hæcque eſt mas, uti præcedens eſt femina, meo vero judicio eſt tantum degeneratio frugiferæ: Raro enim occurrit mas, plurimumque ſiccis ac ſabuloſis in locis: Acidus Blimbing, qui a nobis altera dicta eſt ſpecies, trunco eſt altiore, coma anguſtiore, ejus autem folia ſunt majora ac magis viridia, eodem poſita modo ac in priori, uti quoque flores, ſed rariores, quique tantum ex ramis & ſurculis dependent, nec unquam ex trunco: Fructus quoque ſunt tenuiores oblongioresque præcedenti dulci, quinqueangulares itidem, in quinque acutos deſinentes apices, coloris primo viridis, dein lutei vitellini coloris, exceptis angulorum oris, quæ ſemper virides inſtar graminis apparent: Sapor eſt acidus, acetum æmulans, unde raro crudi comeduntur hi fructus, niſi aliquando ad ſitim exſtinguendam: Qui in Hindoſtana ac Zeylana creſcunt, a noſtro vulgari tantum magnitudine differunt, ibi enim ſæpe duos ſunt magni pugnos, quinqueangulares quoque plerumque, exceptis quibusdam paucis, qui, uti ſupra dictum fuit, quoque ſunt quadragoni, hexagoni, & heptagoni, qui omnes una ex arbore creſcunt, unde miratus fui, deſcriptores plantarum, quæ in Occidentalibus Indiæ plagis inveniuntur, nobilem hunc fructum adeo obſcure, breviter, & negligenter deſcripſiſſe, ita ut ex illorum ſcriptis vera forma neutiquam dignoſci vel intelligi poſſit, niſi in Goa forte, ubi hi ſcriptores potiſſimum habitaverunt, vilior ac rarior ſit, quam hiſce in regionibus.

Nomen: Latine *Prunum ſtellatum*: Nomina Indica apud Portugallos ſcriptores ſunt in Goa ac Mallabara *Carambola*, in Decana & Canara *Camarix* & *Carabeli*, in Perſia *Camaroch*: Garcias ab Orto *Lib.* 2. *arom. Cap.* 15. *Chriſt. a Coſta. Cap.* 47. apud Malabaros & Javanos *Bilimbing* vocatur, forte a Malaicenſi vocabulo *Limbing*, haſtam denotante, quum forma acutisque angulis haſtæ ferrum referat: Ternatice *Bilimba* vocatur, apud Belgas vulgo *Vyfhoek* ſeu quinqueangulus dicitur, Amboinice in Hitoe *Ninipattu*, & in Banda *Maccalium*: Prima memorata ſpecies *Blimbing manis* nominatur, ſeu dulcis quinque angulus, altera vero *Blimbing aſſam.* h. e. acidus quinquan-

kelkjes of klokjes, van vyf blaatjes gemaakt, met witte linien geſtreept, en op bruyne ſteeltjes ſtaande, in de midden zonder draaden, behalven een pylaartje, daar de vrugt uyt voortkomt; van ſmaak zynſe aangenaam zuur of ſerp, byna gelyk als Zuuring, en het meeſte gedeelte valt af; want den ſtam zoude niet magtig zyn om al de vrugten te voeden, komende egter nog al twee, dry, en meer by malkanderen voort, zynde van ſubſtantie en ſmaak de pruymen wel het naaſt, dog veel kloeker, te weten als een grooten appel, lankwerpig, en in vyf uytſtaande vlerken of hoeken verdeelt, en die met diepe keepen onderſcheyden, van agteren ront toelopende, en aldaar een kuyltje makende, daar den ſteel in ſtaat; van vooren zynze wat toegeſpitſt of ſpits toelopende, en van buyten met een dun vliesken bedekt, eerſt groen, daar na geelagtig als rype appelen, of rype pruymen: men vind'er ook van vier, zes, en meer hoeken aan een en dezelfſte boom, dog zeer weynig en niet ordinaris, als zynde maar een ſpeeling der natuur, van binnen hebbenze een week en vogtig vleeſch, als dat van de pruymen, zynde ook zoo vol Zap, dat dezelve onder het eeten overvloedig daar uytloopt; haar ſmaak is aangenaam ryns, gelyk de wyn-appelen, dog wat meer te zamen trekkende, en als men deze vrugt of appel dwers doorſnyt, zoo gelyken de ſtukken wel naa een vyf-kante ſterre; omtrent het middelpunt ziet men eenige huyskens, en daar in dunne lankwerpige zaaden, gelyk die van de Comcommers, en waar mede den boom werd voortgeplant: als men de gemelde vrugt of appel eeten wil, zoo en behoeft men hem niet te ſchillen, gelyk men ook geene pruymen en doet, maar men beſnoeyt hem enkelyk een weynig aan de kanten, en byt'er zoo in: het is een aangename en gezonde vrugt om raauw te eeten, voornamentlyk by heete tyden en koortzen, daar verkoeling en matelyke zamentrekking vereyſcht werd: de ſchorſſe van de dunne takken en ryskens is bruyn en effen; het hout is wit, week, niet zeer durabel, en zulk ook tot niets gebruykelyk: de wortelen zyn gelyk als de takken, te weten veel, en dun; en van deze zoorte van Blimbings vind men zommige boomen, die zoo overvloedig bloeyen, datze van verre geheel purper ſchynen, maar zy en dragen geen vrugten, zynde anders van gewas of gedaante de voorige gelyk, met een ſchoone, breede, en ſwayende kruyn als een wolke; en deze houd men voor het mannetje, gelyk men de voorgaande voor 't wyfken; maar mynes oordeels is het anders niet dan een ontaarding van de vrugtdragende boomen: want men vindze weynig, en dan noch meeſt op dorre en magere plaatzen ſtaande: de zuure Blimbings, zynde de by ons geſtelde tweede zoorte, zyn van ſtam wat hooger, van kruyn wat ſmalder, de bladeren wat grooter en groender, ook op dezelve maniere ſtaande als de voorgaande; gelyk mede het bloeyzel, dog wat weyniger, en bruynder, midsgaders maar alleen aan de takken en ryskens hangende, en nooyt aan de ſtam: de vrugten zyn ook wat ſmalder en lankwerpiger dan de voorgaande zoete, dog mede gedeelt in vyf hoeken, dewelke in vyf ſpitzen toeloopen, van verwe eerſt groen, daar naa doyr-geel, behalven aan de kanten, dewelke altyt gras-groen blyven; de ſmaak is regt zuur, wat naa den azyn trekkende, en werden dierhalven zelden raauw gegeeten, ten ware zomtyts om den dorſt te verſlaan: de gene, die in Hindoſtan en op Zeylon groeyen, verſchillen van onze gemeene alleen maar in de grootte, wantze aldaar zomtyts wel twee vuyſten groot werden, zynde ook doorgaans in vyf hoeken verdeelt, behalven eenige weynige, dewelke, als boven is gezegt, mede vier, zes, en zeven hoeken hebben, dog alle by malkander aan eenen boom groeyende, weshalven ik verwondert ben, dat de beſchryvers der planten, die in de weſterlyke deelen van Indien waſſen, deze edele vrugt, zoo donker, kort, en zo ſlof beſchreven hebben, dat men uyt haare ſchriften de regte gedaante geenſints halen nog begrypen en kan, of zy moet omtrent Goa (daar die ſchryvers meeſt gewoont hebben) ſlegter vallen, dan in deze geweſten.

Naam: *Latyn* Prunum Stellatum: *de Indiaanſche namen (by de portugeeſche ſchryvers) zyn, te Goa en Mallabaar*, Carambola, *in Decan en Canara*, Camarix *en* Carabeli, *in Perſien* Camaroch; Garcias ab Orto Lib. 2. Arom. Cap. 15. Chriſt. a Coſta Cap. 47. *by de Maleyers en Javanen hietze* Bilimbing, *miſſchien van 't Maleytſche woort* Limbing, *een ſpietſe beduydende, nadienze met haar gedaante en ſcherpe hoeken het yzer van een ſpieſſe is vertoonende; In 't Ternaats* Bilimba, *by de Nederlanders werdze in 't gemeen Vyfhoek genaamt, In 't Amboins, op Hitoe* Ninipattu, *en in 't Bandaas* Maccalium. *De voornoemde eerſte zoorte wert genaamt* Blimbing Manis, *of zoete vyfhoek, en de tweede* Blimbing Aſſam,

dat

quangulus, & *Blimbing Kris* ab ejus uſu peculiari, in Macaſſara *Baynan*, & in Baleya *Blimbing Beſſi*.

Locus. Fructus hic plerumque per totam reperitur Indiam, in Macaſſara vero & Baleya dulcis non occurrit, ſed acidus. Amboina & Banda non diu hocce gaviſæ ſunt, dulcis quoque hic copioſior eſt; in Philippinis quoque invenitur, eodemque Malaicenſi vocabulo.

Uſus & natura. Fructus hi modice ſunt refrigerantes & adſtringentes, paulo tamen reliquis humidiores, &, uti dictum, in omnibus calidis morbis crudi ſi comedantur, non nocent, ſed bene maturi ſint neceſſe eſt, alioquin ſunt auſteri fere inſtar uvarum inmaturarum, utræque quoque ſpecies in fruſta diſſecantur, cum ſaccharo & vino, vel cum lacte etiam ebutyrato coquuntur, vel fricantur, cibumque præbent gratum, quem in finem acidi aptiores dulcibus habentur; ſunt ſalutares, & adhibentur in febribus quotidianis, dyſenteria, teneſmis, & omnibus in morbis, qui ex bilis æſtu oriuntur, ſedant quodammodo etiam ſitim, exæſtuansque refrigerant hepar, & nauſeoſum confortant ſtomachum, vomitu vel crapula debilitatum: In initio autem dictorum morborum ægris non ſunt exhibendi, niſi certum ſit, corpus malignis humoribus non eſſe repletum: In teneſmi initio etiam non conducunt, quum nimis cito conſtringant, ac tormina cauſſent: In ſimplicibus febribus quam maxime innoxie uſurpantur, hunc in finem ex ſucco ejus expreſſo, tam ex dulci quam ex acido Blimbingo conficitur ebullitione gratus cum tertia ſacchari albi parte ſyrupus, vel ſuccus inſpiſſatus, proficuus & in prædictis utilis morbis, ad ardorem exſtinguendum, æſtuantemque cohibendam bilem, hic autem ſyrupus non nimis fervens vel aliquo in vaſe metallico coctus eſſe debet, aduſtum enim ac ingratum tum adquirit ſaporem. Apud memoratum *Acoſtam loc. cit.* quoque notatur, ſyrupum hunc a Portugallis adhiberi omnibus in morbis, in quibus *Acetoſæ* ſyrupus requirebatur: Canaryenſes quoque Collyria Blimbing ſucco temperant contra Phlyctænas; & obſtetrices ſiccato Blimbing lochia, foetusque mortuos expellunt, qui & muria condiuntur ad appetitum excitandum: quem in finem vero in Amboina non adhibentur, ſed ſubſequens quidem Blimbing rotundus: Blimbing arbor reperitur quoque in Sinæ partibus ad Zephyrum ſitis, nomine *Lataking*, non tamen frequenter, ac ſolummodo tantum in Magnatum areis ante hortos, in quibus ob elegantem, humilem, & extenſam frondem plantatur, quæ gratam dat umbram, ibi autem raros producit fructus. Obſervatum fuit, arbuſculas ſemine propagatas nec tranſplantatas, tardius excreſcere, rarioresque proferre fructus illis, quæ tranſplantantur, quæque plerumque tam copioſos gerunt fructus, ut fulciendæ ſint, & lubenter tigillis ſtabiliri ſeſe ſinunt, magisque frugifera eſt hæc arbor, ſi terra circa illam pura ſervetur, radixque detruncetur, vel aliquando canis ſub ea ſepeliatur.

Purpuraſcentes flores quidam cum Lactuca comedunt loco aliarum herbarum, atque illos aceto condiunt, ut acidius illud reddant, ſed mucaginem inde contrahit, quod ingratum eſt. Blimbing acidus apud Baleyenſes nullo alio eſt in uſu, quam quod venenata (*Criſſen*) tela illo depurent, poſtquam enim illa tenuibus ſiccisque cineribus polita reddiderunt, obducunt dein illa ſucco hujus Blimbing, ut nitida ſint, & ut eorum venæ appareant; atque dein ut coerulea ſint, ſucco Limonum acido & Mercurio ſublimato acuuntur, hincque acidus hic fructus cognominatus eſt *Blimbing-Kris*: Hujus ſucco quoque radios Gallinorum Gallinaceorum, quos pugnaces volunt, obducunt, ut inde acuantur, oppugnatoreſque vehementius ſaucient: Quamvis autem hi fructus in Zeylana ſint elegantes ingenteſque, raro perfecti fiunt, ſed inmaturi plerumque a ſervis & plebe avelluntur, & ad eorum *Carrys*, ſeu piſcium juſcula adhibentur, unde fructus hic ibi non magni æſtimatur. Omne rubiginoſum ferrum hujus Blimbing ſucco illinitum, nitide fricari poteſt, quo rubigo exeditur: Cortex hujus arboris cataplasmatibus miſcetur, quæ præparantur ex Oryzæ farina, contrito Santali ligno, Poelaſari, ac pauco Anyſo, quibus corpus illinitur

dat is zuure vyfhoek, en Blimbing Kris, *van zyn gebruyk in 't byzonder, op Macaſſar* Baynan, *en op Baley* Blimbing Beſſi.

Plaats: *Men heeft deze vrugt meeſt door gantſch Indien, dog op Macaſſer en Baley de zoete niet, maar wel de zuure: Ambon en Banda hebbenze niet heel lange gebadt, en de zoete zyn hier ook overvloediger, of wel de meeſte; in de Philippinen heeft menze mede, en dat ook met dezelfſte Maleytſche naam.*

Gebruyk *en* Aart: *Deſe vrugten zyn maatig kout, en te zamen trekkende, dog wat meer vogtig, en, als gezegt, om in alle heete ziektens raauw te eeten niet ſchadelyk, maar zy moeten wel ter deegen ryp zyn, anders vallenze vry wat amper, en byna als onrype druyven: beyde deze zoorten werden ook in ſtukken geſneeden, met zuyker en wyn, of kernemelk, gekookt of geſtooft, en geven als dan een aangenaam eeten, dog waar toe men de zuure bequamer agt dan de zoete; zy zyn gezont, en ook toegelaten in de dagelykze koortzen, roode-loop, perſſing, en alle ſiekten, die uit het woeden der galle onſtaan; zy verſlaan mede eenigzints den dorſt, verkoelen de verhitte lever, en helpen de walgende maag, die door braaken of dronkenſchap ontſtelt is, wederom te regt; men moetze evenwel de patienten in 't begin van de boven genoemde ziektens niet laaten nuttigen, zonder verzeekert te zyn, dat het lichaam met geen quaade humeuren is vervult; in 't begin der perſſing deugenze ook niet, om datze te vroeg t'zamen trekken, en krimpinge veroorzaaken; in enkele koortzen werdenze onſchadelykſt gebruikt, tot dien eynde maakt men uit het uitgeperſte zap, zo wel van zoete, als zuure Blimbings door het op te kooken met een derde witte zuiker, een aangename zyroop of dikke zap, voordeelig of dienſtig in voorſchreve gebreeken, om de hitte te bluſſen, en de woedende galle te ſtuiten: dog deze zyroop moet niet al te hart, nog in eenig metaal vat gekookt werden, anders krygt zy een brandige en onaangename ſmaak: by meergem.* Acoſta *op de aangehaalde plaats vint men ook gemeldt, dat deze zyroop by de Portugeezen wierde gebruikt in alle ziekten, waar in den Syroop van de zuuring te pas quam; ook dat de Canaryns alle Collyria, of oogen-poeders, met het zap van Blimbing temperen, om de donkere wolkjes van de oogen weg te neemen; dat de vroet-moeders met een gedroogde Blimbing de nageboorte, en doode vrugten wiſten uit te jagen, en dat menze in pekel bewaarde, om den eetens luſt te verwekken: dog waar toeze in Amboina niet gebruikt werden, maar wel de navolgende ronde Blimbing.* De Blimbing-*boom vint men ook in de zuidelyke deelen van* Sina, *onder de naam van* Lataking, *dog niet zeer gemeen, en maar alleenlyk op of in de pleynen van groote heeren hooven, daar hy wegens zyn fraye en laag uitgebreide kruin geplant wert, om een aangename ſchaduwe van te hebben, maar hy brengt aldaar weinig vrugten voort; men heeft ook gemerkt, dat de boompjes die van zaat voortkomen, en nooit verzet worden, veel lankzamer opſchieten en weiniger vrugten geven, dan de gene die men verplant, zynde hy gemeenlyk zo vol vrugten, dat men hem onderſtutten moet, en wil ook gaarne met latten onderſtut wezen, draagt mede veel beter als men den gront rondom hem ſchoon hout, en de wortel met een voet omvat, ook zomtyds een hondt daar onder begraaft.*

De paarze bloemen eeten zommige als toekruit met zalade, andere doenze ook wel in azyn, om die zuur te maaken, maar krygt daar van een dikke moer of vlies, datze onaangenaam maakt: de zuure Blimbings zyn by de Baliers in geen ander gebruik, dan datze hare vergiftige kriſſen daar mede ſchoon maaken, want na datze dezelve met fyne en drooge aſſche geſchuurt hebben, zo beſtrykenze die met het zap van deze Blimbings, om ze ſchoon te maaken, en de aderen mooy voor den dag te doen komen, en waar naaze nog om blauw te worden, met zuure lemoen-zap, en ſublimaat werden aangeſtreeken, en hier van daan heeft deze zuure vrugt de bynaam van Blimbing-kris gekreegen: Met het zap van dezelve waſſchen zy ook de ſpooren van hun haanen, dieze tot het vegten gewennen, om daar door ſcherp te werden, en haar tegenparty te vinniger te konnen quetzen: en hoewel deze vrugten op Ceylon ſchoon en groot zyn, zo komenze evenwel weinig tot perfectie, werdende meeſt onryp van de ſlaven en ſlegte luiden afgeplukt, en tot hare Carrys, dat zyn viſſoppen, gebruikt, weshalven die vrugt aldaar ook in kleine agting is: allerhande verroeſt yzer met het zap van deze Blimbing-kris beſtreeken, laat zig daar na geheel blank ſchuuren, werdende de roeſt daar door af of uitgebeeten; en de ſchorſſe dezes booms wert mede gebruikt onder de papjes, die men maakt van ryſt-meel, gevreeven Zandel, Poelazari,

ad cutim depurandam, molestaque depellenda exanthemata seu papulas.

Rumphii Appendix hisce auctus est.

In *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 43. describitur nomine Malabarico *Tamara Tonga*, & *Carambola* Brachmanis & Portugallis dicitur, Belgis vero *Vyfhoek*, ubi quoque in duas dividitur species, dulcem & acidum, qui subseq. *Figuris* 45 & 46. describitur, quique Malabarice *Bilimbi*, Portugallice *Blimbinos*, & Belgice *Blimbynen* vocatur.

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Quintæ,

Quæ exhibet ramum arboris, quæ *Malus Indica* vulgo, & *Prunum stellatum*, seu *Blimbing* a *Rumphio* vocatur.

A. *Fructum* ejus justa magnitudine.

B. *Fructum dissectum* denotat, ut ejus quinquanguli, & interna substantia conspiciantur.

OBSERVATIO.

Hæc est illa arbor, quæ Malus Indica, foliis Sennæ Occidentalis, fructu acido, flavo, pentagono, sulcato, floribus rubris ab *Hartog. in Herbar.* & *Burm. Thes. Zeyl. pag.* 148. vocatur, & Malus Indica, fructu acido, flavo, pentagono, sulcato, ab *Herm.* in *Mus. Zeyl. pag.* 19. atque Malus Indica, pomo angulofo, *Carambolas* dicta, *Ray Hist. pl. pag.* 1449. *Tamara Tonga H. Malab. part.* 3. *Tab.* 43 & 44. ubi egregia ejus icon itidem invenitur; reliqua vero ejus synonyma & auctores in *Thes. Zeyl.* inveniuntur.

A *Valent. p.* 166. *Blimbing* nominatur & describitur.

en een weinig Anys, en waar mede men dan het lyf bestrykt, om de huit te zuiveren, en den moeyelyken root-hont te verdryven.

Het byvoegzel van Rumphius *is hier mede vermeerdert.*

In het derde deel *van de* Hortus Malabar. Fig. 43. *komt ze voor onder de Malabaarsche naam van* Tamara Tonga, *en* Carambola *van de Brachmaners en Portugeezen, op het Duitsch* Vyfhoek, *alwaar ze ook in twee zoorten verdeelt wert, in de zoete en zuure, die in de volgende* 45 *en* 46. *Figuren verbeelt wert, en die op het Malabaars* Blimbi, *op het Portugees* Blimbinos, *en op het Duitsch* Blimbyen *genaamt werdt.*

UYTLEGGING

Van de Vyf- en Dertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Oostindische Appel, of vyfhoekige Pruim, ende Blimbing, *zo als ze van* Rumphius *genaamt wert.*

A. Wyst aan deszelfs vrugt *in een* behoorlyke grootte.

B. Dezelve opgesneden, *op dat deszelfs vyfhoeken, en inwendige gedaante beschout kan werden.*

AANMERKINGE.

Deze boom wert van Hartog *in zyn* gedroogde Kruydboek *Oostindische Appel-boom genaamt, met de bladen van de Westindische Senne-bladen, met een zuure, bleek-geele, en vyfhoekige, gevoorende vrugt, en met roode bloemen, onder welken naam zy mede in myn* Thesaur. Zeylan. pag. 148. *voorkomt, en Oostindische Appel-boom, met een zuure, gele, en vyfhoekige gevoornde vrugt van* Herman. *in zyn* Museum Zeyl. pag. 19. *en de Oostindische Appel-boom met een hoekige vrugt* Carambolas *genaamt, van Ray in zyn Histor. der planten* pag. 1449. *welke is de* Tamara-Tonga *van de* Hortus Malabaricus *in* het derde deel Tab. 43 *en* 44. *alwaar een zeer schoone afbeelding hier van mede gevonden wert. De overige benamingen en schryvers werden in myn* Thesaur. Zeylan *gevonden.*

Van Valent. *in de beschryving van Amboin wert ze* Blimbing *genaamt en ook beschreven op* pag. 166.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Blimbingum Teres: Blimbing Bulu.

Teres Blimbingum gracili & irregulari crescit in arbore, paucis, brevibus, & incurvis ramis, quorum extremum terminant foliorum raches copiosæ, longæ, rotundæ, & tenues, sed firmæ, ab utraque parte foliis ornatæ, quæ septendecim octodecimve paribus constant, impari extremum claudente. Folia majora sunt præcedentis foliis, oblonga, inferius rotunda, superius acuminata, tres pollices longa, duos lata digitos; inferiora vero sunt minora, nocte pluviosove tempore sese contrahentia, & sub rachi sibi accumbentia. Flores quoque antecedentis majores sunt, ex quinque itidem petalis compositi, purpurascentes, venisque leviter rubentibus striati, ex tenuibus brevibusque petiolis plurimi racematim dependentes, tam in majorum ramorum nodis, quam ex trunco, tantaque copia, ut totum sæpe obtegant truncum; fructus quoque ex racemis dependent, qui sunt oblongi, duos longi pollices, tantaque latitudine, Pruna referentes vel juniores Cucumeres, qui superius crassissimi sunt, parum striati, instar graminis virides, licet sint maturi, repleti carne aquosa, paucisque officulis, hæcque caro adeo acida est, ac aliquis in rerum natura cognitus fructus, neque quis dentibus demordere eos potest, quin dentes statim hebescant, ac vim suam amittant: Quod vero summopere mirandum est, si alicujus dentes ab alia quavis re hebetes fuerint facti, atque hic demordeatur fructus, hoc iterum acuuntur, & pristinam adquirunt facultatem: Fructus hi nunquam ex superioribus tenuibus dependent ramis, sed semper ac solummodo ex crassissimis, atque ex trunco, qui vix ultra crus est crassus, ac parvam gerit frondem; ex radicibus surculi sæpe etiam progerminant, ac semina ex fructu in terram decidentia itidem propullulant, nusquam nisi in hortis crescit, nec frequenter occurrit hæc arbor.

Nomen.

XXXI. HOOFDSTUK.


Suure en lange Blimbing.


De ronde Blimbing wast aan een magere en onfatzoenlyke boom, met weinige korte en kromme takken, aan welkers uitterste de ryskens in bosjes, yder op een knietje, by malkander staan, de ryskens zyn lank, ront, en dun, dog styf, aan weerzyden met bladeren bezet, die met zeventien en agtien paaren verwisselt staan, met een blat alleen voor uit: de bladeren zyn grooter, dan die van de voorgaande, lankwerpig, agter ront, en van vooren spits, drie duimen lank, twee vingers breet, dog de agterste zyn kleinder, by nagt of regenagtig weer sluitenze haar ook onder de steel t'zamen; de bloempjes zyn ook wat grooter dan aan de voorige, en mede van vyf blaatjes gemaakt, voorts bruin, en met ligt-roode linien gestreept, midsgaders op dunne en korte steeltjes veele in trosjens by malkander hangende, als mede op de knoesten, zo wel aan de stam als aan de takken, en dat in zulken meenigte, datze veeltyts de geheelen stam komen te bedekken, en zo hangen ook den vrugten in trosjes by malkander, zynde lankwerpig, twee duimen lank, en ook omtrent zo dik, gelykende zeer wel de pruimen, of jonge comcommertjes, dog van vooren zynze op 't dikste, een weinig gestreept, gras-groen, al zynze ook ryp, van binnen met een wateragtig vlees, en weinige korrels, zynde dit vlees zo zuur, als eenig ding ter werelt zoude konnen wezen, en men kan'er niet in byten, of de tanden zyn terstont ontstelt en buiten kragt: dog 't welk wonder boven wonder is, als ymants tanden van yets anders eggerig of stomp geworden zyn, en men in deze vrugt byt, zo wordenze daar door weder herstelt en te regt geholpen: zy hangen nooit aan de voorste dunne takken, maar altyt alleen aan de dikste, en zo mede aan de stam, dewelke niet boven een dye dik is, en een kleine kruin heeft: uit de wortel komen zomtyts ook afzetzels voort, dog de zaaden uit de vrugt op de aarde vallende schieten mede uit; by wast nieuwers dan in de hoven, en men vint hem niet overvloedig.

Naam.



Averrhoa Carambola. L.







Averrhoa Bilimbi L.

Nomen. Latine *Blimbingum Teres*, Malaice *Blimbing Bulu*, vel forte proprie *Bulat* h. e. teres, nisi quis velit Blimbingum Bulu ortum suum habere ex viridi colore arundinis Bamboes, quæ *Boeloe* vocatur, cæterum tantum Blimbing dicitur. Amboinice *Tagurela* & *Tagulela*: in Banda *Tagorera*, & Macassara *Bay Nan Tyade.*

Locus. Teres Blimbingum occurrit in Java, Baleya, Celebe, ac porro in Orientalibus insulis, sed nusquam nisi ab hominibus plantatum & cultum.

Usus & natura. Ob acorem fructus hi nunquam crudi eduntur, sed semper cocti cum piscibus, gallinis, aliave carne, quum juri gratam præbeant aciditatem, fere uti in Europa Grossulariæ vel inmaturæ Uvæ: Blimbingumque tali coctum modo quoque comedi potest, alioquin muria etiam condiuntur, tumque gratum præbent Atsjaar seu Salgama, aptaque sunt, ut instar Olivarum Capparidisque fructuum cum aliis edantur cibis: condiuntur hi fructus quoque saccharo vel soli, vel pauco cum Croco, quod conditum optimum est & conducit iis, qui trans mare currunt, & adhibentur loco *Tamarindorum* contra adustum hepar. Hujus speciei flores soli expositi, ut paululum marcescant, atque aceto infusi, illud forte reddunt, suntque ad hoc opus aptiores quam præcedentis quinque-angularis. Horum fructuum succo omnes exstingui possunt maculæ ex omnigenis linteis, ac pannis; Baleyenses hujus conterunt arboris folia, aquaque mixta propinant, vel exterius corpus fricant, ut in febribus aliisque calidis morbis ardorem exstinguant.

Naam. *In 't Latyn* Blimbingum Teres, *in 't Maleyts* Blimbing Bulu, *of misschien eigentlyker* Bulat, *dat is ronde Blimbing, ten waare men wilde zeggen, dat de naam van Blimbing Bulu oorspronkelyk was van de gras-groene verwe der Bambоezen, die men* Boeloe *noemt, andere noemenze slegts Blimbing: in 't Amboins* Tagurela, *en* Tagulela: *op Bandaas* Tagorera, *en Macassars* Bay Nan Tyade.

Plaats. *De kleine Blimbing vint men op Java, Baley, Celebes, en voorts in deze oostersche Eylanden, dog nieuwers dan door menschen geplant.*

Gebruik en Aart. *Wegens hare zuurte eet men deze vrugten nooit raauw, maar altyt gekookt by visschen, hoenders, of ander vlees, om dat zy 't zop een aangename zuurte geven, by na gelyk in Europa de steekel-bezien, of onrype druiven doen; en de Blimbing alzo gekookt, kan men mede eeten, anderzints legt menze in peekel, en als dan wort het een aangename Atsjaar, of Salgama, en bequaam om als olyven of kappers by de kost te gebruiken, men confytze ook in zuiker, of alleen, of met een weinig zaffraan, en welke conserve mede zeer goet en dienstig is voor die geene, die over Zee reizen, en om te gebruiken in plaats van* Tamarinden, *ook tegen een verhitte lever; de bloemen van deze zoorte, een weinig in de zon gelegt, tot datze verslenssen, en dan in azyn gedaan, maaken dezelve sterk, en zyn daar toe bequamer, dan die van de vyf boeken: met het zap van de vrugten kan men ook wegnemen en verdryven de vlekken uit allerhande doeken of lynwaat; en de Balyers vryven deze bladeren en drinkenze in met water, of strykenze van buiten over het lyf: om in koortzen, of andere heete ziekten, den brant te verminderen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Sextæ,

A. *Caudicem hujus arboris floribus fructibusque* onustum exhibet, quales ex ejus nodis propullulant.
B. *Simplicem foliorum pinnam.*
C. *Simplex folium.*
D. *Fructum* DENOTAT.

UYTLEGGING

Van de Ses- en Dertigste Plaat,

A. *Dewelke vertoont een* stronk *van deze* Boom *met* bloemen *en* vrugten *bebangen, zo als die uit deszelfs* knobbels *te voorschyn komen.*
B. *Een enkelde* Tak *der* bladen.
C. *Een* eenvoudig bladt.
D. *De* vrugt.

OBSERVATIO.

Hæc est Malus Indica, fructu pentagono *Blimbi* dicta, *Ray Hist. pl. pag.* 1449. & *Burm. Thes. Zeyl. pag.* 147. ut & Malus Malabarica, acida, oblonga *Billinbing Bontii Mus. Zeyl. pag.* 54. & Blimbi *Amman. H. Bosian. pag.* 6. & *Char. pl. p.* 294. ubi dicit, est Malus Indica, fructu penta-vel hexagono, floribus pentapetalis, racematim caudici vel ramis lignosis adhærentibus, foliis pinnatis. Nomine Blimbi in *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 45 & 46. exprimitur.

Suure Blimbing a *Valent. p.* 166. dicitur & describitur. Zeylanice autem *Billingbas* & *Bilin.*

AANMERKING.

Dit is de Oostindische Appel-boom, met de vyfboekige vrugt Blimbi *genaamt, van Ray in zyn Historie der* Planten pag. 1449. *en van* Burmans Thes. Zeyl. pag. 147. *als mede de Malabaarsche zuure lankwerpige appelen* Billinbing *genaamt, van* Bontius *in het* Mus. Zeyl. pag. 54. *en de* Blimbi *van* Amman *in de tuin van* Bosius pag. 6. *en in zyn* Characters der planten pag. 294. *alwaar hy zegt, het is een Oostindische Appel-boom met een vyf- of zeven boekige vrugt, met vyf-bladige bloemen in trossen aan den stam of dikke takken hangende, met veel bladen tegens elkander overstaande, onder de naam van* Blimbi *komt ze mede voor in het derde deel van de* Hortus Malabaricus Tab. 45 *en* 46.

Suure Blimbing wertze van Valentyn *genaamt, in de beschryving van Amboin.* pag. 166. *en op Ceylon* Billinghas *en* Bilin.

A. Cl. D. Garcinio nuper mecum hujus arboris characteres communicati sunt cum exactissima omnium partium descriptione sequentem in modum.

Hoc in plantarum genere flos perfectus, pentapetalus, regularis, hermaphroditus continet Ovarium, cui quinquefida Tuba insidet. Ovarium fit fructus carnosus, pentagonus, in membranosa, & polysperma loculamenta quinque, placentæ circumposita divisus; hæc autem, tanquam axis, fructum intus partitur. Ex trunci præterea & ramorum cortice, racemorum in modum nascuntur fructus: Folia bina simul opposita sustinentur rachi, quæ in unum impar ut plurimum desinunt. Petioli instar sertorum artificialium, ex ramulorum extremis multi simul prodeunt. Semina lentis figuram referunt. Calix est pentagonus, monophyllus.

Flos ex rubro-puniceo colore fulget, supra calicem in stellæ formam expansus, quinque gaudet petalis, 8 lineas longis singulis, versus basin angustis, hincque sensim amplioribus factis, usque ad lineæ spatium a fine, qui rotundus est; Hæc in calice

Van de beroemde Heer Garcin *zyn my onlangs de kentekenen van deeze boom met al deszelfs deelen zeer naaukeurig beschreven medegedeelt, luidende op de volgende wyze.*

In dit geslagt is een vyfbladige, volmaakte, en ordinaire bloem, die een hermaphrodiet is, en de eyerzak insluyt, waar op een trompet zit in vyf deelen verdeelt: deze eyerzak werd een vleezige vrugt, die vyfboekig is, en in vliesige en vyf hollige kamertjes verdeelt zynde, veele zaden in zig bevat, en deze verdeelen van binnen de vrugt als door een spil. Uyt de schorse des stams en de dikke takken hangen de vrugten als in trossen. Twee bladen staan altoos tegens elkander over, welke in een oneffen eindigen: de steelen der bloemen hangen als natuurlyke kransen uyt het uyterste der takjes. De zaaden hebben de gedaante als Wikken. De kelk van de bloem is vyfboekig; dog eenbladig.

De Bloem *is hoog-rood en blinkende, boven de kelk als een ster uytgebreydt, bestaande uyt vyf blaaden, acht linien lang, elk aan haar onderste gedeelte nauwer, en hier van daan langzamer hand langer werdende tot de spatie van een lyntje, aan het eind werdenze rondt. Deze werden in de kelk*

van

calice conjuncta sunt candicante, & Ovarium 10 staminibus cinctum continentis tubuli speciem quandam effingit. Squalidus est Ovarii candicansque color, figura ut in frumenti grano, moles nihilominus una tertia parte, quam in eo, minor. Tuba jam a basi quinquefida diducta, in conspectum veniunt fila 5. coloris ejusdem, ejusdemque longitudinis ac corpus Ovarii. Verum, an loco filorum tubæ, tubas quinque non merito diceres, cuilibet seminum loculamento, unde fructus constat, tribuendo unam?

Stamina numero 10. candida, ex rubro-purpurascentia in basi; pallide luteo, & fere candido colore præditum apicem habentia; recta tendentia, nec diducta; in duplicem ordinem distribuuntur: quinque scilicet eorum parva Ovario non supereminent, at majoribus coeteris quinque totidem tubæ fila altitudine duplo superantur.

Hasce omnes Floris partes sustinet *Calix* integer in 5. segmenta divisus, quorum acutus finis, usque ad basin suam divisus est, ex viridi-purpurascens, ubi adolevit, maxime saturo colore splendens. Non nisi cogente fructu'dum augetur, expanduntur segmenta ejus; tuncque stellæ formam adquirunt. Inter floris partes sola petala cadunt; stamina vero siccantur & nigrescunt quidem, sed calice supereminentia fructus basi semper adhærent: Ex his nimirum majora segmenta calicis sustinentur, parva in ipsorum interstitiis apparent.

Ex nodis, tuberculisve circa truncum & ramos conspicuis, racemorum in modum, oriuntur hujus arboris flores. Hi autem racemi crescere pergunt, donec ultimos flores emiserint; eaque ratione semipedalem plerumque longitudinem adsequuntur: Plurimos tamen videre est cujuslibet infra hanc longitudinis, qui flores & fructus simul ferunt, donec ultimus flos prodierit, & mutatus sit in fructum.

Pentagonâ, perspicuâ satis, & regulari figurâ ad exiguum Cucumerem utcumque accedit *Fructus*; in medio nempe crassior quam in rotundatis extremis. Duos pollices cum dimidio longitudine, & uncialem crassitiem nunquam superant horum fructuum maximi. Cutis in omnibus tenuis, viridis, lucida, & maturescendo parum candicans, levibus tuberculis, mali Limonii adinstar, distinguitur. Durus hicce fructus comprimentibus digitis, licet carnosus & valde succosus sit, cedere nescius, ita acidus est, ut non, nisi cum carnibus coctus, aut in Rob redactus, mensis adhibeatur, at in eo transverse dissecto 5. apparent radii candidi, qui a centro pergunt ad polygoni angulos, ibique evanescunt. Quos autem dixi radios, loculamenta puta, quæ ex duabus membranis sibi invicem adunatis (ut in siliqua leguminosa) constant. Semina complanata, lentibus mole & figura respondentia, & quemadmodum pisa sua in siliqua, sic & hæc ordine collocata, modo 6. modo 7. nec tot aliquando; rufa, quando maturuere, lucida, in unoquoque loculamento continentur. Sicca tubæ fila in fructus extremitate integra semper remanent.

van binnen wit zynde besłooten, en de eyerzak met tien vezels bezet zynde verbeeld de gedaante van een pypje. De coleur van de eyerzak is vuyl-wit, en de gedaante is als in het kooren, dog de omtrek is een derde kleynder. Nu komen de vyf verdeelde pypen of trompetten in 't gezigt met de vyf vezels van dezelve coleur en langte zynde, als het ligbaam van de eyerzak, dog of men in de plaats van de draaden des pyps niet liever vyf trompetten zelfs moet noemen, aan een elke plaats voor het zaad, waar uyt de vrugt bestaat, gevende.

De Vezels *zyn tien in 't getal, uyt het roode purperverwig zynde op de gront, dog van boven byna geheel wit, recht opstaande en uytgerekt zynde werdenze in twee reyen verdeelt, waar van vyf kleyne namentlyk niet over de eyerzak hangen, en de vyf overige grooter zynde in een dubbelde hoogte van de genoemde trompetten zig vertoonen.*

Alle deze deelen des bloems omvat een geheele Kelk *in vyf deelen verdeelt, waar van het einde grooter zynde tot aan de gront ingesneden is, uyt den groenen purperverwig zynde, dog alsze grooter is geworden, hoog-purperverwig is; en deze vyf deelen zetten zig niet uyt, als namelyk de vrugt grooter werdende haar uitdringt, en dan krygenze de gedaante van een star: onder de deelen des bloems vallen alleen de bladen af, dog de vezels droogen uit, en werden swart, maar boven de kelk uitstekende vertoonen ze zig aan het onderste deel des vruchts, en van deeze werden de grootste door de deelen des kelks ondersteunt, de kleinste dog vertoonen zig in de tussen-spatien.*

Uit de knoesten en knobbels aan de stam en takken voortkomende, vertoonen zig de bloemen in trossen, welke voortgaan met groeyen, tot dat de laatste bloem open is, en op die wyze groeyen ze ter langte van een halve voet, dog de meeste ziet men doorgaans kleinder, die al de bloemen en vrugten draagen, zo lang tot dat de laatste bloem uitgebloeit is, en in een vrugt uitwascht.

De vrugt vyfhoekig zynde en een reguliere figuur hebbende, komtze na aan het formaat van een Concommer, in het midden dikker zynde als aan beide de ronde eindens, de grootste van deze vrugten zyn nooit grooter als twee en een halve duim, een onze dik zynde. Het vlies van de vrugt is in alle dun, groen, helder, en door rypheit een weinig witagtig, met kleine pukkeltjes als de Lemoenen bezet: deze vrugt is hart schoon ze gedrukt wert met de vingers, en schoon ze zappig en vleezig is, zo wykt ze egter niet, welke zo vrang en zuur is, datze niet als met vleys gekookt, of tot een Conserf gemaakt, gebruikt wert: In de dwars doorgesnedene vrugt vertoonen zig vyf witte straalen, die van het middelpunt tot aan de hoeken doorlopen, en aldaar verdwynen, welke ik straalen genaamt heb, zynde buysjes, die uit twee vliezen op elkander leggende gemaakt werden, gelyk in een peul. De zaaden zyn van beide kanten plat als wikken, ofte erreten in een peul leggende op hun order dan eens zes, dan eens zeven, somwyle minder in ieder holligheit; zynde ros en helder als ze ryp zyn, de drooge draatjes van de trompet blyven in zyn geheel op de top des vrugts.



CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Jambosa Domestica. Jambu.

FRuctus hi ab Arabibus & Persis poma Indica vocantur, meo vero judicio proxime Mangostano adæquant, atque majori jure pro præstantissimo Indiæ fructu habendi sunt, quam supra memorati Duriones, eorum enim adspectus æque homines delectat ac ipsorum odor & sapor. Jambosa plurima habet genera, quorum quædam silvestria nobis incognita sunt, atque in hoc capite tantum vulgares seu domesticas describemus Jambosas. Arbor altitudinem circiter habet Mali, quæ eleganti, sed non extensa coma, nec acuminata, sed rotunda, seu ovaliter desinente, & foliatura egregia ac splendente, ac peculiari forma & ex nigro viridi colore facile dignosci potest. Ejus rami sunt parum incurvi, fragiles, densaque obsiti fronde, ita ut quisquam ipsi insidens vix cognosci possit amplis tectus foliis, quæ plerumque spithamam vel aliquando etiam pedem longa sunt, & sesqui - manum lata, superius rotunde desinentia, parvo ad extremum apice, porro sunt firma, obscure virentia, glabra, splendentia, integra, saporis acidi & adstringentis: Costæ transversales incurve decurrunt, sed omnes circa oras arcuatim concurrentes, ibi limbum constituunt, cum oris parallelum, qui peculiaris character est certarum arborum, sub quo tamquam uno genere cuncta Jambosæ genera comprehenduntur ut & Caryophylla, ac porro omnes Arboris Rubræ species, quæ tria arborum genera foliorum generatione ac propullulatione quandam inter sese habent convenientiam, ac præter hunc alium generalem gerunt characterem, quod folia nempe semper ad genicula angulosis & plerumque superius quadragonis ex petiolis duo sibi opposita erigantur, proximoque geniculo duo alia folia insident cum proximis cruciatim posita, ita ut hæc quatuor simul obliquam efforment crucem, seu cruciata sint; juniores ac supremi petioli sunt quadragoni, & instar graminis virentes, adultiores autem fiunt rotundi.

Flores ex racemis progerminant, in quibus plerumque tres quinqueve crassi nodi cruciatim positi apparent: Qui tertius hujus generis est character, qui vero in Caryophylli & arboris rubræ speciebus notabilior observari potest quam in Jambosis. Flores aperti optime Mali flores referunt, sed sunt multo majores, ac singuli flores ex quinque & sex crassiusculis, læte rubentibus vel carneis constant petalis, quorum centrum repletur longis, firmis, ac rubris staminibus, quæque tam copiose & arcte juncta locantur, ut penicillum referant, crassitie & longitudine staminibus Lilii albi accedentia, singuloque stamini inponitur anthera plumbei coloris, renem æmulans; flores hi rubentes cum staminibus nocte decidentes gratum præbent sub umbra frondosa spectaculum; quum mane adeo terram tegant, ut tam rubra sit, acsi rosis esset consita. Horum staminum sapor est grate acidus fere instar vitis claviculæ. Fructus ex floris centro provenit ex crasso & pyramidali nodo, cui etiam incumbit, quique quartus character est generis trium dictarum arborum: Plures enim alii fructus ex pistillo excrescunt, quod in floribus formatur. Vulgaris & domestica Jambosa similis est rubro, rotundo, & oblongo pomo, vel potius Persico, ab utraque tamen parte rotundiori, nec exterius ita glabro ac malus Persica est: Superiore ex parte magnus quadragonus eminet umbilicus, ex quatuor acutis formatus limbis, introrsum inflexus, in cujus medio foveola apparet, ex qua breve erigitur filamentum, quod floris residuum est: Color est albicans, ac mixtus tam eleganti rubro colore instar Rosarum, sed striatus instar Pomorum, quodammodo tamen differens, quidam enim fructus magis albent, alii autem magis rubent, magnique fructus, qui plurimum albidi sunt pauco intermixto rubro, optimi habentur; pellicula tenui obteguntur, quæ uti in Blimbingi fructu non aufertur vel decorticatur, atque sub hac tegitur dura & crassa caro, Persicæ similis, æque succosa & paulo crassior; in quovis fructu reperitur cavitas, in qua magnus, angulosus, ac cinereus locatur nucleus, qui in maturo, si conquatitur, soni-

XXXII. HOOFDSTUK.

Tamme Jamboes-Boom.

DEze vrugten werden van de Arabiers en Persianen voor Indiaansche appelen gehouden, en mynes oordeels zoude menze naast aan de Mangostaan, veel eer en met meerder regt voor de voortreffelykste vrugt van Indien mogen houden, dan de hier bovengemelde Durioenen, want zy vermaaken zo wel het gezigt als de reuk en smaak: de Jamboes heeft veel geslagten, dog waar van zommige wilde ons tot nog toe onbekent zyn; en in dit Capittel zullen wy ook maar alleen de gemeene, of tamme Jamboezen beschryven: de boom heeft omtrent de hoogte van een gemeene Appel-boom, met een cierlyke, dog niet breede kruin, boven niet spits, maar ront, of ovaals wys toeloopende, met een schoon en glimmendt loof, en is aan zyn bezondere gedaante en zwart-groene koleur van verre wel te kennen; de takken zyn een weinig gekromt, bros of breekzaam, en behangen met een digt loof, zo dat men qualyk ymant daar in zittende bekennen kan, als bedekt werdende met hun groote bladeren, dewelke doorgaans ongeveer een span, ja zomtyts ook wel een voet lang, en anderhalve hant breet zyn; van vooren ront toeloopende, dog aan 't uitterste met een korte spits, voorts styf, donker-groen, glat, en blinkende, met effene kanten, van smaak zuur, en t'zamentrekkende; de dwers-ribben loopen zeer krom, dog allegaar omtrent de kanten met bogten of boogen t'zamengeslooten, maakende aldaar een linie of zoom, die met of benevens de randen evenwydig is voortloopende, 't welk ook een byzonder kenteeken is van een zeker aart van boomen, en waar in mede, als onder een hooft beslooten zyn alle de geslagten van Jamboezen, Nagel-boomen, en wyders alle de zoorten van Arbor Rubra, *welke drie boomen ook, in de formeering hunner bladeren, en maniere van wasdom, eenige overeenkomst hebben, en nog boven dien een ander gemeen teeken, namentlyk dat de bladeren altyt in de leeden, aan hoekige, en meest na vooren toe vierkante steelen, twee tegens malkanderen over staan, en dat aan het naaste lidt weder twee andere bladeren staan, met de voorgaande over dwers, zo dat deze vier een scheef kruis komen te maaken; de jonge en voorste steelen zyn vierkant en grasagtig, maar de oude werden ront.*

Het bloeyzel komt voort aan trosjes, en daar aan ziet men gemeenelyk drie a vyf dikke knoopen, die mede in 't kruis staan: en dat is het derde kenteeken van dezen aart, dog 't welk men in de geslagten van de Nagel boomen en Arbor Rubra *nog al duidelyker bekennen kan dan in de Jamboezen: het bloeyzel geopent zynde, gelykt zeer wel na het fatzoen van appel-bloeyzel; dog het is veel grooter, en yder bloem bestaat uit vyf en zes dikagtige, ligt-roode, of witagtige blaatjes, het middelste vervult zynde met lange, styve, en roze-verwige draaden, en die zo digt tegens malkanderen, datze hun als een verw-quast of penceel komen te vertoonen, van dikte en lengte als de draden van een witte lelie, en op yder draat staat een loot-verwig nopie, wel wat na een niere gelykende; en deze rooze-verwige bloemen en draaden, des nagts afvallende, geven een aangenaam spectakel onder het digt groene loof, bedekkende den gront zodanig, datze haar des morgens zo root vertoont even als ofze met roozen was bezait: de smaak van deze draaden is mede aangenaam zuur, by na gelyk de clavieren van den wyngaart. De vrugt wast van agter de bloeme uit een dikke en piramidalen knop, daarze ook op rust, en 't welk dan het vierde teeken is van 't geslagt der drie voornoemde boomen: want meest alle andere vrugten wassen uit een knopje, dat in de bloeme geformeert wert: de gemeene Jamboes is wel wat na een roode, ronde, en lankwerpige appel, of nog beter na een perzik gelykende, dog aan beide eynden wat ronder, en van buiten zo effen niet, als een perzik: aan 't voorste deel hebbenze een groote vierkante navel van vier scherpe lippen gemaakt, na binnen geboogen, en daar onder een kuiltje, daar in een kort draatje staat, zynde het restant van het bloeyzel: de coleur is witagtig en vermengt met een zo schoonen root als dat van de roozen, lopende meest streepsgewys, gelyk dat van onze appelen, dog onder malkanderen wat verschillende, want zommige hebben meer wit en andere weder meer root, en de groote vrugten, die het meeste wit hebben, met weinige roode streepen, werden wel voor de beste geagt: zy zyn bedekt met een dun vliesken, 't welk men daar gelyk als dat van de Blimbing, niet van neemt of afschilt, en daar onder bevint zig een hard, en dik vlees, gelyk dat van den perzik, ook wel zo zappig, en ruim*

ſonitum aliquando edit, eſt vero inſipidus, & lignoſus. In plurimis unus tantum continetur, in quibusdam vero duo, immo tres aliquando minores, reperiuntur quoque, qui omnino tali deſtituuntur nucleo, & in centro parvam tantum habent cavitatem, quoque nucleus minor eſt, eo melior habetur fructus: Caro ejus, uti dictum, eſt ſuccoſa, grata, & tam jucunde ſpirans, ac ſi in aqua Roſarum foret infuſa, cujus ſapor ex dulci & acido adeo grate mixtus eſt, acſi pomum eſſet cum aqua Roſarum mixtum: Unde in initio quivis eo vix ſatiari poſſe videtur, in ſemi-maturo vero ſapor eſt auſterus & dentes hebetans: Eſt fructus ſalutaris, præſertim in omnibus calidis morbis, qui refrigerationem & modicam requirunt adſtrictionem: Inmaturi vero non tantum dentes corrumpunt, ſed conſtipant etiam alvum, ac flatus ventris excitant: Verum eſt, quod minus adſtringant Blimbingo, ſed flatus magis cauſſant, & magis adgravant: Crudi comeſti ſitim ſedant, ac iter facientibus gratiſſimi quoque ſunt: Optimi domeſticæ Jamboſæ fructus ſunt magnitudinis vulgaris pomi, ſed paulo magis oblongi, ac ſuperius plani, toti fere albentes, paucis nigris maculis ſeu ſtriis diſtincti, grati odoris, Roſas æmulantis, ſaporis vinoſi, acſi aliquid Roſarum foret mixtum.

Altera ſpecies eſt minor, magnum continens nucleum, externe pallide albicans, pauco rubro colore ad margines diſtincta, hæcque, ſi edatur, magis acidi eſt ſaporis, nec multum de Roſarum odore participat. Tertia ſpecies quoque non magna eſt, quæ ſecundæ ſimillima eſt, ſed paulo minor, plerumque eſt rubri & roſacei coloris, ſed non ita dulceſcit, ac prima ſpecies: Hujus fructus aliæ quoque obſervantur varietates, quum vero arbores, folia, floresque ſibi ſint ſimiles, ſuperfluum ducimus, diverſas ex iis componere ſpecies: In Amboinicis regionibus arbores hæ non ita ſunt fertiles ac aliis in Indiæ locis; quædam enim ſæpe per totum annum nullos dant fructus, ſed dein adeo copioſos producunt fructus, acſi damnum hoc duplici vellent reſarcire meſſi ſeu fruge: Anni tempus, quo florent, eſt irregulare, ordinarium autem tempus eſt menſibus pluvioſis, menſibus nempe Junio & Julio, tum enim ſenſim arbor antiquam demittit frondem, (quod paucæ arbores hiſce in regionibus obſervant) deinque nova recuperat juniora folia, quæ fuſca & obſcure ſunt flava, moxque hæc inſequuntur flores tam copioſi, ut arbor e longinquo purpuraſcens videatur, quum folia tum temporis admodum ſint parva ac rara.

Fructus matureſcunt Decembri & Januario, & in Majum perdurant menſem, ob frigidam enim eorum naturam tarde matureſcunt, ac unus alteri maturatione ſuccedit irregulari modo: In Macaſſara in pago Marus unica occurrit arbor, quæ peculiare videtur conſtituere genus, & ibidem *Jamboe Clongcong*, Latine *Jamboſa Calapparia* vocatur. Ejus truncus multo altior eſt vulgari Jamboſa, fructus ſunt magnitudinis minoris ſeu junioris Calappæ, unde etiam nomen ſuam habet originem, *Clongcong* enim in Macaſſara juniorem denotat Calappam, quæ hauritur: Color hujus fructus omnino albet, ac ſuccoſus, gratique ſaporis eſt, unde etiam pro regibus ſervatur: Hujus arboris truncus ſatis durum gerit lignum, ſed ob ejus humiditatem ædificationi inutile, ejus cortex eſt glaber & cinereus, radices in terram firmiter infiguntur, ac vulgo plantatur circa ædes, & in plateis ante fores, quum gratam præbeat umbram, ac ejus frondes ſint admodum denſæ nec amplæ: Nocte autem per Veſpertilionum murmura incommoda eſt, quæ avidiſſime hoſce expetunt fructus, unde ſolebant haſce arbores retibus obtegere, ut nocte ab hiſce inmunes forent defraudatoribus.

Nomen. Latine *Jamboſa Domeſtica:* Belgice *Tamme Jamboezen:* Luſitanis *Jambo*, fructus & arbor *Jambeiro:* Arabes ac Perſæ hos vocant fructus *Tupha-Indi* h. e. poma Indica, quod nomen derivatur ab Hebraico *Tappuach*, h. e. pomum, quum hic fructus ſubſtantia & ſapore poma optime referat: Mallabarenſes vocant *Jamboli*, Malaicenſes *Jambo* & *Jambu:* Ternatenſes *Gora*, Amboinenſes generaliter *Rutton* &

ruim zo dik: van binnen in yder vrugt vint men een holligheit, en daar in een groote hoekige en graauwe korrel, die in de rype, als menze ſchut, zomtyts rammelt, dog die is geheel onſmaakelyk of houtagtig, in de meeſte iſſer maar eene, en ook in zommige wel twee a drie kleender, daar zyn 'er mede, die 'er geene en hebben, maar in de midden alleen een kleine holligheit, en hoe de korrel kleender is, hoe beter men de vrugt agt. Het vlees, als gezegt, is zeer zappig, aangenaam, en zo welriekent, als of daar rooze-waater in was; van ſmaak uit den zoeten en rynſchen, even eens als of het was een appel met rooze-water gemengt: en dierhalven ſchynt het in 't eerſte proeven, als of men qualyk zyn bekomſt daar aan zoude konnen eeten, maar in de half-rype is de ſmaak wat amper, en de tanden ſtomp maakende. Het is een gezonde vrugt, en wel bezonderlyk in alle heete ziekten, die verkoeling en matelyke adſtrictie vereyſchen: dog de onrype bederven niet alleen de tanden, maar ſtoppen ook wat, en maaken winden in de buik; zynde wel waar, datze minder adſtrictie hebben dan de Blimbings, maar zy zyn weder winderiger, en proppen of kroppen meer; zy bluſſen ook den dorſt, raauw gegeeten, en zyn daarom zeer aangenaam voor de reizende man; de beſte van de tamme Jamboezen zyn van grootte als een gemeene appel, dog wat lankwerpiger, en aan 't voorſte eynde breet, meeſt wit, met weinige rooze-verwige ſtreepen of plekken beſchildert, van reuk aangenaam, en zeer na die van de rooze trekkende, van ſmaak regt wynagtig, en mede als met roozen gemengt.

De tweede zoort is wat kleinder, ook met een groote korrel, bleek wit van buiten, met weinig root aan de eynden; en deze is ook in 't eeten wat ryns van ſmaak, dog heeft niet veel van der roozen geur. De derde zoorte is ook niet groot, zynde anders de tweede zoort by na gelyk, of nog wel zo klein, zy is meeſt doorgaans rooze-root, dog en wert zo zoet niet als de eerſte; men vint ook omtrent deze vrugt nog al meer veranderingen, maar dewyl de boomen, bladeren, en het bloeyzel malkanderen meeſt gelyk zyn, zo agten wy het onnoodig, daar van byzondere geſlagten te maaken. In de Amboinſche quartieren zyn de boomen zo vrugtbaar niet als op andere plaatzen van Indien: want veele ſlaan met dragen zomtyts wel een jaar over, maar daar na dragenze zo overvloedig, als of zy het verzuim met een dubbelden oogſt weder wilden inbrengen; haar zayzoen is ook ongeſtadig, zynde de ordinaris bloeytyt in de regen-mouſſon, in de maanden Julius, want als dan werpt de boom allenskens zyn out loof af ('t welk weinig boomen in deze landen doen) en hy krygt dan weder jonge bladeren, dewelke bruin en donker-geel zyn, en ſtraks daar op komt het bloeyzel zo overvloedig voort, dat hy van verre wel purper-verwig ſchynt te wezen; vermits de bladeren als dan nog klein en weinig zyn.

De vrugten worden ryp in December en January; maar zy duuren wel tot in May, want wegens haar koude natuur zo rypen zy langzaam, en ook ongeſtadig, of niet meeſt te gelyk, maar de eene op de andere in 't rypen volgende. Op Macaſſar in de Negorye Marus ſtaat een eenige boom, die een byzonder geſlagt ſchynt te willen maaken, aldaar genaamt Jamboe Clongcong, *in 't Latyn* Jamboſa Calapparia: *zyn ſtam is veel hooger, dan de gemeene* Jamboes-Boom, *de vrugten zyn zo groot als een kleine of jonge Calappus, waar van zy ook den naam heeft, want* Clongcong *hiet op Macaſſar een jonge Calappus, die men drinkt, van verwe iſſe geheel-wit, midsgaders zappig, en aangenaam van ſmaak, en daarom wortze ook voor de koningen bewaart; de ſtam van dezen boom heeft een redelyk hard hout, dog het is wegens zyne vogtigheit tot timmer-werk onnut, zyne ſchorſſe is effen en aſchgraauw, de wortelen ſtaan diep en vaſt in de aarde, en men plant hem gaarne omtrent de huizen, en op de ſtraaten voor de deuren, om dat hy een fraaye ſchaduwe geeft, hoewel ook, wegens zyn ſmalle kruin en digt loof, niet zeer breet is; maar men is daar en tegen des nagts weder gequelt van het geraas der vleermuizen, die zeer greetig na deze vrugten zyn, en daarom pleegt men de boomen in die tyt, alſſe omtrent rype vrugten hebben, met netten te bebangen, om van die nagt-roovers bevryt te zyn.*

Naam. *In 't Latyn* Jamboſa Domeſtica: *op 't Duits* Tamme Jamboezen: *Luſitaans* Jambo; *de vrugt, en den boom* Jambeiro: *de Arabiers en Perſianen noemenze* Tupha-Indi: *dat is Indiaanſche appelen, welk woort afkomſtig is van het Hebreeuws* Tappuach, *dat is een appel, om dat deze vrugt van ſubſtantie en ſmaak de appelen zeer wel gelykt; de Mallabaren noemenze* Jamboli: *de Maleyers* Jambo, *en* Jambu: *op Ternaats* Gora: *op Ambons, in 't gemeen*

& *Ruun*; sed domestica peculiariter species dicitur *Ruum Mula* juxta junioris Calappæ formam: in Hittoa *Lattun*, Macassara *Jambu*, Baleya *Niambu*, & in Banda a quibusdam vocatur *Jambu Dayan*.

Locus. *Garzias lib*. 2. *Cap*. 13. scribit, optimas copiosissimasque Jambosas esse circa Malaccam, ac suo tempore inde delatas etiam esse in Goam, quodque ibidem tam fertiles essent, ut per totum annum in arbore excrescerent fructus; porro sunt notæ & inveniuntur in omnibus aquosæ Indiæ insulis, sed ubique non admodum frequentes. In Amboina nusquam sponte occurrunt, sed arte in hortis sunt colendæ, estque arbor tarde crescens, sed longos durat per annos.

Usus. Fructus hic frigidæ & humidæ est naturæ, unde in calidis regionibus gratus admodum est ac salubris, quique plurimum crudus comeditur, uti dictum est, ad sitim sedandam, refocillandumque stomachum: Si in longas scindantur partes, & vino Hispanico & saccharo fricentur, gratum præbent cibum, præsertim debili & languenti stomacho; Lusitani, (uti *Garzias* & *Christ. a Costa* testantur,) norunt hunc fructum æque ac rubros flores saccharo condire, quod optimum medicamentum est confortans, iisque conducens, qui biliosis ac ardentibus laborant febribus, & præsertim ut sitis sistatur. Quidam etiam defectu aliarum herbarum hos usurpant flores instar Lactucæ: Hujus trunci cortex est adstingens, & detergens, unde in aphthis quoque adhibetur, si in aqua conteratur, & os colluatur: Domestica species raro in Baleya occurrit, ac ubi colitur, ibi inter sepes plantatur, ut tractu temporis tamquam postes ipsis inserviat, quum firmissimas in terram agat radices: Hic autem oblivisci nec præterire debemus optimo summoque sapienti Creatori justam tribuere laudem, qui, ut summæ incolarum pigritiei occurreret, hisce in insulis simul ostendere voluit sub multis vilibus, contemptis, ac quoad visum noxiis rebus plurimas virtutes utilitatesque latere, populi enim Amboinenses, Macassarenses, & Moluccenses ex natura sua extra ordinem sunt pigri & tardi in colendis arboribus frugiferis, præsertim illis, quibus ad cibum quotidianum non indigent, hincque rarissime hisce in insulis occurrerent Jambosæ, si ab Incolis plantandæ forent: Placuit vero omnipotenti Creatori, ut maximi Jambosarum fures, vespertiliones nempe, per defraudatorum fructuum nucleos illas propagarent, quique in terram cum earum sordibus decidentes multo citius progerminant illis, qui alioquin manibus plantantur, quoque modo etiam multiplicantur *Mangæ*, *Duriones*, *Lansa*, pluresque aliæ arbores.

Hic in Amboina ante castellum Victoriam posita est Jambosa, quæ sæpius bis in anno flores gerit, ordinarium florendi tempus est mensis Junius, fructusque Decembri ac Januario maturescunt, sed anno 1666. florebat Decembri, postquam mox suos antea produxerat fructus, & ante pluviosum tempus fructus iterum gerebat de novo: Sic quoque anno 1678. Novembri ex veteri majoris Jambosæ trunco observatum fuit, quod ex medio trunco tribus diversis in locis flores propullularent, talesque orirentur fructus, quales reliqui eadem in arbore essent: Ejus truncus erat admodum laceratus in usus, & denudatus a mulierculis, quæ continuo corticem avellebant pro gargarismate, vel ad pultem ex illo excoquendam, eademque dicta arbor florebat insuper copiose omnibus ex suis ramis: Circa Malaccam alia occurrit quoque species dicta *Jambo d'Agoarosada* h. e. rosacea Jambosa, cujus fructus ex rotundo sunt compressi, instar majoris *Pinangæ Poeti*, exterius flavescens, qualem colorem flores quoque habent. Ejus nucleus est liber, ac in fructu sonitum edit, si maturus sit & quatiatur, qui mollis est, excellentisque saporis ac odoris, Rosarum aquam quoque æmulans: Portugalli illam transtulerunt in Goam & Coetchin, ubi magni æstimatur, vocaturque *Jambo d'Malacca* & in *Horto Malabarico tom*. 1. *Figur*. 17. *Malacca Schambu* & in communi *Figura* 18. *Nati Schambu*. Vulgaris *Jambosa Rosada* eleganter ex albo & rubro variegata est in Banda. In omnibus Jambosæ speciebus, si nimis maturescant, inveniuntur aliquando vermes quidam

gemeen Rutton, *en* Ruun: *maar de tamme zoorte in 't byzonder* Ruun Mula, *na de gedaante van een jonge Calappus: Hitoe,* Luttun: *op Macassars* Jambu: *op Baleis* Niambu, *en in Banda noemenze zommige* Jambu Dayan.

Plaats. Garzias, lib. 2. Cap. 13. *schryft, dat de beste en meeste Jamboezen voor dezen waren omtrent Malacca, en datze in, of kort voor zyn tyt van daar waren overgebragt naar Goa, en datze aldaar zo vrugtbaar zyn, dat menze het geheele jaar door aan de boomen heeft, voorts zynze bekent en te vinden meest in alle Eylanden van water-Indien, dog over al niet heel veel: in Amboina vint menze nieuwers van zelfs, maar moeten met moeite in de thuinen opgequeekt werden, en het is een boom, die langzaam groeit, maar kan weder lange jaren duuren.*

Gebruik. *Deze vrugt is van een koude en vogtige aart, en daarom, in heete landen, aangenaam en gezont; wordende, als gezegt, meest raauw gegeeten, om den dorst te verslaan, en de mage te ververschen; als menze in lange stukken snyt, en met Spaansche wyn en zuiker stooft, dan gevenze een smakelyk eeten, en inzonderheit voor een zieke en slappe maag: de Portugeezen (gelyk* Garzias *en* Christ. a Costa *schryven) weten zo wel de vrugt, als het roode bloeizel met zuiker te confyten, en het welk dan ook een byzonder versterkend' hulp-middel is voor de geene, die met galagtige en heete koortzen zyn gequelt: en ook om hun den dorst te verslaan: zommige, by gebrek van andere groente, nemen ook dit roode bloeyzel, en maaken daar zalade van; de schorsse van den stam is wat t'zamen trekkende, en afvagende van natuur, en daarom wertze wel gebruikt tegens de sprouw, als menze in 't water vryft, en den mont daar mede spoelt: de tamme zoorte is weinig op Baley te vinden, en daar menze nog heeft, plantenze hem in de ryen van haare heggen of haagen, op datze metter tyt daar aan als pagger-stylen zouden opgroeyen, als schietende zeer vaste wortelen in de aarde: dog wy en moeten ook alhier niet verzuimen nog vergeten den algoeden Schepper zyn behoorlyk lof toe te brengen: als hebbende, na 't schynt, de overgroote luiheit der Inwoonders in deze Eylanden willen te gemoet komen, en met eenen betoonen, dat hy onder veele slegte, veragte, en na den schyn nadelige dingen, veele deugden en nuttigheden vermengt en begrepen heeft: want de Amboinsche, Macassaarsche, en Moluxe volkeren zyn als van natuuren ongemeen traag in het aanplanten der vrugt-boomen, inzonderheit der geenen, dieze tot hun dagelykse kost niet nootzakelyk van doen hebben, en daarom zouden wy ook weinig Jomboezen in deze Eylanden hebben, by aldienze door de Inlanders moesten worden voortgeplant; dog het heeft den almagtigen Schepper belieft, dat zelve de grootste Jamboes-dieven (de vleermuizen) de korrels van de gestoolen vrugten tot voortteling moeten wedergeven, en dewelke dan ook op de aarde, en in de ruigte vallende, veel eerder komen op te schieten dan de gene, die men anders, en met handen plant, en op welke manier mede vermenigvuldigt werden de* Manga, Durion, Lansa, *en nog meer andere boomen.*

Hier in Amboina voor het casteel Victoria staat een Jamboes-boom, dewelke dikwils tweemaal in een jaar vrugten draagt; want zyn ordinaris bloeytyt is wel in Junio, en de vrugten werden in December, en Januario ryp, maar anno zestien hondert zes en zestig bloeide hy in December, na dat hy kort te vooren gedraagen had, en voor de aankomst van het reegen-mousson hadde hy al wederom nieuwe vrugten: en zo heeft men ook in den jaare zestien hondert agt en zeventig in November aan een oude stam van de groote Jamboezen gezien, dat hy uit het midden des stams op drie plaatzen zyn bloeyzel uitschoot, en zodanige vrugten formeerde, gelyk als de andere aan dezelfde boom: den stam was zeer gehakkelt, gekerft, of geschilt, en dat door de vrouwtjes, die daar geduurig de schorsse quaamen afrukken, om gorgel-water, en papeda van te kooken; en den gem. boom bloeide nog in de zelfde maant buiten gewoonte overvloedig aan alle zyn takken. Omtrent Malacca heeft men nog een zekere zoorte genaamt Jambo d'Agoarosada, *dat is rooze-waters Jamboezen, vallende uit den ronden wat gedrukt, gelyk de groote* Pinang Poeti, *van buiten wit-geel, hoedanigen koleur het bloeyzel mede heeft: de korrel leyt los, en rammelt in de vrugt, te weten alsse ryp is: zynde mede murw, midsgaders van een excellente smaak en reuk, insgelyks het rooze-water zeer na by komende: de Portugezen hebbenze mede overgebragt na Goa en Coetchin, daarze in groote agting is, en genaamt wert* Jambo d'Malacca: *en in de* Hortus Mallabaricus, Figuur 17. tom. 1. *voertze de naam van de* Malacca Schambu, *en in de gemeene* Figuur 18. Nati Schambu. *De gem. Jamboza* Rosada *heeft men mede zeer schoon-root en wit in Banda: in alle de zoorten van Jamboezen, zo ze overryp wer-*

Jambosa vulgaris

dam pingues, in ipsa latitantes carne, unde hi fructus prudenter quoque sunt edendi, vel primum in partes conscindere oportet; præter hosce vermes in carne nidulantes observantur quoque sæpe in nucleo tertiæ vel rubræ speciei (ubi nucleus multo major est) scarabæi parvi plurimi nigricantes, quique, si fructus aperiatur, avolant, licet Jambosa exterius sit integra nec læsa: Quo modo hi scarabæi hic pervenerint, illis judicandum relinquo, qui negant, aliquod insectum ex putrefacta materia sine prægresso semine posse oriri: Saltem hic non valet eorum judicium, scarabæos quosdam antea ova sua in floribus deposuisse, Jambosæ autem ex crasso excrescunt pedunculo, cui flos insidet, in quo nulla notabilis apertura vel fissura observari potest: Magna harum Jambosarum quantitas magnæ indita lagenæ, ad experiendum, quid ex his proveniret, cum scarabæis omnino computruit, ac mutata fuit in aquam mucosam, quæ interiori lagenæ parti adhærebat, quæ singularis erat qualitatis, repræsentabatque truncum cum ramis & surculis, sed inter sese hæc erant mixta, potiusque referebant flabellum marinum: quæque adhæsio tali etiam exsiccabatur forma. De tali adhæsione arborem referente in pavimento orta aliquid ulterius refertur infra in Capite de Filicibus: Talis quoque cohæsio elegantem albam æmulans arborem observatur aliquando in antiquis & semi-putridis tabulatis, si aperiantur, & tollantur.

werden, vint men zomtyts wel weinige vette wormen, in 't vlees zelve haar verhoudende, en waarom men die vrugten ook voorzigtig moet eeten, of wel dezelve alvorens in stukken snyden; en behalven deze wormen in 't vlees, zo ziet men ook dikmaals in die van de derde of roode zoorte, dat de korrel (dewelke in deze vry wat grooter is) vol swarte torretjes is: en die ook, als men de vrugt opent, daar uit komen weg te vliegen, schoon dat de Jamboes van buiten onbeschadigt, gaaf, en in zyn geheel is: hoe nu deze torren daar in komen, dat laat ik die gene raaden, dewelke ontkennen, dat eenig insect uit een verrotte stoffe, zonder voorgaande zaadt, kan voortkomen: immers hier en gelt niet haar zeggen, dat eenige voorgaande torretjes haar eyers in het bloeyzel zouden moeten gedrukt hebben, want de Jamboezen groeyen uit het dikke voetje, daar het bloeyzel op staat, en waar in men geen merkelyke opening of eenig scheurtje kan zien: een party dezer Jamboezen, in een groote bottel gedaan, om te zien, wat daar uit zoude willen worden, zyn met torren en al verrot, en verandert in een slymerig water, 't welk aan de binnen kant van de bottel een aanslag of aanzetting maakte, die al van overweging was, en zig vertoonde als een stam met zyne takken, en ryskens, dog wat onder malkanderen, of liever verbeeldende de Zee-wayer Flabellum Marinum: *en welke aanzetting ook zodanig opdroogde: van diergelyk een booms-gewyze aanslag, zig op een vloer-steen gezet hebbende, kan mede yets naders in 't Capittel van de Vaaren gelezen worden: ook zo ziet men zomtyts zodanig een schoone witte boom gelykende aanzetting aan oude en half verrotte planken van vloeren, als men dezelve komt op te breken.*

Tabula Trigesima Septima,

Ramum exhibet *Jambosæ Domesticæ*, floribus fructibusque conspicuum.

A. *Fructum separatum* majori exhibet specie, ut ejus forma melius cognoscatur.

De Zeven en Dertigste Plaat,

Vertoont een Tak van de Tamme Jamboes, *met zyn bloemen en vrugten beladen.*

A. Wyst aan een vrugt in grooter gedaante, *op dat deszelfs gestalte beter gezien zoude* kunnen werden.

OBSERVATIO.

Memoratæ in *Rumphii* textu *Jambosæ species* varietates tantum habendæ sunt, diverso potissimum differentes solo, unde folia fructusque magnitudine & colore differunt, & si quis unam cognoverit speciem, aliam facile dignoscet, quæ porro ex *Hort. Malab. part.* 1. *Tab.* 17 & 18. & descriptione illarum, additisque notis satis illustrantur, quæque vulgo Malaccensis dicitur, vocatur Jambos Malaccensis fructu aureo, rosam spirante *C. B. Pin.* & *Mus. Zeyl. pag.* 19. hæcque Persici officulo fructus Malaccensis ex candido rubescens a *Casp. Bauh. in Pin. pag.* 441. dicitur, & Prunus Malabarica fructu umbilicato, pyriformi *Jambos* dicta minor, *Ray. Hist. pl. part.* 2. *p.* 1478. reliqua Synonyma vide in *Commel. Fl. Malab. pag.* 56. & *Burm. Thes. Zeyl. pag.* 124 & 125. &c.

Jamboes Boom a *Valent. pag.* 162. vocatur. Genus hoc a *Mich. nov. pl. gen. pag.* 108. *Eugenia* vocatur, uti quoque a *Carol. Linnæo*, cujus characterem tradidit *Char. pl. gen. No.* 391.

AANMERKING.

De aangehaalde zoorten van Jamboezen *in de text van* Rumphius *vermeldt, zyn slegts veranderingen door de verscheide lugt en gront afwykende, waar door de bladen en vrugten in grootte en coleur verschillen, en wie maar een zoort hier van kent, die zal ook ligt de andere onderscheiden, welke uit het eerste deel van de* Hortus Malabaricus *op de* 17 *en* 18. *plaat verbeelt, en door de beschryving van dezelve en bygevoegde aantekeningen verders opgehelderd werden, en die doorgaans de Malaccische toegenaamt wert, is genaamt Malacca Jamboes met een gout-geele vrugt, als een Roos ruikende, van* Casp. Bauhinus *in het* Museum Zeylon. pag. 19. *en wert van* Casp. Bauh. *zelfs in zyn* Pinax pag. 441. *genaamt Malaccise vrugt, met een Perzike pit-steen, uit den witten root zynde: en deze hier beschrevene, de Malabaarsche Pruim-boom met een genavelde peersgewyze vrugt, kleinder* Jamboes *genaamt van* Ray *in zyn* Historie der planten pag. 1478. *de verdere benamingen en schyvers, zie in de* Flora Malabarica *van de H.* Commelin *op* pag. 56. *en in myn* Thesaur. Zeylan. pag. 124 *en* 125. *&c.*


Jamboes-Boom wertze van Valentyn pag. 162. *genaamt. En dit geslagt van* Michel. *in zyn nieuw geslagt der gewassen* pag. 108. Eugenia, *als mede van* Carol. Linnæus *in zyn* Characters der gewassen No. 391.



CAPUT XXXIII.



Eugenia malaccensis. L.



CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Jambosa nigra: Jambus Itam vel Utam.

Secunda Jambosæ species est, quæ obscure rubentes gerit fructus, atque ab Amboinensibus, sed male, pro silvestri habetur specie, quum arbores hæ in ipsorum pagis non plantentur, nec læte progerminent: Truncus multo altior est præcedentis arboris trunco, instar fere nostrarum Juglandum, cortex glabrior, rami longiores, ac magis extensi, & incurvi: Folia quoque sunt paulo longiora, sed angustiora præcedentis, sesquipedem longa, duas aliquando spithamas longa, manum lata, superius longo apice, & inferius sensim magis anguste desinentia, brevibusque insidentia petiolis: Costæ transversales ad oras quoque in arcus concurrunt, non ita obscure virent hæc folia quam domesticæ, sed magis læte viridia, per paria itidem opponuntur, binaque paria cruciata sunt; petioli plurimum sunt rotundi, flores sunt instar præcedentis, sed stamina sunt longiora, magisque rubentis coloris, fructus etiam sub floribus ortum suum ducunt, duo, tres, quatuorve simul ex pyramidalibus seu pyriformibus nodis, in quorum summo ampla erigitur corona, atque in illorum centro longum extenditur filamentum, quod persistit, licet fructus maturescant. Fructus adultus & perfectus pyriformis est, majorque præcedente, exterius parum rugosus, ac tam obscuri coloris, ut e longinquo nigricans appareat, intermixto tamen purpureo colore instar maturorum Mororum, vel uti in Europa certa obscure rubentium pomorum species, Latine *Mala rubellana* dicta, Belgis *Kool-appel*: Sub tenui pellicula albissima ac succosa reperitur caro, ad oras parum rubens, in medio continens magnum, inæqualem, cinereum, & siccum nucleum, qui a carne separatus est: Horum fructuum sapor, si bene maturi sint, tam gratus vinosusque est, ut multorum judicio domesticos antecellat, saltem sunt multo molliores succosioresque, si edantur, nec tam facile dentes hebetant, sed facilius putrescunt, nec tam diu asservari possunt, quum eorum caro sit mollior, inter edendum rosarum odor etiam detegitur.

Hujus arboris lignum durius est domesticæ, crassis constans fibris, sique siccum sit, cinerei est coloris, usui mechanico autem non inservit. Radices quoque sunt crassæ ac profunde terræ infixæ, hæcque species apud Amboinenses magis vulgaris est præcedente domestica, eam autem non plantant in arvis, sed in hortis silvestribus, in quibus lætius quoque progerminat. Anni tempus, quo floret, est idem cum domestica. Plurimumque, uti de præcedente dictum fuit, a vespertilionibus propagatur, quæ nucleos cum stercore hinc inde dispergunt.

Nomen: Latine *Jambosa nigra*, Malaice *Jambo Utan*, quia plurimum in silvestribus hortis & agris crescit, alioquin *Jambu Itam* h. e. Jambosa nigra, apud alias autem nationes idem cum præcedenti servat nomen, atque a quibusdam cognominatur magna, & ab aliis nigra: Amboinice *Layn* vel *Ruttu Layn*. In Leytimoræ montibus *Ruttun Oär* h. e. Jambosa podicis, a figura umbilici fructus.

Locus: Invenitur in orientalibus insulis frequentius quam in occidentalibus, in Baleya enim incognita est, atque in Celebe circa Macassaram rara est, uti quoque in Java & aliis Indiæ partibus: Observatum est, si hujus præcedentisque speciei arbusculæ transplantentur, officula seu nucleos deminui, fructumque copiosiori impleri carne.

Usus: Fructus plurimum crudi comeduntur ad stomachum refrigerandum & refocillandum, sunt itaque hisce in regionibus grati cibi, sed bene maturos esse oportet, quod cognoscitur, si tactu mollescant, exteriorque pellicula hinc inde separetur, quidam illos adhibent frictos cum vino & saccharo uti præcedentes. Trunci lignum, si bene sit siccum, foco optime inservit, sub succoso enim cortice pinguedo quædam latet, quæ in sicco optime detegitur ligno. Hæc

XXXIII. HOOFDSTUK.

Swarte Jamboes-Boom.

Het tweede geslagte van de Jamboezen is, 't gene dat donker-roode vrugten draagt, en van de Amboineesen (dog qualyk) voor een wilt geslagt gerekent werd, om dat die boomen in hare negoryen niet werden geplant, of niet wel en willen aarden: den stam is veel hooger dan de voorgaande, te weten als die van onze Noote-boom, de schorsse gladder, de takken langer, ook wat meer uytgespreyt, en krom: de bladeren zyn mede wat langer en smalder dan die van de tamme, te weten een en een half voet, zomtyts twee spannen lank, een handt breet, van vooren met een lange spitse, en naar agteren allenxkens smal toelopende, en staande op zeer korte steelen: de dwers-ribben loopen ook by de kanten met boogen t'zamen, van verwe zynze zoo hooggroen niet als de tamme, maar wat ligter, zy staan ook twee en twee tegens malkander, met haar vieren een schuyns kruys maakende, en de ryskens zyn meest ront: het bloeyzel is, als dat van de voorgaande, dog de draaden zyn wat langer en hooger van coleur, de vrugten wassen ook agter het bloeyzel, twee, drie, en vier by malkander, uyt piramidale of peers-gewyze knopen, daar aan yder een breede kroon staat, en in de midden een lange draat, dewelke ook daar op blyft, al zynze al ryp: de vrugt, in haar volkomenheyt, heeft de gedaante van een groote peer, en is ook grooter dan de voorgaande, van buyten een weynig gerimpelt, en zoo hoog-root van Coleur, datze van verre wel swart schynt te wezen, dog met een tusschen-schynend' purper, als rype moer-bezien, of gelyk in Europa een zeker slag van donker-roode appelen, in 't Latyn Mala rubelliana, *en by de Duytschen* Kool-appel *genaamt: onder het dunne vliesken leyt een zeer wit en zappig vlees, aan de kanten een weynig rootagtig, en in de midden hebbende een groote, oneffene, graauwe, en drooge korrel, die van het vleesch meest los is: zynde de smaak van deze vrugt, wel te verstaan de gene, die haar volkomene rypheid hebben, zoo aangenaam en wynagtig, datze naa het oordeel van veele, de tamme daar in komen te overtreffen, immers zy zyn vry wat zappiger en zagter in 't eeten, en bederven zo ligt de tanden niet, maar zy verrotten ook ligter, en kunnen zoo lange niet bewaart werden, om datze weeker van vleesch zyn; en onder het eeten zo wort men daar aan ook de geur van roozen gewaar.*

Het hout is wat harder als dat van de tamme, grofdradig, en als het besterft, wat naa den graauwen trekkende, dog tot geen timmerwerk gebruykelyk: de wortelen zyn mede robust, en diep in de aarde; en dit geslagt is by de Amboineesen veel gemeender dan de voorn. tamme, dog zy en planten hem niet in hunne negoryen, maar wel in haare boschtuynen, daarze ook veel beter aarden willen: haar bloeytyt en zayzoen is als de tamme: wordende meest, gelyk als van de tamme is gezegt, voortgeteelt door de vleermuyzen, welke die korrels door den afgank hier en daar in de ruygte laten nedervallen.

Naam: *In 't Latyn* Jambosa nigra; *In 't Maleyts* Jambo Utan, *dewylze meest in 't velt, en in de bosch-tuynen wast, anders* Jambu Itam, *dat is swarte Jamboesen, dog by andere natien behoudenze meest den zelven naam als de voorgaande, werdende van zommige de groote, en van andere de zwarte bygenaamt, in 't Amboins* Layn, *of* Ruttu-Layn: *In 't gebergte van Leytimor* Ruttun Oär, *dat is Jambosa podicis van de figuur der vrugt in de gedaante van een Navel.*

Plaats: *Men vintze in de oostersche Eylanden wel zoo veel als in de westelyke; want op Baley isse onbekent, en op Celebes omtrent Macassar maar weynig, als mede op Java, en andere deelen van Indien: men heeft ook ervaren of bevonden, dat als men deze en de voorgaande boompjes verplant, dat dan de korrels kleynder werden, en aan de vrugt meer vleesch groeit.*

Gebruyk: *De vrugten worden meest raauw gegeeten om de mage te verkoelen, en te verquikken, en zyn dierhalven in deze landen een aangename snoeperye, maar zy moeten wel ter degen ryp zyn, waar van het teeken is, alsze in 't aantasten wat week schynen, en dat het bovenste vliesken hier en daar wat afgaat, zommige gebruykenze mede om met wyn en zuyker te stooven, even als de voorige: het hout van den stam, als het droog is, geeft goet brandhout: want onder zyn zappige schorsse* heeft

Hæc Jambosæ species in Banda multo delicatior gratiorque est quam in Amboina, unde ibi pluris reliquis Jambosæ speciebus æstimatur, quum parvum gerat nucleum & copiosiore gaudeat carne.

heeft het ook eenige vettigheid, dewelke in het drooge best bespeurt word: Deze zoorte van Jamboesen is in Banda veel lekkerder en aangenamer dan in Ambon, dies zy aldaar, meer als alle andere Jamboes geslagten, werd geagt hebbende maar een klenen korrel, en daar om te meerder vlees.

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Octavæ.

Cujus Figura prima ramum exhibet *Jambosæ nigræ*, quæ & *Jambu Utan* a *Rumphio* vocatur.

A. Ejus *fructum* denotat.

Altera Figura ramum exhibet *Jambosæ aqueæ*, quæ & *Jambu Ayer* vocatur.

B. Ejus mirabilem ac singularem denotat *fructum*.

UYTLEGGING

Der Acht- en Dertigste Plaat.

Welkers eerste Figuur *vertoont een Tak van de* Swarte Jamboes-Boom, *of* Jambu Utan *genaamt by* Rumphius.

A. Wyst aan deszelfs vrugt.

De Tweede Figuur *vertoont een Tak van de wateragtige* Jamboes-Boom, *ofte* Jambu Ayer *genaamt*.

B. Deszelfs wonderlyke en byzondere vrugt.

OBSERVATIO.

Hæc vera est *Nati-Schambu H. Malab. part.* 1. *Tab.* 18. & Prunus Malabarica, fructu umbilicato, pyriformi *Jambos* dicta major. *Ray. Hist. pl. part.* 2. *pag.* 1478. cujus synonyma porro in *Fl. Malab. pag.* 56. inveniuntur; cujus altera varietas est *Jambos* silvestris fructu rotundo Cerasi magnitudine *Herm. Mus. Zeyl. pag.* 125. quæ male in *Thes. Zeyl. pag.* 125. cum prima jungitur specie, uti illud didici ex notis ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 30. ubi vocatur Jambos silvatica, fructu Cerasi magnitudine *Walgambu* Cinghalensium. Swarte Jamboes a *Valent. pag.* 163. *dicitur & describitur.*

AANMERKING.

Dit is de regte Nati-schambu van de Hortus Malabaricus *in het eerste deel* Tab. 18. *beschreven en verbeelt, welke de Malabaarsche Pruym-Boom met een navelagtige en peerformige vrugt groote Jamboes genaamt wert van Ray in zyn historie der* Planten pag. 1478. *welkers benamingen verders in de Flora Malabarica pag.* 56. *gevonden werden: Waar van een andere zoort ofte verandering is die geene, die de wilde Jamboes-boom met een ronde vrugt in de grootte van Karssen genaamt werd van* Herman *in zyn* Museum Zeylan. pag. 155. *die qualyk met de eerste gevoegt is in myn* Thesaur. Zeylan. op pag. 125. *zo als ik dit naderhand ontdekt heb uyt de aantekeningen op het eerste deel van de* Hortus Malabar. pag. 30. *alwaarze genaamt werd wilde Jamboes met vrugten in de grootte als Karssen* Walgambu *van de Cingbalesen genaamt. Deze werd swarte Jamboes van* Valent. *op pag.* 163. *genaamt en beschreven.*

CAPUT TRIGESIEUM QUARTUM.

Jambosa aquea. Jambu Ayer.

Tertia Jambosæ species parvos gerit fructus, quæ vulgo ob debilem saporem Jambosa aquea dicitur: Arbor multo humilior est duabus præcedentibus, instar mediocris Pruni. Folia quoque dimidio sunt minora, ac duo semper opposita & cruciata, cæterum ejusdem plurimum sunt formæ, seu juxta proportionem paulo angustiora, læte viridia; Flores autem constant ex multis albicantibus, conjunctis staminibus, Guajavæ flores referentes: sed filamenta sunt magis hic compacta: Fructus ex racemis quatuor quinqueve simul dependent, qui multo minores sunt duarum præcedentium, formamque referunt petasi elevati, seu Persici diadematis, ad petiolum nempe angusti, citoque sese explicantes, superius sunt umbilicati, foveaque inpressi, cum medio floris filamento: Fructus externe non est glaber sed rugosus, seu longitudinalibus obsitus tuberculis, coloris lævis ac læte rubentis instar Cerasorum, sed adeo splendet, acsi gummi esset obductus. Quam gratus autem est color atque adspectus, tam vilis est sapor odorque, omnino nempe aquosus instar Peponum, nihilominus tamen calidissimis diebus sunt grati aptique hi fructus ad sitim sedandam. Sique hujus fructus sapor esset adeo delicatus, ac ipsius color, inter optimos delicatissimosque Indiæ fructus numerari posset, quum jam modo sit cibus vel obsonium plebis, lubenter tamen hæ arbores in hortis & areis coluntur, quum gratissimum elegantissimumque præbeant spectaculum, elegantes hosce rubentes fructus tanta copia inter & per læte viridia folia e longinquo prospicere: Intus continent bigonos vel trigonos nucleos sibi invicem adcumbentes, quidam autem nullos, qui optimi habentur; umbilicus autem plerumque formicis obsidetur, quæ, antequam comedantur hi fructus, expellendæ sunt: Truncus non ultra crus est crassus, plerumque incurvus, glabroque cinereo tectus cortice: Radices late decurrunt, sed non admodum profunde in terram insiguntur.

Hujus arboris altera invenitur species, cum præcedenti in omnibus conveniens, sed ejus fructus sunt omnino albi, excepto quod ad petiolum & umbilicum parvam gerant rubedinem, ac plerumque vocantur *Jambo Ayer*

XXXIV. HOOFDSTUK.

Water Jamboes-Boom.


Het *derde geslagt van de Jamboezen zyn de kleyne, die men in 't gemeyn, om hare lasse smaak, water-Jamboesen noemt: den boom is veel lager dan de twee voorgaande, te weeten als een middel-matige Pruyme-Boom, de bladeren zyn ook eens zoo kleyn als de voorn. eerste, staande mede twee en twee tegens malkander, en alzoo een scheef kruys makende, anderzints zynze meest van het zelve fatzoen, of na proportie nog wel zoo smal, ligt-groen van coleur; en het bloeyzel bestaat uyt veele witte te zamen en op malkander gedrongene draatjes, het Cujavas-bloeyzel wel gelykende; maar wat digter van draaden: de vrugten hangen in trossen van vier en vyf by malkander, zynde veel kleynder dan de twee voorgaande, en hebben de gedaante van een hoog hoetje, of een Persiaanse Tulbant, te weten, by den steel smal, en schielyk haar uytbreydende, voor met een wyden navel, en daar onder een kuyltje, met het middelste draatje van 't bloeyzel: de vrugt van buyten is ook niet effen, maar wat rimpelig, of met lange pukkelen bezet, van coleur ligt-en levendig-root, gelyk de krieken of kerssen in 't Vaderland, dog zoo sterk glinsterende, als ofze met gom bestreeken waren; en zoo aangenaam als de coleur is aan 't gezigt, zoo slegt is de geur aan de smaak, te weten gants wateragtig, gelyk de water-Meloenen, zynde niet te min by heete daagen aangenaam en bequaam om den dorst te verslaan, en byaldien aan deze vrugt de smaak zoo lieffelyk was als het gezigt en de coleur, zo zoudeze mede wel plaats mogen hebben onder de beste en aangenaamste vrugten van Indien, daarze nu slegts maar een toespys zyn voor het gemeene volk, hoewel men des niet te min nog gaarne deze boomen in de thuynen en op de erven aanqueekt, om dat het een zeer fraay en behaagelyk spectakel of gezigt geeft, deze schoone roode vrugten in zulk een meenigte, tusschen en door de groene bladeren, aan te schouwen, van binnen hebbenze twee a drieboekige korrels tegen malkander gepakt, dog sommige ook gene, 't welk ook wel de beste zyn, en de navel of rooze zit gemeenelyk vol mieren, die men in 't eeten daar moet uytjagen; de stam is niet boven een dye dik, meest krom, hebbende een effene, ligt-graauwe schorsse, de wortelen loopen wyt en zyts, maar niet zeer diep in de aarde.*

Van deze heeft men ook nog een tweede zoorte, de voorgaande mede in alles gelyk; dog de vrugten zyn geheel wit, behalven datze by den steel en navel een kleyne roodigheid vertoonen, werdende doorgaans Jambo Ayer puti



Fig. 1. Jambosa purpurascens DC.

— 2. Eugenia aquea. Hort. Bengh.



Ayer puti: Sapor eſt quoque aquoſus ſed parum auſterus, hincque viliores ſunt hi fructus præcedentibus, magisque ſilveſtres quoque habentur, neque in Amboina ullibi inveniuntur, niſi in hortis ſilveſtribus: In Ternata & Macaſſara frequentius occurrunt, hique uti & præcedentes rubri aliquando gemini creſcunt, ſæpe etiam tres ſimul propullulant fructus.

Nomen: Latine *Jamboſa aquea*, *aquoſa*, & *minor*. Malaice *Jambu Ayer*. Belgice *Water-Jamboeſen*. Ternatice *Gora Jadi*. h. e. parvæ Jamboſæ: Amboinice a quibusdam *Ruttun Tſjapeo* h. e. Jamboſa petaſi, ex ejus forma, item *Ruttu Maun*, in Banda *Uwer*, Macaſſara *Jambu djene*, & Baleya *Jambu Uer*.

Locus: In Amboina ac porro cæteris Moluccis inſulis ſunt vulgatiſſimæ, raro occurrunt in Celebe, & Baleya, item ad occidentalem plagam; & in Sumatra circa Jamby rubræ albæque occurrunt ſpecies.

Uſus: Elegans horum fructuum forma inter viridia folia ex arbore dependentium efficit, uti dictum eſt, ut plurimum circa ædes in areis plantentur: Fructus crudi modo comeduntur, calidis nempe diebus ad ſitim ardoremque exſtinguendum, unde ſapientiſſimus Creator optime juſſit, ipſorum maturitatem calidiſſimis incidere menſibus, h. e. menſibus Novembri & Decembri: Trunci cortex potiorem præbet uſum ad aphthas, quem in finem cum aqua conteritur, hocque os colluitur: Atque hunc in uſum hic cortex utilior eſt præcedentium majorum Jamboſarum corticibus. Hincque truncus hic a mulierculis, quæ liberos alunt, adeo vexatur, ut plerumque dilaceratus, & ſæpe adeo denudatus ſit, ut vel arbores totæ pereant, vel graciles producant fructus: Hi fructus Lelebes filamento appenſi, circino circumducti venduntur, conducuntque iis, qui poſt ebrietatem nauſeoſum habent ventriculum; Amboinenſes quoque crudos comedunt ad omnigena Bocaſſan, ut appetitum excitent: Sin in Amboina nimis matureſcant, plerumque a vermibus perforantur, quod raro in Ternatenſibus obſervatur. Albæ Jamboſæ, quæ in hortorum areis plantantur, multo majores ſunt rubris, ſilveſtremque amittunt acerbitatem, & dulceſcunt, atque cum ſaccharo & vino elixatæ bonum præbent cibum, ſicque etiam ſaccharo condiuntur.

puti *genaamt; de ſmaak is mede wateragtig, wat na den amperen trekkende, en daarom zynze ſlegter dan de voorgaande, en men houdze ook voor wilder, werdende in Amboina niewers gevonden dan in de boſch-thuynen: In Ternaten en op Macaſſar zynze in meerder quantiteyt; en deze, gelyk mede de voorgaande roode, waſſen zomtyts twee en twee als tweelingen, en ook wel drie aan malkander.*

Naam: *In 't Latyn* Jamboſa aquea, aquoſa, *en* minor: *Maleyts* Jambu Ayer, *Duyts* Water-Jamboeſen, *Ternaats* Gora Jadi, *dat is kleyne Jamboeſen*: *Amboins, by zommige*, Ruttun Tsjapeo, *dat is hoet Jamboeſen, na hare gedaante, als mede* Ruttu Maun: *Bandaas* Uwer: *Macaſſers* Jambu djene, *en Baleis* Jambu Uer.

Plaats: *In Amboina, en voorts alle de Moluccos zynze zeer gemeen, weynig vint menze op Celebes, Baley, midsgaders om de Weſt; en op Sumatra, omtrent Jamby heeft men ook roode en witte.*

Gebruvk: *De ſchoone gedaante van deze vrugten, aan den boom tuſſchen de groene bladeren hangende, maakt, als boven is gezegt, dat menze veel omtrent de huyzen en op de erven plant; de vrugten werden maar raauw gegeeten, te weten in heete dagen, om den dorſt te verſlaan, of den brant te bluſſen, en waarom ook den Schepper zeer wyslyk geordineert heeft, dat haar zayzoen regt in het midden van het heete Mouſſon valt, dat is in de maanden November en December; meerder gebruyk heeft men van de ſchorſſe des ſtams, als de welke zeer dienſtig is tegens de ſprouw, werdende ten dien eynde met water gewreeven, en daar mede de mont geſpoelt: dog hier toe is deze ſchorſſe dienſtiger dan die van de voorn. groote Jamboeſen, en daarom werd deze ſtam van de vrouwtjes, die kinders hebben, zodanig geplaagt, datze doorgaans meeſt ſchurft en gebakkelt ſtaat, ja zomtyts zoo bloot dat de boom of ſterft, of ſlegts magere vrugten geeft. Deze vrugten, aan een draatje van* Leleba *geregen, werden met lange ſnoeren op de paſſer verkogt; en zy zyn gezont voor die gene, die na de dronkenſchap een ontſtelde mage hebben, ook eetenze de Amboineeſen raauw tot allerhande Bocaſſan, om de eetens luſt op te wekken: alsze in Amboina ryp worden, zoo krygenze generalyk of doorgaans van binnen wormen, dog 't welk men zelden in de Ternataanſche ziet: de witte Jamboeſen, die men in de Negoryen en hoven plant, werden vry grooter dan de roode, verliezen ook haare wilde amperheid, en werden zoet: gevende, met zuyker en wyn geſtooft, een goet eeten, en zoo wordenze ook met zuyker geconfyt.*

OBSERVATIO.

Proxime hæc convenit cum *Samſtravari H. Malab. part.* 4. *Tab.* 6. ſed foliatura in orbem expanſa differt, flores cæterum fructusque ſimiles ſunt, ac vera quoque *Eugeniæ* ſpecies eſt.

AANMERKING.

Deze komt het naaſte aan de Samſtravari *van de* Hortus Malabar. *in het vierde deel* Tab. 6. *verbeelt en beſchreven, maar verſchilt door de blaaden en lange ſteel der bloemen, die anders met de vrugten overeen komen, en die is mede van het zelfde geſlagt van de* Eugenia.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Jamboſa Silveſtris alba. Jambu Utan Putj.

Hic proprie deſcribemus ſilveſtres Jamboſæ ſpecies, quarum vulgatiſſima & notiſſima eſt alba, de qua hoc caput tantum aget: Humiliorem gerit truncum domeſtica, ac plerumque ejus truncus eſt incurvus: externe fuſcus, uti quoque ſunt tenuiores, ſed firmi & lignoſi rami inſtar aliarum ſpecierum *Cajoe Mera*, cortex autem ejus eſt æqualis, qui externe tenui obducitur pellicula: Folia ſunt ſimilia iis domeſticæ, vel paulo majora, ultra ſpithamam nempe longa, ac ſex lata digitos, in quibus venæ itidem ad oras arcuatim decurrunt, magis obſcure viridia, quam domeſticæ, eodemque modo duo ſibi invicem oppoſita, ſique unum decidat folium, ex oppoſito duo oblongi nodi propullulant inferius connexi, ſenſimque dilatati per rotundum læte viride capitulum, quod ſeſe aperiens ſuperius expanditur in album florem inſtar Guajavæ, cujus vero ſtamina ſunt longiora, hisque duo ſubſequuntur fructus inſtar Pomorum dependentes, ſuperius umbilicati inſtar Pyri Cydoniæ, porro hi fructus ex rotundo ſunt compreſſi ſeu plani, ſuperius umbilicati, ex quo quatuor eriguntur ſquamæ, duæ majores, binæ minores, atque in horum centro eminet longum firmumque filamentum, quod floris medius eſt ſtilus pallide albicans: Hujus fructus ſub-

XXXV. HOOFDSTUK.

De Wilde Witte Jamboes-boom.

Hier zullen wy beſchryven de eygentlyke wilde zoorte van Jamboezen, en waar van wel de bekendtſte is de witte, van dewelke dit Capittel ook maar alleen ſpreken of handelen zal: hy is wat lager van ſtam, als de tamme, ook meeſt krom en geboogen; van buiten in 't aanzien ros, gelyk ook zodanig zyn de dunne en ſtyve takken, even als de andere geſlagten van Cajoe Mera, *hebbende een effene ſchorſſe, en die is van buiten met een dun vlies bekleet; de bladeren zyn gelyk die van de gemeene tamme Jamboesboom, of wel wat kloeker, te weeten wat meer als een ſpan lank, en zes vingeren breet, waar in ook de aderen by de kanten met boogen t'zamen loopen, hooger-groen van koleur dan de tamme, ook op dezelfde manier twee en twee tegens malkander ſtaande; en als het eene blat afvalt, zo komen daar tegen over twee lankwerpige knoppen voort, agter t'zamen gevoegt, en allenskens wat breeder wordende, met een ront, ligt-groen hoofdeken, of kabeletje, het welke (zig openende) boven op vertoont een wit bloeyzel, gelyk dat van de* Cujavos, *dog wat langer van draaden, en hier op volgen twee vrugten, als appelen by malkander hangende, agter met een tuit, gelyk de Queeperen, voorts uit den ronden wat plat, van vooren met een groote navel, daar vier ſchubben aan ſtaan, twee groote en twee kleine, en in de midden een lange ſtyve draat, zynde de middelſte uit het bloeyzel, en van buiten*

ſubſtantia durior eſt quam domeſticæ Jamboſæ, neque ita ſuccoſa, ſapore coeterum conveniens, ſed paulo magis fatua, parvumque relinquens amarorem, hincque dentes non ita corrumpit: Intus continetur parvus nucleus, cujus ſubſtantia eſt inſtar reliquarum Jamboſarum: Florent Julio, & matureſcunt Septembri circa finem pluvioſi temporis: Lignum eſt ſatis durum, ex fuſco-nigricans, quumque adeo ſit incurvum, magis adhibetur ad navigiorum coſtas quam ad ædes: Aquoſa amat loca, umbroſaſque valles, per quas flumina decurrunt.

Nomen. Latine *Jamboſa Silveſtris Alba*; Malaice *Jamby Utan Puti*; Amboinice *Aycau Laun Ela*, h. e. Aycau latifolium, quum hujus arboris truncus, uti *Aycous* ſpecies, externe ſit ruber: Macaſſarice *Biawas* & *Cattammon*, in Baleya *Calampoack*.

Uſus. Quum hoc lignum, uti dictum fuit, admodum ſit incurvum, plurimum ad navium coſtas adhibetur: Fructus ab Amboinenſibus non vel raro comeduntur, Macaſſarenſes vero aliquando illos crudos edunt, dum ibidem ſint molliores quam in Amboina, ſed plebi tantum inſerviunt: Alii muria iſtos condiunt inſtar Mangæ ſalitæ, Baleyenſes hujus arboris corticem ac folia in aqua ebulliunt cum *Condondong* foliis, & juniore decidua nuce Calappa, hocque depurant omnes exulcerationes, præſertim pedum: Foliorum ſapor cæterum nullam peculiarem habet qualitatem, quæ primo parum acida ſunt, ingratam relinquentes dulcedinem cum adſtrictione, in vetuſtioribus autem foliis dulcedo hæc magis obſervatur quam acor, ſeu potius ſapor aluminoſus. Sique adcurate adtendatur, diſcrimen aliquod inter Macaſſarenſium *Biawas*, Amboinenſiumque *Gambu Puti* notabitur. *Biawas* quoque minora gerit folia fere inſtar *Jambu Ayer*, ſed paulo longiora & acutiora: Fructus itidem eſt verus rotundus, inſtar Limonis-nipis, albus, ſuccoſus, ac gratior Amboinenſi, cum minima adſtrictione, aptuſque eſt, ut muria condiatur, hæcque arbor in Maro plantatur in hortis & prope ædes. Amboinica autem ſuperius deſcripta plurimum creſcit in vallibus prope *Way-tommo*, in altis itidem invenitur montibus ac in ſilvis, præſertim in montibus poſt Hitoe Lamma, hæque arbores ſunt paulo altiores ſed tamen incurvæ, ac cinereo obductæ cortice, uti omnes Aycous. Folia quoque ſunt paulo minora; fructus duriores ac magis ingrati, unde ab Amboinenſibus non eduntur.

buiten bleek-wit: de ſubſtantie van hun vlees is harder dan dat der regte Jamboezen, en ook zo vogtig niet, van ſmaak de Jamboezen zeer gelyk, dog wat laffer, en een kleine bitterheit nalatende, en daarom de tanden niet zo zeer bedervende: van binnen vint men een kleine korrel, welkers ſubſtantie is als die van andere Jamboezen: zy bloeyen in Julie, en rypen in September omtrent het uitgaan van de reegen-mouſſon; het hout is redelyk hart, uit den donkerenbruin, maar beſterſt leelyk graauw, en is tot den huis-bouw niet zeer bequaam, om dat het zo krom is, werdende dierhalven meeſt tot inhouten van vaartuigen gebruikt; hy waſt gaarne aan de waterkanten, en in donkere valeyen, daar rivieren doorloopen.

Naam. *In 't Latyn* Jamboſa Silveſtris Alba: *in 't Maleyts* Jambu Utan Puti: *op Amboins*, Aycau Laun Ela, *dat is breet-bladige* Aycou, *om dat de ſtam dezes booms, gelyk ook alle* Aycous, *van buiten een roode koleur vertoont: op Macaſſers* Biawas, *en* Cattammon: *en in 't Baleys* Calampoack.

Gebruik. *Om dat dit hout, als gezegt, zeer krom is, zo gebruikt men het doorgaans maar tot inhouten van vaartuigen: de vrugten werden ook by de Amboineezen niet of zeer weinig gegeeten, dog de Macaſſaren eeten dezelve ook nog wel raauw, dewylze aldaar wat malſſer zyn als in Amboina, zynde egter maar koſt voor gemeene luiden; andere leggenze in 't zout, als gepekelde* Mangas: *de Baleyers nemen de bladeren of ſchorſſe des booms, en kooken die in water, met de bladeren van* Condondong, *en een jonge afgevallene Calappus-noot, en waſſen daar mede, als met een lavement, alle ulceratien en quade beenen, om dezelve te zuiveren; de ſmaak van deze bladeren heeft anders geen byzondere eygenſchap, zynde in 't eerſte wat zuur, dog laat een onaangename zoetigheit na, met adſtrictie, en aan de oude bladeren proeft men die zoetigheit nog meer dan de zuurte, of liever aluinagtige ſmaak: en als men 'er nauw op let, zo zal men nog eenig onderſcheit bevinden, tuſſchen de Maccaſſaarſche* Biawas, *en de Amboinſche* Gambu Puti: *want de Biawas heeft kleinder bladeren, bykans als de Jambu ayer, dog wat langer en ſpitzer; de vrugt is ook regt ront, gelyk als een Lemoen-nipis, wit, zappiger, en ſmakelyker dan de Amboinſche, met een kleine adſtrictie, en bequaam om in te peekelen, en dezen boom wert aldaar op Marus in hun hooven en by de huizen geplant: en de Amboinſche, hier boven beſchreven, waſt wel in de valeye van de Way-tommo, en men vintze ook wel op 't hooge gebergte, en in de wilde boſſchen, inzonderheit op 't gebergte agter Hitoe Lamnia, zynde die boomen wat hooger, dog niet te min krom, en ook met een roſſe ſchorſſe bedekt, gelyk alle de Aycous; de bladeren zyn ook wat kleinder, de vrugten harder, ook onſmakelyker, en werden dien volgende van de Amboineezen niet gegeeten.*

Tabula Trigeſima Nona

Ramum exhibet *Jamboſæ Silveſtris Albæ*, quæ *Jamboe oetan Poeti* vulgo vocatur.

De Negen en Dertigſte Plaat

Vertoont een Tak van de Wilde witte Jamboes-Boom, Jamboe oetan Poeti *genaamt.*

OBSERVATIO.

Hæc eſt *Malacca Schambu H. Malab. part.* 1. *Tab.* 17. cujus altera ſpecies eſt *Catu-Tsjambu part.* 4. *Tab.* 8. quæ floribus inprimis diſtingunutur, prioris enim ſunt majores & ſtaminoſi, poſterioris ſunt parvi ac meris tantum petalis ſine ſtaminibus conſtantes, unde prima ſpecies mas, altera forte femina habenda eſt: Vocaturque Jambos Silveſtris & montana fructu Ceraſi magnitudine in *Burm. Theſ. Zeyl. pag.* 125. eſtque Jambos Silveſtris, montana, *Ray Hiſt. pl. pag.* 1480. & Jambu Silveſtris fructu Ceraſi magnitudine *Herm. Muſ. Zeyl. pag.* 68.

Hujus altera varietas ſeu minor ſpecies habenda eſt Jamboſa Silveſtris parvifolia, ſeu *Caju Mera*, quam ex *Rumphii Auctuario*, quum huc pertineat, ſubjungimus.

Jamboſæ autem ſpecies a *Valent. in Hiſtor. Amboinæ* a *pag.* 162 ad 165. deſcribuntur, & juxta *Rumphium* denominantur.

AANMERKING.

Dit is de Malacca Schambu *van de* Hortus Malabaricus, *in het eerſte deel beſchreven en* Tab. 17. *verbeelt, waar van een andere zoort voortkomt in het vierde deel* Tab. 8. *onder de naam van* Catu-Tsjambu, *welke door hun bloemen voornamentlyk onderſcheiden werden, want van de eerſte zynze grooter en vol veezels, van de tweede kleinder en alleen uit bladen zonder vezels beſtaande, waarom de eerſte zoorte mogelyk het mannetje, het andere het wyfje zyn zal, en deeze wert genaamt Wilde en Berg Jamboes-boom met een vrugt in de grootte van een kers, in de* Theſ. Zeyl. van Burman pag. 125. *en is de Wilde berg Jamboes-Boom van* Ray in zyn Hiſtorie der Planten. pag. 1480. *en wilde* Jambu *met de vrugt in de grootte van een kers van* Herman in zyn Muſ. Zeyl. pag. 68.


Van deze is voor een andere of mede zoort te houden, de wilde klein-bladige Jamboes ofte de Caju Mera, *welke* Rumphius *in zyn* auctuarium *beſchryft, welke om dat die hier toe behoort, wy hem hier ook zullen byvoegen.*


De zoorten verders van de Jamboes-Boomen *werden van* Valentyn *in de beſchryving van* Amboin *van* pag. 162 *tot* 165. *beſchreven, en volgens onze* Rumphius *ook hun naam gegeven.*

Jamboſa De



Eugenia. Hamilt.







Gmelina asiatica. L.

Jamboſa Silveſtris Parvifolia; CAJU MERA. *Rumphii. Auctuar. Cap. 6.*

Hæc arboris rubræ ſpecies truncum gerit altum & rectum, talibusque rubentibus ac tenuibus obſitum pelliculis, ac aliæ *Aycous.* Rami minores ſunt breves, incurvi, ac nodoſi, ſuperius in minores ſeſe dividentes ramulos, qui arctis foliis gaudent oppoſitis, binisque paribus crucem efformantibus: Hæc quodammodo cum Caryophylli foliis conveniunt, ſed majora, pallidiora, & rugoſiora ſunt, tres, quatuor, immo quinque pollices longa, duos lata cum brevi acumine. Inferius plures gerunt minores coſtas, quæ oblique ſuperius excurrunt, atque in arcus deſinunt: Horum ſapor eſt acidus & ſilveſtris: Poſt folia ex craſſioribus ramulis progerminant flores, quisque vero flos proprio inſidet petiolo, ex iisdem partibus hi conſtant, quorum inferior pars ſeu centrum Caryophyllum refert, in breve apertum acumen. Superior pars rotundum eſt caput, quod aperitur in quatuor concava ac læte rubentia petala, quæ mox decidunt: Centrum hujus floris conſtat & inpletur elegantiſſimis rubentibus pluribus ſtaminibus arcte junctis, uti reliqui Jamboſarum flores, ſed ſunt brevia, nec ultra transverſalem digitum longa, cum antheris plumbei coloris: In horum medio longus apparet ſtylus, qui poſt decidua petala ac ſtamina perſiſtit. Ex deſcripto floris centro ſeu infima parte oritur fructus, qui parva eſt Jamboſa inſtar roſæ rubens, edendo inepta: Lignum ex longitudinalibus conſtat fibris, tenuioribus quam in aliis *Aycous*, ad oras albicans, interius læte rubens, recens eſt graviſſimum & humidum, ſed facile exſiccatur.

Nomen. Latine *Jamboſa Silveſtris Parvifolia*, Amboinice *Aycou*, Malaice communi vocabulo *Caju Mera*, cujus quatuor ſpecies *Libro quarto* deſcriptæ ſunt.

Locus. Invenitur in montibus ſilvoſis, ſatisque frequens eſt in Amboina.

Uſus. Lignum inſervit ædificationi, ſed recens ſiccatum in ſilva reponi debet, quum alias nimis gravis ſit oneris. Sed decorticatum ac detruncatum non diu ſoli eſt exponendum, quum facile per longitudinem findatur: Ex recentibus foliis cum aqua contritis optimum fit gargariſma, ad os depurandum laxasque corroborandas gingivas.

Alia quoque ſilveſtrium Jamboſarum occurrit ſpecies, quam hic ſubjungam, quæ vocatur *Jamboe Ayer Utan*: hæc eſt arbor humilis ac incurva, foliis vulgaris Jamboſæ Ayer, ſed quæ ſunt anguſtiora magisque acuminata, duo ſemper oppoſita, ſeſſilia fere, ac in longum deſinentia apicem, tria quatuorve in rachide locantur paria. Ad horum ſummum flores proveniunt, tres quinqueve ſimul in una extenſa ſimul corona, inſtar Caryophyllorum ex duabus conſtantes partibus, inferior harum eſt fructus rudimentum, quod caliculum refert in quatuor diviſum apices, primo viride, huic inponitur rotundus globus ex quatuor concavis & albis petalis conſtans, quæ ſeſe aperientia exhibent plurima ſordide albentia ſtamina, erecto ſtylo in centro, quod diu fructui inſidet, hic autem magnitudinem habet ovi columbini, albidus, & ſuperius umbilicatus: Sub alba carne locatur magnus, anguloſus, ac parum fungoſus nucleus, edendo ineptus. Sed aliquid in hac obſervatur arbore, nam poſt folia in rachide excreſcit verruca, quæ quosdam lignoſos emittit petiolos, qui primo quædam parva & anguſta continent folia, hicque tuber magnitudinis eſt capitis infantis, in tria quatuorve tubercula diviſus, quorum quodvis proprio inſidet pedunculo, quodque conſtat ex innumeris parvis ramulis, qui intricati ac granuloſi ſunt coloris obſcuri, fuſci ſeu nigricantis, præter hoc corpus autem nihil ulterius provenit. Curioſitati inſerviunt, referuntque haud male *Cupreſſum Marinam*: Arbor ipſa frigidis creſcit in vallibus juxta fluminum ripas.

Tabula Quadrageſima

Ramum exhibet *Jomboſæ Silveſtris parvifoliæ*, quæ *Caju Mera* a *Rumphio* vocatur in ejus *Auctuario Capite ſexto.*

De kleinbladige wilde Jamboes-Boom van Rumphius Auctuarium. Cap. 6.

Deze zoorte van Arbor-rubra gewint een hooge regte ſtam, met diergelyke roſſe en dunne vellekens bekleed als andere Aycous: *de takjens zyn kort, krom, en knoeſtig, aan 't uiterſte zig verdeelende in korte ryskens, dewelke digt bezet zyn met bladeren tegens malkanderen ſtaande en met hun vier in 't kruis. Deze zyn de Nagel-bladeren eenigzints gelyk, dog grooter, weeker, en rimpeliger,* 3. 4. *en* 5. *duimen lank,* 2. *duimen breed, met een korte ſpits. Aan 't onderſte hebbenze veel ribbekens, dewelke ſchuins na voren lopen, en met bogen ſluiten; haar ſmaak is zuuragtig en wild, agter de bladeren aan de dikkere ryskens komt het bloeyzel voort, ieder bloem op een byzondere ſteel, deze zyn gemaakt van twee deelen, het onderſte is de voet gelykende een Garyoffel-nageltje in een kort ſpitsje geopend, het bovenſte deel is een ronde knop, dewelke zig opend in vier holle en ligt-rode blaadjes, die kort daar na afvallen. De midden is digt uitgevuld met ſchone rozen-rode draden gelyk alle bloeyende Jamboezen, dog korter, en niet boven een dwers-vinger lank, dragende lootverwige noppen: in de midden ſtaat een bloot ſtyltje, 't welk ſtaan blyft na 't afvallen der draden, uit voorſchreve voetje wert de vrugt, dewelke is een kleine Jamboes mede rooze-rood en onbequaam om te eeten: het hout is langdradig, fynder, dan aan andere* Aycous, *aan de kanten witagtig en na binnen toe ligt-rood; het verſche zeer ſwaar en vol vogtigheit, dog droogt ligt op.*

Naam. *In 't Latyn* Jamboſa Silveſtris Parvifolia, *in 't Amb.* Aycou, *en in 't Maleyts met een gemeene naam* Caju Mera, *waar van vier zoorten in 't vierde boek beſchreven zyn.*

Plaats. *Men vind het op de bergen in ligte boſſen, en is redelyk gemeen in Amboina.*

Gebruik. *Het hout dient tot den huisbouw, maar men moet het versgekapte in 't boſch laten leggen, want het anders te ſwaar valt om te dragen. Men moet het geſchelde en gekapte niet lang in de Zon laten leggen, vermits het ligt ſcheurd in de lengte, en daar en boven gemeene hertſcheurig is. Uit de verſche bladeren in water gewreven, maakt men een goet gorgel-water om den mondt te zuiveren, en het waggelende tandvlees te beveſtigen.*

Daar is nog een ander zoorte van wilde Jamboezen, dewelke ik hier mede zal byvoegen, genaamt Jamboe Ayer Utan; *dit is een laage kromme boom met bladeren als de gemeene Jamboe Ayer, dog ſmalder en voren ſpitzer, twee en twee regt tegens malkander en ſchier zonder voetjes, en met een lange ſpits* 3 *en* 4. *paaren aan een rysken. Aan 't voorſte der zelve komt het bloeyzel voort, gemeenelyk* 3 *of* 5. *in een wyd kroontje gelyk de nagelen, gemaakt van twee deelen, het onderſte is het beginzel van de vrugt, te weeten, een kelkje boven in vier ſpitzen verdeelt, in 't eerſt groen, en daar boven is een ronden bol uit vier holle en witte blaadjes gemaakt, die haar openende vertoonen veele vuil-witte draden, met een regt ſtyltje in de midden, het welk lang op de vrugt blyft ſtaan, dezelve is in de grootte van een duiven ey, vuil-wit, en boven op met een geſlote naveltje; onder het witte vlees leid een groote hoekige en wat vooze korrel, en voorts onbequaam om te eeten. Maar daar is nog een andere rariteit aan dezen boom, want agter de bladeren aan de takjens groeid een wratte, dewelke eenige houte ſteelen uitgeeft, daar aan men eerſtelyk eenige kleine en ſmalle blaadjes ziet, en dit bywas is in de grootte van een kinderkop, dog in* 3 *a* 4. *klompen verdeelt, ieder op een byzondere ſteel, en gemaakt van ontelbare kleine takjens, die in malkander verwert en korrelig zyn, van koleur donker-bruin, en daar komt anders niet aan. Zy dienen tot een rariteyt, wantze verbeelden niet qualyk een Zee-boompje, genaamt* Cupreſſus Marina. *Den boom groeid in koude valleyen langs de oevers van rivieren.*

Eugenia laeta Ham.

De Veertigſte Plaat

Verbeeldt een Tak van de Wilde kleinbladige Jamboes-Boom, *ofte de* Caju Mera *van* Rumphius *in zyn* Auctuarium Capitt. 6.

OBSERVATIO.

Hæc est forte *Blatti H. Malab. part.* 3 *Tab.* 40. vel saltem ejus species, uti ex iconum comparatione & descriptione patet.

AANMERKING.

Dit is mogelyk de Blatti *van de* Hortus Malabaricus, *in het derde deel beschreven, en* Tab. 40. *verbeelt, ofte ten minste daar een zoort van, zo als uit de vergelyking der figuren, en de beschryving nader blykt.*

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Jambosa Ceramica: Jambo Sakelat.

IN magna insula Cerama altera silvestris Jambosæ occurrit species, cujus truncus paulo altior est præcedenti: Folia ejus sunt quoque angustiora, referuntque illa *Jambu Ayer*. Fructus longis ex racemis crescunt, ex simplici longoque dependentes pedunculo, quisque vero ex suo proprio petiolo, magnitudinis Ovi Columbini, vel paulo majoris instar vulgarium prunorum, sed paulo sunt oblongiores, profunde umbilicati, æquales, glabri, tactu molles & sicci, acsi pannum quis sentiret: Exterior horum pellicula est obscure purpurascens, sique maturi, fere nigra, caro tantum crassitiem habet culmi straminei, alba est, nec succosa, si edantur sicci ac parum vinosi sunt fructus, sed plus adstringentes instar Prunorum Silvestrium; in media cavitate locatur oblongus & cinereus nucleus, instar Olivæ officuli, plurimum in Ceramæ silvis occurrunt, & *Lubu*, æque in magna ac parva Cerama, inveniuntur quoque in Amboina, sed rarissime.

Nomen. Latine *Jambosa Ceramica* seu *Alphurica*: Malaice *Jambo Alphuru* & *Jambo Sakelat*, h. e. Jambosa pannosa, a prædicto molli tactu, & *Lubunenses* hanc vocant arborem *Layn Mahu.*

Usus. Vilis est fructus, qui vix dignus est, ut de terra tollatur, conducit tamen, si per silvas iter instituamus ad sitim sedandam, si enim ore manducetur, succus exsugi & deglutiri potest, sicca vero caro abjicienda est.

Harum quoque Silvestrium Jambosarum videtur species esse illa, quæ occurrit in Luhunensi regione, quæ arbor est trunco recto, cujus lignum interne striatum est, si transversaliter dissecetur, instar ligni *Caju-Ayer*, sed striæ sunt magis obliquæ ac magis intricatæ: Folia plurimum in extremis ramulis locantur, quinque sexve simul sine ordine, atque circa hæc plurimi rotundi observantur nodi instar Capparidis, sed paulo majores, quique aperiuntur in flores ex ruberrimis staminibus constantes, instar illorum *Jambosæ Nigræ*, cum antheris lutescentibus, hosque subsequuntur plurimæ baccæ instar Cerasorum nigrorum, primo purpurascentes, dein nigræ, ac quævis ex longo dependet petiolo, superius fovea impressa: Caro est instar Cerasorum nigrorum, acidiuscula, instar Silvestrium Jambosarum: In medio nucleus invenitur uti in cerasis, sed tenui constans putamine, quod si comprimatur, facillime frangitur, in hoc continetur parvum lanosum officulum, sed plurimum sunt concava atque a vermibus exesa, summisque in ramis, uti & in trunci centro, plurimæ formiculæ inveniuntur: Si fructus sint maturi & nigri, edules quoque sunt: Ex Luhunensi regione aliqui ad me fuere adducti, qui duplo triplove majores erant aliis, ac quoque edules.

XXXVI. HOOFDSTUK.

De Ceramsche Jamboes-Boom.

OP *het groote Eylandt Ceram heeft men nog een andere zoort van wilde Jamboezen, welkers stam wat hooger is dan de naast voorgaande; de bladeren zyn ook smalder, en gelyken na die van* Jambu-Ayer. *De vrugten wassen aan lange trossen, rondom een enkelde lange steel hangende, en yder nog aan een byzonder steeltje, zynde van de grootte als een duyven-ey, of wel nog wat grooter, en gelyk de gemeene pruimen, dog wat lankwerpiger, met een diepen navel, van buiten effen, zonder rimpelen, in 't aantasten zagt en droog, als of men laaken voelde; de buitenste huit is donker-purper, en alsse ryp zyn, bykans swart, het vlees is maar een stroo-halm dik, wit, niet zeer zappig, in 't eeten droog, en een weinig wynagtig, dog meer adstringerende, gelyk de steen, in de middelste hollігheit legt een langwerpige graauwe korrel, gelyk een olyven-steen; en aan de steel zitten zomtyts twee en drie dezer vrugten, als met billen tegens malkander aan; men vintze meest in de bosschen van Ceram, en* Luhu, *en zo wel op groot als op klein Ceram, ook zynze in Amboina, maar evenwel zeer weinig.*

Naam. *In 't Latyn* Jambosa Ceramica, *of* Alphurica, *in 't Maleyts* Jambo Alphuru, *en* Jambo Sakelat, *dat is laaken Jamboeze, van het voorn. zagte gevoel: en de* Luhuneezen *noemenze* Layn-Mahu.

Gebruik. *Het is een veragte vrugt, die men zig naauwelyks verweerdigt op te raapen, en evenwel isse goet, als men reyst, en in 't bosch is, om den dorst te verslaan; want men kauwtze in de mont, het zap inswelgende, en het resteerende drooge vlees wegsmytende.*

En van deze wilde Jamboezen schynt ook een klein geslagt te zyn de geene, die men vint op het Luhuneeze lant, zynde een boom met een regte stam, en wiens hout van binnen gestraalt is, als men het dwers doorzaagt, gelyk het hout van Caju-Ayer, *dog de straalen loopen wat schuynzer, en ook meer verwert; de bladeren staan meest aan de uiterste takjes, omtrent vyf a zes by malkander, zonder eenige ordre, en daar rondom hangen veele groene knopen, als kappers, dog wat grooter, en die hun openen in bloempjes van hoog-roode draatjes gemaakt, gelyk die van de* Jambosa Nigra, *met geele nopjes, en daar op volgen veele bezien, gelyk als krieken, eerst ligt-root of purper-verwig, dog ten laatsten zwart, en yder hangt met een lang steeltje aan het rysken, hebbende aan 't voorste deel een kuiltje; het vlees is als dat van de krieken, en wat zuuragtig, gelyk wilde Jamboezen, in de midden vint men een steen, gelyk in de kerssen, dog met een dunne schaal, die, alsze gedrukt wert, zeer ligt breekt, en daar binnen leit beslooten een kleine wolagtige beest, dog zy zyn meest hol of van de wormen doorvreeten; en aan de bovenste takken, als mede de stam steekt het hert zomtyts vol kleine mieren; als de vrugten zwart en ryp zyn, dan kan menze ook eeten: zynde my, van 't zelfde Loehoeneeze lant, eenige toegebragt, die wel twee en driemaal grooter, en ook eetbaar waaren.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Primæ,

In qua *Figura prima ramum foliosum* exhibet.
Figura secunda caudicem floribus fructibusque onustum demonstrat, qui ex singularibus ejus nodis proveniunt.
Litt. A. *Florem separatum* sistit.

UYTLEGGING

Van de Een- en Veertigste Plaat,


Dewelke met de eerste Figuur *aanwyst* een Tak *met* bladen *behangen.*
De tweede Figuur *vertoont, hoe de bloemen en vrugten uit de stronk van de boom uit byzondere quasten te voorschyn komen.*
Litt. A. *verbeelt een byzondere bloem.*

OBSERVATIO.


Hæc a *Valent.* exhibetur in *Tabula* No. VIII. paginaque 162. in *Amboinæ descriptione* obiter exaratur.

AANMERKINGE.

Deze Figuur komt mede voor by Valent. *op de Plaat onder* No. VIII. *en wert op* pag. 162. *ter loops beschreven.*



Eugenia cymosa.



CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM

Jambolana. d'Juet.

QUamvis hæc arbor ante aliquot tantum annos ad nos in Amboinam fuerit tranſlata, illam tamen in Herbario Amboinico locare volui, eoque magis quum in vicina Celebe quoque ſit nota, ac in Amboina jam propagatur: Creſcit tam alte ac domeſtica Jamboſa, geritque æqualem ac craſſum corticem, in vetuſtioribus vero arboribus eſt rugoſus & quaſi fiſſus. Minores rami cruciatim opponuntur majoribus in ramis, eodemque modo illis folia inſident, atque ubi ſurculi non progerminant, ibi ingens propullulat folium: Folia ſunt pauca, nec ultra duo triave paria uno ex ramo, ſimillima foliis *Caju Maria*, ſed paulo minora magisque rotunda, quinque ſexve pollices longa, manum lata, rotunde terminantia, cum brevi apice, qui deorſum inflectitur: Sunt hæc folia glaberrima & firma, plurimis tenuibus & arcte junctis transverſalibus venulis parallelis, atque ad oras in arcus deſinentibus pertexta, uti folia *Cajoe Maria*, ſed non ita arcte junctis. Flores racemoſi ex foliorum alis proveniunt, hique formantur ex parvis viridibus capitulis, quæ, ſi aperiantur, puſillos exhibent flores, qui parvis componuntur ex ſtaminibus inſtar florum Caryophyllorum: Fructus fere ſunt magnitudinis Olivarum, ſed ſemper parum incurvi, optimeque formam referunt Caryophyllorum feminarum, pollicis articulum longi, ab utraque parte obtuſi, ſuperius coronati ſeu umbilicati, inſtar Jamboſarum; & fovea impreſſi: Coloris ſunt primo viridis, dein purpureo-rubentis, ultimo nigri, inſtar Caryophyllorum feminarum, ſique maturi ſunt, molles tactui apparent: Sapor, ſi rubent, eſt acidiſſimus, & adſtringens, in maturis vero dulcior, ſed quadam mixtus acerbitate, inſtar maturorum Prunorum ſilveſtrium, penitus maturi vero ſunt tam dulces ac uvæ, quæ fere matureſcunt: Caro interior albicat, ſuccoſa eſt, & oſſiculo proxima, purpureo-rubens: hujusque nucleus eſt fere inſtar Olivæ oſſiculi, ſed ad extremitates rotundior eſt, ac tenui tectus putamine, in quo ſiccus continetur nucleus coloris ex flavo-virentis, auſterus admodum, & amari ſaporis: In racemis non plures tribus quatuorve ſunt baccæ, quæ matureſcunt, plurima enim pars decidit: Anni tempus, quo matureſcunt, eſt ab Auguſto usque ad Decembrem. Vetuſtaque folia flaveſcunt, & brevi ante flores decidunt, ſed non cuncta uti Jamboſarum: Trunci cortex eſt ſiccus, ac ſine ullo notabili ſucco, uti quoque confracta folia.

Nomen. Latine *Jambolana*, juxta Portugallicum *Jambolaan*, Garzias vero aliique Luſitanici ſcriptores vocant *Jambolones* & *Jambolyns*, in Malacca, Java, & Baleya dicuntur *d'Juat* & *d'Juel*, in Macaſſara *Roppa Rappo Java*, h. e. fructus Javanicus, quum ex Java acceperint, in Bima vero *Duwe* dicuntur.

Locus. In Orientalibus Indiæ partibus hi fructus magis ſunt noti, quam in Occidentalibus, occurrunt enim in Java, Baleya, Bima, uti & in Macaſſara, ſed raro. Meo jam tempore in Amboinam tranſlati ſunt, ſed hic non læte vegetant, quum vermes, aliaque inſecta arboris folia depaſcant, quod incommodum hæc arbor præ aliis in pluribus patitur locis.

Uſus. Hic fructus eſt naturæ humidæ, frigidæ, & adſtringentis, unde raro præſertimque ob magnam ejus acerbitatem crudus comeditur, niſi penitus ſit maturus, tumque ſitim ſedat, ſed tantum inſervit uſui plebis, iisque in locis, in quibus frequentes ſunt, muria condiunt, vel crudos cum ſale ac piſcibus edunt: Atque hunc in finem ad Bocaſſan quoque adhibentur juniora folia, quamvis paululum ſunt ſicca & adſtringentia, ſed ſuccus ſeu muria dictorum Bocaſſan gratos illos reddit, atque hæc juniorum foliorum genera ita crude comeſta vulgo vacantur *Oelang Oelang*: In Baleya lignum vetuſtorum truncorum ad ædificia adhibent, ſed non eſt elegans: Arbor hæc æque oſſiculis ſuis ac ramis depactis propagatur: Maturi ſeu nigri fructus melius ſapiunt, ſi aliquot per horas in ædibus deponantur, qui calidis in morbis optime refociHant os, ſed non nimis multi ſimul ſunt

XXXVII. HOOFDSTUK.

De Jambolans-Boom.

HOewel dezen boom eerſt voor eenige jaaren tot ons in Amboina overgebragt is, zo heb ik hem egter mede in 't Amboinſche *Herbarium* willen plaats geven, en te meerder om dat hy op 't nabuurige Celebes ook bekent is, en nu in Amboina begint voort geteelt te werden: hy groeit wel zo hoog als een gemeene Jamboes-boom, hebbende een effene en dikke ſchorſſe, dog aan de oude boomen wortze wat ruig en als geborſten: de ryskens ſtaan in 't kruis aan de takken, als mede op gelyke maniere aan dezelve de bladeren: en waar geen rysken is, daar tegen over ſtaat een groot blat; de bladeren zyn weinig, en niet boven twee a drie paar aan yder tak, zeer gelyk zynde de bladeren van *Caju Maria*, dog een weinig kleinder en wat ronder, vyf en zes duimen lank, een hant breet, en voor ront toeloopende, met een korte ſpits, die nederwaarts geboogen is: zy zyn zeer glat en ſtyf, met veele fyne en digte dwers-adertjes, lopende meeſt alle evenwydig, en hen digt tegens de kanten met boogjes ſluitende, gelyk de bladeren van *Cajoe Maria*, dog niet zo digt aan malkander. Het bloeyzel komt met trosjes uit den ſchoot der bladeren voort, en daar aan ſtaan kleine groene knopjes, dewelke hun openende, kleine bloempjes vertoonen, en daar in vint men kleine draatjes, gelyk in het bloeyzel van Garioffel-nagelen. De vrugten zyn omtrent zo groot als de Olyven, dog altyt een weinig krom, en zeer na by de gedaante hebbende van de Moer-nagelen, dat is een lidt van een duim lank, agter en vooren ſtomp, boven op met een kroontje of naveltje, gelyk de Jamboezen, en daar onder een kuiltje; van coleur eerſt ligt-groen, daar na purper-root, ten laatſten zwart, gelyk de Moer-nagels, en alſſe ryp zyn, wat week in 't aantaſten: de ſmaak is in de roode zeer zuur en t'zamen trekkende, maar in de rype wat zoeter, dog nog al met eenige wrangigheit gemengt, gelyk de rype ſleen; dan de geheel-rype zyn omtrent zo zoet als druiven, die ten naſten by ryp zyn; het vlees van binnen is wit, zappig, en naaſt aan de korrel purper-root; hebbende van binnen een korrel als een Olyven-ſteen, dog aan de einden wat ronder, en bekleet met een dunne ſchaal, waar binnen in leyt een drooge beeſt, van coleur geel-groen, zeer wrang, en wat bitter van ſmaak: aan de troſſen zyn niet meer dan drie a vier bezien by malkander, die ryp werden; want het meeſte deel valt af: haar zaizoen is van Auguſtus tot December; en de oude bladeren worden geel, en vallen kort voor de bloeytyt af, dog niet alle, gelyk die van de Jamboezen: de ſchorſſe van de ſtam is droog en zonder merkelyk zap, gelyk mede de afgebrokene bladeren.

Naam. *In 't Latyn* Jambolana, *na 't Portugees* Jambolaan, *dog Garzias en andere Portugeeze ſchryvers noemenze* Jambolones *en* Jambolyns, *op Maleits, Javaans, en Baleys* d'Juat *en* d'Juel, *op Macaſſers* Roppa Rappo Java, *dat is Javaanſche vrugt, om dat zyze van Java ontfangen hebben, en op Bima* Duwe.

Plaats. *In de weſterſche delen van Indien zyn deze vrugten meer bekent dan in de ooſterſche quartieren, men vintze op Java, Baley, en Bima, en ook op Macaſſer, maar weinig: in myn tyt zynze mede tot in Amboina overgebragt, dog willen daar qualyk aarden, om dat de wormen en ander ongedierte hun de bladeren geduurig op-eeten, en welke plaage dezen boom boven andere ook op meer andere plaatzen onderworpen is.*

Gebruik. *Deze vrugt is vogtig, kout, en t'zamen trekkende van natuur, en wort dierhalven, en ook om haare groote wrangigheit, weinig raauw gegeeten, of zy moet geheel ryp zyn, en als dan verſlaatze nog den dorſt, dog blyft evenwel alleen maar ten gebruik van ſlegte luiden, en ter plaatzen, daarze veel vallen, wetenze die in te peekelen, of ook raauw met zout en viſſchen te eeten; en daar toe werden onder de Bocaſſan mede wel genomen de jonge bladeren, hoewelze wat droog en t'zamentrekkende zyn, dan het zap of de pekel van de gem. Bocaſſan maaktze aangenaam, en welke zoorte van jonge bladeren, dusdanig raauw gegeeten wordende, men in 't gemeen noemt* Oelang Oelang: *op Baley wetenze het hout van de oude ſtammen mede tot hun huisbouw te gebruiken, maar daar is gants geen fraayigheit aan: zy werden voortgeplant, zo wel door de korrels, als de afgeſnedene takken: de rype of zwarte vrugten ſmaaken ook beter, als menze een etmaal of wel langer in huis laat* ſtaan,

sunt sumendi, quum ventrem valde constipent: Si bene maturi sint, etiam in obsoniis cum aliis ferculis mensis inponuntur.

staan, gevende als dan, in heete ziektens, een aangename ververzing voor de mont, dog men moet 'er niet te veel tessens eeten, om datze merkelyk den buik t'zamen trekken: zy werden ook wel onder het banket, of als een nageregt ter taaffel opgedist, wel te verstaan alsse volkomen ryp zyn.

Tabula Quadragesima Secunda

Ramum exhibet *Jambolanæ*, quæ *d'Juet* incolis dicitur.
A. Fructum denotat majori forma expressum.

De Twee- en Veertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Jambolans, d'Juet *van de inlanders genaamt.*
A. Wyst aan een vrugt in grooter formaat.

OBSERVATIO.

Vocatur hæc arbor Prunus Indica, fructu nigro, Olivæ magnitudine, Jambolons *Acostæ*, *Madan* Zeylonensibus ab *Herm. in Mus. Zeyl. pag.* 8. & *Burm. Thes. Zeyl. pag.* 197. Jambolons arbor ab *Acosta* describitur *libr. Arom. pag.* 299. *in octavo.* videturque hæc arbor ad *Jambosæ* seu *Eugeniæ* quoque pertinere genus.

AANMERKING.

Deze Boom wert de Indische Pruime-Boom met een swarte vrugt in de grootte van een Olyf genaamt, ofte de Jambolons van Acosta, *en de* Madan *van de Ceylonensers van* Herman *in zyn* Museum Zeylan. pag. 8. *en van* Burman. *in de* Thes. Zeylan. pag. 197. *de Jambolans-Boom wert by* Acosta *in zyn boek over de Specerye in* octavo pag. 299. *beschreven, en deze boom schynt mede te behooren tot het geslagt van de* Jamboesen *ofte de* Eugenia.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Mangostana: Mangostan.

Haec arbor in Amboina est exotica, sed quum in vicinis insulis Moluccis & quoque in Banda occurrat, hic etiam locum obtinet. Ejus fructus ex testimoniis omnium Indorum, apud quos reperitur, optimus ac saluberrimus habetur omnium reliquorum fructuum: Arbor hæc plerumque tantæ est magnitudinis ac maxima Jambosa arbor, ejus folium est instar *Caju Maria*, sed paulo majus, ac firmius, manum nempe longum, quatuor latum digitos, atque ab utraque parte in rotundum desinens; costæ transversales non ita sunt tenues & remotius sitæ, intermedio spatio tenuissimis venulis contexto: Flos est acsi *Brappat* flos, (species *Mangi Mangi*) à quatuor ad quinque apertis constans apicibus, instar stellæ expansis & magnitudinis denarii, qui intus stamina quædam gerit flava, atque in centro pistillum, ex quo fructus progerminat, qui maturus magnitudinem habet Amboinensis parvi dulcis pomi, coloris obscure fusci, quique e longinquo niger apparet, prope petiolum pedem seu calicem gerit cruciatum ex quatuor crassis & semiconcavis, seu Cochleariformibus foliolis constantem, quæ hinc non arcte fructui accumbunt, superius planam quoque gerit stellulam, quæ ex quinque sexve subrotundis componitur radiis coloris fusci: Quot vero radii hac in stellula observantur, tot segmenta interior gerit caro, sique hi radii sint ampli, segmenta quoque sunt ampla, si vero tenues vel graciles, contrarium denotant; ita ut memorata interna ejus caro in quinque sexve segmenta peculiaribus cellulis & pelliculis sit distincta, tali fere modo ac in dulcibus obtinet pomis seu *Lansiis*, ejusdem quoque est coloris ac substantiæ ac *Lansii* caro, alba nempe, succosa, ac semi-pellucida, hæcque separata segmenta seu partes sunt, uti superius dictum fuit, valde inæquales; plerumque enim invenitur una valde ampla, quæ planum albumque gerit nucleum, qui reconditur cellula, cui caro est nexa, aliæ vero partes seu segmenta sunt minora, ac sæpe sine nucleis.

Immo plurimis in fructibus sæpe nullus invenitur nucleus propagationi aptus: Interiori vero pelliculæ superficiei accumbunt quinque sexve cellulæ, in quibus delicatæ hæ reconduntur particulæ: Quarum sapor in iis, qui semi-maturi sunt, fructibus est acidulus, sed maturi sunt adeo delicati & grate dulces ac optima Lansia vel uvæ maturæ excogitari possunt. Simulque adeo succosi, ut multi vix satiari hisce fructibus possint, ob excellentem odorem gratamque dulcedinem, putaturque, quum ægrotus nullum alium amplius appetat, vel edere possit cibum, hoc delectari adhuc fructu, si vero hunc non desiderat, de ejus salute desperandum esse, atque hunc in omnibus fere licet edere morbis. Trunci cortex est instar Jambosarum, mollis, facilisque decorticatu: Lignum exterius albescit, interius fuscum ac firmum est, longitudinalibus striatum fibris, sique vetustiorum sit arborum,

XXXVIII. HOOFDSTUK.


Mangostan-Boom.


Deze boom is in Amboina uitlants, maar dewyl men hem mede vint in de nabuurige Moluxe Eylanden, als mede in Banda, zo moet hy ook alhier wat plaats hebben: zyne vrugten werden na de getuigenisse van alle de Indianen, daar hy wast, voor de beste en gezontste van alle boom-vrugten geagt; en de boom wert ordinaris zo groot als de grootste Jamboes-boom, zyn blat is als dat van Caju Maria, *dog wat grooter en styver, te weten een hant lank, vier vingers breet, van agter en vooren ront toelopende; ook zyn de dwers-ribben zo fyn niet, en zy staan mede wat verder van malkanderen, zynde de tusschen-plaatzen met fyne adertjes doorweeven; de bloeme is als die van de* Brappat *(een zoorte van* Mangi Mangi*) van vier a vyf geopende spitzen, als een sterretje, en omtrent zo groot als een schelling, hebbende van binnen eenige gele draatjes, en in de midden een heuveltje, daar de vrugt uit voortkomt: en dewelke, ryp zynde, ongeveer zo groot is als een kleine Amboinze zoete appel, van koleur hoog of donker-bruin, 't welk men van verre wel voor zwart zoude aanzien; by de steel hebbenze een voet, in 't kruis, gemaakt van vier dikke en half holle, of lepel-vormige blaatjens, dewelke dien volgende niet digt tegen de vrugt aanleggen; van boven, of van vooren, hebbenze ook een plat sterretje, 't welk van vyf a zes rondagtige straalen gemaakt, midsgaders ligt-bruin van coleur is: en zo veel straalen als men aan deze sterre ziet, zo veel deelen heeft het binnenste vleesch, beduidende de groote straalen groote deelen, en de dunnere of magere het tegendeel; zulks dat het voorn. binnen-vlees in vyf a zes stukjes met byzondere velletjes is afgescheiden; even zodanig en gelyk als men dat ziet in de zoete appelen of Lanzen, ook is het mede van de zelve coleur en substantie als het Lanze-vlees, te weten wit, zappig, en half-doorschynende, en deze onderscheiden stukjens of deeltjens zyn, als boven gezegt, vry wat ongelyk; want doorgaans vint men 'er een geheel groote, hebbende een platte witte korrel, dewelke omvangen is met een zakjen, daar het vlees vast aanhangt, de andere stukjens dan zyn kleinder, ook somtyts zonder korrels.*

Ja in veele vrugten vint men wel niet eenen korrel, die bequaam is om voort te planten, aan de binnenste vlakte van de schel ziet men vyf a zes vakjens, celletjes, of kamertjes, daar deze lekkere vlezige deeltjens in leggen of rusten: en welkers smaak, in de gene die maar half ryp zyn, wat ryns is, maar de rype zyn zo aangenaam zoet als de beste lanzen of rype druiven konnen wezen; en daar by zeer zappig; zulks veele nauwelyks haar bekomst aan deze vrugten konnen eeten, wegens hare uitnemende geur en aangename zoetigheit, en men meent, dat wanneer een zieke geen andere kost meer kan of wil eeten, hy nog smaak in deze vrugt zoude vinden, dog, zo hy die ook niet en kan nuttigen, dat men dan aan zyn behoudenis wel mogte twyffelen; dezelve mogen in meest alle ziektens wel gegeten en gebruikt worden: de schorsse des stams is even als die van de Jamboezen, wat week, en laat zig ook ligt afschillen: zynde het hout van buiten wit, van binnen bruinagtig,



Eugenia Jambolana. Lam.







Garcinia Mangostana. L.

borum, plerumque est fuscum, atque ad margines pauco distinctum albo colore.

Nomen. Latine *Mangostana*: Malaice *Mangostan*: Baleyice *Mangis*. Macassarenses male hanc vocant *Kiras*, ob magnam similitudinem, quam cum tali gerit arbore, apud illos crescente, quæque revera species quoque est *Mangostanæ*, qualis quoque in *Auctario* nostro describitur.

Locus. Nobilis hic fructus non reperitur per totam Indiam, sed in ejus partibus orientalibus, uti in Malacca, Sumatra, & Java, in regione vero Jaccatræ vel Bataviæ non occurrit, vel saltem rarissime, ac plurimi ex Banthama & Japara venales ibi transportantur: In Baleya quoque occurrunt, immo majores, in Gelgelæ silvis crescunt, sed magnum requirunt laborem, ut aliis in locis plantatæ hæ arbores læte crescant & germinent, nuclei enim sunt rari, molles, & mucosi, unde raro etiam propullulant, hincque juniores arbusculæ, quæ ex deciduis fructibus in silvis sponte progerminant, sunt effodiendæ, inque earum locum substituendæ, terra autem, in qua sponte crescunt, est rubra, ac pinguis argilla lapidulis mixta: In Amboina nullæ occurrunt, nec ibi crescere volunt, licet vivæ illuc transportentur arbusculæ: In Banda una tantum alterave occurrit arbor, quæ satis fertiles sunt, sed tardissime crescunt, in Ternata vero in Gelolo lætius crescunt, quum solum ibi quoque sit melius quam hic, vel in Banda.

Usus. Fructus hi, uti dictum fuit, plurimum crudi ob excellentem gratumque saporem comeduntur, sed per totum annum non reperiuntur, sed plurimum in Novembri & Decembri. Si aperiantur hi fructus, pelliculæ succus a carne separatus sit, quum alias sit amara, quique maturi sunt, manibus comprimi possunt, ut dehiscant, tumque dicta pellicula prudenter auferenda ac abjicienda est, vel aliquem in usum asservanda. Ex læsis ramis exstillat squallidus ac flavescens succus, non spissus sed aquosus, qui in molle concrescit gummi, quod instar glaciei apicum ex trunco dependet: de fructus dulcedine gratoque sapore supra dictum fuit, nec plura addere possumus: Cortices exsiccantur atque pro medicamento in dysenteria ac tenesmis inserviunt, tamquam Cortices Granatorum, verum non adeo amari sunt: Eundemque in finem Macassarenses succosum arboris corticem & juniora sumunt folia, cum pauco *Culit Lawan*, quod simul manducant, ejusque succum deglutiunt, qui parum amarus est cum levi adstrictione. Idem cortex aqua contritus, atque eo os collutum curat aphthas. Sinensium tinctores hunc quoque adhibent corticem, si nigrum tingant colorem, qui pro basi inservit, utque majorem det firmitatem seu adhæsionem: An Mangostanæ lignum itidem petrefiat, ac lignum *Kiras*, quum Macassarenses binas has confundant arbores, investigandum est, ac quomodo *Kiras* lignum tractetur in Auctuario sæpius memorato describetur, ibidemque legi poterit.

agtig, en massief, dog in de lengte met eenige aderen doorlopen of als gestreept, en zo 't van oude boomen is, vint men het doorgaans bruin, en gewatert met weinig wit aan de kanten.

Naam. *In 't Latyn* Mangostana: *op Maleits* Mangostan: *op Baleis* Mangis: *de Macassaren noemenze abuzivelyk* Kiras, *om de groote gelykenisse, dieze heeft met zodanig een op haar lant groeyende, en die in der daat mede is een zoorte van* Mangostan, *gelykze ook in onze* Auctuarium *beschreven staat.*

Plaats. *Deze edele vrugt vint men niet door gants Indien, maar in desselfs oostelyke deelen, als op Malacca, Sumatra, en Java, dog in 't district van Jaccatra of Batavia vallenze niet, of immers zeer weinig, de meeste van Bantham en Japare daar te markt gebragt wordende; op Baley heeft menze ook, en nog wel zo groot; en op Gelgel wassenze in 't wilt, dog men heeft groote moeyte om dezelve aldaar op andere plaatzen te planten, want de korrels zyn weinig, week, en slymerig, komen dierhalven ook weinig op, en daarom moetenze de jonge boompjes, die van de afgevallene vrugten in 't wilde voortkomen, uitgraaven en haar daar van bedienen, zynde het lant, daarze in 't wilde groeyen, roode vette kley, met wat steen gemengt. In Amboina zynder geen, en zy willen daar ook niet wassen, al brengt menze levendig over, in Banda staan maar een a twee boomen, die redelyk wel dragen, dog zeer langzaam opgroeyen; willende in Ternaten op Gelolo beter aarden, om dat de gront aldaar ook beter is, als hier en in Banda.*

Gebruik. *Deze vrugten worden, als gezegt, om haare uitstekende aangenaamheit, meest alle raauw gegeten, dan men vintze niet 't geheele jaar door, maar meest in November en December: In 't openen van dezelve moet men 't zap van de schorsse niet aan het vlees laten komen, om dat het daar van bitter wert; en de gene, die ryp zyn, kan men met de handen wel drukken, datze open bersten, en als dan de gem. schorze of schelle voorzigtig daar afnemen en wegwerpen, of tot eenig gebruik laaten bewaaren: uit de gequetste takken vloeit een vuil wit of geelagtig zap, niet dik maar wat wateragtig, en 't welk zig verandert in een weeke gom, die als kegels of ys-takken aan de stam blyft hangen: zynde van de zoetigheit en aangenaamheit dezer vrugt hier boven gesproken, en meer weten wy daar niet by te voegen: de schellen werden gedroogt, en tot medicyn in de bloetgank en perssing gebruikt, even gelyk de granaat-schillen, dog zy en zyn zo bitter niet, en ten zelven eynde nemen de Macassaren de zappige schorsse van den boom als mede de jonge bladeren, met een weinig* Culit Lawan, *'t welkze dan zo te zaamen kauwen, en het zap daar van inzwelgen, het welk ook een weinig bitter is met wat zamentrekking: dezelfde schorsse, met water gewreeven, en de mont daar mede gespoelt, geneest de sprouw: de Sineeze verwers bedienen haar mede van deze schelle, alsse zwart moeten verwen, dezelve gebruikende tot een gront, en om daar aan te meerder vastigheit te geven: of nu het hout van deze* Mangostang*-boom mede in steen kan verandert werden, gelyk dat van de* Kiras, *dewyl dog de Macassaren deze beide boomen verwarren en onder malkander mengen, dat staat nog te onderzoeken; en hoe men met het zelve* Kiras*-hout handelt, zal in 't* Auctuarum, *meermaalen genoemt, beschreven, en aldaar konnen nagelezen worden.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Tertiæ,

Quæ ramum exhibet Mangostanæ, seu Garciniæ foliis fructibusque ornatum

A. Folium denotat naturali fere forma & magnitudine.
B. *Florem apertum* exhibet.
C. *Fructum dissectum.*
D. *Fructum antica parte* conspiciendum præbet, ut ejus *corona* seu *stellula* appareat.
E. *Fructum postica parte* exhibet, ut ejus *pericarpium* persistens in conspectum veniat.

UYTLEGGING

Van de Drie- en Veertigste Plaat,

Die een Tak vertoont van de Mangostan ofte de Garcinia met zyne vrugten en bladen.

A. Wyst aan een bladt *byna in zyn natuurlyke* grootte *en* gedaante.
B. Vertoont *de* bloem geopent.
C. De opengesnede vrugt.
D. De vrugt van vooren, op dat deszelfs starretje op dezelve beschouwt wert.
E. Een vrugt van agteren te zien, om de kelk te onderscheiden, die aan de steel overblyft.

OBSERVATIO.

Hæc eſt *Garcinia Hort. Cliffort. pag.* 183. cujus notas dedit *Linnæus* in *Char. plant. gen. no.* 861. quæ eſt Mangoſtana *Garcin. act. pag.* 431. *Tab.* 1. & Garziæ apud *Cluſ.* in *exot. pag.* 233. &c. Laurifolia Javanenſis a *Baub. in Pin. p.* 461. & *Ray. Hiſt. pag.* 1662. Figura hujus apud *Valent. in tab. no.* 3 occurrit, vocaturque *pag.* 157. Mangoſtan-boom. Huc pertinet Panitſyka Maram *H. Malab. tom.* 3. *Tab.* 41. quæ hujus ſpecies ſeu varietas habenda eſt, eademque eſt cum ſubſequenti, quam ex *Rumphii auctuario Cap.* 1. quum hic pertineat, interponimus.

Mangoſtana Celebica. ſeu Kiras *Rumphii Auctuar. Cap. I.*

IN Herbarii noſtri *Lib.* 1. *Cap.* 38. diximus *Kiras* ſpeciem eſſe Mangòſtanæ, imo Macaſſarenſem vel Celebicam eſſe; ibi autem ejus deſcriptionem addere non potuimus, quam hic jam ſubjungimus.

Non alta eſt arbor, ſed ejus coma eſt elegans & extenſa, in qua rami ac ſurculi, uti & folia bina ſemper in ordine ſunt oppoſita, non autem per ordines, ſed arcuatim locantur, brevibus ac firmis petiolis inſidentia, quinque ſexve in una rachide paria: Folia Mangoſtanæ ſimilia ſunt, ſed in eo differunt, quod anguſtiora & acutiora ſint, ſeptem octove pollices longa, ultra tres lata digitos, ab utraque parte acute deſinentia, craſſa ac firma, ſed rariora quam Mangoſtanæ, tenuiſſimis parallelis coſtis transverſalibus pertexta, quæ non protuberant, ac vix dignoſci poſſunt: Juniore in arbore ſunt novem cum dimidio pollices longa, tres cum dimidio vel quatuor ampla pollices, ab utraque parte acuminata, ac tam glabra, ut fere nullæ appareant coſtæ, quæ in *Mangoſtanæ* foliis magis protuberant. Abrupta folia diu viriditatem ſervant, rachideſque ad extremum ſunt anguloſæ, ac per longitudinem ſtriatæ: Ex foliorum alis alii breviores progerminant ramuli, unum duove ſuſtinentes foliorum paria, & inter hæc tria ſemper locantur capitula albicantibus petiolis juncta: Flos orbiculam refert, *Bintanjor* flori ſimilis, ſed minor, magnitudine Hollandici biobuli, conſtans ex octo ſqualide albentibus ac concavis petalis, quorum quatuor media ac maxima quatuor aliis minoribus adcumbunt, jucundi odoris, ſed ingrati ſaporis. In hujus centro planum locatur capitulum, ad latera circumdatum quatuor aliis ſeſe ipſo majoribus capitulis, quorum quodvis parvis ambitur granulis inſtar arenulæ, quæ ſtamina ſunt, ejuſdem coloris, glutinoſaque, quale eſt capitulum floris mali Pompelmoes dicti, quod in fructum excreſcit:

Fructus eſt inſtar globi rotundus ſeu ſphæricus, & ſimillimus Mangoſtanæ, quidam autem hiſce majores excreſcunt, qui maturi ex rubro lutei ſeu crocei ſunt inſtar Pomi granati, inſidentes pericarpio quadripartito, ſeu quatuor ex petalis conſtante, inſtar Mangoſtanæ, petala autem hæc ſunt minora: Superius non coronatur ſtellula uti Mangoſtana, ſed coronula, quæ ſuperius excavata & latior eſt quam ad ortum, interius eodem diviſa modo, eadem conſtans carne, eodemque gaudens ſapore ac *Mangoſtana*, ſi nempe perfecte maturus ſit hic fructus, diu enim acidus eſt. Si arbor lædatur, album ac glutinoſum effundit lac: floretque, ſi brachium modo ſit craſſa; Primi autem flores hic inutiliter decidunt, & in Amboina vix fructus gerit, hique plurimum ſunt acidi: In Macaſſara hujus arboris rami transplantari poſſunt, qui in terram ſeſe figunt ac progerminant. Vetuſtiorum truncorum lignum in formam tenuium cotum conſciſſum, ac ſub terra conditum in lapidem mutatur, ſeu petræſit; quod ſequenti fit modo. Veterum truncorum lignum paludoſo ſepelitur loco, in quem deglumatæ Oryzæ magna copia projicitur, uti fit in magnis Oryzæ arvis, ad Marum circa Macaſſaræ borealem plagam ſitis, quæ ſenſim tota in colluviem mutatur. Lignum hoc tres per annos ſub hac ſepultum, in memoratum mutatur lapidem, qui venas ſtriaſque ligni aliquatenus retinet. In tali autem Kiras lapide, ex Macaſſara ad me delato, nullæ apparebant venæ, excepta flava arcuata linea, quæ transverſalis erat.

AANMERKINGE.


Dit is de Garcinia *van de* Hortus Cliffort. pag. 183. *waar van* Linnæus *in zyn* Char. plant. no. 861. *de kentekens opgeeft, als mede* Garcin *in de* act. Paris. pag. 431. Tab. 1. *zo als mede by* Garzias *en* Cluſius *in zyn* exotic. pag. 233. *beſchreven werd, en genaamt Laurifolia van* Caſp. Bauh. *in zyn* Pinax p. 461. *en by* Ray *in zyn* Hiſtor. *der* plant. pag. 1692. *des zelfs Figuur komt mede by* Valent. *voor onder* no. 3. *en werd op* pag. 157. *Mangoſtan-boom genaamt. Hier toe behoort mede de Panitſyka Maram van de* Hortus Malab. *derde deel* Tab. 41. *die een-mede zoort hier van is, en voor dezelfde te houden met de volgende, welke, wyl die hier toe gebragt moet werden, wy uyt het auctuarium van* Rumphius *hier overnemen.*

Kiras-Boom of *Celebiſche Mangoſtan van* Rumphius *in zyn* Auctuarium *Cap. I.*

IN ons Kruyd-boek Lib. 1. Cap. 38. hebben wy vermaant, dat Kiras een zoort zy van Mangoſtan, ja voor een Macaſſaarſe of Celebiſe te houden zy; dog wy hebben hem aldaar zyne beſchryving niet konnen geven, die wy dierhalven nu hier ſtellen.

Het werd geen hoogen Boom, maar zet een cierlyken en breeden kruyn, daar aan men de takken en ryskens ordentlyk tegens malkander ziet ſtaan, als mede de bladeren twee en twee tegens malkander, dog niet in ryen, maar een weynig gedraayd, op korte dikke voetjens met vyf en zes paaren aan een rysken. De bladeren gelyken wel na Mangoſtaan, *maar verſchillen hier in, datze ſmalder en ſpitſer zyn, te weeten zeven en acht duymen lank, ruym drie vingers breed, agter en voren ſpits toelopende, voorts mede dik ende ſtyf, dog minder dan de Mangoſtan, met fyne evenwydige ribbetjes, die niet uytſteken, en men pas bekennen kan. Aan een jonge Boom zynze negen en een halve duym lank, drie en een halve en vier dito breed, agter en voren toegeſpitſt, zoo glad, dat men ſchier geen ribben bekennen kan, dewelke aan de* Mangoſtan *meer uytbuylen. De afgebroke bladeren behouden haar groente lang, en de ryskens zyn aan de eynden hoekig, en in de lengte geſtreept. Uyt den ſchoot der bladeren komen andere korte ſcheutkens met een a twee paar bladeren, en daar tuſſchen ſtaan altyt drie knopjes by malkander op witte ſteelen. De bloem gelykt een ſchoteltje, die van* Bintanjor *gelyk, dog kleender, in de grootte van een hollands dubbeltje, gemaakt van acht vuyl-witte en holle blaadjes, waar van de vier binnenſte en grootſte op vier kleine ruſten, zoet van reuk, dog onaangenaam van ſmaak. In de midden ſtaat een platagtige knop, aan de zyden bezet met vier andere knopen, grooter dan hy zelfs, en yder wederom behangen met kleine korrels als zand-korrels, van de zelve coleur, kleverig, gelyk het knopje in 't bloeyzel van de Pompelmoeſen, waar uyt de vrugt werd.*

De vrugt is kogelrond en even als de Mangoſtan, *dog zommige werden nog grooter, in de rypheid rood-verwig-geel als een rype granaat, agter mede op een vierbladig voetje ſtaande gelyk* Mangoſtan, *dog deszelfs blaadjes zyn kleinder. Boven of voor op heeftze geen ſterre gelyk de* Mangoſtan *maar een Kroontje, 't welk boven wat hol is en breeder dan by zynen oorſpronk, van binnen op dezelfde manier verdeelt, van 't zelfde vleeſch en ſmaak als de* Mangoſtan, *te weten in haar volle rypheid, want ze blyven lang zuur. Den Boom gequetſt zynde geeft een witte en kleverige melk, en hy bloeyt als hy maar een arm dik is, dog het eerſte bloeyzel valt hier vergeefs af, en in Amboina wil hy qualyk vrugten dragen, en die blyven meeſt zuur. Op Macaſſar kan men de takken van dezen Boom verplanten, dewelke beklyven en voortkomen. Het hout van de oude ſtammen in de form van dunne ſlypſteenen gekapt of gezaagt, en onder de aarde gelegt, verandert tot ſteen, 't welk aldus toegaat: Het hout van de oude ſtammen vergraaft men in een moeraſſige plaats, daar men 't kaf van gepelde of geſtampte ryſt met groote hopen heen ſtort, gelyk men doet in de groote ryſtvelden van* Marus, *benoorden Macaſſar gelegen, welk kaf metter tyd ten eenemaal in ſlyk verandert. Het hout omtrent drie jaaren daar onder begraven, verandert in de voornoemde ſteen, behoudende nog eenigzints de aderen en ſtreepen van 't hout. Dog in een Kiras-ſteen, my van Macaſſar toegebragt, dewelke zeer fyn en glad was, en waren geene aderen te zien, behalven een geele bogtige linie, die dwers daar door liep, weshalven ik giſte, dat het een*





Garcinia celebica. DC.

erat. Unde putabam lapidem ligni Cofassu esse, utraque enim hæc ligna vetustorum truncorum ac memorato sepulta modo in Macassara petrifiunt; Horum lapis Kiras est fuscus, quodammodo exhibens præcedentes ligni venas ac strias, quamvis etiam quædam occurrant, quæ ex fusco in viridem vergunt, prout solum forte id efficit ac operatur: lapis Cofassu ex cinereo fuscus est, nullis vel raris circinnatis venis, dum illud lignum nullas exhibeat: Utrique hi lapides usurpantur ad acuendum ferrum instar aliorum cotum, ferrum enim quidem minuunt, sed ipsi non inminuuntur, unde tantummodo adhibentur ad Krissen & Toranen (telorum genera) acuenda. An idem quoque jam obtineat in Mangostanæ ligno, dum Macassarenses has arbores eandem putent esse speciem, ignotum mihi est.

Nomen: Latine *Mangostana Celebica* sive *Silvestris*, in Java enim pro silvestri habetur Mangostana; Malaice *Mangostaan Utan*: In Macassara nomine *Kiras* indigitatur, uti quoque vera *Mangostana*, ubi inter duos hosce fructus nullum ponunt discrimen.

Locus: Plurimum hic fructus in Celebe occurrit circa Macassaram, unde in Amboinam translatus est, arbor autem est elegans & jucunda, floret quotannis, sed nullos hic fert fructus.

Usus: Fructus omnino maturus editur instar *Mangostanæ*, ejusque putamen eandem medicinalem possidet virtutem contra Dysenteriam, uti *Lib.* 1. in capite de *Mangostana* fuit dictum.

Alii has arbores distinguunt in marem ac feminam, quarum mas non nisi flores producit, quales forte sunt, quæ hic in Amboina occurrunt. Cum Kiras æque ac cum vera Mangostana magnam habet similitudinem *lignum corneum* seu *Hussur Lib.* 4. *Cap.* 27. descriptum, ita ut Hussur merito pro Amboinica silvestri Kiras vel Mangostana sit habenda: sic quoque hæc arbor distinguenda est ab altera Javanica arbore, *Mundo* dicta, cum qua quidam hanc confundunt. *Kiras* enim album exstillat lac, *Mundo* vero flavum & glutinosum ex fructibus & trunco emittit succum, quem Javani instar visci usurpant ad Krissen manubria firmanda. Forte una eademque est arbor cum *Panitsjica* Bram. Tembiri Portug. *Lymappel* Belgarum in *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 41. descripta, ubi narratur, ex glutinoso muco inmaturorum fructuum expresso ac sole exsiccato pellucidum ac durum viscum confici, quod iis in regionibus adhibetur ad libros compingendos, quod cum Kiras non convenit, nec ipsi tribui potest, sed quidem *Mundo*: Kiras arbores in Amboinam translatæ non tantum lente gerunt fructus, sed hi inmaturi decidunt, nec justam adquirunt magnitudinem.

een steen van Cofassu-hout moest zyn, want deze beyde houten uyt oude stammen genomen, en op de voornoemde manier begraven, veranderen op Macassar in steen, waarvan de Kiras-steen moet bruyn zyn, vertoonende nog eenigzints de voorige aderen en streepen van 't hout, hoewel men 'er ook vind, die van 't bruyne na 't groene trekken, na dat misschien de grondt is. De Cofassu-steen moet uyt een grauwen na 't bruyne trekken, met geene of weynige bogtige aderen, dewyl het zelve hout ook geene vertoont. Deze beyde steenen gebruykt men om scherp te maken gelyk andere slypsteenen, wantze neemen het yzer wel af, maar de steenen nemen zelfs niet af, daarom gebruykt menze alleen om Krissen en Toranen daar mede aan te zetten. Of nu het zelve ook aangaat met het hout van Mangostan, *dewyl de Macassaren deze beyde Boomen voor een geslagt houden, is my onbekend.*

Naam: *In 't Latyn* Mangostana Celebica sive Silvestris, *want op Java werd het voor een wilde Mangostaan gehouden, in 't Maleyts* Mangostaan Utan *genaamt. Op Macassar zynze bekend met den naam Kiras, gelykze de regte Mangostaan ook noemen, makende tusschen deze twee vrugten geen onderscheid.*

Plaats: *Men vind deze vrugt meest op Celebes omtrent Macassar, van waar het hier in Amboina gebragt is, werdende een schoon en cierlyk boompje, bloeyt jaarlyks, dog wil geene vrugten dragen.*

Gebruyk: *De vrugt geheel ryp zynde werd gegeten als Mangostaan, en hare schale heeft denzelfden Medicynalen gebruyk en kragt tegens den rooden-loop, gelyk Lib.* 1. *in 't Cap. van Mangostaan gezegt is.*

Andere verdeelen deze Boomen in Mannetjes en Wyfjes, waar van het Mannetje niet dan bloemen zal dragen, diergelyke misschien zyn, die wy hier in Amboina hebben. Zoo wel met de Kiras als de regte Mangostaan heeft groote gelykenisse het Lignum Corneum *of* Hussur Lib. 4. Cap. 27. *beschreven, zoo dat Hussur met regt voor een Amboins wild Kiras of Mangostaan te houden is. Soo is dezen Boom ook te onderscheyden van een ander Javaanschen Boom* Mundo *genaamt, waar mede hem zommige confunderen. Want den* Kiras *geeft een witte melk, en den* Mundo *een geel kleverig gom uyt zyne vrugten en stam, het welk de Javanen als lym gebruyken om de krissen in hare hegten vast te maken, zynde misschien een en dezelfde met* Panitsjica Bram. Tembiri Portug. *Fruita da Grude, Nederduyts* Lymappel *in* Hort. Malab. part. 3. Fig. 41. *beschreven, alwaar verhaalt wert dat men uyt den taayen slym uyt de onrype vrugten geperst en dan in de zon gedroogd een klaren en harden lym maakt, denwelken men in die landen gebruykt om boeken daar mede te binden, al het welk op den Kiras niet en past, maar wel op Mundo, de Kirasboomen in Amboina gebragt dragen niet alleen langzaam, gelyk gezegt, maar de meeste vrugten vallen onryp af, en gewinnen haare regte grootte niet.*

Garcinia tinctoria Rxb.

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Mangostanæ Celebicæ* seu *Kiras arboris.*
A. Ejus *florem.*
B. Ejus *fructum* denotat.

UYTLEGGING

Van de Vier- en Veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Kiras-Boom, *of de* Celebische Mangostan.
A. Wyst aan deszelfs bloem.
B. Deszelfs vrugt.

OBSERVATIO.

Kiras arbor a *Valent. pag.* 158. nomine Belgico *Kiras-Boom* describitur; quumque citata *Horti Malabarici* figura cum *Rumphii* icone proxime conveniat, varietates forte tantum habendæ sunt, diverso differentes solo & coelo.
Est autem vera itidem Garciniæ species.

AANMERKING.

De Kiras-Boom *werd by* Valent. *in de* beschryving van Ambon pag. 158. *vermeldt, welke zeer na met de gemelde figuur van de* Hortus Malabaricus *overeenkomt; zo dat ze slegts voor veranderingen te houden zyn door de verscheide grond en lugt van elkander verschillende.*
Dog deeze is mede een zoort van de Garcinia.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Anona. Manoa.

HUmilis hæc est arbor, vix tam alta ac Lemonipis-arbor, truncum gerens curvum, in duos tresve alios divisum; hujus rami sunt pauci, & admodum fragiles, ac ob gravitatem plurimum in terram inclinantes, instar illorum Ficus arboris: Folia in ramulis in binos ordines alternata locantur arcte juncta, ultra manum longa, duos ultra pollices lata, integra, ac fere æqualiter decurrentia, costis & rugis distincta; coloris obscuri, quodammodo glauci, semper sursum conniventia, paria autem ipsa deorsum sunt inflexa, quæ, si conterantur, peculiarem spirant odorem, ingratum tamen, contrita etiam sicca apparent: Flos componitur ex tribus angustis & crassis petalis, linguæformibus, triangularibus, crasso insidens capitulo, digiti articulum circiter longo, pallide virenti vel ex viridi flavo, instar Musæ fructus fere olens: Flores hi ex foliorum alis hinc inde solitarii proveniunt, postque hos subsequitur fructus, ex crasso lignosoque dependens pedunculo, qui ramuli partem refert, acutoque apice fructum ipsum intrat. Fructus autem ipse cor bovinum refert, duorum pugnorum vel paulo minoris magnitudinis, ac altissima basi ex petiolo dependet, cortex autem ejus exterior divisus est in aliquot protuberantes obliquas, ac transversales cancellas, quæ circa & prope pedunculum parum oblongæ sunt; ab una parte plerumque fissuram quoque habet, sed non admodum profundam; quidam etiam fructus non veri cordiformes sunt, sed vel rotundi, vel irregulares. Exterior hic cortex seu pellicula est sicca & fragilis, & carni internæ nexa, caro vero alba est & mollis, nec multum succosa, fere instar Casei, vel talis placentæ, quam Hispani *Mangjar blanco* vocant. Circa fructus pedunculum, qui ad finem illum non perforat, in ipsa carne locantur longa nigricantia officula, Melopeponis semina referentia, quæ facillime a fructu, si comedatur, separanda sunt: Fructus color primum est pallide virens, dein rubescens ac denuo obscurus, sed semper talis, ut sub obscuro hoc colore aliqua rubedo appareat, uti in maturis malis granatis: Sapor quodammodo est fatue dulcis, sed tamen satis gratus, fere instar tostæ Cydoniæ, ac cito homines satians, ita ut quis non ultra ordinarium unum fructum una comedere possit vice, non possunt decorticari, quum cortex nimis sit fragilis, ac interior caro in partes separetur, unde in duas tresve confringuntur partes, quod manibus facile peragi potest, tumque caro exsugitur vel a cortice seu pellicula lingua separatur: Officula nigra vulgo exspuuntur, sed sæpe quædam etiam deglutiuntur: Arbor hæc molle ac inutile gerit lignum, nec senescit, ac facile a ventis disjicitur: In initio pluviosorum mensium juniora emittit folia, sed non cuncta simul, quum etiam floret, fructus maturos Augusto producens: Tales sæpe etiam inveniuntur fructus mensibus Aprili & Majo, quum non certum observet tempus, hinc inde unus tantum in arbore quoque apparet fructus, quum pigre & tarde suos gerat fructus.

Nomen: Latine *Anona*: Apud Malaicenses nullum obtinuit nomen, quidam vero illam nominant *Manoa* & *Menoa*, & Ternatenses quoque *Menoa* ac *Siricaynona*, dicta a *Siricaya*, quæ certæ sunt deliciæ ex ovis & lactis cremore confectæ, quales placentas ovarias vocamus: Amboinice *Nonas*. In Banda *Menona*: Macassara *Sara Brassa*, nostratesque Belgæ aliquando hos nominant fructus *Sineese Peeren*, quum, uti dicitur, a Sinensibus primum in hasce delati fuissent terras, vel potius, quod a Sinensibus hujus regionis incolis plurimum propagantur.

Locus: Dubium hactenus est, an hæc sit indigena Indiæ arbor nec ne, Annonæ saltem Nomen est Indiæ Occidentalis ortus, ubi hic fructus copiose ac diversis in locis reperitur, atque inter Hispanos, qui in Hispaniola & Mexico habitant, idem gerit nomen; in Brasilia frequenter quoque occurrit, vocaturque ibi *Articu*, quamvis *Articu* descriptio *Jani de Laat* in *Indiæ Occident. descript. Lib.* 14. *Cap.* 22. & *Ano-*

XXXIX. HOOFDSTUK.

Anona-Boom.

DIt is een laage boom, en qualyk zoo hoog, als een Lemonipis-boom, hebbende een kromme stam, en die zig dan nog in twee of drie andere verdeelt, de takken zyn weynig, midsgaders zeer bros, en wegens hare swaarte, meest na de aarde hangende, gelyk die van den Vyge-boom: de bladeren staan aan de takjes in twee ryen overbands tegen malkander, en ook digt aan malkanderen, zynde omtrent een hand of wat meer lank, ruym twee duymen breet, aan de zyde essen, en bykans gelyk loopende, voorts geribt, en wat rimpelig: van Coleur donker, en wat na het Zee-groen trekkende, altyt een weynig na boven te zamen luykende, maar de ryen zelfs zyn nederwaarts geboogen, zy hebben, als menze wryft, eenen byzonderen reuk, dog die niet lieffelyk en is, ook zynze in 't vryven wat droog: de bloeme is gemaakt van drie smalle en dikke blaadjes, als drie tongetjes in een triangel, staande op een dik knopje, omtrent een lid van een vinger lang, bleek-groen of groen-geel, en riekende byna als Pisang; deze bloempjes staan hier en daar uyt den schoot der bladeren enkelt, en na het bloeyzel volgt de vrugt, hangende aan een dikke en houtagtige steel, die mede wel na een stuk van den tak gelykt, en met een spitze kegel diep in de vrugt gaat: de vrugt zelfs gelykt wel na een ossen-hert, zynde omtrent twee vuysten of wel wat minder groot; met het breetste eynde hangtze aan de steel, en de schorsse van buyten is verdeelt in eenige uytpuylende, schuyns en over dwers lopende ruyten, dewelke rondom en naast by den steel wat lankwerpig zyn; aan de eene zyde heeftze gemeenelyk ook een kloove, dog niet zeer diep, ook zyn zommige niet regt hert-formig, maar of rondt of wat ongeschikt: de schel, zynde droog en bros, is aan het vleesch vast, en het vleesch is wit en week, dog niet zeer vogtig, en bykans als potkaas, of die zoorte van vlaaden, dewelke de Spanjaarden Mangjar Blanco *noemen; rondom de middelste steel of kegel (die niet tot aan het eynde gaat) liggen in het zelve vleesch veele lange swartagtige korrels, wel wat na de Pompoen-zaaden gelykende, en die men in 't eeten zeer ligt van 't vleesch kan afzonderen; de coleur van de vrugt is in 't eerst bleek-groen, daar na rootagtig, en ten laatsten rook-verwig, nogtans zoodanig, dat men altyt onder de donkere coleur kan zien eenige roodigheid, gelyk aan de rype granaten: de smaak is eenigzints mal-zoet, dog egter redelyk aangenaam, en bykans als gebradene queen, ook haastig verzadende, zoo dat een man niet boven een ordinaire vrugt op een maal eeten kan, men kanze niet schellen, om dat de schel te bros is, en het binnenste van malkander vallen zoude, dies menze in twee a drie stukken breekt, 't welk ook met de handen ligt geschieden kan, en dan licht, of zuygt men het vleesch van de schille af: de zwarte korrels uytspouwende, dog waar van men egter zomtyts nog al eenige inslokt: dezen boom heeft een week ondeugent hout, werd niet zeer out, en ook ligt van de winden omgewaait: In 't begin van de regen-Mousson krygt hy zyne jonge bladeren, dog niet alle te gelyk, en als wanneer hy ook bloeyt, midsgaders in Augusto zyne rype vrugten geeft; dog zomtyts vind men ook wel zoodanige vrugten in April, en May, om dat hy zoo geen vasten tyd en hout, en men ziet 'er hier en daar maar een aan den boom hangen, want hy draagt weynig, en dat nog al vry langzaam.*

Naam: *In 't Latyn* Anona, *by de Maleyers heeftze geen naam, dog zommige noemenze* Manoa, *en* Menoa, *de Ternataanen ook* Menoa, *en* Siricaynona, *voortkomende van* Siricaya, *'t welk een lekkerny is van room en eyeren gemaakt, diergelyke wy eyer-vladen noemen, op Amboins* Nonas: *Bandaas* Menona: *Macassers* Sara Brassa, *en onze Duitschen noemenze zomtyds* Sineese Peeren, *om datze, zoo men zegt, door de Sineesen eerst in deze Landen overgebragt zouden zyn, of wel eer, om datze van de Sineese Inwooners dezer Landen veel voort-geplant werden.*

Plaats: *Tot nog toe is het in twyffel, of dit een Inlandschen boom van Oost-Indien zy of niet; immers den naam van* Annona *komt waarschynelyk uyt West-Indien, alwaar deze vrugt veel en op verscheide plaatsen gevonden werd, en onder de Spanjaards, die in Hispaniola en Mexico woonen, ook dien naam draagt; in Brazil vind menze ook overvloedig, en werden aldaar* Articu *genaamt, hoewel de beschryving van de* Articu, *by* Jan de Laat *in zyn West-Indien,*

& *Anonæ* descriptio *Euseb. Nierenb.* in *Histor. naturæ. Lib.* 15. *Cap.* 73. ac illa *Anon* apud *Oviedum Lib.* 8. *Cap.* 18. a nostræ hujus Orientalis Anonæ descriptione multum discrepat, sed quod diverso regionum cælo & solo est adscribendum, si de cætero auctores hac de re accurati satis fuerint, quod dubito, *Christoph*: enim *Acosta*, qui talibus in rebus majorem meretur fidem, in *Histor. sua natur. Lib.* 4. *Cap.* 25. talem describit *Anonam*, qualis cum nostra multo melius convenit, ubi quoque omnes tales irridet (ac præsertim Hispanos in Occidentali India habitantes), qui horum fructuum medullas tantis in deliciis habent, ut has reliquis præferant fructibus Hispaniæ, hincque illas nominant *Mangjar Blanco*: ibi quoque scribit *Anonam Guanabanamque* unum eundemque esse fructum, & in media regione ibi crescere. Ita ut fieri potuisset, fructum hunc ex nova Hispania primo in Manilhas esse translatum, ac inde forte per Sinenses vel Hispanos in Moluccas, ac alias Indiæ regiones: Cui vero rei quisquam opponere posset, descriptionis discrimen Occidentalis *Anonæ* ac nostræ *Manoæ* nimium esse, ac proinde necessario duos diversos esse fructus, *Manoam* itaque pro indigeno habendam esse fructu: Cui sententiæ non multum opponemus, ac solummodo dicemus, in Moluccis, iisque potissimum reperiri in locis, quos Hispani & Lusitani inhabitaverunt, quamvis a quibusdam indigenûm ipsis fuerit nomen inpositum. Fructus *Guanabani* a *Scalig. exerc.* 181. *Oviedo* & *Thevetto* descripti, a *Manoa* nostra plus differunt, quos itaque pro diversis quoque habemus fructibus.

Usus: Fructus hi raro in arbore ad maturitatem relinquuntur, quum vespertiliones aliaque nocturna animalia illud non permittant, sed si ex rubro fusci vel nigricantes incipiant esse, toto cum pedunculo carpuntur, atque aliquot per dies cruda condiuntur sub Oryza, sub qua optimi servantur, & maturescunt. Sunt temperatæ naturæ, sed parum adstringentes & obstipantes, ac solummodo crudi eduntur, frictioni enim vel coctioni minus utiles sunt, in omnibus quoque vesci illis licet morbis, quamvis ob siccam eorum naturam delicato stomacho non admodum sunt grati, atque optime illis inserviunt, qui Diarrhæa vel Dysenteria laborant, præsertim si parum sub cineribus tosti fuerint, quamvis tum magis ingrati sint: Fructus hi peculiarem habent morbum vel defectum, quod nempe interne sub pellicula in carne siccos quosdam habeant callosos nodos, ex crassa quasi farina concretos, quod plerumque tamen obtinet iis in arboribus, quæ gracili ac sabuloso crescunt solo. Propagantur per officula, quæ facillime quoque propullulant, sed transplantationem amant; Dicitur ancilla quædam in Batavia horum officulorum certam quantitatem, quæ melopeponum semina esse putabat, quæque in India cruda eduntur, minute manducavisse & deglutivisse, brevique post adeo demens & vertiginosa fuisse facta, acsi Opium edidisset, quotidie tamen experiuntur illi, qui integra hæc cum carne deglutiunt officula, nullum inde damnum pati. Ut arbor hæc sit frugifera, ac amplam gerat comam, circa truncum pinguis deponenda est terra, quum eleganter extenditur, ac tantam præbet umbram, ut commode sub ea federe possimus, hincque a Sinensibus tam in sua regione, quam in Tunkin, ac hisce in regionibus ante suas ædes & arva plantatur, quam autem hunc in finem adhibent, diversa videtur esse species, eleganter enim quidem extenditur, multosque gerit flores, sed raros vel nullos producit fructus, hincque a quibusdam hujus generis mas habetur: Cum nostra quoque *Anona* similitudinem quandam habere videtur (quo ad nempe crescendi modum foliorumque formam) Chinensis quidam fructus, qui in Zephyreis Chinæ partibus & in Tunkin crescit, ac nominatur *Khi*, arbor autem hæc multo procerior est, & copiosiores gerit ramos, unde multum in areis circa ædes plantatur, ut solis radiis ac æstui gratam præbeat umbram, hujusque fructus est copiosus & abundans, sed e contra multo minor quam *Anona*, qui porro est rotun-

Indien, Lib. 14. Cap. 22. *gelyk mede van de* Anona, Euseb. Nierenb. *in zyn* Historia natur. Lib. 15. Cap. 73. *als mede die van de* Anon; *by* Oviedus, Lib. 8. Cap. 18. *van deze onze Oostindische beschryving al vry wat is verschillende, dog 't welk men de verscheidenheid der Landen moet toeschryven, zoo anders de autheuren daar omtrent maar naauwkeurig genoeg zyn geweest: en waar aan ik al wat moet twyffelen, want* Christophorus a Costa, *die in zoodanige dingen vry wat meer geloof verdient, beschryft in zyn* Histor. natur, Lib. 4. Cap. 25. *een zoodanigen* Anona, *die met de onze al vry wat nader overeenkomt, en daar hy ook wat uytlagt alle die gene (en wel bezonderlyk de Spaansche creatuuren in West-Indien gebooren) dewelke zulken lekkernye van het merg dezer vrugten maaken, datze dezelve agten of stellen boven alle de vruchten van Spangien, en daarom ook dezelve noemen* Mangjar Blanco: *ook zoo schryft hy aldaar dat* Anona *en* Guanabana *een en dezelfde vrugt is, en datze op het vaste land wast; zoo dat het wel zoude konnen wesen, dat deze vrugt uyt nieuw Spangien eerst in de Manilhas was overgebragt, en van daar, misschien door de Sineezen, of Spanjaarden, in de Moluccos, en op andere plaatsen van Oost-Indien: dog waar en tegen ymand zoude mogen inbrengen, dat het verschil in de beschryving van de West-Indische* Anona, *en onze* Manoa *te groot zy, en dien volgende nootzaakelyk medebrengt, dat het bezondere vrugten moeten zyn, ende dierhalven de* Manoa *moet gebouden worden voor een Inlandsche vrugt: en tegens welke meyning wy ons ook niet zeer hart zullen aankanten, maar alleenlyk zeggen, datze in de Moluccos, en op plaatzen daar de Spanjaarden en Portugeesen gewoont hebben, wel het meeste wassen, hoewelze by zommige een Inlantze naam hebben bekomen; de vrugten* Guanabanus, *die* Scal. Exerc. 181. Oviedus, *en* Thevet: *hebben beschreven, verschillen nog meer van onze* Manoa, *en dewelke wy dierhalven ook voor een verscheiden of byzondere vrugt moeten houden.*

Gebruyk: *Deze vrugten laat men zelden aan de boom gebeel ryp werden, om dat zulks de vleermuyzen, en andere nagt-dieven niet willen toestaan, maar alsze beginnen uit den rooden bruyn of swartagtig te worden, zoo neemt menze met den gebeelen steel af, en begraaftze eenige dagen in rauwe ryst, alwaarze beter zyn bewaart: en ook volkomen ryp werden: zy zyn getempert van aart, dog een weinig stoppende, en werden alleenlyk raauw gegeten, want tot het stoven en kooken deugenze gansch niet; men magze ook in allerbande ziektens wel nuttigen, hoewelze wegens haren droogen aart voor een vieze maage niet zeer aangenaam zyn; dienende best de genen, die een buyk-of roode-loop hebben, en inzonderheit als menze een weinig in de assche komt te braaden, hoewelze als dan nog viezer werden: de vrugten hebben een byzondere ziekte of gebrek, te weten, datze van binnen aan de schel en in het merg eenige drooge knobbelen krygen, als van grof meel te zamen gebakken, dog 't welk men meest ziet aan boomen, die op een magere en zandige grond staan: men plantze voort van de korrels, dewelke ook zeer ligt voortkomen, men zegt, dat een zekere dienstmeyd op Batavia, een party van deze korrels, dieze voor zaaden van water-Meloenen aanzag, (en die men in Indien uit de band eet) klein gekaauwt en ingeswolgen hebbende, daar van zoo gek en duyzelig wierde, als of zy Amphioen gegeeten badde, dog men ziet evenwel nog dagelyks, dat die gene, die de heele korrels met het merg inswelgen, daar van geen letzel hebben: Om dezen boom vrugtbaar, en met een breede kruin te maaken, zoo moet men een voet of krans van goede aarde rondom den stam leggen, als wanneer hy zig fraai uitbreid, en zoo veel schaduwe geeft, dat men daar bequamelyk onder zitten kan; en daarom werd hy door de Sineesen, zoo wel die in haar eigen land, als mede in Tunkin, midsgaders op deze Eylanden woonen, voor haar huyzen en erven geplant, dog de gene, dieze daar toe nemen, schynt wel een byzonder slag te zyn, want hy breid zig wel mooy uit, en geeft veele bloemen, maar draagt weinig of gene vrugten, en daarom werd hy van zommige ook gehouden voor het mannetje van dit geslagt: ook schynt met deze onze Anona eenige gelykenis te hebben, (te weten zoo veel aangaat de maniere van wasdom en gedaante der bladeren) zekere Sineese vrugt, die in de zuyder deelen van China als mede in Tunkin groeit, en genaamt word* Khi, *dog den boom in zig zelven is veel hooger, en ook ryker van takken, en werd daarom veel op de erven en by de huyzen geplant, om daar van voor de hitte schaduwe te hebben; en de daar aan wassende vrugt is wel veel en over-*

Anona Sariffa Rxb.

tundus & glaber instar *Limonis nipis*, externe ignei rubentis coloris, interne flavi seu lutei, quatuor quinqueve tenuibus ac planis gaudens officulis,quæ sunt magnitudinis circiter seminum Melopeponum, sed lignei coloris, ac parum rugosa: Fructus hos Sinenses norunt planos comprimere, instar Ficuum Hispanicorum, unde a nostratibus Ficus Sinenses dicuntur, videnturque quasi saccharo consperſi, quique inde multum in alias transferuntur regiones, atque tragematibus inserviunt. Quædam etiam harum arborum in Batavia sunt cultæ, sed ibi non læte germinant, vel fructus videntur producturæ: *Guil. Piso Lib.* 4. *Cap.* 17. *Hist. Brasil.* aliique Indiæ Occidentalis scriptores fructum hunc vocant *Araticu*, cum nostra *Manoa* plurimum convenientem, excepto quod flores plurima gerant petala, fructusque carnem gerat internam luteam.

overvloedig, maar daar en tegen weder veel kleinder als de Anona, *voorts regt ront en effen, gelyk een* Lemon-nipis, *van buiten vuur-root, en van binnen een geel vleesch hebbende, met vier en vyf dunne platte korrels, omtrent zoo groot als de zaaden van water-Meloenen, dog houtverwig van coleur, en een weinig rimpelig, deze vrugten weten de Sineesen plat te drukken, gelyk de Spaansche vygen, en daarom werdenze by de onze ook Sineese vygen genaamt; en zy vertoonen haar dan ook als ofze met zuiker bestrooit waren; werdende veel van daar in andere Landen vervoert, en tot bankquet-werk gebruikt: ook heeft men eenige van deze boomen op Batavia aangeplant, dog schynen aldaar niet wel te aarden, nog vrugten voort te zullen brengen:* Guil. Piso Lib. 4. Cap. 17. Hist. Brasil: *en andere Schryvers van West-Indien, noemen deze vrugt* Araticu, *meest met onze* Manoa *overeen komende, behalven dat het bloeizel meer blaatjes heeft, en de vrugt van binnen een geel vleesch.*

In *Rumphii* appendice hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 29, 30, 31. Binæ *Anonæ* describuntur species eodem fere nomine, quæque ibidem sunt exoticæ, prima nempe nostra vulgaris *Anona Fig.* 30 & 31. subsequens autem crispa *Fig.* 29. nomine *Atamaram*.

In de Appendix van Rumphius *werd dit 'er bygevoegt.*

In het derde deel van de Hortus Malabar. Tab. 29, 30 en 31. *werden mede twee zoorten van* Anona *beschreven, schier met de zelfde naam, en aldaar voor uytlandsche boomen gehouden; te weten de eerste of gemeene* Anona *in de* Figuur 30 *en* 31. *en de volgende* Anona crispa *in* Figuur 29. *met de naam van* Atamaram.

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Quintæ.

Quæ exhibet Ramum *Anonæ angustifoliæ fructu cancellato maximo.*
A. *Fructum cancellatum* justa denotat magnitudine.
B. *Ossicula* ejus *seminalia.*

UYTLEGGING

Van de Vyf- en Veertigste Plaat.

Dewelke vertoont een Tak van de Anona-Boom *met naauwe bladen, en groote geruite vrugten.*
A. Wyst aan een geruite vrugt in zyn grootte.
B. Deszelfs zaat-korrels.

OBSERVATIO.

Binæ in *H. Malab. Anonæ* species elegantissime delineatæ sunt, quæ tamen a Rumphianis figuris quodammodo diversæ sunt, & *Anona* hujus *Cap.* 39. est *Anona Maram Hort. Malab. Anona* tuberosa *subsequentis Cap.* est Atamaram, uti ex *Rumphii* additione quoque constat. De his autem porro vide *Ray Hist. pl. pag.* 1650. huicque in *Ray tom.* 3. *dendr.* additur *Anona* maxima foliis oblongis angustis, fructu maximo, luteo, conoide, cortice glabro, in areolas distincto. *Sloan. Cat. pl. Jamaic. pag.* 209. quæ est Anon Oviedi apud *Clus. Parkins.* & *J. B.* &c. huc & spectat *Anona* Indica angustifolia, fructu cœruleo, cortice squamato glabro *Plukn. Phyt. Tab.* 134. *Fig.* 4. *Anona-boom Valent. descript. Amboinæ pag.* 164.

AANMERKING.

De twee zoorten van de Anonaas zyn zeer fraai in de Hort. Malabaricus verbeeldt, dog verschillen nog al wat van de figuren van Rumphius, en de Anona *van dit* 39. *Capitt. zoude zyn de* Anona Maram, *de* Anona *tuberosa van het volgende Hoofdstuk de* Atamaram, *zo als dit uit het byvoegzel van* Rumphius *blykt. Dog over deze zie verders* Ray in zyn Histor. der planten. pag. 1650. *en by deze werd in de Appendix van het derde deel bygevoegt de Anona maxima foliis oblongis angustis, fructu maximo, luteo conoide,cortice glabro,in areolas distincto van* Sloan in de Catal. van de Jamaic. gewassen pag. 204. *welke is de Anon van* Oviedus *by* Clusius, Parkinson, *en* Joh. Bauhinus &c. *hier toe behoort mede de* Anona *Indica angustifolia, fructu cœruleo, cortice squamato, glabro van Plukn.* Phytogr. Tab. 134. Fig. 4. *Anona-boom werdze by* Valent. *in de* beschryving *van Ambon* pag. 164. *genaamt.*

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Anona Tuberosa. Manoa Papuwa: Atis.

Altera *Manoæ* species nuper ex Ternata in Amboinam est translata, cujus arbor paulo minor est vulgari, nec in Amboina frutice altior excrescit, paucissimis ramis: Folia cæterum, flores, & crescendi modus cum præcedenti conveniunt, sed in omnibus paulo minor est:Folia itidem sunt pallide magis viridia & molliora, peculiarem quoque, si tractentur, spirant odorem, sed non adeo fortem ac vulgaris: Flores cum prioris conveniunt, sed minores sunt: Fructus eodem modo ex crasso & curto dependet petiolo, cordiformis vel instar inversi pyri: Minor est antecedente *Manoa*, exteriorque pellicula componitur ex simplicibus tuberculis, seu magnis verrucis, quæ regulari ordine locatæ sunt, cancellatæ, sed prope petiolum sunt magis oblongæ, ac circa illum elegantem formant coronam: Verrucæ hæ non firmiter sibi invicem junguntur, quæ si maturæ sint, facile separari & seorsim auferri possunt. Fructus color primo est glaucus, dein instar Psittaci viridis, sed semper cinereo quasi pulvere conspersus, huncque servat colorem usque in summam maturitatem: Medulla ejus multo succosior ac delicatior est vulgaris, sapit enim spiratque aquam Rosarum: Hujus semi-

XL. HOOFDSTUK.


De geknobbelde Anona-Vrugt.

Het tweede geslagt van de *Manoa is onlangs uit Ternaten tot ons in Amboina overgebragt; zynde de boom wat kleinder dan de gemeene, en hy groeit in Amboina niet hooger als een struyk, met weinige takken; zyn bladeren, bloemen, en manier van wasdom zyn de voorgaande gelyk, dog in alles een hairtje kleinder: de bladeren zyn ook wat ligt-groender, en zagter in 't aantasten, zy hebben ook een byzondere reuk, als menze handelt, dog zoo sterk niet als de gemeene, 't bloeizel is mede gelyk als 't voorige, dog wat kleynder: de vrugt wast ook op dezelfde manier aan een dikke en korte steel, mede geformeert als een hert, of omgekeerde peer: zy is wat kleinder dan de voorige* Manoa, *en haar buitenste schel bestaat uit enkele knobbels of groote wratten, die evenwel ordentlyk geschikt staan, te weten ruytsgewys, dog naby den steel zynze wat langwerpig, en maaken daar rondom een cierlyke krans of krage, deze knobbelen hangen ook niet vast aan een, maar alsze ryp zyn, kan menze ligt van malkanderen afnemen: de coleur van de vrugt is in 't eerst regt Spaans-groen, daar na papegaay-groen, dog altyt met eenig grys stof, als meel bestrooit, en deze coleur houtze tot in haar laatste rypheid toe: het binnenste merg is veel zappiger en smakelyker, als dat van de gemeene, want het riekt en smaakt in*



Anona mucosa. Jacqu.







Anona squamosa. L.

femina quoque sunt nigra instar præcedentis, sed paulo minora, rotundiora, & magis fusca: Inmaturi avulsi fructus nigrescunt, siccatique diu servari possunt, uti sæpe fit ob raram illorum formam: Fructus cito maturescit, atque e pedunculo decidit, ita ut medius stilus solummodo in ramo remaneat, ac fructus in terram decidens frangatur, quum tubercula, uti dictum est, non firmiter sibi invicem sint nexa, unde, si fere sint maturi, pilosa Sagueri arboris textura obvolvendi sunt tali modo, ut cadere nequeant.

Nomen: Latine *Anona tuberosa sive crispa*, juxta Malaicense *Manoapa Puwa*, omne enim quod crispum vel tuberosum est, a Malaicensibus vocatur Papua, a circinnatis crinibus Papouensis populi, cæterum quoque nominatur a Ternatensibus *Atis* & *Boa-Ati*, quod forte debet esse *Boa-Hati* h. e. fructus cordis a forma, & a Javanis *Sirikaya*.

Locus: In Amboina fructus hic antea fuit ignotus: ac nostro tantum innotuit tempore per transportationem ex Ternata. Ubi quoque non indigenus habetur fructus, sed putatur ex Batavia ibi fuisse translatus, quique hodie in Moluccis satis est multiplicatus, ubi arbor quoque fertilis est, sed in Amboina pigra est, & tarde provenit, ita ut hæc arbor quinto demum anno fructus producat, paucos hic gerit ramos, nec magnam, ubi etiam crescit, adtingit senectutem, aliique cito dat locum arbori.

Usus: Hic fructus non nisi crudus usui inservit, multo enim dulcior, succosior, & gratior est vulgari *Manoa*, vixque satiari quisquam eo potest, sique Americana Anona talem quoque haberet saporem, tum Hispani Criolhos, qui illam delicatissimam putant, juste censerent, dumque cito, uti dictum fuit, maturescunt, non diu quoque conservari possunt, quin decidentes frangantur; egregium præbet spectaculum seu conspectum, si aliis cum fructibus mensæ inponatur, quum læte viridem, licet sit maturus fructus, retineat colorem, atque aliis inmixtus fructibus ranam quodammodo refert, sique hæ amputentur arbusculæ, atque a perennibus denudentur ramulis instar vitis, fertiliores sunt, sæpiusque depurandæ sunt, quia assidue ab ardentibus & rubentibus formicis infestantur.

in 't gebeel na roose-water: de zaaden zyn mede swart als die van de voorgaande, dog een weinig kleinder, ronder, en bruinder: de gebeel onrype vrugten afgeplukt, werden swart, en men kanze opgedroogt lange bewaren, gelyk wel gedaan word wegens hare zeltzame gedaante: de vrugt word schielyk ryp, en valt dan van hare steel af, zoo dat de middelste kegel daar maar alleen blyft hangen, en de vrugt, op de aarde vallende, breekt aan stukken, om dat de knobbelen, als gezegt, niet vast aan malkander zitten, en daarom, alsze ten naasten by ryp zyn, moet menze met eenig hayrig gewasch van den Sagueers-boom zodanig bewinden, datze niet konnen afvallen.

Naam: *Latyn* Anona tuberosa, sive crispa, *na het Maleitse* Manoapa Puwa, *want al wat gekrult of knobbelig is, dat werd by de Maleyers de naam gegeven van Papua, en dat na de gekrulde hairen der Papouse volkeren, anders werdze ook genaamt, in 't Ternataans* Atis, *en* Boa-Ati, *'t welk misschien behoorde te zyn* Boa-Hati, *dat is hert-vrugt, na hare gedaante, en in 't Javaans* Sirikaya.

Plaats: *In Amboina is deze vrugt voor dezen onbekent geweest, en by onzen tyd eerst bekent geworden door overbrenging uit Ternaten: dog alwaar menze ook voor geen Inlandse vrugten houd, maar meent, datze van Batavia na derwaarts is overgebragt, zynde hedendaags in de Molukse Eylanden al redelyk vermenigvuldigt, en ook vrugtbaar, maar in Amboina komtze vry wat traag voort, zoo dat de boom eerst in 't vyfde jaar vrugten gegeven heeft, by krygt alhier ook weynig takken, en komt, waar hy ook groeit, tot geen hoogen ouderdom: maakende haast weder plaats voor een ander.*

Gebruik: *Deze vrugt dient maar alleen, om raauw te eeten, wantze is veel zoeter, zappiger, en aangenamer, dan de gemeene* Manoa, *en men kan zig qualyk moede daar aan eeten; en by aldien de* Amerikaanse Anona *mede van zodanige smaak is, dan zouden de Spaansche* Criolhos *(dezelve voor de lekkerste vrugt houdende) al wat gelyk konnen hebben, en dewylze, als gezegt, schielyk ryp worden, zoo kan menze ook niet lange bewaren, of zy vallen aan stukken van malkander: zy geeft een fraay spectakel of gezigt, wanneer menze onder andere vrugten op tafel zet, om datze hun ligt-groene coleur ook in hare volle rypheid komt te behouden, en onder andere vrugten gelegt, wel wat na een kikvors gelykt; en als men deze boompjens zomtyts wat besnoeit, en van hare oude of jarige scheutjes berooft, gelyk een wyngaart, zoo dragen zy des te beter, en men moet haar ook gedurig afvegen en zuyveren, om datze gemeenelyk met roode en brandende mieren bezet zyn.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Sextæ,

Quæ ramum exhibet *Anonæ tuberosæ*, ubi Litt.
A. *Florem.*
B. *Fructum dissectum.*
C. *Officulum* seminale denotat.

UYTLEGGING

Van de Ses- en Veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de geknobbelde Anona *vrugt.*
Alwaar Lett. A. de Bloem.
B. De opgesnede *Vrugt.*
En C. het Zaatkern *verbeeldt.*

OBSERVATIO.

Hæc est Ata-Maram *H. Malab. part. 3. Tab.* 29. uti ex superioribus constat, cui in *Ray. hist. pl tom.* 3. *p.* 77. *dendr.* jungitur Anona foliis odoratis, minoribus, fructu conoide, squamoso, parvo, dulci *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 205. & Anona Indica pomo viridi *Herm. Cat. H. L. Bat.* Item Anona Indica pomo viridi *Par. Bat. Pr. p.* 312. Ut & Anona Indica fructu conoide viridi, cortice squamis, veluti aculeato, nucleis nigricantibus parvis. *Plukn. Phyt. Tab.* 135. *Fig.* 2. &c. a *Ray.* in *hist. pl. p* 1650. dicitur Pomifera Indica fructu conoide, squamoso, viridi: vide & *Casp. Commel. Fl. Malab. pag.* 5. qui meliora hujus arboris exhibet synonyma, quam quæ in *Ray dendr.* inveniuntur, quæque rectius conveniunt illi speciei, quæ Anona Indica pomo violaceo ab *Herman.* in *Par. Bat. pr.* vocatur. Hæc porro ab *Herman.* in *Mus. Zeyl. pag* 62. vocatur Anona fructu virescente cujus synonyma aliasque species vide in *Thes. nostro Zeyl. pag.* 21. Tuberosa Anona a *Valent. pag.* 165. dicitur. Cum Magnoliæ genere a *Plumierio* in *nov. pl. gener. p.* 38. *proposito* hoc genus quam maxime convenit, quod & observavit *Linnæus* in *H. Cliff. pag.* 222. ubi & aliæ hujus generis species enumerantur.

AANMERKINGE.

Dit is de *Ata-Maram* van de *Hortus Malabar.* in het derde deel *Tab.* 29. beschreven en verbeeldt, zo als zulks uyt het boven vermelde blykt; met welke by *Ray in zyn histor pl. tom.* 3. *p.* 77. *dendrol.* gevoegt wert de *Anona foliis odoratis minoribus, fructu conoide, squamoso, parvo, dulci*, van *Sloan* in zyn *Catal. van de Jamaice gewassen* op *pag.* 205. vermeldt, en de *Anona Indica pomo viridi* van *Herm.* in de *Catal.* van de *Leidsche Tuyn*, en van de *Par. Bat. pr. p.* 312. alsmede de *Anona Indica fructu conoide viridi, cortice squamis veluti aculeato, nucleis nigricantibus parvis*, van *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab.* 135. *Fig.* 2. &c. Van *Ray* in zyn *histor. pl. p.* 1605 wert ze genaamt *Pomifera Indica fructu conoide, squamoso, viridi.* Zie verders de *Flora Malabarica* van *Casp. Commel. p.* 5 die beetere benamingen van deeze boom opgeeft, als die in de *dendrol.* van *Ray* gevonden werden, en die meer overeenkomen met die zoort, die de *Anona Indica pomo violaceo* van *Herman* in zyn *Par. Bat. pr.* genaamt wert. Deze wert verders *Anona met groene vrugt* genaamt van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 62. welkers benamingen en andere zoorten hier van, zie in onze *Thes. Zeyl. pag.* 21. Geknobbelde-Anona wert deze verders genaamt van *Valent. pag.* 165. Met het geslagt van de *Magnolia* van *Plumier* in zyn *nov. pl. gen. pag.* 38. voorgestelt, heeft dit geslagt groote gemeenschap, zo als dit ook aangemerkt heeft *Linnæus* in de *Hortus Cliffort. pag.* 222. alwaar ook nog andere zoorten van dit geslagt opgetelt werden.

CAPUT QUADRAGES. PRIMUM.

Cujavus Domestica. Cuiava.

CUjavum est fructus, qui in duo genera, in domesticum nempe & silvestrem dividi potest, cujusque domesticam hoc in capite primum describemus speciem. Arbor duobus tribusve plerumque sese erigit truncis, qui non erecti, sed obliqui & incurvi siti sunt: Immo licet unum tantum gerat truncum ad hominis altitudinem, oblique tamen positus est: Paucos gerit longos ac flexiles ramos, qui folia brevissimis gerunt e petiolis dependentia, non semper duo opposita, sed inordinata, & obliquam fere formantia crucem, vulgaris sunt formæ, obtuso apice, quæ multas gerunt costas transversales, parallelas fere, ac inferius quam maxime protuberantes, unde cuncta folia rugosa seu plicata apparent, horum color est pallide & ingrate viridis, subtus cinereus, sunt porro firma ac facile dissilientia, si manibus conterantur, gravemque spirantia odorem instar foeni: Flores ex foliorum alis proveniunt, brevissimis ac crassis petiolis insidentes, aliquando simplices, aliquando bini ternive simul, quisque tamen proprio in petiolo, instar florum mali, sed paulo sunt majores, ac ex quinque albis constant petalis, quæ calici tetra- vel pentaphyllo, crasso, ac deorsum inflexo sustinentur, stamina in centro floris sunt tenuissima, albicantia, antheris cinereis, inodora, & intricata: sub flore provenit parvum viride tuberculum, ex quo fructus excrescit, uti de Jambosis fuit dictum, cum quibus Cujavos multum convenit: Fructus est forma ac magnitudine mediocris pyri, sed prope pedunculum crassior, neque exterior superficies ita plana est, sed tuberculis inæqualis ac obsita, primo viridis graminei coloris, ac rotundus est fructus, dein instar sicci straminis vel pallidi citrei coloris, ac oblongus instar pyri, tenui tectus pellicula, quæ inter edendum non obstat, nec auferenda est, superius coronatus instar Jambosarum, sed paulo minor: Caro interior est quoque pallide albicans, instar Cydoniorum, semi-digitum circiter crassa, quodque restat, est compages parvorum durorum officulorum, eadem carne conjunctorum: Sapor est dulcis, sed siccus sine adstrictione, fere instar pyrorum, vel tostorum Cydoniorum, peculiarem quoque spirant hi fructus odorem instar foeni, qui iis, qui hos comederunt fructus, diu in ore insidet, atque cubiculo asservati totum hoc odore suo replent: Raro tam diu in arbore relinquuntur, donec penitus maturescant, non tantum, ne vespertiliones illos rapiant, sed quoque, quum penitus maturi non ita grate sapiant, interior enim officulorum globus separatur a circumjecta carne, tumque fructus saporis est magis elevati, penetrantisque magis odoris; unde, si fere maturi sint, carpuntur, quum nempe nondum penitus citrei sint coloris, sed pallide albentis, & ad tactum duri, tum enim sunt magis succosi & delicatiores, gratiores quoque sunt tempore matutino, si rore nocturno sint obducti, per solis calorem enim gravis ille odor saporque elevatur:

Truncus ramique tenui obducti sunt cortice, vel potius tenui glabraque pellicula, coloris pallide russi, quæque facile decorticari potest, vel sponte quoque decidit instar Betulæ, atque sub hac viridis locatur cuticula, cujus exterior pars sensim in tales quoque mutatur pelliculas: Arbor hæc porro lignum gerit durum, firmum, ac flexile, ita ut ejus vertex usque in terram inflecti possit, neque frangatur: Minimique rami sunt adeo firmi, ut puerum sustinere valeant: Radices non profunde in terram insiguntur, sed sub ejus superficie proserpunt, unde facile per fortes disjiciuntur ventos, hincque tamen non intereunt vel perditæ sunt arbores, erectæ enim facile iterum radices emittunt.

Anni tempus: Arbor hæc sub finem mensium pluviosorum floret, fructusque per totos fere menses siccos producit, immo usque in Majum & Junium; in areis prope ædes atque ad hortorum margines plantantur, non tantum per officula deposita, sed etiam per ramos ampu-

XLI. HOOFDSTUK.

Tamme Guajave-Boom.

CUjavos is een vrugt, die men in tweederleye slag, als tamme en wilde onderscheyden kan, en waar van wy de tamme in dit Capittel eerst zullen beschryven: De boom schiet gemeenelyk met twee a drie stammen op, en die ook niet regt, maar scheef en krom staan: ja al krygt hy maar eenen stam van omtrent een mans lengte hoog, zoo staat dezelve dog evenwel scheef; hy heeft weinige lange en buigzame takken, daar de bladeren op korte steelen aan staan of van afhangen; niet regt in twee reyen tegens malkander, maar wat verwert, en bykans een schuins kruis maakende, zy zyn van een gemeene forme, omtrent zes vingeren lang, drie breet, en van vooren met een stompe spits, hebbende veele dwers-ribben, die bykans gelyk loopen, en beneden of van onderen zeer verre of hoog zyn uitstekende, en waar doorze als gerimpelt of geplooit schynen, haar coleur is een dootze en onaangename groente, van onderen wat grysagtig; voorts zynze styf, en bryselende als menze in de hand vryft, en als dan ook gevende een sterken en hooyagtigen reuk: Het bloeizel komt voort uit den schoot der bladeren op korte dikke steeltjes, zomtyts enkelt, en zomtyts twee a drie by malkander, dog yder op een byzondere steel, gelyk het appel-bloeizel, dog wat grooter, en bestaande uyt vyf witte blaatjes, die op een sterretje of voetje van vier a vyf ligt-groene dikke en agterwaarts gebogene blaatjes rusten, het middelste zyn dunne witte en ranke draatjes met graauwe knopjes, zonder reuk, en wat door malkander verwerd: agter het bloeyzel wast een klein groen knopje, daar de vrugt geformeert werd, even gelyk als gezegt is van de Jamboesen, met welke de Cujavos *ook veel gemeenschap hebben, de vrugt is van gedaante en grootte als een middelbare peere, dog by den steel wat dikker, en de buytenste vlakte en is zoo effen niet, maar een weinig met pukkeltjes en heuveltjes bezet, eerst gras-groen, en ront, daar na als droog stroo of uit den citroen-geelen bleek, en lankwerpig als peeren, met een dun huidje bekleet, dat men in 't eeten niet en behoeft af te schellen; voor aan met een kroontje, gelyk de Jamboesen, dog wat kleinder; het binnenste vleesch is mede bleek-wit, gelyk dat van de queen, omtrent een halve vinger dik, zynde het resteerende een klomp van kleine harde korrels, en met het zelfde vleesch aan malkanderen gepakt: de smaak is zoet, dog droog, zonder adstrictie, byna als de peeren of gebraden queen, zy hebben ook een byzondere hooi-agtige reuk, dewelke de gene, dieze gegeten heeft, lange in de mond aankleeft en byblyft; en in een kamer gelegt zynde zoo vervullenze dezelve ook daar mede: men laatze zelden aan den boom geheel ryp werden, niet alleen om haar de rovende vleermuyzen te ontzetten, maar ook om dat de geheel rype in 't eeten niet zoo aangenaam zyn: want de binnenste korrelklomp separeert zig als dan van het omliggende vleesch wat af, en daar door werd de vrugt veel drooger van smaak, en ook sterker van geur; dierhalven plukt menze ten naasten by ryp af, te weten alsze nog niet te deegen Citroengeel zyn, maar bleek wit, en wat hart in 't aantasten, want als dan vallenze zappiger en smaakelyker, zy zyn ook aangenamer des morgens, wanneerze den nagt-dauw gehad hebben: want de zonne vermeerdert haren sterken geur en reuk:*

De stam en de takjes zyn bekleet met een dunne schorsse of veel eer glat velleken, van coleur ligt-ros, of vaal, en dat men ligt afschillen kan: of ook van zelfs wel afvalt, gelyk dat van de Berke-boomen, en daar onder vind men een gras-groen huideken, welkers buytenste zig metter tyd ook in zulke vellekens verandert: wyders heeft dezen boom een hart, taai, en buigzaam hout, zoo dat men zyn top, zonder te breken, kan buygen tot op de aarde toe; en de minste takken zyn sterk genoeg om een jongen te konnen dragen: de wortelen zetten haar niet diep in de aarde, maar kruipen of loopen wat onder derzelver korste voort; en daarom wordenze ligt door een harden wind omgeworpen, dog zyn dan evenwel nog niet t'eenemaal doot of bedorven, want opgerigt zynde, zoo wortelenze al weder voort.

Sayzoen: *Dezen boom bloeit in 't laatste van de regen-Mousson, en men heeft de vrugten bykans de geheele drooge Mousson door, ja zelfs tot in May en Junius toe: zy werden op de erven by de huyzen, en aan de kanten van de thuynen geplant, niet alleene door de gezaaide korrels maar ook*

amputatos & terræ mandatos, qui facillime progerminant: Primo autem modo per officula nempe copiofe propullulant, quum neque homines, neque animalia digerere illa poffint, fed incorrupta per dejectiones iterum emittunt, quæ terram tangentia propullulant, domefticæ hujus alia quoque fpecies eft, quæ fructus gerit paulo minores, ac magis albentes, glabriores quoque ac rotundiores, fed multo quoque fucciofiores, delicatioresque, fere inftar pyri faccharati, quique hinc meliores habentur illis magnæ fpeciei fructibus.

Nomen: Latine *Cujavus domeftica*, & fructus *Cujavum*. Apud plurimos Malaicenfes eft ignotus, hincque vocant *Cujavo*, juxta Portugallicum vel Hifpanicum *Guajavo*, unde quoque deducitur Ternatenfium *Guajawa* vel *Gojawo*: Javani ac Baleyenfes vocant *Njambo Cuneng*.: Macaffarenfes *Jambo Portugaal*. Hæc enim natio Jambofarum fpeciem putat, dicitque a Portugallis primum in has deductum effe regiones; quidam Malaicenfi vocabulo vocant *Cujavo Batavia* & *Cujave Negory*. Amboinenfes hunc dicunt *Siri-Caya*, quum cum *Anona* multum conveniat; cæterum nullum ipfi nomen inditum eft Amboinicum.

Locus: Quamvis putent, hunc fructum ex Peruana regione in has delatum fuiffe terras, indicare tamen nequeunt per quem, quoque modo. Eft enim hodie in India Orientali, ac præfertim in Moluccis adeo multiplicatus & cognitus, ut fere indigena habenda fit arbor: Fateri tamen debemus non juftum indigenum fortitum fuiffe nomen, nec alicubi invenitur, ubi nulli Portugalli vel Lufitani habitaverunt: Amboinenfes faltem noftri teftantur, ante Portugallorum adventum (quod fuit poft annum Chrifti 1515.) hifce in infulis ignotam fuiffe: Ita ut transportandi gloria ex Occidentalibus regionibus, non Portugallis, fed potius Lufitanis fit tribuenda, qui hanc forte primum in Manilhas, ac inde in Ternatam propagaverunt. Potuit quoque effe, quod primo filveftris fuerit arbor, ac dein cultura & diligentia in domefticam degenerata vel mutata fuerit: filveftris enim ubique multo magis remota occurrit quam domeftica, quæque nullibi occurrit, uti dictum eft, nifi ubi Europææ nationes habitant, vel habitaverunt.

Ufus: Fructus hic multum crudus editur, quum ejus caro fit ficca ac multum ftomachum replens, cito ventriculum inplet, ventremque conftipat, unde falutaris eft iis, qui Diarrhæa laborant, fed non conducit ante prandium fumptus, dum adftrictam cauffat alvum, poft prandium melior eft, uti quoque matutino tempore, fi jejunus quis fit, quum diffecatur, media officulorum mole abjecta, ac vino Hifpanico fricatur & faccharo, atque gratum præbet cibum: Quidam etiam fub cineribus toftos ufurpant hos fructus, & inftar Cydoniorum contra Diarrhæam adhibent: fed hoc non valet, cito enim ingratum contrahunt naufeofumque faporem, fub vefperam comefti itidem non conducunt, quum halitum oris excitent foetidum, expertum quoque fuit, in tenefmis vel dyfenteria, crudi fi edantur, ftomachum aggravare: nimis enim cito ac difficulter alvum conftipant, quod talibus in morbis periculofum ac noxium habetur.

In *Rumphii* appendice hæc fequuntur.

In *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 34. vocatur domeftica hæc Cujavus *Pela* Malab. *Pera* Bracman. fed filveftris vel rotunda *Fig.* 35. Malab. *Malacca Pela* & *Tsjina Pelouka*, utræque hæ arbores ibi exoticæ habentur, ex Malacca vel Moluccis a Portugallis translatæ.

ook van de afgefnedene takken, dewelke zeer ligt weder opfchieten: dog op de eerfte manier van korrels is het veel ligter, want nog menfchen, nog beeften kunnen dezelve verteeren, maar moetenze onbefchadigt door den afgank weder van haar geven: en dewelke dan de aarde raakende voortkomen en opfchieten, hoewel niet zoo ligt en in zulke meenigte, als de wilde: onder dit tamme geflagt vertoont zig nog een andere zoorte, welkers vrugten wel wat kleinder zyn; als mede witter, gladder, en ronder, dog ook weder vry zappiger en fmakelyker, bykans als een zuikerpeer, en werden dierhalven geagt beter te zyn als die van de groote zoort.

Naam. *In 't Latyn* Cujavus Domeftica, *en de vrugt* Cujavum: *by de meefte Maleyers iffe onbekent, en die noemenze dierhalven* Cujavo, *na het Portugees of Spaanfch* Guayavo, *en van daar komt mede het Ternataanfche* Guajawa, *of* Gojawo: *de Javanen en Baliers noemenze* Njambo Cuneng: *de Macaffaren* Jambo Portugaal: *want die natie zienze voor een zoorte van Jamboezen aan, en zeggen datze door de Portugeezen eerft in deze landen overgebragt zyn, zommige noemenze ook in 't Maleyts* Cujavo Batavia *en* Cujavo Negory: *de Amboineezen noemenze* Siri Caya, *om datze met de voorgaande* Anona *veel gemeenfchap heeft, anders heeftze in 't Amboins geen eigen naam.*

Plaats. *Hoewel men fuftineert dat deze vrugt uit Peru in deze landen zoude wezen overgebragt, zo en weet men nogtans niet aan te wyzen, door wien, en hoedanig, wantze is hedendaags in Ooft-Indien, en wel bezonderlyk in de Moluxe Eylanden, zo zeer vermeenigvuldigt, en ook zo lange bekent geweeft, dat menze wel voor een inlantfche plante zoude konnen houden: dog evenwel moet men bekennen, datze geen regte Inlantfche naam en heeft, en niet ligt ywers gevonden wert, daar geen Portugeezen of Caftilianen gewoont hebben, immers onze Amboineezen weten te zeggen, datze voor der Portugeezen aankomft aldaar, (dat is na 't jaar Chrifti vyfthien hondert en vyfthien) in deze Eylanden onbekent zyn geweeft: zulks men de eer van het overbrengen uit de Weftindifche Landen, niet de Portugeefen, maar veel eer de Caftilianen behoort toe te fchryven, als dewelkeze miffchien eerft in de Manilhas, en van daar in Ternaten hebben voortgeplant: het kan ook wel zyn, datze in 't eerft wilt geweeft, en daar na, door veele voortplantingen en naarftigheid, veraart en in tamme verandert zyn: want de wilde zyn alomme veel verder verfpreid dan de tamme, en die men ook, als gezegt, nergens vind dan daar Europifche natien woonen of gewoont hebben.*

Gebruik: *Deze vrugt eet men veel raauw, en dewylze een droog en proppent vleefch heeft, zoo verzadigt zy haaft, en ftopt den buyk, zynde dierhalven gezont den gene, die de buikloop hebben; zy en is niet goet of bequaam om voor de maaltyd te eeten, dewylze, als gezegt, hartlyvigheid veroorzaakt; maar na het eeten zynze beter, als mede des morgens met een ledige maag: men fnytze ook wel in ftukken, de middelfte en korrelige klomp wegfnytende, en ftooftze met Spaanfche wyn en zuiker, en dan zoo gevenze een aangename koft: zommige gebruikenze ook in de affche gebraden, en als quee-peeren gegeten tegen de buikloop: maar dat en is niet goet, want zy krygen daar door een quaade en viefe fmaak, tegen den avond, en als men wil gaan flaapen, deugenze ook niet veel, om datze een fterk riekenden afem maaken, en zoo heeft men ook ervaren, datze in de perffing en bloetloop raauw gegeten niet veel goet doen: want zy al te fchielyk en ongemakkelyk ftoppen, 't welk in die ziektens werd geoordeelt zeer fchadelyk en nadeelig te zyn.*

In de Appendix van Rumphius *volgt dit.*

In het derde deel van de Hortus Malab. pag. 34. *hiet de tamme Guajavos, in 't Malabaars* Pela, *in 't Bramines* Pera, *maar de wilde of ronde* Fig. 35. *verbeelt, hiet in 't Malabaars* Malacca Pela *en* Tsjina Pelouke, *en worden beide aldaar voor uitlandfche boomen gehouden, van Malacca of de Moluccos door de Portugeefen aangebragt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet *Cujavi* domesticæ.
A. Ejus *florem* denotat.
B. Ejus *fructum* majori expressum forma.

OBSERVATIO.

Hujus arboris plurima Synonyma eorumque auctores laudavi in *Thes. Zeyl. pag.* 112. ad Guajavum fructu pallido, dulci *Herm. Mus. Zeyl. pag.* 3. ubi examinari possunt; quæque ulterius describitur nomine *Guajave Boom* a *Valent. pag.* 169. & *in Nieuwhovii* itinere *pag.* 214.

Genus hoc nominè *Psydii* in *H. Cliffort. pag.* 189. occurrit.

UYTLEGGING

Van de Seven- en Veertigste Plaat.

Dewelve vertoont een Tak van de tamme Guajave-Boom.
A. Wyst aan deszelfs bloem.
B. De vrugt *in* grooter formaat.

AANMERKING.

Van deze Boom heb ik verscheide benamingen en Schryvers aangehaalt in myn *Thesaur. Zeylan.* op *pag.* 112. by de Guajave met een zoete en bleeke vrugt, zo als ze van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 3. genaamt wert, alwaar die verders nagezien kunnen werden, en die verders van *Valent. op pag.* 169. *Guajave-Boom* genaamt en beschreven wert, als mede in *Nieuwhofs* gezantschap op *pag.* 214.

Dit geslagt komt onder de naam van *Psydium* voor in de *Hortus Cliffort. pag.* 189.

CAPUT QUADRAG. SECUNDUM.

Cujavus agrestis. Cujava Utam.

CUjavus Silvestris frutex potius quam arbor est, nullum enim gerit truncum, sed plurimis exsurgit longis, rectis, & tenuibus ramis, qui talibus quoque tenuibus obteguntur pelliculis, qualibus domestica. Surculi juniores sunt virides & quadragoni: Folia binis ordinibus sunt posita, bina sibi invicem opposita, in junioribus ac quadragonis ramis crucem formantia seu cruciata, præcedenti forma convenientia, in vetustioribus vero ramis rachis foliorum retroflectitur, sunt firmiora, colorisque vilioris quam domesticæ, in cinereum vergentis, superius glabra, inferius rugosa, costis parallelis, quæ porro adeo sunt scabra & sicca, ut ad tactum rumpantur, odoris fœni florentis. Magis regulari plerumque locantur modo quam domesticæ folia, ac sunt magis oblonga. Flores cum domesticæ conveniunt, sed plura gerunt stamina albicantia, quæ magis quoque extensa sunt, trèsque plerumque arcte sibi invicem sunt juncti flores, ita tamen, ut duo laterales longioribus insideant petiolis, ut excrescentes fructus amplius haberent spatium: Omnes enim simul excrescunt & maturescunt, medius vero minori insidens pedunculo plerumque maximus est, ac binos laterales extrorsum comprimit; Fructus multo est minor domesticæ, perfecte rotundus, superius in parvum desinens acumen, ubi apparet corona crassa ex quinque foliolis composita: Fructus hi non sunt majores pruno majori vel hisce in terris instar Limonis-Nipis. Exterius parum rugosi & tuberculis obsiti, suntque porro adeo intense viridis graminei coloris, ut fere nigricantes appareant, quemque servant colorem. Suntque duri, licet maturescant, videnturque corio quasi obducti; caro interior multo durior ac siccior est domesticæ, sed dulcioris saporis, intusque repleta duris officulis: ad margines albi, ac plerumque porro læte rubentes sunt fructus, rubendo autem hæc in penitus maturis disparet: Sapor, uti dictum fuit, gratior est domesticæ, neque tam gravem spirant odorem, ita ut quidam hos præferant. Hoc vero hisce in Silvestribus fructibus obstat, quod ita duri sint, ac paucam habeant carnem edulem: Crescunt arenosis, sabulosis, ac saxosis, simulque sterilibus agris, ac desertis hortis, certumque est indicium, quod ubi hi frutices sint frequentes, solum ibi esse sterile: Silvestris hæc species aliquando quoque in hortis plantatur, ibi in altum excrescit truncum, ac penitus arborescit, fructus quoque ibi fert majores, delicatiores, ac molliores, interiorque officulorum globus facile quoque a carne separatur, quæ tamen non ita delicata est, ac illa quæ in arvis crescit prædictis: Si ejus rami in terram deprimuntur, progerminant, quumque fructus ab omni animalium genere edantur, quæ indigesta iterum dimittunt officula, ita multiplicantur, ut brevi magnum occuparent locum, vel totos agros, ni evellerentur, vel eradicarentur.

Nomen.

XLII. HOOFDSTUK.


Bosch-Guajave Boom.

DE wilde Cujava is meer een struyk dan een boom; want hy heeft geen stam, maar schiet op met veele, lange, regte, en ranke takken, dewelke ook met zulke dunne vliesen zyn bekleed als de tamme; de jonge scheutjes zyn groen en vierkant: de bladeren staan in twee ryen tegens malkanderen, dog aan de jonge en vierkante takskens maakenze een schuyns kruys, anderzints de voorgaande van gedaante meest gelyk, en aan de oude takken zyn de ryskens wat na agterwaarts geboogen, zy zyn wat styver, en van coleur lelyker dan de tamme, meest naa het aschgraauw trekkende; boven glat, en onder zeer geplooyt, met evenwydige ribben, voorts zoo styf en dor, datze in 't aantasten bryselen, van reuk als broeyend hooy; zy staan doorgaans geschikter aan haare takken dan die van de tamme, en zyn ook door den bank wat lankwerpiger: Het bloeizel is gelyk als dat van de tamme, doch heeft van binnen wat meer witte draaden, staande ook wat meer uytgebreid, men ziet gemeenelyk drie bloemen benevens malkander, zoo nogtans, dat de twee ter zyden langer steeltjes hebben, op dat de vrugten in 't wassen te beter plaats zouden vinden: want zy komen gemeenlyk alle drie tot perfectie, dog de middelste, die op het korte steeltje zit is gemeenlyk de grootste, en drukt de twee andere wat ter zyden uyt. De vrugt is veel kleinder dan die van de tamme, meest regt ront, of na vooren een weinig spits toelopende, en daar op vertoont zich een harde kroon van vyf blaadjes: Zy worden niet kloeker als een groote pruym, of hier te lande een Lemon-Nipis. Van buyten een weinig rimpelig en met pukkeltjes bezet, wyders zynze zoo hoog gras-groen, datze byna mee zwart gelyken, en van welke coleur zy niet en veranderen: blyvende ook hart, al zynze schoon ryp, en het schynt als of ze met teer overtrokken waren: Het binnenste vleesch is vry harder en drooger dan dat van de tamme, doch weder zoeter van smaak, en ook van binnen met harde korrels digt opgevult; aan de kanten wit, en voorts doorgaans ligt-root, dog welke rodigheid in de geheele rype komt te verdwynen; de Smaak is, als gezegt, aangenamer dan de tamme, en zy zyn ook niet van zoo sterken reuk, zulks zommige haar ook veel liever eeten: maar dat is weder in deze wilde te mispryzen, datze zoo hart blyven, en zeer weinig eetbaar vleesch hebben: Zy wassen op magere, zandige, steenige, onvrugtbare velden en verlatene thuynen, zynde het een vast teeken, waar deze struyken veel wassen, dat aldaar een magere gront is: Zomtyds wert deze wilde zoorte ook wel in de hoven geplant, alwaar ze dan mede een hogere stam krygt, en een formeele Boom werd, ook draagtze dan grooter, smakelyker, en murwer vrugten, en de binnenste korrel-klomp separeert zig alsdan ook van het vleesch, 't welk evenwel zoo aangenaam niet en is als 't gene dat in 't wilde wast: Overal, waar men de takken in de aarde steekt, daar komenze op, en dewyl de vrugten werden gegeten door alderbande beesten, die de onverteerde korrels wederom laaten vallen, zo vermenigvuldigenze zodanig, datze in een korten tyd mee veel plaats of een groot veld zouden beslaan, indienze niet en wierden afgebakt en uytgeroeit.

Naam.



Psidium pyriferum. L.



Nomen. Latine *Cujavus agreſtis*, Malaice *Cujavo Utan*, hæcque vera Luſitanorum eſt *Guajavo*, quæ totam occupat Indiam Occidentalem. Apud Amboinenſes vero aliosque indigenas nullum aliud proprium gerit nomen.

Locus. Quod de domeſtica dictum fuit, de hac quoque intelligendum eſt, quod nempe ſit arbor exotica, quomodo autem haſce in terras fuerit delata, nullus indicare poteſt, quamvis Amboinenſes putent, perhibeantque, a Portugallis fuiſſe tranſlatam, quum nuſquam & per totam inſulam nullibi copioſior ſit niſi circà caſtellum Victoriam, ubi illa præſertim natio ſedes ſuas fixit, ſic quoque Amboinenſes dicunt, primam ſeu domeſticam ſpeciem ab Hollandis Batavia fuiſſe tranſportatam: Silveſtris hæc latius propagatur domeſtica, invenitur enim in locis, in quibus domeſtica nunquam obſervata fuit, vel quos nunquam Europæi inhabitarunt, uti inter alia in media Macaſſaræ regione ad partem Bogicam, ubi Baliada vocatur, ac penitus ſilveſtris eſt, ſed fructus ibi non editur.

Uſus. Fructus hic a plebe tantum comeditur crudus, nec magni æſtimatur, raro etiam eſt maturus, quum aves aliaque animalia illum nimis expetant, ac rami tam ſæpe amputentur. Hi enim digitum craſſi multum adhibentur ad ſepes exſtruendas, ubi radices quoque agunt ac facillime progerminant, bonumque præbent foco lignum, optimoſque carbones; quem in finem lignum apud Sinenſes magno in uſu eſt: Ex foliis multa quoque formantur fomenta ac balnea ſudoris, additis & coctis cum foliis *Lagondi*, *Limonum*, *Sombong* &c. Tumque Leucophlegmaticis artubus fovendis apta habentur, & ad dolores mitigandos: Uti quoque hæc folia contrita, & Emplaſtri forma adhibentur ad induratos tumores maturandos vel diſſipandos.

Quod Silveſtris hæc *Cujavus* una eademque ſit cum Americana Guajavo, ex variis Indicarum rerum ſcriptoribus facile cognoſci poteſt, quorum unicum tantum citabimus, ut optimum & maxima fide dignum teſtem ocularem, *Joſephum* nempe *Acoſtam*, qui *hiſtor. natur. libr.* 4. *cap.* 24. Sequentia ſcribit:

„ Gujavus alià eſt arbor, quæ plerumque viles
„ ac inmaturos dat fructus, duris repletos oſſiculis, ma-
„ gnitudine parvi pomi, in terra continenti æque ac
„ in inſulis eſt arbor mali nominis, dicunt enim Simi-
„ ces olere, ſapor quoque ingratus eſt, nec ſalubris:
„ In St. Domingo aliisque inſulis toti ſunt *Guajavis*
„ occupati montes: Confirmaturque tales non repertas
„ fuiſſe arbores, quum Hiſpani primum illas occu-
„ parent, ſed ibi, neſcio unde, tranſlatas maxime-
„ que multiplicatas fuiſſe, nullum enim eſt animal,
„ quod oſſicula hæc digerere poteſt, quumque in
„ terram decumbunt humidam calidamque, propul-
„ lulant, dicuntque, hinc adeo fuiſſe multiplicatas
„ has arbores; In Peruana regione hæc arbor alios dat
„ fructus, non enim ibi rubent, ſed albent, nec in-
„ gratum ſpirant odorem, horumque ſapor eſt gra-
„ tus, ac quædam ſunt *Guajavæ* ſpecies, quæ fru-
„ ctus gerunt æque bonos ac Hiſpaniæ, illæ nempe,
„ quæ *Guajavos de Matos* vocantur; Alii parvi *Cu-*
„ *javelli* ſunt fructus bonæ digeſtionis, ventriculoque
„ ſalubres, ſunt enim duri ac frigidi.

De eodem quoque fructu ſcribit *Janus de Laat* in Occidentalis Indiæ deſcriptione *libr.* 1. *cap.* 1. Ubi inter alia dicit, Cujavum in inſula Porto-Rico eſſe dumetum ac deſertum, incolaſque ſæpius hinc armentis deſtitui, quum Silveſtrem ibi induant naturam: Et, uti *Acoſta* ſcribit, Cujavum apud Americanos non æſtimari, noxiumque ab illis haberi fructum: hujus quoque ſententiæ plurimi harum regionum ſunt incolæ, qui timent fructus ſilveſtris Cujavi edere, quum ingratum ſpirent odorem, ac ſine dubio ipſorum parentibus fuerint incogniti: Poteſt fieri, aliis in locis ingratos magis eſſe quam hic in Amboina: Noſtri ſaltem ſunt ſatis grati edendo, ſi modo penitus fuerint maturi, ſed hi raro reperiuntur.

Cum-

Naam. *In 't Latyn* Cujavus agreſtis, *in 't Maleyts* Cujavo Utan, *en dit is de regte* Guajavo *der Caſtilianen, waar van gantſch Weſt-Indien vol is. hebbende by de Amboneezen en andere Inlanders geen eygen naam.*

Plaats. *Het zelve dat van de tamme is gezegt, moet mede van de wilde werden verſtaan, namentlyk; dat men ze voor een uytlandiſch gewas houd; doch hoe zy in deze Eylanden overgebragt zyn, dat kan niemant weten nog zekerlyk zeggen: Hoewel de Amboineeſen meenen en voorgeven, dat het zoude zyn geſchied door de Portugeeſen; nadien men ze op, en door het geheele Eylandt nergens overvloediger vind dan omtrent het Caſteel Victoria, daar dezelve Natie gewoont heeft, en zoo zeggen de gem: Amboineſen ook, dat de eerſte of tamme zoorte door de Hollanders van Batavia aldaar was aangebragt: De wilde verſpreid zig ook veel verder dan de tamme, want men vindze op plaatzen, daar de tamme nooyt en is geweeſt, nog ooyt eenig Europiaan gewoont heeft, gelyk onder anderen midden op 't land van Macaſſar, na de Boegiſche zyde toe, alwaar ze Baliade werd genaamt, en geheel in 't wilde groeit, dog niet gegeeten wert.*

Gebruyk. *Deze Vrugt wert alleen maar van 't ſlegte of gemeene volk raauw gegeten, en in gantſch geen waarde gehouden, ook vind men ze zelden ryp, om dat het gedierte en gevogelte daar te greetig na zyn, en de takken ook zoo dikwils afgekapt werden: Want deze Stokken, een duym dik zynde, werden veel gebruykt om kleine paggers en haagen van te maaken, daar ze haar dan ook wortelen en zeer ligt opſchieten; gevende mede goed brandhout, als mede een vaſte koole, en tot welken eynde het hout by de Sineeſen zeer veel in gebruyk is: Uyt de bladeren maakt men ook verſcheyde ſtovingen en zweetbaden, te weten, gemengt en gekookt met de bladeren van* Lagondi, Limoenen, Sombong, &c. *En dan werden ze bekwaam geacht om alle zugtige leeden mede te ſtoven, en de pynen te ſtillen: Gelyk mede dezelve bladeren gewreeven, en pleyſters-gewys gebruykt wordende, de harde geſwellen of doen rypen, of verdwynen.*

Dat nu deze wilde Cujavo *een en dezelfde is met de Americaanſche* Guajavos, *kan men ligt bemerken uyt verſcheide Schryvers der Weſt-Indiſche dingen, doch waar van wy maar eenen zullen aanhaalen, als zynde de beſte en geloofwaardigſte oog-getuyge, namentlyk* Joſephus a Coſta, *dewelke,* hiſtor. mor. & natur. lib. 4. cap. 24. *daar van aldus geſchreven heeft.*

De Gujavos *zyn andere Boomen, welke gemeenlyk ſnode vrugten voortbrengen, vol harde korrels en van de grootte als kleine appelen, zy is op het vaſte land als ook op de eylanden een Boom en Vrugt, die een quade faam heeft: Want men wil zeggen, datze naar Wantluyzen ſtinken, ook zoo is de ſmaak niet lieffelyk, en in effect niet gezont: In* St. Domingo, *ende de Eylanden heeft men geheele bergen vol* Guajavos: *Daar wert verzekert, dat 'er zoodanige Boomen niet en waren als 'er de Spanjaarts eerſt in kwamen, dan datze daar (ik en weet niet van waar) gebracht, en zoo ontallyk vermenigvuldigt zyn, want daar is geen gedierte, dat die korrels verdoen of vernielen kan, en als dezelve hun met het aardryk, 't welk vochtig en heet is, komen te vermengen, zoo ſchietenze uyt, en willen zy zeggen, dat hy daar door zoo vermeerdert zoude wezen, als men ziet: In Peru is deze Boom verſcheiden, want de vrugt daar van en is niet root, maar wit, heeft ook gantſch geen quade reuk, is goet van ſmaak, en daar zyn zommige zoorten van* Guajavos, *die het Fruyt zoo goet hebben, als de beſte Vrugten van Spangien, namentlyk die geene, die* Guajavos de Matos *genaamt werden: Andere kleine witte* Guajavillen *is een Vrugt van beter digeſtie en verteeringe, en gezond voor de mage, want zy is hart en kout, om te verteeren.*

Van dezelfde Vrugt ſchryft ook Jan de Laat *in zyn Weſt-Indien*, lib. 1. cap. 1. *alwaar hy onder anderen zegt, dat de* Guajavos *op 't Eylandt Porto-Rico een ſnoot kreupelboſch en wilderniſſe maakt, dat de Inwoonders haar vee dikwils verliezen, om dat het daar in verwildert: En gelyk nu* a Coſta *ſchryft, dat de* Guajavos *by de Americanen een kwade faam heeft, en voor een ſnoode vrugt gehouden wert, zoo vint men nog van het zelfde oordeel veele Inlanders in deze quartieren, dewelke bekommert zyn de Vrugten van de wilde* Guajavos *te eeten, om datze een vieze reuk hebben, en buyten twyffel haar Voorouders onbekent zyn geweeſt; Het kan ook wel wezen, datze op andere plaatzen onlieffelyker zyn dan alhier in Ambon, immers de onze zyn redelyk aangenaam om te eeten, alsze maar wel ter degen ryp zyn, doch die wer-*

den

Cumque in Moluccis insulis hujus fruticis non magna occurrant dumeta, inquirendum est, an hæc silvestris species per aves has in Insulas non fuerit translata, ex vicinis nempe Manilhis, atque ibi primum ex proxima ipsis America, nisi ulteriorè constaret exprimento, *Novam Guineam*, cum annexis insulis, quæ in mari se latius diffundunt, alicubi Peruanæ insulæ esse annexam, unde simili quoque modo transferri potuisset:

Guil: Piso cap. 20. *Hist. Brasil.* vocat illam *Guajabam*, dicitque in Brasilia quondam incognitam fuisse, atque ex alio transportatam loco, ac hodie ita esse multiplicatam, ut indigena vulgo habeatur, atque hinc inde in hortis plantetur: Tres ipsi maturitatis gradus adscribit, quorum bini priores fructum denotant duriusculum, sed esui aptissimum, tertius vero gradus illum constituit mollem ac penitus maturum, quum non ita gratus, nec salubris esset.

den zelden gevonden: En dewyl men in de Moluxe Eylanden van dezen Struyk geen groote kreupel-bosschen heeft, zoo staat nog te onderzoeken, of deze wilde zoorte niet wel door de vogelen in die eylanden konde overgebragt zyn, te weten, uyt de naast-gelegene Manilhas, en ook eerst aldaar uyt het naaste America, ten zy dan dat men by nader ervaring bevond, dat Nova Guinea, *met zyne Eylanden, die hun verre in de Zuyd-zee strekken, ietwes wat na aan Peru paalden, en van waarze mede op gelyke manier zouden kunnen overgebragt zyn:*

Guil: Piso, cap. 20. Hist. Brasil. *noemtze* Guajaba, *en zegt, datze eertyds in Brasil onbekent is geweest, dog van elders ingebragt, en hedensdaags zoo vermenigvuldigt zyn, datze genoegzaam voor Inlants gehouden, en hier en daar in de hoven geplant werden: Hy geeft haar drie trappen van rypheid, waar van de twee eerste de Vrugt stellen hardagtig, en tot het eeten best bekwaam, dan de derde trap steld of maaktze wat week, en over ryp, als wanneer ze ook niet meer zo smaakelyk nog gezont zoude wezen.*

In Rumphii Auctuario hæc adduntur.

Ad fluvium, Elephantem dictum, invenitur Silvestris Cujavi species, cujus folia sunt minora, quam alterius, uti quoque fructus, hæcque sunt angulosa, quinquenervia, raro sex nervis distincta, instar Silvestris *Blimbing*, qui Mirobolanum refert: Caro, ejusque color & sapor cum altera Silvestri convenit specie, sed raro maturescunt ejus fructus, quique plurimum sunt solitarii, raro plures conjuncti.

In de vermeerdering van *Rumphius* werd dit 'er by gevoegt:

Aan de rivier, den Oliphant genaamt, vind men een zoort van wilde Guajavas, *wiens bladeren wat kleinder zyn dan de andere, als mede de vrugten, dog dezelve zyn gehoekt, van buyten meest met vyf ribben, zelden met zes afgedeelt, gelyk de wilde* Blimbing, *die na* Mirobolanen *gelyken. Het vleesch, de coleur en smaak is gelyk aan de andere wilde, dog werden zelden ryp deze vrugten, die meest enkeld staan, zelden twee by malkander.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Octavæ,

Quæ ramum exhibet *Guajavi agrestis.*
A. Ejus *florem* denotat.
B. Ejus *fructum.*
C. *Fructum dissectum*, ut ejus officula seminalia, eorumque situs cognoscantur.

UYTLEGGING

Van de Acht- en Veertigste Plaat,

Dewelke een Tak verbeeld van de Bosch-Guajave-Boom.
A. Wyst aan deszelfs bloem.
B. Deszelfs vrugt.
C. *De* doorgesnedene vrugt, *op dat deszelfs Zaad-korrels en de plaatzing daar van beschouwt werden.*

OBSERVATIO.

Hæc est Guajava rubra, acida, fructu rotundiore *Herm. Cat. H. L. B. p.* 305. & Guajabo pomifera, Indica, pomis rotundis *C. Bauh. Pin. p.* 437. Malakka Pela *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 35. ubi vide notas & *Commel. Fl: Malab. p.* 34. & 35. Psidium hoc genus a *Linnæo in Char. pl. gen. no.* 393. vocatur, estque Psidium caule quadrangulo. *Hort. Cliffort pag.* 184. ubi reliqua vide synonyma. *Bosch Guajave-Boom* vocatur a *Valent. p.* 169. Huc & pertinet Catu Naregam. *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 13. quæ cum subsequenti *Cujavillo* convenire videtur, sed numero staminum differt, unde & melius forte ad *Limonellos* pertinet.

AANMERKING.


Dit is de roode zuure Guajave, *met een rondere vrugt van* Herman. *in zyn* Catal. *van de Leidse Tuyn* p. 305. *en de Indische appeldragende* Guajabo *met ronde appelen van* Casp. Bauh. *in zyn* Pinax p. 437. *en de* Malakka Pela *van de* Hortus Malab. *in het* derde deel Tab. 35. *beschreven en verbeeldt, alwaar verders zie de Aanmerkingen, en de* Fl: Malabar. *van* Casp. Commel. *Dit geslagt is* Psidium *van* Linnæus *genaamt, in de* Charact. van de Planten no. 393. *en wert* Psidium *met een vierkante steel genaamt, in de* Hortus Cliffort. p. 184. *alwaar de overige benamingen zie.* Bosch-Guajave Boom *wertze van* Valentyn *genaamt* pag. 169. *Hier toe behoort mede de* Catu-Naregam *van de* Hortus Malabar. *in het* vierde deel Tab. 13. *beschreeven en verbeeldt, welke met de volgende kleyne Guajave schynt overeen te komen, dog daar van door het getal der vezels verschilt, en dan liever tot de Limesjes komt te behooren.*



CAPUT XLIII. HOOFD-



Psidium pomiferum. L.





Nelitris Jambosella Gärtn.

CAPUT QUADRAG. TERTIUM.

Cujavillus: Cujavo Kitsjil.

IN Amboina circa arcem Victoriam in agris ſabuloſis alia minor *Cujavi* occurrit ſpecies, quæ in parvum tantum fruticem excreſcit, ſed adeo elegantem & tam bene ordinatum, ut e longinquo Rorismarini frutex haberetur, ejus ramuli enim ſunt firmi, atque eleganter eriguntur: Folia vix unguis habent magnitudinem, vel ſi ad ſummum, digiti articulum circiter adæquant, quæ ſunt obſcure virentia, & ſicciſſima, atque firma & rugoſa: Flores fructusque ſunt ſimiles præcedenti majori agreſtis ſpeciei, ſed plerumque multo minores, fructus enim non major eſt globulo ferreo ſclopeti, qui obſcure quoque viret & durior eſt, ac tarde matureſcit, unde quoque non multum editur: Frutex hic non ultra duos vel duos cum dimidio pedes altus eſt, geritque durum ac ſolidum lignum, atque radices ſub terra prorepentes hinc inde ſurculos emittunt.

Nomen. Latine *Cujavillus*, Malaice *Cujavo Kitsjil*, quidam etiam vocant hanc *Cujavo Lacki Lacki* i. e. Cujavum Marem.

Locus. Poſt Caſtellum Victoriam invenitur, circa fluvium *Weytommo* ſterilibus in agris juxta vias, etiam ſub & prope majorem ſpeciem.

Uſus. Arbuſcula hæc nullum peculiarem præbet uſum, niſi quod ejus folia ad fomenta adhibeantur, quum calidiora habentur quam majoris ſpeciei folia; atque ob elegantem ejus formam ſæpius ſemen in hortis ſeritur, ubi in trium pedum altitudinem excreſcit, ac plures ramos, majoráque gerit folia.

XLIII. HOOFDSTUK.

Kleine Guajave-Boom.

IN Amboina, omtrent het Caſteel Victoria, in de Zandige velden, vind men nog een zoorte van kleyne Cujavos, *groeyende ook aan een kleyn heeſtertje, dog zoo fraay en wel geſchikt, dat men het van verre voor een Roozemaryn-boom zoude aanzien, want zyn takjes ſtaan ſtyf, en çierlyk overeynd: De bladeren zyn niet boven een nagel groot, of ten langſten als een lidt van een vinger, ſwart-groen, ook zeer droog, mitsgaders ſtyf en gerimpelt: Het bloeizel en de vrugt zyn beide gelyk die van de voorgaande groote wilde, dog doorgaans vry kleinder, want de vrugt is niet grooter dan een musquets-kogel, zy blyft ook donker-groen en hart, wert mede lankzaam ryp, en daaroom ook niet veel gegeten, het Boompje wort niet boven de twee a twee- en een half voet hoog, hebbende een hart en ſtyf hout, en de wortelen, onder de aarde kruypende, brengen hier en daar nieuwe Spruytjes voort.*

Naam. *In 't Latyn* Cujavillus, *en in 't Maleyts* Cujavo Kitsjil, *zommige noemenze ook* Cujavo Lacki Lacki, *dat is* Cujavo *het manneken.*

Plaats. *Men vindze achter 't Caſteel Victoria, omtrent de Rivier* Weytommo, *en dat op kale velden, langs de wegen, ook onder en by die van de groote zoorte.*

Gebruik. *Men heeft van dit Boompje geen zonderling nut, als dat men zyne blaadjes wel gebruykt tot ſtovinge, om datze voor warmer worden gehouden dan die van de groote zoorte; en om zyne mooye gedaante wert ook het zaad zomtyds in de hoven geplant, alwaar het tot over de drie voeten opſchiet, mitsgaders veel takken en grooter bladeren krygt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadrageſimæ Nonæ,

Quæ ramum exhibet *Cujavilli* ſeu *Cujavo Kitsjil*,
A. *Florem* majori exprimit forma.
B. Vero *fructum*.

UYTLEGGING

Van de Negen- en Veertigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de kleine Guajavus, ofte de Cujavo Kitsjil.
A. Vertoont deszelfs bloem *in grooter gedaante.*
B. De vrugt.

CAPUT QUADRAG. QUARTUM.

Papaja Mas & Femina. Papaja.

HAec quoque arbor a Luſitanis, ut creditur, ex India occidentali adlata eſt, ac proinde etiam nullo indigeno inſignitur nomine. Dividitur in duas ſpecies, in Marem ac Feminam ſcilicet: Et quas hoc in capite deinceps deſcripturi ſumus. Utraque mixtæ ſunt formæ, Indicæ palmæ ſeu arbori calappæ non diſſimiles, vel & præterea ad ficum noſtram quoque accedunt: Sed & inſuper multas habent qualitates, quæ nullis aliis arboribus propriæ ſunt. Mas brevi & recto ſurgit ſtipite, craſſitie & forma junioris Pinangæ arboris eſt, & ſic quoque diviſus in annulos, qui ex foliis ab arbore delapſis fiunt; Sed hi tamen annuli nullo arborem circumdant circulo, ut faciunt arbores Pinangæ, præterea truncus multo mollior eſt, primo enim corticem habet digito ferme craſſum, & qui lignoſus & maxime fibroſus eſt, ſed nihilominus tamen adeo mollis, ut facili negotio findi poſſit; huic dein adjacet alia ſubſtantia herbacea, quæ valde mollis eſt inſtar caulis braſſicæ, etiam digitum ferme craſſitie æquans, reliquum ſpatium interius plane vacuum & concavum eſt, & in annulis ſuis exiles habet diſtinctiones, quæ in arboribus junioribus cavitates aut cellulas invicem ſeparant, quemadmodum etiam conſpicitur in Bamboſa arundine, verum hæ diſtinctiones adeo molles & fragiles ſunt, ut facile transfodi poſſint, ſed in arboribus ſenioribus apertæ patent.

Ex ſummo trunco, qui viridis & herbaceus eſt, proveniunt longi, virides, & herboſi caules, interius cavi, circiter tres, aut tres pedes cum dimidio longi, & truncum cingentes, ut in rota circuli, ſed ſupra ſe invicem & alternatim proveniunt. Ex his caulibus aut

XLIV. HOOFDSTUK.

Papaje-Boom, Mannetje en Wyfje,

DIt is mede een Boom (zoo men meent) door de Caſtilianen uyt Weſt-Indien overgebragt, en daarom ook zonder Inlantſche naam: Hy wert in twee zoorten verdeelt, te weten, in Manneken en Wyfken, en die wy ook vervolgens in dit capittel zullen beſchryven; Beide hebbenze een gemengt fatzoen, wel wat gelykende na de Indiaanſche palma, op Calappus-boom, en daar benevens ook na onzen Vygeboom, doch zyn daarenboven noch voorzien van veele andere eygenſchappen, die met geen andere boomen overeenkomen. Het Manneken ſchiet op met een korte en regte ſtam, van dikte en gedaante als een jonge Pinang-boom, en ook alzoo verdeelt in leden, die mede door de afgevallene bladeren werden gemaakt; doch deze leden formeeren geen geheele cirkel om den boom, gelyk die van den Pinang, ook is de ſtam veel weeker, want vooreerſt heeft hy een ſchorſſe van niet meer als omtrent een vinger dik, en dewelke wel wat houtachtig of harddraadig is, doch des niettemin zoo week, dat men hem zeer ligt ten eerſten doorkappen kan, en naaſt aan dezelve vind men een andere kruytachtige ſubſtantie, zynde gantſch zagt, gelyk die van een kool-ſtronk; mede ongeveer een duym dik; de verdere ſpatie na binnen toe is gantſch ledig en hol, hy heeft aan de leeden dunne afſcheidzelen, die in de jonge boomen de holligheden of celletjes van malkanderen afſluyten, gelyk men zulks ook ziet in de Bamboeſen, doch deze afſcheidzelen zyn zo week en bros, dat men ze gemakkelyk doorſtooten kan, maar aan de oude boomen zynze geopent.

Dwars uyt het bovenſte van den ſtam, dewelke groen en kruytachtig is, komen lange, ronde, en kruytachtige ſteelen voort, van binnen hol, omtrent drie, en drie- en een halve voet lang, en ſtaande rondom den ſtam, gelyk als de ſpaaken om een aſs, doch boven malkander en over 's hands;

aut ramis læſis ſeroſum effluit lac, verum ex ſtipite multo majori copia, & magis glutinoſum. Singulis petiolis inſiſtit magnum folium, palmæ humanæ inſtar expanſum & fere formam folii ficus referens, ſive folii *Ricini*, ſed multo magis diſſectum; ſingula enim folia ferme unum pedem cum dimidio longa ſunt, ac diviſa in ſeptem, novem, & aliquando undecim lacinias, quarum binæ poſteriores breviſſimæ ſunt, ac quævis iterum lacinia in plurimas diviſa eſt inciſiones, integras, nec ad oras ſerratas, folia hæc coloris ſunt viridis, ſuperius glabra, inferius autem plurimis protuberantibus & albicantibus coſtis, ac venis pertexta: Ex alis autem petiolorum alii progerminant longi, albicantes, & tenues pedunculi, qui dependent, ſuperius parum incurvati, tres vel tres cum dimidio pedes longi, atque ex hiſce propullulant racemi floriferi, ex quibus plurimi oriuntur flores, primo oblonga albicantia capitula præbentes, quæ poſtea aperiuntur & excreſcunt in pallide albentes floſculos, ex quinque craſſis, extrorſum & oblique inflexis petalis conſtantes, quisque autem floſculus oblongum gerit capitulum, quod erigitur. Flores hi referunt flores Limonii vel Jaſmini, ſunt vero multo minores, inque eorum centro ſtamina gerunt flaveſcentia, arcte ſibi juncta, odoremque dant jucundum, ſed debilem, Liliorum odorem referentes, quique fortiſſimus eſt matutino tempore vel poſt pluvias tepidas: Deſcriptis vero hiſce floribus nulli inſequuntur fructus, ita ut inutiliter decidant, ac tantummodo, quamdiu arbor floret, hiſce ornatur, ac proximum äerem odore ſuo inplet, flores hi aliquando etiam colliguntur, ut aceto condiantur pro Aatſchiar.

Hujus arboris femina ſimilem mari gerit truncum, & folia, eodemque creſcit modo, ſed altior erigitur, cujus folia in novem quoque vel undecim lacinias ſunt diviſa, ac quævis iterum lacinia in minores inciſiones, ſique adcurate adtendas, comperies, haſce inciſiones profundiores eſſe ac maris, hujusque folium etiam magis viret. Duæ poſteriores laciniæ folii feminæ, Litt. AA. notatæ, ſupra ſe invicem locantur, quod in maris non obtinet, cæterum utriuſque folia vix diſtingui poſſunt: Ex ſingula folii ala, vel potius ex ejus petioli ſinu flores proveniunt, qui multo majores ſunt maris, quique adeo arcte trunco adcumbunt, ut eorum pedunculus vix obſervari poſſit. Ad latera quoque quædam propullulant capitula, ſed non omnia excreſcunt completa, hæcque liliaceum itidem præbent odorem, ac prope ſuperiores ramificationes tres plerumque ſimul ex uno dependent pedunculo, quæ omnes plurimum excreſcunt perfecta, in inferioribus vero ramis plerumque uno ex pedunculo brevi, ſed craſſiori ſolitarius provenit flos, atque ex hoc unicus tantum fructus, qui major & amplior eſt ſuperioribus, ſi vero hæ arbores in pingui creſcant ſolo, ubique per totum truncum atque ſuperius ac inferius ex unico petiolorum ſinu tres ſimul producunt fructus, quorum medius plerumque maximus, ac primum maturus eſt, deinceps duo reliqui. Flores hi liliacei ſunt vel crateriformes, digiti articulum longi, conſtantes ex quinque craſſis petalis, quorum ſuperior pars retrorſum eſt inflexa, in quorum medio craſſus ac viridis erigitur conus inſtar junioris Ficus, huicque inponitur coronula compoſita ex quinque craſſis, & floreſcentibus ſtaminibus, quæ formam præbent coronulæ Caryophyllorum, atque ſingulum ſtamen ſeſe iterum dividit in tres pluresve partes, hocque eſt fructus rudimentum, Melonis formam referens, ſed ſuperius eſt craſſius ac magis protuberans cum papilla, uti illa mammæ, exterius porro eſt ſulcatum inſtar, Peponum ſed non adeo profunde, ac plerumque craſſius eſt Melone, primo glauci coloris, quumque matureſcunt fructus, flavi inſtar ceræ, ſed non ubique: Sub tenui pellicula flava reconditur ſuccoſaque caro inſtar Peponum, quæ pollicem craſſa eſt, mediaque ejus pars partim eſt cava, partim repleta nigris, oblongis, & glabris oſſiculis inſtar ſeminis Pæoniæ, quæ in media mucoſa locantur carne, atque hac quaſi obducuntur: Sapor carnis horum fructuum eſt fatue dulcis, gravi mixtus odore, internique nuclei, qui ſaporem acrem habent, nullius ſunt uſus. Tanta copia ex arbore dependent, ut totum fere tegant truncum, quod ſæpe in cauſſa eſt, ut imbres eam dejiciant, unde quoque non niſi a parvis conſcenditur pueris, ac tantummodo vetuſtiores trunci, quorum

cortex

hands; uyt deze gekwetſte ſteelen of takken vloeit een weyachtige melk, doch overvloediger en meer kleverig uyt den ſtam; aan of op ieder ſteel ſtaat een groot blad, uitgebreid als een vlakke hand, en byna van gedaante als een Vygeblad, ofte het blad van Ricinus, *maar veel meer gekerſt; want ieder blad is omtrent anderhalve voet lang, en verdeelt in zeven, negen, en zelden elf lappen, waar van de twee achterſte de kortſte zyn, en ieder lap is wederom verdeelt in verſcheide ſnibbelen, doch zonder ſchaaren aan de kanten, van verwe zynze gras-groen, boven glat, maar van onderen met veele uitpuylende witte ribben en aderen doortoogen; en uyt den ſchoot der gem. bladſteelen, ſpruyten noch andere lange, witte, en ranke ſteelen, dewelke nederwaarts hangen, en van vooren een weinig krom, mitsgaders drie en vierdehalf voeten lank zyn; en daar aan ſtaan of hangen, met wyde tuſſchen-plaatzen, de knoppige trosjes, en aan dezelve veele bloemen, eerſt vertoonende lankwerpige witte knoppen, dewelke haar daarna openen in vuyl-witte bloempjes, van vyf vette, uytwaarts en ſcheef gebogene blaadjes, ieder bloeme heeft een lange hals, en zy ſtaan met haare ſteeltjes opwaarts geboogen: gelykende wel wat na het Lemoen-bloeizel, of de Jasmynen, doch zy zyn veel kleinder, en hebben in de midden eenige geelachtige draadjes, dicht op malkander gedrongen, zynde van een lieffelyken, doch zwakken reuk, wel wat na de Leliën trekkende, en die wel op 't ſterkſte is in de morgenſtont, alsmede na een warmen reegen: maar na het gem: bloeizel en volgen geene vruchten, zoo dat het ten onnutte afvalt, en maar alleen, geduurende zyn bloey-tyd, den boom verçiert, de naaſte lugt met zyn reuk vervult, of zomtyds noch wel vergadert wert om aatchiaar van te maken.*

Het wyfje van dezen Boom is zoo van ſtam als bladeren en wasdom, het gem: mannetje meeſt gelyk, doch ſchiet wat hooger op, de bladeren zyn ook in negen of elf lappen, en ieder lap in mindere ſnibbelen verdeelt, en zoo men 'er naauw op let, dan zal men bemerken, dat deze ſnibbelen dieper gekerft zyn, dan die van 't manneken; zynde het mannetjes blad ook hoog-groen: De twee achterſte lapjes aan 't wyfkens-blad, in de Figuure met AA. geteekent, ſtaan over malkander, maar dat en doenze in 't manneken niet, anders kan men beide die bladeren kwalyk onderſcheiden: Uyt den ſchoot nu van ieder blad, of eygentlyk onder aan den ſteel, komt de bloeme voort; zynde veel grooter dan de voorige, en zoo digt tegens den ſtam aanzittende, dat men haar ſteeltje naauwelyks kan zien: Zy krygt ook veeltyds noch eenige knoppen ter zyden uyt, doch die en komen niet alle tot perfectie, zy hebben mede een lelyachtigen reuk, en men zietze aan de bovenſte takken gemeenelyk drie op een ſteeltje by malkander, dewelke ook meeſt alle tot perfectie komen, maar aan de onderſte takken komt doorgaans op een kort, doch merkelyk dik ſteeltje, maar eene bloem voort, en daar uyt ook maar eenen vrugt, dewelke ook vry wat kloeker en grooter wert dan de bovenſte, maar wanneer deze boomen op of in een vette gront ſtaan, zoo draagenze overal, zoo wel onder, als boven, en dat uyt eenen ſchoot der bladeren drie vrugten; waar van de middelſte veeltyds eerſt groot en ryp wort, en dan zoo vervolgens de twee andere; hebbende dit bloeizel of deze bloem de gedaante van een lelye of kelkje, een lit van een vinger lank, en gemaakt uyt vyf vette bladeren, welkers bovenſte eynden krom en omgeboogen zyn; in de midden heeftze een dikken groenen knop, van gedaante als een jonge vyge, en daar op ſtaat een kroontje, gemaakt van vyf dikke en ligt-geele draatjes, die hun vertoonen even als het kroontje van de Garyophel-nagelen, yder draatje zich weder uytſpreidende in drie en ook wat meer deelen, en dit is dan het beginzel van de vrugt; hebbende byna de gedaante van een Meloen, doch na vooren toe is ze wat dikker en buykiger, met een tepel daar aan, gelyk als die van een borſt of mamme, van buyten een weinig gevoorent, gelyk de Pompoenen, doch niet zoo diep, vallende ook doorgaans dikker dan een Meloen, eerſt hoog zee-groen, en alsze ryp worden een weinig waſch-geel, doch niet overal: Onder het dunne velletje ziet men een geel zappig vleeſch, gelyk dat van de Pompoenen, zynde maar een duym dik; en het middelſte is ten deele hol, en ten deele gevult met zwarte, lankwerpige, en gladde korrels, gelyk het Peoni-zaad, *dewelke in het binnenſte ſlymerig vleeſch leggen, en daar mede als bekleed zyn; de ſmaak van 't vleeſch dezer vrugten is laf-zoet, vermengt met een geile reuk, en de binnenſte korrels, die wat ſcherp van ſmaak zyn, hebben geen gebruyk: Zy hangen zoo veel aan of om den boom, datze den ſtam byna bedekken, en zyn dikwils oorzaak, dat hy van*

een

cortex lignosus est factus: alioquin maturi circumciduntur fructus ope longi fustis, in cujus summo culter est alligatus, sique truncus inclinat, suffulciendus est. Vidi quoque arborem, quæ in terram penitus projecta erat, quæ tamen vigebat, suamque elevabat comam, fructusque maturos producebat, sed pars quædam radicum terræ erat infixa: Et quamvis ambæ hæ Papayæ species plerumque ac ubique simplicem tantum gerant truncum erectum, observatur tamen, feminæ stipitem aliquando etiam ramos emittere, in Amboina quoque arbores conspeximus, quæ multo crassiorem reliquis gerebant truncum, quæ tamen extendebantur in multos explicatos & incurvos ramos, instar Socci-arboris. Folia reliquis simillima erant, sed in ramorum summo minora, uti quoque fructus, qui etiam rotundiores ac magis compressi erant; hinc inde tres simul dependentes ex crassis ramis, hique tam firmi erant, ut vir iis insistere posset: diciturque arbores has esse arte ita fabricatas ex vulgaribus feminæ arboribus, quarum coma, dum juniores essent, cum tota foliatura amputabatur, quo sensim tot emittebant ramos: Hancque sententiam confirmatam repperi experientia edoctus, Papajas arbores, quæ fructus jam gerebant, quarum comæ fortissimo vento disfractæ, vel ex industria amputatæ, ac dein cum Gomuto & Calappæ putamine obtectæ erant, dein plurimos emisisse lignosos ramos, inque iis, ut dictum est, fructus produxisse.

Inter Papajæ fructus quidam occurrunt, qui toti carnosi sunt, ac interius parvam tantum habent cavitatem cum paucissimis officulis, inter hos duo erant magni, molles, carnosi, ac lutei, magnitudinis circiter testium gallinaceorum, ad quorum extremitates duo incurva observabantur capitula, quæ, si paululum aperta sint, interius alba apparent, atque hi plantati dicuntur proferre arbores maxime frugiferas: Arbor hæc terram amat facilem, frugiferam, calidam, ac pinguem, in arenoso enim solo plurimum flores producit, ac paucos fructus, in solo etiam duro non læte crescit; In Amboina nusquam ita vigent ac in hortis circa fluvium *Weynithoe*, ubi fructus sunt magnitudinis mediocris Peponis, atque exterius ita fere sulcati, coloris ex flavo virentis, ac saporis fatui dulcisque, unde non ita boni sunt ac minores: Ex officulis mares simul & feminæ progerminant, ac sæpe fit, ut officula utriusque sexus sibi invicem miscéantur, quum radices quoque ita intricantur, ut dignosci nequeant ac pro una eademque habeantur arbore, tumque mirum præbent adspectum, ex his enim duo progerminant trunci, quorum unus mas alter femina est. Quale par in arce Victoria vidi anno 1654. quod ex veteri excreverat muro, quorum autem radices adcurato examine dignosci poterant: In meo etiam arvo binas colui, quarum radices communi tectæ erant cortice: Hujus arboris radices odorem Raphani minoris habent ac saporem, uti radices *Kellor*, floresque manducati similem quoque præbent odorem saporemque, sed non ita fortem. Ambæ hæ arbores sauciatæ in fructibus, petiolis, vel trunco lac fundunt serosum, sed copiosissimum ex trunco, non acrem, sed parum amarum.

Anni-tempus: Arbores hæ non certum observant anni tempus, sed per totum annum flores fructusque producunt, ac Virides fructus diu ex arbore dependent, qui maturi censentur, si ab uno tantum latere flavescant.

Nomen: a Latine *Papaja mas*, & *Femina*: a Malaicensibus, Ternatensibus, aliisque Moluccarum incolis *Papaja* quoque vocantur cum cognomine maris ac Feminæ: Apud alios populos nullum proprium indigenum nomen reperire potui, unde judico exoticum sine dubio esse fructum: Uti quoque incolæ uno ore confirmant, a Portugallis vel Hispanis in Orientales hasce insulas esse translatos, unde nullibi quoque adeo copiosi sunt & crescunt ac in Ternata, quam utraque hæc natio diu inhabitavit, quorsum illos sine dubio ex Brasilia & India Occidentali transtulit: Copiose enim crescit

een sterke wint moet omvallen: en waarom hy ook niet als alleen door kleine Jongens te beklimmen is, en dan noch maar de oude stammen, wiens schorsse wat houtachtig geworden is: Of anders snyd men de rype vrugten af met een lange stok, daar een mes aangebonden is, en als den stam scheef staat, dan moet men hem wat stutten; Ik heb ook een boom gezien, dewelke gantsch ter aarden geworpen zynde, echter noch leefde, en zyne kruyn wat na boven krommende, al gaande-weg vrugten droeg, en die ook ryp wierden, maar hy had noch een tak van zyn wortel in de aarde vast: En alhoewel nu beide deze geslachten van Papaya-boomen doorgaans, en overal maar een enkelde rechte stam hebben, zoo ziet men nochtans, dat den stam van de Wyfkens-boom zomtyds ook wel takken krygt; En men heeft op Amboina boomen gevonden met een veel dikker stam dan de andere, dewelke zich ook verdeelden in veele uytgebreide en kromme takken, gelyk een Soccus-boom; de bladeren waren als de andere, doch aan 't uyterste der takken wat kleender, gelyk mede de vrugten, dewelke daar benevens ook ronder, alsmede wat meer ingedrongen waren; en hier en daar met twee en drie by malkanderen, aan de dikke takken hingen, dezelve takken zoo sterk wezende, dat een man daar op konde staan; en men zegt, dat deze boomen door konst dusdanig wierden gemaakt van gemeene Wyfkens-boomen, die men in hare jonkheid de kruyn met al hun bladeren quam af te snyden, en waar door zy met lankheid van tyd weder zoo veel takken uytschooten, en dit gevoelen heb ik ook moeten byvallen, als zynde door eigen bevinding geleert, dat Papaya-boomen, die al vrugten droegen, en, 't zy dan door een sterken wint, de kruynen afgebroken, of met opzet door menschen afgesneeden, mitsgaders daarna met Gomuto en een Calappus-dop bedekt waren, naderhand veele houtagtige takken, en aan dezelve, als gezegt, ook vrugten gekregen hebben.

Men vind onder de Papayen eenige, die meest geheel van vleesch zyn, hebbende in de midden maar een kleine holligheid met weinig korrels, en daar onder twee die kloek, week, vleeschagtig, en van een geele coleur zyn, omtrent zoo groot als hane-klootjes; aan de eynden ziet men twee kromme hoofden, en alsze een weinig geopent zyn, in de midden wat wits, en men zegt dat deze, geplant wordende, zeer vruchtbare boomen zouden voortbrengen: Dezen boom wil gaarne groeyen op of in een murruwe, losse, en warme gront, als mede in vette aarde, want in een zandige gront draagt hy meest bloemen, en weinig vrugten, en in een vaste gront wil hy ook niet voortkomen; Op Amboina heeft menze nergens schoonder dan in de Thuynen omtrent de Rivier Weynithoe, *alwaar die vrugten zoo groot zyn als een middelbare Pompoen, en van buyten ook byna zoo gekeept, van coleur ligt-groen, en laf-zoet van smaak, zynde dierhalven zoo goed niet als de kleine; uyt de korrels komen voort beide mannekens- en wyfkens-boomen, en het gebeurt dikwils dat de korrelen van beide die sexen by malkander komen te vallen, alswanneer hun ook de wortels zoodanig door malkander komen te vleg-ten, dat menze voor eene aanziet, en het is als dan raar om te zien, dat daar uyt twee stammen voortkomen, waar van de eerste een manneken, en d'andere een wyfken wort: Hoedanig een paar ik in 't Casteel Victoria, An. Sestienhondert vier-en-vyftig, gevonden heb, die uyt een oude muur gewassen waren, en welkers wortelen men by naauw onderzoek ook konde onderscheiden: Maar op myn eigen erf heb ik 'er ook gehad, wiens beide wortelen met een gemeene schorsse waren bedekt: De wortelen van dezen boom hebben een Radysagtigen reuk en smaak, gelyk de wortelen van de* Kellor, *en de geknaauwde bloemen smaaken en ruyken mede zoodanig, doch zoo sterk niet: Beide deze boomen gequetst wordende, 't zy dan in de vrugten, steelen, of stam, geven een weyagtige melk van zich, doch den stam wel de meeste, zynde niet scherp, maar wat bitteragtig.*

Sayzoen: *Deze boomen hebben geen vast Sayzoen, maar bloeyen en draagen het geheele Jaar door, blyvende de groene vrugten lange aan de boomen hangen, en men houtze voor ryp alsze aan de eene zyde maar geel zyn.*

Naam: *In 't Latyn* Papaja mas, & Femina: *by de Maleyers, Ternatanen, en meest andere Moluxe inwooners, wortze mede* Papaja *genoemt, met den bynaam van Manneken en Wyfken: By andere natien heb ik mede geen eigen Inlantsche naam kunnen vinden, myns oordeels een bewys zynde dat het een uytlantsche vrugt moet wezen: gelyk de Inlanders ook eenparig verklaaren, datze door de Portugeezen of Spanjaarden eerst in deze Oosterse Eylanden overgebragt zyn, en dierhalven nergens zoo overvloedig wassen als in Ternaten, daar beide die natien langen tyd gewoont hebben, en die dezelve dan buyten twyffel uyt* Brazil

crescit in Brasilia, ubi Portugalli arborem *Mamoera* & fructus *Mamamon* nominant, uti videtur, ob formam mammæ, & si hallucinari licet, non sine veritatis specie dici posset, Hispanos ipsi nomen Papajæ tribuisse ex Papaja, regione Peruana, ex qua forte hunc fructum primum in Manilas, ac inde in Moluccas transtulerunt: Apud quosdam harum insularum populos nomen quidem occurrit indigenum, sed illud desumptum est a quadam forma, sic a Macassarensibus vocatur *Dangan Dangan*, a forma parvæ Cucurbitæ: Item *Unti Unti* & *Unti Java*, a subita ejus germinatione ac adulta ætate instar Musæ: In Baleya vero vocatur *Gedang Castela*.

Locus. Dum fructus hic, uti dictum fuit, est exoticus, hinc nullibi hodie occurrit, nisi ubi Europæ habitant nationes vel habitaverunt, sique in aliis reperiantur locis, ibi ab incolis vel avibus per officula translatus est: In Tarnata fructus hi sunt adeo copiosi, ut homines ibi vix illos respiciant nec edant, vocanturque Porcorum cibus, quum hos saginant hisce fructibus, quamvis ibi sunt meliores ac in Amboina, quum ibi in solo crescant molli ac calidiore.

Usus. Fructus hi crudi comeduntur, si decorticati fuerint, sique eorum caro colorem vitelli ovorum gerat: non multum autem replent stomachum, nutrimentum enim dant mucosum ac facile putrescens, unde plurimum delectationis gratia comeduntur, & ut calidioribus diebus ventriculus refrigeretur, semi-maturi vero, quorum caro adhuc albescit, in parvas scinduntur lamellas, quas aquæ incoquunt cum saccharo, uti in patria nostra Brassicæ conscissæ, cibumque præbent gratum, sed fatue dulcem. Ex iisdem quoque lamellis, jure & carne gallinacea mixtis, parvæ quoque comparantur crustulæ, quæ in plateis venales circumferuntur; Quidam etiam Sinenses horum fructuum carnem prope maturam saccharo condiunt, uti Camolenga, sed ingratæ hæ sunt deliciæ: maris flores suum quoque præbent usum, qui parum in fervida macerantur aqua, dein ad Solem exsiccantur, & usurpantur cum aliis similiter siccatis foliis ac fructibus, ex quibus Atsjaar conficitur, quod supra mensam ad carnem assatam appetitus excitandi gratia adhibetur: In historia gallica Antillarum seu Clarybæarum insularum *cap.* 6. dicitur Papajas arbores iisdem in insulis quoque crescere ac inveniri, illarumque folia in tres divisa esse lacinias instar foliorum Ficus: Quod tamen puto erroneum, Ficus enim folium plures gerit lacinias, ibidem quoque dicitur in insula Sanctæ Crucis omni mense maturos proferre fructus, qui ab incolis Gallicis pro salubri habentur cibo, ac in obsoniis eorum mensis inponuntur: quodque ventriculi digestionem promoveant, forte quod in calidis istis regionibus debiles ventriculos modice refrigerent, vel quia ipsi fructus cito sunt digesti, facilemque alvo præbeant dejectionem.

Peculiare est huic arbori, quod tam cito excrescat: Quinto enim sextove plantationis mense hominis jam adtingit altitudinem, ac fructus proferre incipit, ita ut subita progerminatione Musam ac Ricinum superet. Quæque in molli, nigra, ac calida crescunt terra, licet parum sit arenosa, tam cito excrescunt, ut tertio jam anno truncum gerant pede crassiorem in diametro; cujus vertex dividitur in quatuor quinqueve crassos ramos, in quorum summo folia fructusque ita locantur, uti in simplici trunco; hoc autem discrimen observatur, quod fructus simplicis ac solitarii trunci semper sint majores ramificato trunco, quamvis una eademque sit species. Hocque modo fieri potuit, quod supra memorata ingens arbor ramificata longo tempore ita excreverit: Quidam gloriantur sese arte quadam arborem marem in feminam posse transmutare, dicuntque, si junioris arboris maris, qui brachium circiter crassus est, omnes amputentur pedunculi floriferi, simulque superior coma, quæ folio obvolvenda est ac obtegenda, eandem hanc arborem fructus dein producturam esse: Hujus autem experimentum variis in truncis licet instituerim, nunquam tamen mihi successit, ac arbores perierunt.

In


Brazil en West-Indien zullen hebben overgebragt: Overvloedig veel vint men ze in gem. Brazil, daar de Portugeezen den boom Mamoera, *en de vrugten* Mamamon *noemen, zo 't schynt, na hun gedaante van een mamme; en, zo gissing wat gelden mag, zoude men niet zonder schyn van waarheit konnen zeggen, dat de Spanjaarden haar den naam van Papaja gegeven hebben na Papajan, een Landschap in Peru, van waarze misschien deze vrugt eerst in de Manilas, en van daar in de Moluccas hebben overgebragt: By zommige natien dezer Eylanden vind' ik wel een Inlantsche naam, maar die is geleent of genomen van eenige gelykenissen, werdende by de Macassaren genoemt* Dangan-Dangan, *na de gedaante van een kleine wilde Couwoerde; Alsmede* Unti-Unti, *en* Unti Java, *genomen van haar spoedig wassen en groot worden, gelyk als de Pisang-boom; en op Baley wertze genoemt* Gedang Castela.

Plaats. *Dewyl het, als gezegt, een uytlantsche vrugt is, zo vint men ze hedendaags niet ligt ergens anders dan daar Europische natien woonen, of gewoont hebben; en zo men ze op andere plaatzen al ziet, zo zynze door de Inlanders, of vogelen door middel van de korrels daar heenen gebragt: In Ternaten heeft men ze zoo overvloedig, datze de menschen aldaar, om zelve te eeten, naauwlyks willen aanzien, haar noemende verkens-kost, om datze hunne verkens daar mede mesten, hoewel dezelve veel beter zyn dan in Amboina, om datze aldaar hebben een goede zagte aarde, en wat warmer gront.*

Gebruik. *Men eet dezelve vrugten raauw, te weten: eerst geschilt zynde, en als hun vleesch doyr-geel is: doch zy verzadigen niet veel, als gevende een slymerig en ligtbederffelyk voedzel, en daarom eet men ze meest voor plaizier, en om in heete tyden de maage wat te verkoelen, en de half-rype, die noch een wit vleesch hebben, snyt men in kleine riempjes, en kookt die met water en zuyker, gelyk in 't vaderland gesnedene kappers-koolen, gevende dan een aangename, doch wat laf-zoete kost; en uyt dezelfde riempjes, met hoender-vleesch gemengt, werden ook kleine pasteytjes gemaakt, en die langs de straaten verkogt; Zommige Sineezen weten mede het vleesch, dat ten naasten by rip is, in zuyker te confyten, gelyk de Camolenga, doch dat is insgelyks een slechte lekkerny: De bloemen van het manneken hebben mede haar gebruik, want men weektze een weinig in heet water, daarna droogt men ze in de zon, en gebruiktze, benevens andere diergelyke gedroogde bladeren en vrugten, tot het maaken van atsjaar, die men, om appetyt te maken, over tafel, en veel tot gebradene kost gebruikt: In de Fransche historien van de Antillas of Carybische-eylanden,* cap. 6. *wert gezegt, dat de Papayen in dezelve eylanden mede groeyen, en gevonden worden, en dat hunne bladeren aldaar waren verdeelt in drie lappen, gelyk een vyge-blad: doch 't welk ik gisse een abuys te zyn, want het vyge-blad zelfs heeft meer lappen, ook wert aldaar gezegt, datze in 't Eyland Ste Cruce alle maanden rype vrugten draagen, en van de Fransche inwoonders voor een gezonde kost gehouden, mitsgaders onder hun banquet opgedischt worden; voorts datze de kooking des maags helpen bevorderen, misschien om datze in die heete landen de verzwakte mage matelyk verkoelen, of om datze zelfs haast verteert werden, en dan tot een spoedige kamergank aanporren.*


Deze boom heeft een byzondere aart en eigenschap van haastig op te schieten: want in de vyfde of zesde maant na zyn planting heeft hy al de hoogte van een man, en begint vrugten te dragen, zoo dat hy met zyn spoedig opschieten de Pisang en Ricinus komt te overtreffen, en de gene, die in een mulle, zwarte, en warme gront staan, (al is hy al wat zandig) nemen zo schielyk toe, datze in 't derde Jaar een stam hebben van ruym een voet dik, over dwers gemeeten, en het bovenste verdeelt zich in vier à vyf dikke takken, aan welkers uitterste de bladeren en vrugten even zodanig staan, gelyk aan de een-stammige, doch dit onderscheid bemerkt men, dat de vrugten van den een-stammigen altyd grooter vallen dan van de getakte, hoewelze van een en dezelfde zoort zyn: En op deze manier kan het wel wezen, dat den grooten getakten boom, hier boven gemelt, door lankheit van tyd zodanig geworden zy: Zommige beroemen haar mede datze door konst een Mannetjes- in een Wyfjes-boom konnen doen veranderen; en zy zeggen, wanneer men een jonge Mannetjes-boom, die niet boven een arm dik is, alle de steelen, daar de bloemen aanhangen, affnyt, en zo mede de bovenste kruyn, dezelve met een bladt toebindende en bedekkende, dat als dan dezelve boom vrugten zoude voortbrengen; doch ik zulks aan verscheide stammen geprobeert hebbende, zo en heeft het my evenwel niet willen gelukken: maar de boomen gingen uyt.

In





Carica Papaya. L.



In *Hort. Malab. tom.* 1. *Figura* 15. ambæ hæ arbores exhibentur ac describuntur, ac mas vocatur ibi *Amba-Paja*, & Bracmanis *Dadul Papaja*, femina vero *Papajamaram*, Bracmanis tantummodo *Papaja*, unde patet in ipsa quoque ora Malabarica exoticam esse arborem, quum nullum indigenum gerat nomen. *Casp. Bauhinus in Pinace Libr.* 11. *Sect.* 5. arborem hanc ad Platani genus voluit reducere respectu magnitudinis foliorum, quod autem apud Hispanos in India Occidentali nomen est Musæ, sed *Libr.* 12. *Sect.* 1. ficuum generi illam assimulat; ac *Bontius libr.* 6. *cap.* 6. hanc vocat *Arborem Meloniferam*, & *Papajo*, meo autem judicio melius Peponiferam vocare potuerat. *Piso lib.* 9. *cap.* 23. eam vocat Brasilice *Pinoguacu*, dicitque ibi marem æque ac feminam fructus proferre, sed minores ac longiores, quod tamen apud nullum alium legi auctorem, vel unquam a Brasiliano audivi: Quamvis tamen illud verosimile videtur, quum ab oculari adfirmatur teste: Sæpe etiam ex floriferis maris racemis fructus rudimenta propullulasse observata fuere, quæ faciem præ se ferebant, acsi fructus essent futuri; uti contra in femina aliquando duo tresve fructus ex racemis dependentes observati fuere.

In Hort. Malab. tom. 1. Figuur 15. *vint men deze beide boomen mede beschreven staan, het Manneken onder den naam van* Amba-Paja, *en in 't Braminees* Dadul-Papaja, *mitsgaders het Wyfken onder den naam van* Papaja maram, *en in t Braminees slechts* Papaja, *waar uyt nochmaals blykt, dat het ook zelve op de Malabaarsche kust een uytlantsche boom moet zyn, om dat hy geen inlantsche naam en heeft.* Casparus Bauhinus in Pinace, Lib. 11. Sect. 5. *heeft dezen boom believen te reekenen onder de geslachten van de Platanus, en dat ten aanzien van grootheit der bladeren, doch 't welk by de Spanjaarden in West-Indien een naam is van de Pisang; maar* Lib. 12. Sect. 1. *rekent hy hem ook onder de geslachten van vygeboomen; en* Bontius lib. 6. cap. 6. *noemt hem* Arbor Melonifera, *en* Pampajo, *doch hy badde hem myns oordeels liever mogen noemen* Peponifera. Piso, lib. 4. cap. 23. *noemt hem in 't Brasiliaans* Pinoguacu, *en zegt, dat aldaar zo wel het Manneken als Wyfken vrugten draagen, doch kleinder en langer, 't welk ik by geen andere Autheur gelezen, noch ooyt van geen Brazielis-vaarder gehoort hebbe: hoewel zulks echter wel aanneemelyk is, als voortkomende van een oog-getuyge; Ook zo heeft men aan de bloem-trossen van het manneken zomtyds wel schepzelen zien voortkomen, dewelke haar vertoonden als ofze vrugten wilden worden: gelyk men ook daarentegen aan het wyfjen zomtyds wel twee en drie vrugten aan trossen by malkander heeft zien hangen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ,

Quæ *Papajam Feminam* exhibet seu *Papaja Parampuan.*
A. Ejus folium majori sistit forma, ut ejus laciniæ melius distinguantur.
B. *Florem* denotat.
C. *Fructum.*
D. *Fructum dissectum*, ut *officulorum seminalium situs* appareat.

Tabulæ Quinquagesimæ Primæ,

Papajam Marem repræsentat, in qua *Litt.*
A. *Racemum Floriferum*,
B. *Florem separatum* ostendit.

UYTLEGGING

Van de Vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont het Wyfje van de Papaje-Boom, *ofte de* Papaja Parampuan.
A. Wyst aan deszelfs bladt *in grooter gedaante, op dat de insnydingen te beter gezien mogen werden.*
B. De bloem.
C. De vrugt.
D. De opgesnedene vrugt, *waar in de* plaatzing *der* Zaat-korrels *verbeelt wert.*

De Een- en Vyftigste Plaat

Verbeeld het Mannetje van de Papaja-boom, *waar op de Letter*
A. Aanwyst een bloem tros,
B. Een bloem afzonderlyk.

OBSERVATIO.

Papaja mas & Femina in Zeylana quoque crescunt insula, harumque synonyma dedi, auctoresque allegavi in *Thesauro meo Zeylanico. pag.* 189. ubi reliqua vide, nec non in *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 202. *Papaje-boom* a *Valent. pag.* 169. vocatur & obiter describitur.

CARICA hoc genus a *Linnæo* vocatur, estque Carica foliorum lobis sinuatis; mas & femina *H. Cliffort. p.* 461. & *Royeni Fl. Leidens. prodr. p.* 225.

AANMERKING.

Het Mannetje en het Wyfje van de Papaja-Boom *groeyen mede op Ceylon, en derzelver benamingen en Schryvers heb ik aangehaalt in myn* Thesaur. Zeyl. pag. 184. *alwaar die te vinden zyn, als mede in de Catal. van* Sloan. *over de* Jamaise-gewassen pag. 202. *De Papaje-Boom wert mede by* Valent. pag. 169. *ter loops beschreven.*

CARICA *wert dit geslagt van* Linnæus *genaamt, en is de* Carica foliorum lobis sinuatis *in de* Hort. Cliffort. pag. 461. *en in de Hr.* van Royens Prodr. *van de* Leidze Tuyn. pag. 225.

In Rumphii auctuario Capite undecimo describuntur PAPAJA SILVESTRIS; *seu* PAPAJA-UTAN, *& Aynyver. Nec non* PAPAJA LITOREA *sequentem in modum.*

HAec Papajæ arbori æmula arbor altitudinem ac crassitiem adquirit Pinangæ arboris, quæ truncum gerit erectum in articulos ac cancellos divisum instar Papajæ trunci, in cujus vertice rami quoque extenduntur uti in Papaja arbore, quisque autem ramus in diversos articulos protuberantibus venis divisus est, qui prope ortum facile abrumpitur, parvam ejus relinquens partem cum foveola, acsi trunco adglutinatus fuisset: Ramus hic in viginti circiter tales articulos est divisus, qui quadam vi separari & disrumpi possunt, hique truncum incurvant instar arcus; totus autem hic ramus est herbaceus, sed firmus, singuloque ex articulo bina propullulant folia opposita introrsum conniventia, Canarii folia referentia, sed inferius rotundiora, a sex ad novem pollices longa, ad oras vix & raro dentata: Atque hoc peculiare habent, quod nervus medius non recte, sed flexuose decurrat, foliumque dividat in bina inæqualia segmenta, quorum supe-

In het *Elfde Capittel van de vermeerdering van Rumphius* wert de WILDE PAPAJA-BOOM, ofte de *Papaja-Utan* en Aynyver, als mede de STRANDT-PAPAJA-BOOM, op de volgende manier beschreven.

D*Ezen nabootster van den Papaja-boom, gewint de hoogte en dikte van een Pinang-boom, de stam is regt, in leeden en ruyten verdeelt, gelyk een Papaje-stam, boven in den kruyn staan de takken ook uytgebreid als aan een Papaje-boom, doch yder tak is in verscheide leeden door uytbuylende kniën verdeelt, en by zyn oorspronk breekt hy kort af, nalatende een stompje met een kuyltje aan den stam, als of hy daar aan gelymt was geweest. De tak is omtrent in 20 zulke leeden verdeelt, welke men, met een kraak van malkander breeken kan, en zy buygen haaren tak, dat hy inwaarts krom staat gelyk een boge, zynde den geheelen tak kruydagtig, doch styf, aan yder lit of knie staan twee bladeren inwaarts na malkander luykende, de Canary-bladeren eenigzints gelyk, doch agter ronder, van 6 tot 9 duymen lank, aan de kanten donker en ydel getandt. Zo hebbenze dit byzonder, dat de middel-zenuwe niet regt, maar bogtig loopt, deelende het blad in twee ongelyke deelen, waar van de voorste helft de grootste is, agter ront toelo-*

pen-

superior pars major est, inferius rotunde desinens. Inferior pars minor est atque anguste desinit, quo cum Caju Langi convenit, ac porro inferne quibusdam obliquis constat costis, saporemque præbet fatue dulcem.

Ex ramorum sinu longus progerminat racemus, semi-ulnam longus, in plurimos laterales divisus petiolos, fere uti in Papaja mare: Ex hisce lateralibus petiolis breves propullulant pedunculi, qui binos, tres, quatuorve gerunt flosculos, nullam peculiarem habentes formam. Post hos sequuntur fructus, qui pallidæ ac rotundæ sunt baccæ, minores granis Oryzæ, superius planæ, ibique formantes coronulam ex quinque filamentis retroflexis compositam, ac ipsis baccis plane incumbentibus, in qua albicans siccaque locatur medulla in quinque loculos divisa; Superior trunci pars est herbacea ac fragilis, unde nemo eam adscendere audet, fortiorque ventus totam disjicit & abrumpit comam, inferior autem dimidia pars exterius lignum gerit durum, interius fungosam medullam, sique findatur, mucosus exstillat succus, uti ex Papaja.

Nomen. Latine *Papaja Silvestris.* Malaice *Papaja Utan.* In Leytimora *Aynywer* & *Aynier* h. e. arbor Calappæformis, apud Soyanenses *Rima tebu:* ac Bagualenses hanc vocant *Oery Mareſſu* vel *Culit Goegor.* quod ejus cortex adeo facile decidit, atque tota ramorum quoque compages, ita ut sæpe penitus iis orba ac denudata sit; In Uliassensibus insulis dicitur *Ay Nou Ollo.*

Locus. Crescit in Leytimoræ montibus.

Usus. Nullus ejus usus hactenus innotuit, nisi quod ejus truncus, quousque durus est, adhibeatur ad fundamenta postium, quum durabilis sit, atque ex crassissimis truncis asseres formentur pro navigiis, quorum meditullium pollicem circiter crassum est.

Altera quoque *Papajæ* species est *litorea* dicta, seu *Papaja Pante* ab antecedente diversa, mixtamque gerens Papajæ formam & *Caju Gorita:* Raro invenitur & crescit in litore Halong articulato inclinans trunco, huicque folia ex petiolis oriuntur uti in Papaja, majora ac suprema folia ultra tres pedes sunt longa, subsequentia a duodecim ad quindecim pollices longa, tres digitos lata, inferius sensim angustata, in medio latissima, inferius sinuosis protuberantia costis, semperque sexdecim folia singula ex rachide: Ad rami summum racemus progerminat, ultra pedem longus, qui in plures quam triginta laterales dividitur ramulos, spithamam longos, ex quibus parvi oriuntur fructus, minores Oryzæ grano, pallide virentes, duri, rotundi cum parvo acumine, atque ad basin protuberantes, interior medulla in lamellas separari potest.

Nomen. Amboinenses quidam illam vocant *Lau Takka,* quum ejus folia quodammodo referant Taccæ divisa folia.

Locus. Raro occurrit, parumque nota est hæc arbor in ipso Halong litore.

Primæ speciei altera videtur esse minor species in Leytimora parum nota, sed magis apud Boeronenses, qui *Attehu* hanc vocant: Trunco hæc adsurgit recto, simplici, nec ramoso nisi in vertice, ubi paucos gerit ramos, qui transversaliter ex stipite suum habent ortum, ac sub iis truncus ad duorum pedum longitudinem tuberculis ac foveis insignitur, quæ sunt vestigia ac reliquiæ deciduorum ramorum, singuli enim rami crasso geniculo trunco insident, quod brevi disrumpitur distantia uti in antecedente Papaja, ac herbaceum est, nihilominus tamen fixum, ac crassitiei pennæ anserinæ, huicque folia alternata insident brevissimis in petiolis, quæ quatuor quinqueve pollices sunt longa, ac lata, ad oras obtuse serrata, firma, sicca, inferius mollia ac sinuosis texta costis. Trunci extremum seu vertex dividitur in viginti & plures petiolos, qui magnum efformant racemum, quorum singuli in minores laterales dividuntur petiolos, qui ubique capitula emittunt instar Sinapios seminis, quæ sese aperientia in minimos excrescunt flosculos, constantes ex octo flavescentibus petalis concavis.

Locus. Invenitur in Leytimora & ad Totarron adhibetur, quamvis juniores stipites satis magnam habeant cavitatem seu cor, quod sensim minuitur & crescit: Parum innotuit hæc arbor, nec aliud gerit nomen quam *Attehu Boeronensium.*

Tabula

pende. De binnenste helft is kleinder, en loopt agter smal toe, waar in ze met de Caju Langi overeenkomen, voorts van onderen met eenige schuynse ribben doorregen. De smaak is een onaangename zoetigheit.

Uyt den schoot der takken komt een lange Tros, wel een halve vadem lank, in veele zyd-takken verdeelt, schier gelyk aan Papaja het manneken. Aan deze zyd-takken staan korte steeltjes, waar op men ziet 2, 3, en 4 kleine bloempjes, van geen byzondere gedaante. Na dezelve volgende vrugten, zynde kleene ronde beesien, kleender dan ryst-korrels, voren een weinig plat, aldaar vertonende een kroontje van vyf draatjens, agterwaarts gebogen, en plat op de beesien leggende, binnen een wit droog merg in 5 huyskens verdeelt, het bovenste deel des stams is kruydagtig en bros, daarom niemand bestaan kan daar op te klimmen, en een sterken wint breekt den gebeelen kruyn af, maar de onderste helft heeft van buyten een hard hout, van binnen een voos merg, als men daarin kapt, loopt een slymerig zap daar uit, gelyk uyt Papajen.

Naam. *In 't Latyn* Papaja Silvestris, *in 't Maleyts* Papaja Utan, *op Leytimor* Aynywer *en* Aynier, *dat is Calappus-formige Boom, by de Soyanen* Rima tehu, *die van Bagueala noemen hem* Oery Mareſſu *of* Culit Goegor, *dewyl zyne schorsse zo ligt afvalt, gelyk ook de gebeele troupen van takken, zo dat hy zomtyds bloot staat: In de Uliassers hiet hy* Ay Nou Ollo.

Plaats. *Hy is bekent in 't gebergte van Leytimor.*

Gebruik. *Daar van is noch niets bekent, behalven dat men deze stam, zo verre hy hard is, tot onderleggers van paggers gebruikt, alwaar men hem durabel bevind. Uyt de dikste stammen maakt men planken tot praauwen, alwaar het hert maar een duym dik is.*

Papaja Littorea. *Daar is noch een* Papaja Littorea, *of* Papaja Pante, *van het bovenstaande verschillende, en dragende een gemengd fatzoen van Papaja en* Caju Corita. *Hy is zelden te vinden, en staat op het strand van Halong, met een gelede stam overhellende, daar aan staan de bladeren aan steelen gelyk aan de Papaje, de middelste en voorste bladeren zyn ruim 3 voeten lang, de volgende zyn van 12 tot 15 duimen lank, 3 vingers breed, van agteren allenkskens toesmallende, en voren op 't breedst, van onderen met zeer bogtige ribben, en altyd 16 bladeren op eenen steel. Aan 't uiterste des taks komt een Tros voort, ruim een voet lang, en dezelve in meer dan 30 zyd-takken verdeelt, yder een span lang, en daar kleine vrugten langs beenen, kleinder dan een ryst-korrel, ligt-groen, ront, hard, met een klein spitsje boven op, en agter aan 't voetje vertoonende de gedaante van een speldewerks-klos, het binnenste merg laat zig in schilfferen deelen.*


Naam. *Zommige Amboinesen noemen 't* Lau Takka, *om dat zyn bladeren eenigzints gelyken na de snibbelen van Tacca.*

Plaats. *Hy wert zelden gevonden, en is weinig bekent op het strand van Halong.*

Attehu van Boero. *De eerste zoorte schynt mede een kleinbladige zoorte te hebben, op Leytimor weinig bekent, doch meer by de Boeronesen, dewelke hem* Attehu *noemen: Hy schiet op met een regten stam, zonder takken tot aan den top, alwaar hy maar weinige heeft, dewelke regt dwers uyt den stam komen, en agter dezelve is den stam wel een paar voeten met knobbelen en kuylen bezet, 't welk voetstappen zyn van de afgevalle takken, yder tak zit met een dik knietje aan den stam, 't welk kort afbreekt, gelyk aan de bovenstaande Papaja, en is regt kruydagtig, niettemin styf, en een schaft dik, daar aan staan de bladeren verwisselt tegens malkander op gantsch korte voetjes, zy zyn 4 en 5 duimen lang en breed, aan de kanten stomp gezaagt, styf, droog, van onderen zagt in 't aantasten, en met bogtige ribbetjes doorregen. Het uyterste van den stam verdeelt zig in meer dan 20 diergelyke steelen, makende een grooten Tros uyt, en yder derzelver in korte zyd-takskens, en dezelve digt bezet met knopjes als mostaart-zaad, dewelke haar openende, vertoonen zeer kleine bloempjes, gemaakt van 8 geel-witte blaadjes, in de midden met een bolligheit.*

Plaats. *Men vind hem op Leytimor, en wert tot Totarron gebruikt, hoewel de jonge stammen een redelyk groot en voos hert hebben, 't welk metter tyd uytgroeit. Hy is weinig bekent, en heeft noch geen andere naam dan* Attehu *by de Boeronesen.*


De Twee-





Tom. I.

Araliaceae indefinitae





Araliaceae indefinitae.

Tabula Quinquagesima Secunda
Ramum exhibet *Papajæ Littoreæ* seu *Papajæ Pante.*

De Twee- en Vyftigste Plaat
Vertoont een een Tak *van de* Strand-Papaje-Boom, *ofte de* Papaja-Pante *genaamt.*

EXPLICATIO
Tabulæ Quinquagesimæ Tertiæ,

In qua *Figura Prima,* Ramum exhibet *Popajæ* Silvestris, seu *Papajæ Utan* vocatæ.
Figura Secunda, Ramum exhibet *Papajæ Litoreæ Boeronensis* ATTEHU dictæ.

UYTLEGGING
Van de Drie- en Vyftigste Plaat,

Vertoonende een Tak met de eerste Figuur *van de* Wilde Papaje-Boom, *ofte de* Papaja Utan *genaamt.*
De Tweede Figuur *wyst aan een Tak van de* Boeroneese Strant-Papaje-Boom, ATTEHU *genaamt.*

CAPUT QUADRAG. QUINTUM.
Lansium: Lansa.

Lansii arboris duæ sunt species, domestica nempe & silvestris. Quarum prima est arbor satis excelsa, cujus truncus non est rotundus, sed profunde sulcatus, instar columnæ excavatæ, vel quasi ex plurimis stipitibus esset concretus: Ejus cortex exterior est tenuis, durus, glaber, pallidus, vel cinereus, & quoque flavescens: Ejus rami non amplam formant comam, sed eo altius exsurgunt, sunt enim erecti admodum, atque e longinquo obscure virentes apparent. Folia brevissimis insident petiolis, in binos ordines alternatim posita, folia Fagi referentia, sed sunt longiora ac firmiora, integra & acuminata, inæqualis magnitudinis, juniorum enim arborum pedem circiter sunt longa, ultra palmam lata, ac instar chartæ membranaceæ, ac sonitum edentia, vetustiorum vero arborum palmam tantum sunt longa, ac tres circiter digitos lata, obscure viridia, ac parallelis distincta costis, plurima cinereis variegata maculis, acsi siccata forent, unde non elegantis sunt adspectus: Ex ramis sub lateralibus surculis excrescit unus alterve erectus racemus viridis, ex quo flores dependent, qui alba sunt capitula, quæ parvis ex racemis quoque coadunata hærent, quæque ad dimidium in tria quatuorve parva dividuntur petala, seu segmenta, fere instar florum nucis Moschatæ arboris, in medio albicans habent pistillum, quod dehiscens subtus exhibet aliud parvum obscure luteum capitulum, seu germen, quod in fructum excrescit, ac prout hic crescit, sic quoque major excrescit racemus, qui sensim increscit & crassior est, ita ut totus racemus Uvarium referat racemum, ulnæ longitudinis: Fructus vero formam ac magnitudinem ovorum Columbinorum seu oblongorum prunorum habent, exterius obducti pallida seu flava pellicula, quæ matura digitis facile separatur & confringitur, si vero sint inmaturi, lac effundunt amarum, albicans, ac spissum, quod manus ac os nigro inficit colore, uti Juglandum putamina in Europa: Carnem gerunt albicantem ac semipellucidam, in quinque oblongas distinctam partes, uti in pomis dulcibus, seu uti Allii capita: Horumque segmentorum semper unum alterumve majus est reliquis, quæ continent planum angulosum ac viride officulum: Maturæ penitus carnis sapor est gratus, & ex acido dulcis instar uvarum, seu alborum Ribesiorum: Sed si non bene sit matura, est acida instar uvarum inmaturarum: Cavendum est, ne descriptum viride officulum dentibus comminuatur, est enim instar bilis amarum, nec memoratum lac cutim vel os tangat, quum sapor ejus quoque sit ingratus & amarus: Fructus penitus maturi, qui paucam hujus lactis continent copiam, in exteriore cortice nigris notati sunt maculis, & molles sunt ad tactum, digitisque compressi facile aperiri possunt, atque ab interna separari carne, sed in ore eorum caro ab officulo lingua est separanda, quod abjicitur vel integrum a quibusdam deglutitur: Fructus autem hi maturi sunt adeo delicati gratique saporis, ut vix satiari quis iis possit, tales enim raro in arbore conspiciuntur, cito autem sunt decerpendi, ne ab avibus rapacibus abripiantur: Truncus lignum dat durum, solidum, & pallide albens, grave, & satis durabile, unde usitatissimum est ad variorum instrumentorum manubria: Radices firmissime terræ infiguntur, nec facile a vento hinc moventur vel disjiciuntur arbores.

Dome-

XLV. HOOFDSTUK.
De Lanssa-Boom.

Van de Lanssa-boomen vind men tweederley zoort, namentlyk tamme en wilde: zynde de tamme een redelyk hooge boom, den stam niet ront, maar diep gevoorent, als een uitgeholde colomme, of als uyt veele stammen t'zamen gegroeit: De schorsse van buyten is dun, hart, effen, en bleek- of vuyl-wit, wat na den geelen trekkende: Zyne takken maken geen breede kruyn, maar lopen of ryzen weder zo veel te hooger, steylder, en spitser op, zynde van verre aantezien zwart-groen: De bladeren staan op zeer korte steelen, meest in twee ryen, niet regt, maar wat verwisselt tegens malkander, wel gelykende na de Beuke-bladeren, doch zyn wat langer en styver, met effene kanten, en een lange spitse, hebbende ook een ongelyke grootte, want aan de jonge boomen zynze bykans een voet lank, ruym een hant breet, en rammelende als perkement, en aan de oude boomen zynze maar een hant lank, en omtrent drie vingeren breet, voorts hoog- of zwart-groen, en met evenwydige ribben doortoogen, meest alle met graauwe plekken bezet, als ofze uytgedroogt waren, en dierhalven niet mooy of fraay van aanzien: Uyt de Takken agter de telgen, wassen een of twee regte en groene steelen, of trossen, daar het bloeizel aan hangt, zynde witte knoppen, die insgelyks met kleine trosjes by malkanderen hangen, en dewelke hun maar een weinig in drie of vier kleine blaadjes of spitsen openen, even gelyk het bloeizel van de Nootemuschaat-boom, in de midden hebbenze een witagtig heuveltje, 't welk open berstende, zo vertoont zig daar onder nog een ander donker geel knopje, waar uyt de vrugt voortkomt, en zo als dezelve groeit, zo groeit ook den grooten steel, werdende hoe langer hoe dikker, zo dat zig den geheelen tros komt te vertoonen als een groote Druyven-tros, van byna een elle lang: zynde de vrugten van gedaante en grootte als Duyven-eyeren, of lankwerpige Pruymen, van buyten bekleet met een bleeke of oker-geele schil, die, alsze ryp is, met de vingers ligt open of aan stukken gedrukt kan worden; gevende, als ze onryp zyn, van haar een bittere witte en dikke melk, dewelke de handen en mont tanyt verft, gelyk de groene noote-schillen in Europa: Van binnen hebbenze een wit en half doorschynent vleesch, onderscheiden in vyf lankwerpige deelen, gelyk de zoete appelen, of look-knoppen: En van deze deelen zyn altyd een of twee grooter dan de andere, hebbende van binnen een plat-hoekige en gras-groene korrel: De smaak van het volkomen rype vleesch is zeer aangenaam en rynsch-zoet, gelyk druyven, of witte aalbeesien; maar nog niet regt ryp zynde, zo zuur als onrype druyven: En moet men zig wagten van de voorschreve groene korrels aan stukken te byten, want zy zyn zo bitter als gal; ook moet men de bovengenoemde melk niet aan 't vleesch of in de mont laten komen, om datze insgelyks van een kwaden smaak en bitter is: De volkomen rype vrugten, waar in men weinig van deze melk vind, hebben op haar schil eenige zwarte plekken, en zyn week in 't aantasten, konnende met de vingers ligt open gedrukt, en van het binnenste vleesch afgezondert worden, maar in de mont moet men het vleesch met de tong van de groene korrels afwryven, dezelve weg smyten, of geheel inslokken: Zynde de regte rype zo lekker en aangenaam zoet, dat men kwalyk zyn bekomst daar aan eeten kan; maar zodanige ziet men zelden aan de boomen, want men moetze al vroeg afplukken, of de dieven en roof-vogels gaan 'er mee door: De stam heeft een hart, digt, en bleek-wit hout, zwaar, en redelyk durabel, weshalven het zeer gebruykelyk is tot steelen, en hechten van verscheide gereetschappen: De wortelen staan ook zeer vast in d'aarde, en worden niet ligt door eenige wint daar uitgerukt.

Van

Domestici Lansii binæ sunt species, sed quæ parum differunt, alba nempe est maxima, quod idem quoque de floribus intelligendum est, ac foliis, quæ læte viridem habent colorem. Fructus itaque est magnitudinis minoris ovi Gallinacei, Pyriformis, inferius parum acuminatus, hique, qui plurimum in Hitoe regione crescunt, sunt dulcissimi, sed magna gerunt amaraque officula: Altera minorque species Lansium rubrum dicitur, quum ejus pellicula plerumque obscure lutea sit; arborque corticem gerat, qui in rubicundum vergit colorem; Flores sunt minores, neque fructus officula sunt tantæ magnitudinis, quantæ in magna specie sunt, tarde maturescunt, diuque aciditatem servant.

Anni-tempus. Florent circa Decembrem, fructusque Martio maturescunt mense, qui usque in Augustum durant. Est enim fructus, uti dictum fuit, qui diutissime arbori inhæret, antequam maturescat penitus. Et quamvis memoratæ binæ species, alba nempe & rubra, proprie non sint silvestres, non amant tamen hortos, vel prope ædes plantari: Quæ enim ibi locantur, tardissime excrescunt, & quinquennes esse oportet, antequam fructus gerant, immo vidi, quæ octavo nondum anno fructus produxerant: E contra in silvestribus Amboinensium hortis sunt vegetæ, ubi tarde quidem excrescunt quoque, sed hoc videtur familiare arboribus duris & tenuissimis ex fibris compositis: Et uti in aliis observatur arboribus, sic & hæc ex suo trunco circa radicem latas gerit excrescentias, instar alarum. Terra, cui inplantanda est, saxosa quodammodo sit, in sabulosa enim citius & facilius excrescit quidem, sed plurima tum habet folia, paucissimosque fructus.

Nomen. Latine *Lansium:* In Malaica, Java, Maccassara & Banda *Lansa*, Ternata *Lassa.* Circa Mataram in Java *Bejettan* vocatur. Amboinice in Hitoe *Aymahu* & a quibusdam *Lassota*, in Leytimora *Buan* & *Boan:* In quovis vero Amboinico pago peculiare gerit nomen, quod non opus erit peculiariter denotare: In Baleya *Lansac* vocatur.

Locus. Arbores hæ plurimum in omnibus aquosæ Indiæ insulis occurrunt, a magna Java usque in Moluccos, in hisce vero Orientalibus plagis fructus multo sunt dulciores, majoresque quam in Java, ubi parvi admodum sunt.

Usus. Fructus hi sunt suluberrimi & grati temporibus calidis, si crudi edantur, refocillant enim refrigerantque stomachum. Si vero inmaturi nimium edantur, atque hisce superbibatur, plerumque flatus & tormina in abdomine excitant, vino saccharoque fricati bonum dant cibum salutaremque, qui in omnibus conceditur morbis, sed tum bene decorticandi sunt, & amaris exuendi officulis, quæ suum quoque dant usum, aqua enim contrita propinantur infantibus ad vermes enecandos. Siccati cortices igni inpositi bonum resinosumque spirant odorem, fere instar *Dammarselan*, unde quoque adhibentur ad suffimigium *Astangi.* Quæ est commixtio diversorum odoriferorum lignorum, herbarum, & gummatum, apud Malaicenses usitatissima, hisce sub vesperum ædes perfumantur, sive sola hæc mixtio, sive additis Lagundi foliis, adhibeatur, ut Musquitten, qui eo plurimum in conspectum veniunt tempore, eliminentur; Lignum, uti dictum fuit, ad manubria telorum, securium & etiam ad ædium postes adhibetur, quum vero arbores hæ tam tarde crescant, parcuntur quantum fieri potest, earumque loco Silvestris Lansii lignum usurpatur.

Van de Tamme Lansen heeft men twee zoorten, dog die van malkander weinig verschillen, zynde de witte de grootste, en 't welk ook verstaan moet worden van het bloeizel, als mede van de bladeren, dewelke een blyde groene coleur hebben: De vrugt dan, als gezegt, is ongeveer zo groot als een klein hoender-ey, peers-gewyze, lopende agter een weinig spits toe, en deze, die meest op 't lant van Hitoe vallen, zyn zeer zoet, maar hebben ook weder groote en bittere korrels: De tweede en kleinder zoorte werden roode Lansen genaamt, om dat haare schille donker-geel is, en de boom ook een schorsse heeft, die wat na het rosse trekt: Het bloeizel is wat kleinder, en de korrels in de vrugt zyn ook zo groot niet als in de witte, maar zy werden langzaam ryp, en behouden haare zuurte zeer lang.

Sayzoen. *Haar bloeityd is omtrent December, en de vrugten werden in Maart ryp, duurende wel tot in Augustus: Want het is, als gezegt, een vrugt, die vry lang aan de boom moet hangen, eerze volkomen ryp wort: En alhoewel de voorn. beide zoorten, witte en roode, eigentlyk geen wilde boomen en zyn, zo en willenze evenwel niet gaarne in de negoryen, en by de huyzen groeyen: want de gene, die aldaar werden geplant, schieten zeer lankzaam op, en moeten wel vyf Jaren oud werden, eerze vrugten voortbrengen, ja ik heb 'er gezien, die in 't achtste Jaar nog niet en droegen: Daarentegen staanze in de Bosch-tuynen der Amboineesen zeer weeldrig, schietende aldaar mede wel wat lankzaam op, dog dat schynt in alle harde en fyndradige houten zo een eigenschap te wezen: En, gelyk men aan meer andere boomen ziet, zo krygt ook deze aan zyn stam omtrent de wortel eenige breede uytwassingen, gelyk als vleugels: De gront, daar men hem inplanten wil, moet wat steenig zyn, want in mulle aarde schiet hy wel eerder of ligter op, maar draagt dan ook veel bladeren, en weinig vrugten.*

Naam. *In 't Latyn* Lansium: *in 't Maleyts, Javaans, Macassers, en Bandaas,* Lansa; *Ternaats* Lassa: *omtrent de Mataram op Java wert hy* Bejettan *genaamt: op Amboins op Hitoe,* Aymahu, *en by zommige* Lassata, *op Leytimor* Buan *en* Boan: *doch yder negory in 't Amboinsche gebied geeft hem wel een byzondere naam, en dierhalven zal het niet nodig wezen die alle aan te tekenen: Op Baley heet hy* Lansac.

Plaats. *Dezen boom vind men meest in, of op alle de eylanden van Water-Indien, van groot Java af tot in alle de Moluccos, dog in deze Oostersche quartieren zyn die vrugten veel grooter en zoeter dan op Java; alwaasze ook al vry wat klein vallen.*

Gebruik. *Deze vrugten zyn zeer gezont, en ook aangenaam om in heete tyden raauw gegeeten te worden; want zy verkoelen en verkwikken de mage: maar als men de halfrype te veel eet, en dan daar op drinkt, zo krygt men gemeenelyk daar van winden, en snyding in de buyk: Met wyn en zuyker gestooft, gevenze een gezonde kost, en die ook in alderhande ziektens wert toegelaaten, maar als dan moet menze wel te deegen schillen, en de bittere korrels daar uyt doen; hebbende dezelve evenwel mede nog haar gebruik; want men wryftze met water, en geeftze de kinderen te drinken, om de wormen af te zetten: De gedroogde schillen op 't vuur gelegt, geven ook een goeden en hersagtigen reuk, byna als de* Dammarselan; *en dierhalven werden dezelve ook gebruikt onder het reukwerk* Astangi: *Zynde een vermenging van verscheide welriekende houten, kruyden, en gommen, by de Maleyers zeer gebruykelyk: Men berookt ook daar mede tegens den avont de huyzen, het zy dan alleen, of met Lagundi-bladeren gemengt, om daar door de musquitten te verdryven, dewelke op die tyd meest zwerven, en te voorschyn komen: Het hout heeft, als gezegt, mede zyn gebruik tot hegten en steelen van toranen, bylen, &c. en zomtyds ook tot stylen van huyzen, dog om dat men deze boomen, die zo langzaam groeyen, geerne zo veel verschoont als 't mogelyk is, zo neemt men meest daar toe dat van de wilde Lansen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Lansii* floribus fructibusque conspicui.
A. *Fructum* naturali exhibet forma.
B. Apertum denotat fructum, ut ejus interna appareat substantia.

UYTLEGGING


Van de Vier- en Vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak *van de* Lansa-Boom *met zyn vrugten en bloemen.*
A. *Wyst de* vrugt *aan in de natuurlyke grootte.*
B. *Dezelve* opgesneden, *op dat deszelfs* binnenste gestalte *gezien wert.*

OBSER- AAN-



Lansium domesticum. Corr.





Cookia punctata. DC.

OBSERVATIO.

A *Valent.* Lanssa-Boom vocatur, ejusque ramulus ac fructus *No. IX.* exhibetur & *pag.* 165. describitur. *Neli Pouli H. Malab. part.* 3. *Tab.* 47. & 48 hujus videtur species, quæ fructibus angulosis differt, foliisque oppositis, quum *Lansii* sint alternata.

AANMERKINGE.

Deze Boom wert Lanssa-Boom van Valent. pag. 165. *genaamt en onder* No. IX. *verbeelt, en schynt te zyn een zoort van de* Neli Pouli *in de* Hortus Malabar. *derde deel* Tab. 47. *en* 48. *beschreeven en verbeeldt, welke van deeze verschildt door zyn hoekige vrugten, en overgestelde blaaden.*

CAPUT QUADRAG. SEXTUM.

Lansium Silvestre. Lansa Utan.

Silvestre Lansium non multum forma differt a domestico, ejus enim truncus ejusdem est altitudinis, ac per longitudinem quoque ita sulcatus: Folia autem opposita sunt, sed magis glabra ac aperta, nec transversales costæ ita protuberant: Notam itidem gerunt characteristicam, quæ cunctis Lansii speciebus propria est, quod suprema nempe eorum pars semper sit latior reliqua, ita ut nervus medius non recte per mediam folii partem decurrat: Fructus ex racemis quoque dependent uti in domestica specie, sed sunt parvi ac rotundi, replenturque amara & acida medulla, edendo inepta, unde animalibus inserviunt, præsertimque iis, quæ *Koes-Koesen* vocantur. Hujus autem Silvestris arboris duæ sunt species, quarum prima corticem trunci gerit album, ejusque lignum quoque est pallidum: Alterius vero cortex flavescit seu ruffescit, ac lignum tantum ad oras albicat, ac quo magis ad interiora vergit, eo magis rubet, sed tamen nunquam ita obscurum est hoc lignum ac illud *Aycole*, cum quo cæterum maxime convenit; utræque vero hæ species lignum habent solidum, durum, grave, & tenuibus constans fibris, sed non ita politum est ac illud *Aycole*. Utræque hæ arbores sunt Silvestres, in Silvis nempe crescentes in locis planis, nec longe a mare remotis, non autem in montibus, atque in omnibus Amboinensibus insulis sunt notæ.

Nomen. Latine *Lansium Silvestre*: Malaice *Lansa Utan*: Amboinice in Hitoea *Aymahu Abba*, in Leytimora *Buan Tauno*, *Buan Abbal*, & quoque, sed male, *Buan*: Ternatensibus *Lassa Suru* vocatur.

Usus. Fructus, uti dictum fuit, hominibus non sunt in usu, sed avide expetuntur a vaccis &c: Ex ejus ligno manubria Toranen, seu hastarum Amboinensium fiunt: item manubria cultrorum majorum & securium, quibus rubra optime ac aptissime inservit. Ex hoc fustes quoque longi formantur, qui vel soli vel plures colligati accenduntur, & pro facibus usurpantur, ac præsertim ut per noctem in litore investigentur pisces & astaci &c. qui per maris reditum relicti fuere hominibus prædæ, quodque opus pisces ita conquirendi a Malaicensibus *Sulo Sulo*, Ternatensibus *Lobe Lobe*, & ab Amboinensibus *Mette* vocatur, quod vulgare horum pigrorum hominum est exercitium, ut tali modo victum adquirant. Radices Silvestrium horum Lansiorum a Tiffadoribus (qui tales sunt, qui vinum ex arboribus eliciunt) defectu alterius Oebat Sagueer adhibentur, ut potum Saguerum hisce, qualem esse oportet, & uti supra indicatum fuit, amarum reddant: sed potus talis multo vilior est illo, qui cum vero *Oebat Tuni* vel radice *Sesoat* præparatur, Lansii enim radices ingratum ipsi adferunt odorem, & facile Cephalalgiam caussant, citiusque acescit. Atque ad differentiam prædicti veri Ubat, hic Ubat Lansa vocatur, & quamvis hoc Silvestre Lansium cum Aycale, & arbore, quæ aromaticum præbet corticem *Massoey*, magnam habeat convenientiam, unamquamque tamen suo describemus loco, quum nimium a domestico Lansio differant.

Tabula Quinquagesima Quinta

Ramum exhibet *Lansii Silvestris* floribus fructibusque onusti.

XLVI. HOOFDSTUK.

Wilde Lanse-Boom.

De *wilde Lanse-boom verschilt in gedaante niet veel van de tamme, want den stam is meest van dezelfde hoogte, en ook in de lengte zo gevorent: de bladeren staan insgelyks zo verwisselt tegens malkander over, dog zyn gladder, en wat meer geopent; de dwers-ribben puylen ook zo zeer niet uit; zy vertoonen ook het geslagt-teken, 't welk alle Lansse-zoorten gemein hebben, te weten: dat de voorste helft altyt breeder is dan de andere, dies de middel-zenuwe niet regt door het midden gaat: De vrugten hangen ook aan trossen gelyk de tamme, dog zy zyn klein en ront, hebbende van binnen een bitter zuur merg, niet bequaam om te eeten, en dierhalven laat menze voor het gedierte, waar onder zyn, die koes-koezen worden genaamt: en is dezen wilden boom mede van twederleye zoort, hebbende de eerste van buiten aan den stam een witte schorsze, en het hout is ook bleek-wit: en van de andere zoorte trekt de schorze een weinig na den geelen of rossen, het hout aan de kanten wit zynde, dan hoe verder men na binnen komt, hoe rooder het wert, dog evenwel noit zo bruin als dat van d'*Aycole, *waar mede het anders al een groote gelykenisse heeft, hebbende deze beide zoorten een digt, hart, zwaar, en fyndradig hout, dog in gladdigheit voor het* Aycole *wykende: beide groeyende van zelve in 't wilde, en dat meest in bosschen op vlaktens, en niet verre van strant staande; dog niet in 't hooge gebergte, en zy zyn in alle de Amboinsche Eylanden bekent.*

Naam. *In 't Latyn* Lansium Silvestre: *in 't Maleyts* Lansa Utan: *op Amboins, op Hitoe*, Aymahu Abba, *op Leytimor* Buan Tauno, Buan Abbal, *en ook slegts (dog qualyk)* Buan: *op Ternataans* Lassa Suru.

Gebruik. *De vrugten zyn, als gezegt, by de menschen in geen gebruik, maar zy werden gretig gezogt en gegeten van de koebeesten &c. Uit het hout maakt men steelen van Toranen of Amboinsche spiessen; ook alderhande hegten tot bouwmessen en bylen, waar toe het roode geslagt wel het bequaamste en beste is; men maakt 'er ook lange stokken van, dewelke, of alleen, of zommige by malkander gebonden, aan brandt gestoken, en in plaats van toortzen gebruikt worden, en wel voornamentlyk om des nagts langs de strant op te zoeken de visschen, crabben &c. die het afloopende water aldaar ten prooye van de menschen gelaaten heeft; en welk werk of vis zoeken de Maleyers* Sulo Sulo, *de Ternatanen* Lobe Lobe, *ende de Amboineesen* Mette *noemen: zynde een gemeene oeffening van deze schamele luiden, om daar mede haar kost te winnen: de wortelen van deze wilde Lansa-boomen werden ook van d'Tieffadores (dat zyn die geene, die den wyn uit de boomen tappen) by gebrek van andere Oebat Sagueer gebruikt, om den drank (Sagueer) daar mede, gelyk hy wezen moet, en hier boven gezegt is, bitter te maaken: maar dien drank is dan ook veel slegter als de gene, die met het regte* Oebat Tuni, *of de wortel* Sesoat *wort toebereit, want van deze Lansewortelen krygt hy een onlieffelyken reuk, maakt ligt hooftpyn, en wert ook eerder zuur: en, tot onderscheit van het voorn. regte Ubat, wert dit Ubat Lansa genoemt: en of dezen wilde Lansa-boom met den* Aycale, *en den boom daar den* Aromatiquen *bast* Massoey *van komt, groote gemeenschap heeft, zo zullen wy egter dezelve een yder op zyn plaats beschryven, om datze te veel van de tamme Lansen komen te verschillen.*

De Vyf- en Vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de Wilde Lanse-Boom, *met zyn bloemen en vrugten.*

OBSERVATIO.

Wilde-Lansie-Boom vocatur a *Valent. p.* 165. & *No. X.* exhibetur, videturque species esse Poutaletsje *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 57. quod Ligustro arbori est affine.

In Rumphii Auctuario Cap. 22. describitur *Lansium Montanum;* seu Lansa Goenong.

HAec Silvestris-Montana Lansii est species, cujus rami in plures breves foliorum rachides dividuntur, inque hisce foliorum paria quatuor vel quinque, hæ vero rachides non sunt rectæ, sed incurvæ: Folia Lansii folia referunt, sed sunt majora, octo novemque pollices longa, tres quatuorve digitos lata, superius glabra ac firma, inferius multis protuberantibus & sinuosis distincta costis.

Flores ex parvis propullulant racemis, qui parva sunt capitula, staminosa, seu filamentosa ac hirsuta. Fructus vero proveniunt ex longis lignosisque pedunculis tribus quinqueve racematim dependentibus, eorumque basis crasso ac oblongo insidet tuberculo: Nuces moschatas referunt sed sunt paulo majores ac rotundiores, externe obscure rubentes, interne gerentes bina ternave oblonga officula, ab uno latere plana & compressa, quæ pauca ambit caro, quæ inmaturos Lansii fructus olet, manusque inficit ingrato & amaro odore, qui vix ablui potest. Fructus hi adeo sunt graves, ut eorum racemi disrumperentur, nisi firmi ac lignosi essent. Trunci cortex est durus, fissus, ex duris constructus fibris, mucilaginosumque effundit lac, si incidatur. Lignum longitudinalibus constat fibris, & pallide rubet interspersis albicantibus maculis, interne autem magis rubet, & Lingoo simile, ac durius est Lansa Utan. De foliis porro notandum est, quod inferior eorum pars prope nervum medium duorum culmorum latitudine sit brevior, quam superior eorum pars.

Nomen. Latine *Lansium Montanum:* Malaice *Lansa Goenong*, Leytimoræ homines montani hanc vocant *Nago.*

Locus. Raro occurrit & non nisi in summis montibus.

Usus. Ejus usus proxime cum Lingoo convenit, quod nempe lignum ad asseres formetur pro navigiis, quamvis raro ita longe petitur e montibus: Glutinoso ejus succo seu lacte navigiorum margines seu oræ illiniuntur, si tenuis Baru Sagueri arboris vel Caju-poeti fuerit interpositum, ut fissuræ quam arctissime conjungantur & obturentur.

Tabula Quinquagesima Sexta

Ramum exhibet *Lansii Montani*, seu *Lansa Goenong.*

AANMERKING.

Wilde-Lanse-Boom *wertze genaamt van* Valent. p. 165. *en onder* No. X. *verbeeldt, en schynt een zoort te zyn van de* Poutaletsje *van de* Hortus Malabar. *vierde deel.* Tab. 57. *welke is een Boom in gedaante als de* Ligustrum.

In het 22*ste Hooftstuk van het* Auctuarium *van* Rumphius *wert de* Berg-Lanse-Boom *ofte de* Lansa Goenong *beschreven.*

D*It is een wilde berg-zoorte van Lansen, wiens takken zig in veele korte ryskens verdeelen, en aan dezelve de bladeren met* 4 *en* 5 *paren, alleen zyn de ryskens niet regt maar krom gebogen. De bladeren gelyken na die van Lanse-bladeren, dog grooter,* 8 *en* 9 *duimen lank,* 3 *en* 4 *vinger breed, boven glad en styf; beneden met veel bogtige en uitstekende ribben.*

Het bloeizel komt voort aan kleine trosjes, zynde kleine knopjes, vezelig, en ruig. De vrugten komen voort aan lange houtagtige steelen 3 *en* 5 *aan een steel, en het agterste op den voet is een dikke lankwerpige knop. Zy gelyken de Noote-moschaten, dog wel zo groot en ronder, van buiten donker-rood, van binnen twee a drie lankwerpige korrels, aan de eene zyde wat plat, omgeven met een weinig vleesch, het welke riekt als onrype Lansen, en het besmet de handen met een bitteren onlieflyken reuk, die men qualyk afwassen kan. De vrugten zyn zoo zwaar, datze alle takken zouden breken, zo ze niet van styf hout waren. De schorsse des stams is hard, gescheurd, van dikke draaden gemaakt, en geeft kleverige melk uit, als men daar in kapt. Het hout is mede langdradig en ligt-rood met witte plekken, dog naar 't hert rooder, en het Lingoo eenigzints gelyk, en alzo hard als Lansa Utan. Aan de bladeren staat nog te merken, dat de agterste helft by de middelribbe een paar stroohalm breed korter zy dan de voorste.*

Naam. *In 't Latyn* Lansium Montanum: *op Maleyts* Lansa Goenong, *de berglieden van Leytimor noemen het* Nago.

Plaats. *Men vind het weinig en niet dan in 't booge gebergte.*

Gebruik. *Zyn gebruik is naast het Lingoo tot planken van praauwen en vaartuigen, hoewel het zelden zo ver uit het gebergte gebragt wert; met de kleverige melk bestrykt men de kanten van vaartuigen, als men de fyne Baru van Sagueers-boomen of Caju-poeti daar tussen gelegt heeft, om de voegen digt te sluiten.*

De Ses- en Vyftigste Plaat

Verbeeldt een Tak van de Berg-Lanse *ofte de* Lansa Goenong.

CAPUT QUADRAG. SEPTIMUM.

Cussambium. Cussambi.

ARbor hæc est satis alta, sed non multum extensa: Folia vulgaris sunt formæ, fere instar Cujavi, sed multo angustiora, magisque pallide virentia, septem octove digitos longa, ac duos vel unum cum dimidio digitum lata, superius rotunda & obtuse desinentia, inferius sensim angustata, horum costæ sunt parallelæ, atque inferius ita protuberant, ut folium hinc fiat rugosum. In rachide bina ternave paria opposita sunt, parvis & fere nullis insidentia petiolis. Inferius quoque par multo brevius est reliquis, ac raro ad summum inpar observatur folium. Juniora folia eleganter sunt pallide fusca, tenuia, ac saporis fatui, nec anterius ita rotunda, ac vetustiora. Flores (qui sub foliosa rachide oriuntur) dependent undique ex tenuibus petiolis digitum circiter longis, plurimis simul junctis, qui parva sunt viridia ac flava capitula instar Milii, quæque stelliformia in quinque aperiuntur petala, uvarum floribus simillima, atque hi in medio capitulum habent, quale acicula gerit; quod in fructum excrescit,


XLVII. HOOFDSTUK.

De Coessambi-Boom.

D*It is een redelyke hooge boom, dog niet zeer uitgebreit; de bladeren zyn van gemeene gedaante, by na als die van de Cujavos, dog veel dunder en ligtgroender, ongeveer zeven a agt vingeren lank, midsgaders twee en een halve vinger breet, voor met een roode en stompe spitse, en na agteren allenskens smal toelopende, de dwarsribben lopen evenwydig, en steeken van onderen zoodanig uit, datze het blat wat rimpelig maaken: Zy staan aan de ryskens twee en drie paar regt tegens malkander over, hebbende kleine, of by na geen steelen: ook is het agterste paar veel korter dan het voorste, en zelden ziet men aan het einde van 't rysken een blat alleen; de jonge bladeren zyn schoon, ligt-bruin, dun, en smets van smaak, ook voor zo ront niet als de oude: Het bloeizel ('t welk agter de voorn. blat dragende ryskens voortkomt) hangt aan en rondom dunne steeltjes van omtrent een vinger lank, veel by malkander, zynde kleine groene of geele knopjens, gelyk de geerst, en dewelke hun sters gewyze openen in vyf blaatjes, het bloeizel van druiven niet ongelyk, in de midden begrypenze een klein knopje, qualyk zo groot als een spelden hooft, en waar uit ook*

Tab. LVI.





ſcit, qui inſtar Lanſii circa iſtos petiolos undique dependent, ſinguli autem fructus ex ſuo arcuato progerminant petiolo, qui ita ſimul magnum efformant racemum. Fructus ipſi ſunt nuces inſtar Corylorum, ſed rotundi inſtar globulorum ſclopeti, ac ſuperius acuminati brevi ac duro apice, externe ex viridi luteſcentes ſeu flaveſcentes, tenui obducti putamine, quod facilius confringi poteſt, uti illud Corylorum, in quo continetur nucleus formam burſæ referens, ſique hæ nuces inmaturæ ſint, circa exterius putamen brevia quædam gerunt acumina vel ſpinulas, quæ in maturis plurimum decidunt: Inter externum putamen ac nucleum pauca aquoſa locatur caro, quæ acidi eſt ſaporis, inſtar uvarum inmaturarum vel Boararum, quæ vero in maturis ſatis grate acidula eſt, fere uti hac in regione uvæ: Iſte burſæformis nucleus, qui memorata ambitur carne, eſt fuſcus, ac ſub ejus fragili ac tenui putamine locatur ſubſtantia ita albicans ac Corylorum nucum, ſed mollior, & ex duobus conjuncta ſegmentis, quorum unum ſemper altero craſſius ac rotundius eſt, ſaporque eſt inſtar Piſtachiarum, ſed tandem ingratior eſt. Trunci cortex eſt fuſcus, ſiccus, & fragilis admodum, ita ut ex ipſo longa fragmenta parari nequeant, inæqualis, ſcaber, quaſi verrucis obſitus: Lignum eſt ſolidum, firmum, grave, & adeo durum, ut Sinenſes ex illo axes piſtrinorum ſaccharinorum forment, coloris vero eſt pallidioris quam Sideroxyli lignum, ſed gravioris eſt ſubſtantiæ.

Anni tempus. In Amboina demittit hæc arbor ſub finem pluvioſorum menſium ſeu in Auguſto ſenſim ſua folia vetuſta, ac in Septembri flores producit, dein vero nova regerminant folia: In Januario & Februario memorati matureſcunt fructus, in aliis vero locis, in quibus anni tempus pluvioſum ab Amboinenſi differt, flores fructusque gerit aliis in menſibus.

Nomen. Latine vocari poſſet *Staphylodendron Indicum* h. e. arbor uvifera reſpectu formæ fructuum: nos vero potius commune & vulgare ipſi tribuimus nomen, ac vocamus illam *Cuſambium*, ex Malaicenſi *Cuſſambi*, quo nomine etiam in Java ac Baleya eſt nota, in Macaſſara vocatur *Bado*, in Solora & circumjacentibus inſulis *Kule*, & in Bima *Sambi*.

Locus. In orientali Amboinæ plaga & Banda eſt arbor exotica, &, uti creditur a peregrinis mercatoribus translata: In parva Cerama, circa Combello & Loehoe, ac nunc etiam circa caſtellum Victoriam, quædam hujus ſpeciei occurrunt arbores, ſed quæ tardiſſime creſcunt, gracilemque ac difformem gerunt comam: Fructus raro ita quoque matureſcunt, ut crudi ſint edules, e contra multo frequentiores ſunt, earumque fructus melius ſapiunt in Sumatra, Java, Baleya, ac ſic porro uſque ad Soloram ac Timoram. In Macaſſara ac Boetona quoque occurrunt; ex aliis, ſed incertis relationibus, intellexi illas quoque reperiri in Guzeratta & Perſicis regionibus, ſi hi narratores modo decepti non fuerint ſimilitudine horum fructuum cum Piſtachiis.

Uſus. Fructus hi crudi comeduntur, ſi penitus fuerint maturi, vinoſumque & acidulum habent ſaporem, inſtar uvarum fere maturarum. Non tamen ventri replendo inſerviunt, ſed in obſoniis tantum uſurpantur, & ut ſitis exſtinguatur: Interiores inſtar Piſtachiorum nuces oleo exprimendo conducunt, quæ eum in finem in ſartagine torrentur, donec exterius putamen dehiſcat, ac interior nux depurata in ſartagine iterum recaleſcit, contunditur, ac inter duos comprimitur aſſeres, quidam autem nucleos torrent ac contundunt cum exteriore putamine, tumque oleum exſtillat tenue ac pellucidum, quod magis flaveſcit ac oleum Olivarum vel Calappæ arboris, quodque peculiarem habet odorem, nec ingratum: Numquam autem ranceſcit, nec ingrate olet, attamen ad cibum non uſurpatur, ſed ad lampades, plurimumque inſervit præparationi odoriferorum unguentorum, ac oleoſitatum, uti aliis in locis hunc in finem *Oleum Balaninum* ſeu *Ben* adhibetur; quod duobus fit modis, quod nempe *Minjac Bou Bou* vocatur, & capitis unguento inſervit, illud ſolummodo perfumatur odorifera *Dupa*, cui per aliquot dies omnigeni grate ſpirantes flores fuerunt infuſi; Alterum quoque primum inbuitur ſimilibus grate olentibus floribus, ac dein Raſſamala, Moſco, aliiſque odoriferis lignis miſcetur ad conſiſtentiam tenuioris unguenti,

ook de vrugten werden geformeert, hangende, gelyk de Lanſen, rondom de voornoemde ſteeltjes by malkander, dog yder vrugt aan een byzonder krom ſteeltje, en maaken alzo t'zamen een grooten tros: de vrugten zelfs zyn nootjes als de hazel-nooten, dog zo rondt als roer-kogels, en boven op met een korte en harde ſpitſe, van buiten uit den groenen, na 't geele of roſſe trekkende, met een dunne ſchaal, dewelke ligter te breeken is dan die van de hazel-nooten, en van binnen legt een korrel, die de gedaante heeft van een beursje, en als deze nootjes nog onryp zyn, dan hebbenſe rondom de buitenſte ſchaal eenige korte ſpitſen of doornen, dewelke van de rype meeſt afvallen; tuſſchen de uiterſte ſchaal en de korrel legt een weinig wateragtig vleeſch, zynde zuuragtig van ſmaak, gelyk onrype druiven of Boarau, dog 't welk in de geheel rype redelyk aangenaam ryns wort, byna als hier te lande de druiven: de voorn. beurs-formige korrel, daar 't voornoemde vleeſch aanhangt, is bruin, en onder deszelfs breekzame en dunne ſchaal legt een heeſt zo wit gelyk de gem. hazel-nooten, dog wat weeker, en t'zamen gezet uit twee ſtukken, waar van het eene altyt dikker en ronder is als het andere; zynde de ſmaak gelyk die van de Piſtaſcies, dog in 't laatſte wat onlieflyk; de ſchorſſe des ſtams is vuil-graauw, droog, en zeer brokkelig, zoo dat men daar geen lange ſtukken van kappen kan, voorts oneffen, en als met vratjes bezet: het hout is digt, vaſt, zwaar, en daar by zo hart, dat de Sineezen de aſſen tot hare zuiker-moolens daar van maaken; van verwe is het wat ligter dan 't yzer-hout, dog weder zwaarder van ſubſtantie.

Sayzoen. *In Amboina werpt dezen boom, tegens het einde van het reegen-mouſſon, of in Auguſto, allenskens zyn oude bladeren af, in September ſtaat hy vol bloeizel, en krygt daar na eerſt weder jong loof; in January en February worden de voorn. zyne vrugten ryp, dog op andere plaatzen, daar de mouſſons van de Amboinſche verſchillen, bloeit en draagt hy ook in andere maanden.*

Naam. *Hy zoude in 't Latyn konnen genaamt worden* Staphylodendron Indicum, *dat is druive-boom, ten aanzien van de gedaante zyner vrugten: dog wy hebben hem liever den gemeenen naam laaten behouden, en noemen hem* Cuſambium, *na het Maleytze* Cuſſambi, *waar mede hy ook op Java, en Baley is bekent, op Macaſſer hiet hy* Bado, *op Solor en d'omliggende Eylanden* Kule, *en op Bima* Sambi.

Plaats. *In deze ooſterſche quartieren van Amboina, en Banda is hy vreemt, en, zoo men gelooft, eertyts door de buitenlandze handelaars overgebragt: op klein Ceram, omtrent Combello, en Loehoe, en nu ook omtrent het Caſteel* Victoria, *ziet men wel eenige van die boomen, maar zy groeyen zeer langzaam, en hebben een magere en onaanzienelyke kruin; de vrugten werden ook zelden zo ryp, dat menſe raauw eeten kan, daar en tegen zynze veel overvloediger, en de vrugten ook ſmakelyker, op Sumatra, Java, Baley, en zoo voorts tot Solor en Timor toe: en op Macaſſer en Boeton heeft menze mede; ook heb ik uit andere, dog onzekere raporten, verſtaan, dat menze ook in Guzeratte, en de Perſiſche landen vint, indien maar dezelve berigters niet bedrougen zyn geweeſt door de gelykeniſſe, die deze vrugten hebben met de Piſtaſcies.*

Gebruik. *Deze vrugten werden raauw gegeeten, alſſe volkomen ryp zyn, hebbende als dan een rynſchen en amperen ſmaak, gelyk de byna rype druiven: zy dienen egter niet om den buik te vullen, maar ſlegts tot ſnoeperye, en om den dorſt te verſlaan; de binnenſte nootjes, als Piſtaſcies, zyn in groot gebruik om olye daar van te maaken, werdende ten dien einde een weinig in een panne gerooſt, tot dat de buitenſte ſchaale daar af berſt; de binnenſte heeſt, als dan gezuivert zynde, maakt men wederom wat warm in een pan, ſtamptze, en perſtze tuſſchen twee planken, (zommige rooſten en ſtampen de korrels ook wel t'zamen met de buitenſte ſchaal) en dan loopt daar een dunne en klare olye uit: zynde een weinig geelagtig, als verſche Olyven of Calappus-olye, en van een byzondere reuk, dog die niet onaangenaam is; hy wert nooit ſterk nog onlieffelyk van reuk; en evenwel in de koſt niet gebruikt, dog wel in de lampen, maar dient wel meeſt tot de bereiding van alderhande welriekende zalven, en olyeteiten, gelyk men op andere plaatzen het* Oleum Balaninum *of de* Ben *gebruikt; werdende het zelve op tweederley manieren geprepareert, te weten, het gene men* Minjac Bou Bou *noemt, en tot de zalvinge des hoofts gebruikt, dat wert maar alleen berookt met de welriekende* Dupa, *na dat eenige daagen te vooren allerhande welriekende bloemen daar zyn ingedaan geweeſt; het tweede wert ook eerſt met andere welriekende bloemen geimbueert, daar na met Raſſamala, Muſchus, en andere welriekende houten ver-*

unguenti, a Macaſſarenſibus *Minjacnileu* dicti, quodque huic nationi magno in uſu eſt ad corpora inungenda: Hujusque olei totos componunt cacabos, quod in ollulis conſervant, quo enim vetuſtius eſt, eo melius, ac tam jucunde flaveſcit ac ſuccinum, & tempore indureſcit. Alii huic commiſcent oleo parum Ceræ, Pandangh folia, ac alia odorifera, quod antequam unguenti conſiſtentiam adquirat, & ad uſum adhiberi poſſit, per aliquot annos præparatum eſſe oportet, quod quam fortiſſime zibetum olet, vocaturque *Minjac Taun Taun* h. e. oleum annoſum, quum ejus virtutes per annos augeantur, quod non tantum inſervit Indicis recreationibus, ſed etiam uſui Medico, ac inter alia aurium exulcerationibus, ſi calefactum iis inſtilletur.

Simplex ſeu purum *Cuſſambii* oleum eandem quoque habet naturam, quod per annum aſſervatum, in fundo & marginibus ollularum in craſſam condenſetur maſſam, inſtar ſevi albi, & quod in medio pellucidum ſemper eſt oleum, maſſaque inſtar ſevi craſſa facile per calorem iterum liqueſcit: hocque oleum optimum habetur, quod in hiſce paratur regionibus, quodque aptiſſimum eſt ad diſſolvenda omnigena medicamenta & aromata, ac præſertim ex hoc componitur medicamentoſum oleum, *Minjac Sacalor* dictum, quod ſequenti fit modo. Varia ſumuntur calida aromata & cortices, atque hi ſenſim in hoc macerantur oleo, ac dein leviter hocce ebulliunt; unde rubentem adquirit colorem, deinque transcolatur, hocque præparatum tali modo oleum proficuum eſt, ſi quotidie artus hocce inunguntur, morbo *Sacalor* dicto, qui eſt paralyſis ſeu *Beri Beri* ex frigida ortum habens cauſſa. Hocce oleum in fundo craſſam itidem deponit ſubſtantiam, ſed non tam ſpiſſam ac ſimplex oleum. Hoc autem ſedimentum cum oleo miſceri ſimulque uſurpari debet: Incolæ Soloræ & Boetonæ fructus hoſce crudos comedunt & expetunt non tantum eorum carnem acidulam, ſed interiorem ſimul nucleum, quamvis hic multis Cephalalgiam cauſſet. Cortex, qui admodum fragilis eſt, a Baleyenſibus miſcetur contritis Cataplaſmatibus, quibus, antequam balnea intrant, corpus inungunt, ut cutem a ſudoribus aliiſque ſordibus depurent, quibus inſuper tenuiter contritam Oryzam, aliaque miſcent ingredientia: Quidam etiam hoc utuntur cortice ad unguentum Bobori dictum, quod calida quoque ingrediuntur aromata, quo corpus calefaciunt, quod tamen erroneum eſt, quum nullus in hoc obſervetur calor, ſed levis tantum adſtrictio & adhæſio: Defectu Pinangæ cortices hi quoque maſticari poſſunt cum petiolis Siri foliorum & calce, hocque in uſum advocant illi, qui Pinangæ manducationem deſueſcere nec omittere poſſunt. Vetuſtiorum arborum lignum, uti dictum fuit, eſt pallide fuſcum, ſed vetuſtiſſimarum eſt cinereum inſtar *Caju-nani*, non venoſum, atque a Sinenſibus in Java quam maxime expetitum pro piſtrinis ad ſaccharum uſitatis, quum grave ſit nec facile minuatur, ita ut ſæpius pro quadringentis florenis vetuſtam vendant arborem, quæ in Java tantæ ſæpe eſt craſſitiei, ut duo vix eam amplecti poſſint homines: In Macaſſara ingentes quoque reperiuntur arbores, ſed earum lignum ibi plurimum uſurpatur ad majores domuum poſtes, vel pro vomeribus agriculturæ inſervientibus: Memoratum oleum a pictoribus quoque adhibetur, quo pigmenta conterunt, ſed non facile ſiccatur hocce oleum: Fructus viridis muria ſæpe conditur vel ſale; in Bima hæ arbores ſunt frequentiſſimæ, atque ibi coluntur plurimum pro oleo exprimendo, quum illa in regione Calappæ arbores ſint raræ: Lignum quoque vomeribus inſervit, vetuſtioreſque arbores Sinenſibus venduntur ad memoratas molendinas ſacchararias, quumque arborum harum rami plurimum erecti excreſcant, Baleyenſes graves ipſis adligant lapides, quibus illos extendunt, umbramque amplam reddunt. Atque hoc fit cum ramis talium arborum, quæ prope ædes locatæ ſunt, præter quas in campis raro occurrunt.

Juniora folia comedi quoque poſſunt & uſurpari inſtar *Ulang Ulang* ad piſces ſeu Bocaſſam. Quumque hoc oleum, uti dictum eſt, ſenſim fit granuloſum vel ſpiſſum, hinc inter corporis frictionem aſperum eſt, quod ut corrigatur, inter fricandum guttulæ aliquot ſucci Limonum ipſi ſunt miſcendæ, quod illud reddit magis glabrum ac lenius: Nucleus fructuum Cuſſambii

vermengt, tot de conſiſtentie van een dun zalfje, by de Macaſſaren Minjacnileu *genaamt, en 't welk by de zelve natie zeer in gebruik is om het lyf mede te ſmeeren: maakende van dezen oly heele bakken vol, dieze dan in potjes bewaren, want zy wort hoe ouder, hoe beter, midsgaders zoo ſchoon-geel, als bernſteen, en ook wat dikagtig: andere vermengen met dien olye een weinige fyn was, bladeren van Pandang, en ander reukwerk, 't welk eer het de conſiſtentie van een zalve krygt en gebruikt kan worden, eenige jaren out moet zyn; riekende zeer ſterk na 't Civet, en men noemt het als dan* Minjac Taun Taun, *dat is jaar-olye; om datze zyne deugt met de jaaren krygt, zynde gebruikelyk niet alleen tot de Indiaanſche plaizieren, om het lyf mede te ſmeeren, maar ook dienſtig in de Medicyne, en onder anderen mede voor ſweerende ooren, wanneerze warm gemaakt, en daar in gedaan wort.*

De enkelde of ongemengde oly van Cuſſambi *heeft mede die natuur, datze, over het jaar bewaart zynde, haar aan de kanten en bodem van de ſteene potten zet tot een dikke ſubſtantie, gelyk als witten ongel, blyvende evenwel in het midden altyt den klaare olye, en den ongel ſmelt ook wederom zeer ligt, wanneer hy eenige hitte gevoelt: en wert deze olye gehouden voor de beſte, die men in deze contereyen bekomen kan, als zynde de bequaamſte om alderhande medicamenten en ſpeceryen daar in te weeken, en inzonderheit wort daar van gemaakt een zeer medicynale olye,* Minjac Sacalor *genaamt, 't welk geſchiet op de navolgende maniere: men neemt veelderhande heete ſpeceryen en ſchorſſen, en laatze eerſt in de zelve olye wat langzaam weeken, en voorts daar mede zoetjes opkooken; waar vanze een roodagtige koleur krygt, en daar na wertze door een doek gekleinſt; zynde deze toebereide olye, wanneer men dagelyk de leden daar mede ſtrykt, zeer dienſtig voor de ziekte of het gebrek* Sacalor*: 't welk is een* Beri Beri *of lammigheit, die uit koude voortkomt: deze olye zet mede op den bodem wel een dikke ſubſtantie, maar noit zulken ongel als de enkelde: moetende den droeſſem met de olye onder malkander geroert, en alzo te zamen gebruikt worden: De inwoonders van Solor en Boeton eeten deze vrugten gaarne raauw, niet alleen het rynſche vlees, maar ook de binnenſte korrel of heeſt, hoewel dezelve aan veelen hooft-pyn komen te veroorzaaken; de ſchorſe, die zeer bros is, gebruiken de Baliers onder haare gewreven pappen, waar mede zy, voor het baaden of waſſen, hun lyf beſmeeren, om de huit van ſweet en andere vuiligheit te zuiveren, mengende daar onder ook fyn gewreven rys en andere ingredienten; ook gebruiken zommige deze ſchorſe tot hun Boborizalve, daar ook heete ſpeceryen onder komen, om het lichaam te verwermen, dog waar in zy een abuis hebben, nadien in dezelve gants geen hitte en ſteekt, maar wel een kleine adſtrictie en kleverigheit: by gebrek van Pinang kan men ook deze ſchorſſe eeten met de ſteelen van Siri-bladeren en kalk, en daar mede behelpen haar de gene, die het Pinang-eeten niet wel konnen nalaaten: Het hout van de oude boomen is, als gezegt, ligt-ros, dog volkomen out zynde, wert het graauw als* Caju-nani, *zonder aderen, en by de Sineezen op Java zeer gezogt tot hun zuiker-moolens, om dat het ſwaar is en zo haaſt niet en ſlyt; zo datze veeltyts tweehondert ryksdaalders geven voor een oude boom, vallende op Java zo dik, datze twee mannen pas konnen omvademen: en op Macaſſar vint men ook groote boomen, dog het hout wert aldaar meeſt gebruikt tot groote ſtylen aan huizen, en ploegen tot den lant-bouw; ook wert de gem. olye by de ſchilders wel genomen om haare verwe mede te wryven, maar zy en droogt niet wel: de groene vrugt wert ook wel gezouten of ingepekelt: deze boomen vallen op Bima zeer abundant, en werden aldaar wel ten principalen gehavent of gecultiveert om olye van te maaken, nadien op dat lant weinig Calappus-boomen worden gevonden: het hout gebruikenze mede tot ploegen, en de oude boomen verkoopenze aan de Sineezen, tot de voorſchreve hunne zuiker-moolens, en dewyl de takken van deze boomen meeſt regt opſchieten, zoo weten de Baliers ſwaare ſteenen daar aan te binden, om die uit te breiden en alzo een ſchaduwe te maaken: wel te verſtaan de takken van zodanige boomen, die by de huizen ſtaan, werdende buiten dien op het lant niet veel gevonden.*

De jonge bladeren kan men ook eeten, en gebruiken als Ulang Ulang *tot Viſſchen of Bocaſſam; en dewyl, als gezegt, deze olye met ter tyt wat korrelig of ongelig wert, zo valt hy ook wat ſtram, wanneer men het lyf daar mede ſmeert, om het welk te verbeteren, moet men in 't vryven daar onder mengen eenige druppels van Lemoen-zap, 't welk hem zagter of dunder maakt: De heeſt van de meergem. Cuſſambi*



Cussambium spinosum Ham.

Cuſſambii a Javanis & Baleyenſibus contunditur, goſſipioque miſcetur, quod manibus in longa ducitur filamenta, atque convolutum bacellis vel Bamboſis arcuatim circumflectitur, quod circiter craſſitiei eſt candelæ, cujus loco accenſum adhibetur; Macaſſarenſes contuſos ſumunt nucleos *Cuſſambii*, hisque depurata illiniunt tela *Criſſe* dicta, quum melius ab ærugine hiſce præſerventur, quam per oleum Calappæ.

ſambi vrugten wert by de Javanen en Baliers ook geſtampt, onder kattoen vermengt, en met de handen tot lange enden of ſtukken t'zamen gerolt, wyders ſlangs gewyze om een Bamboes of lang ſtokje digt op malkanderen gewonden; hebbende omtrent de dikte van een kaars, en waar voor het ook, in brant geſtoken zynde, wert gebruikt: De Macaſſaren nemen mede de gekneusde korrels van de Cuſſambi, *en beſmeeren hun ſchoongemaakte en vers geblauwde criſſen daar mede, om dat het dezelve beter voor het roeſten bewaart, als de Calappus-olye.*

In Rumphii Auctuario hæc adduntur.

Ex Sina fructus adducitur *Linkeng* dictus, cujus truncus, folia, ac fructus omnino conveniunt cum Cuſſambio domeſtico, quæque arbores circa ædes plantantur, quarum fructus ſunt vere rotundi, & exterius glabri ſine ſpinis, ac ſuperius cum brevi apice: Hos ſiccos transferunt plenis ſaccis, crudique comeduntur, caro nempe circa nucleum hærens, quæ dulciſſimi eſt ſaporis, gratumque inde fit condimentum: Cuſſambium ſpinoſum antecedenti deſcriptum capite, pro Silveſtri ab ipſis habetur *Linkeng*, quodque edendo ineptum eſt.

In het Auctuarium *van* Rumphius *wert dit 'er bygedaan.*

Uit Sina wert een vrugt gebragt genaamt Linkeng, *t'eenemaal overeenkomende in ſtam, bladeren, en vrugten met de tamme* Cuſſambi, *dewelke men omtrent de wooningen plant, wiens vrugten zyn ront in de grootte van een knikker, en van buiten zonder doornen, hebbende een kort ſpitsje boven op. Zy brengenze droog met geheele zakken vol, en men eetze uit de handt, te weten het vleeſch rondom de korrel hangende, dat zeer zoet van ſmaak is, en geeft ook een aangenaam confyt. De doornagtige* Cuſſambi *in 't voorgaande hoofdſtuk beſchreven, houdenze voor een wild* Linkeng, *onbequaam om te eeten.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquageſimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet *Cuſſambii*, floribus fructibusque conſpicui.
A. *Separatum* denotat *fructum*.
B. Ejus *nucleum*.

UYTLEGGING

Van de Seven- en Vyftigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Coeſambi-Boom *met zyn bloemen en vrugten.*
A. Wyſt aan een vrugt *in 't* byzonder.
B. Deszelfs kern.

OBSERVATIO.

Videtur hæc arbor ſpecies eſſe *Pongu H. Malab. part.* 4. *Tab.* 35. vocaturque a *Valent. Coeſambi-Boom pag.* 171. & *No.* XVI. exhibetur.

AANMERKING.

Deze boom ſchynt een zoort te zyn van het Pongu *in het vierde deel* Tab. 35. *van de* Hortus Malabaric. *beſchreven en verbeeldt, en wert* Coeſambi-Boom *van* Valent. pag. 171. *genaamt en* No. XVI. *verbeeldt.*

CAPUT QUADRAG. OCTAVUM.

Pomum Draconum. Boa Rau.

Boa-*rau* duplex eſt, domeſtica nempe & ſilveſtris arbor, cujus & primam ſpeciem hoc in capite deſcribemus: Quæ arbor eſt excelſa, erecta, coma ſatis denſa, ad ramorum ſummum rectæ & firmæ progerminant rachides plurimæ conjunctæ, quæ ſunt rotundulæ, ſunt autem ſuperius prominentes, dorſo quaſi auctæ, atque ad earum ortum geniculum aliquod adparet. Rami ſupremi ſunt lanuginoſi ac herbacei, per longitudinem in tria rotunda dorſa ſeu prominentias, atque in tres profundos ſulcos diviſi: Folia autem quibusdam in ramulis ſeu rachide ſunt alternata, in aliis vero ſunt oppoſita, ſex ſeptemve ab utroque latere, folia Anonæ quodammodo referentia, ſed ſunt magis glabra, latiora, firmiora, colorisque atro-virentis. Suprema novem decemve pollices longa, ac duos vel tres pollices lata, infima quinque circiter pollices longa, ac tres lata, integra, multisque parallelis transverſalibus diſtincta coſtis, brevibusque inſidentia petiolis. Superiorque folii dimidia pars ſemper amplior eſt inferiore, ita ut nervus non directe per medium tranſeat. Foliorum odor eſt gravis atque ingratus fere inſtar Canarihers, ſeu piſcium ſalitarum, ſaporque inſuper eſt amarus; quum Silveſtris *Boa-rau* ſit acidus & adſtringens. Junioris arboris folia ſunt diverſa ab illis, quæ vetuſtioris ſunt arboris, multo enim majora ſunt, decem & undecim nempe pollices longa, tresque pollices lata: Coſtæ transverſales ſunt itidem magis intricatæ, ſuntque in inferiore prope petiolos parte rugoſa vel piloſa, ſed non tamen ita, ac Silveſtris *Boa-rau*, quædam per paria ad rachidem, alia vero ſimplicia vel alternata locantur: Ad ramorum ſupremum magnus oritur racemus florifer, a duodecim in quindecim pollices longus, in varios diviſus petiolos laterales, ex quibus plurimi excreſcunt floſculi, cupream referentes ollulam, ſeu flores Lilii Convallii, compoſiti ex

XLVIII. HOOFDSTUK.

De Drake-Boom.

Boa-rau *is tweederley, namentlyk tamme en wilde, en waar van wy de eerſte zoort ook in dit capittel eerſt beſchryven zullen: dezelve is een hooge regte boom, met een redelyke digte kruin, aan 't voorſte der takken komen regte en ſtyve ryskens voort, veele by malkander, zynde wel rondagtig, dog hebben boven een ſcherpe rugge, en by haren oorſpronk een knietje: de uiterſte takken zyn wat wol-of kruidagtig, langs heenen in drie ronde ruggen en drie diepe voorens afgedeelt: de bladeren ſtaan aan zommige ryskens wat verwiſſelt, en weder aan zommige regt tegens malkanderen over: zes of zeven aan een zyde: gelykende wel na de bladeren van* Anona, *dog zyn wat gladder, breeder, ſtyver, en van koleur ſwart-groen: de voorſte negen en thien duimen lank, midsgaders twee en drie duimen breet, de agterſte omtrent vyf duimen lank, en drie breet, hebbende de voorſte een lange ſpitze, dog die aan de agterſte wat korter, en als afgebrooken is, voorts agter en voor byna even breet, met evene kanten, veele parallele dwers-ribben, en ſtaande op korte ſteelen: de voorſte helft van 't blat is altyt wat breeder dan d'andere, zoo dat de zenuwe niet regt door de midden gaat: de reuk van de bladeren is ſwaar en onliefelyk, even als die van de* Canaribers, *of gezoute vis, en boven dien is de ſmaak wat bitter, daar die van 't wilde* Boa-rau *zuur en zamentrekkende is: De bladeren van de jonge boom verſchillen mede al wat van d'oude, want zy zyn veel grooter, te weten, thien a elf duimen lank, en drie duimen breet: De dwers-ribben loopen ook wat verwerder door malkander, zynde aan de onderſte zyde by de ſteelen wat ruig of hairig, dog zo veel niet als de wilde* Boa-rau; *zommige ſtaan met paaren aan de takjens, en andere voor enkelt, of maar een alleen: aan 't uiterſte der takken komt voort een groote bloem-tros, van twaalf tot vyfthien duimen lank, en verdeelt in verſcheide zydetakjens, daar veel klein bloeizel aan zit, wel gelykende na een kopere potje, of het* Lilium Convallium, *en gemaakt van vyf kleine en vuil-witte blaatjes, dewelke digt omvan-*

ex quinque petalis albidis, quæ arcte ambiunt quinquangulare piſtillum, quod in fructum excreſcit ſimilis formæ: Flores hi quinquangulares itidem adparent, dictoque piſtillo breve inſidet capitulum, quod ſuperius clauditur, ac tria vix notabilia exhibet ſtigmata; Plurimi flores decidunt, ita ut pauciſſimi excreſcant, fructus poma referunt ex rotundo plana ſeu compreſſa, magnitudinis *Limonum-Nipis*; primo viridia, dein flava inſtar ceræ ſordidæ.

Quæ exterius in peripheria quinque gerunt orificia, atque ex quovis orificio extenduntur tres breves ſtriæ uti in triangulo; Et licet plurimi decidant flores, fructus tamen multi combinati dependent, qui interius oſſiculum gerunt magnum planum, ex rotundo quinquangulare, ac ſuprema protuberans parte, ubi quinque itidem foveolæ adparent ſeu cellulæ, in quibus totidem continentur ſemina, Cucurbitæ ſemina quoad formam referentia, quæ tam firmiter ipſis inſident, ut vix ſeparari poſſint: In inferiore parte multis foveolis inſtar foraminum ſunt excavata oſſicula, ſed non perforata, quædam horum oſſiculorum hexagona itidem obſervantur, totidemque gerunt ſemina, ſed hoc rarum eſt. Circa hoc oſſiculum hæret vel locatur mollis ac ſuccoſa caro, ſaporis acidi adſtringentis, in penitus vero maturis eſt acidula, peculiaremque habet odorem, ita ut edulis ſit & cruda comedatur. Rami hujus arboris ſunt fragiles, facileque abrumpuntur, horum cortex eſt glaber, truncus æqualis, rotundus, ſed lignum non valet, medullamque habet amplam ac fungoſam. In Amboina lente excreſcit hæc arbor, excelſamque eſſe oportet, antequam fructus producat, hocque non omnibus contingit annis. In occidentalibus ſeu ſiccis anni menſibus floret, ac incipientibus Orientalibus anni menſibus fructus matureſcunt; In Amboina raro occurrit, & plurimum in pagis circa ædes, ubi lætius etiam creſcit, ſi ſpatium nempe circa radices depuretur & purum ſervetur: Hituenſes hujus domeſticæ *Boa-Rau* duas numerant ſpecies, ſed differunt tantum fructibus, cujusque fructus ſunt magnitudinis ovi gallinacei, ipſorum lingua *Ayalan* vocatur, altera autem, cujus fructus ſunt minores, ac vulgatiſſima, *Lauehy* dicitur.

Nomen. Hunc fructum Latina Lingua *Pomum Draconum* vocavimus, a Malaicenſi *Boa Rau*, quo nomine per totam Indiam aquoſam notus eſt, licet hujus nominis denominatio excogitari nequeat: In Macaſſara dicitur *Rauhitu*, in Amboina *Lau* & *Laueſiy*, quamvis ibi parum ſit notus, a Baleyenſibus autem nominatur *Dau Bande Daue.*

Locus. Raro occurrit in Amboina, ſed in occidentalibus inſulis, & Banda frequentior eſt arbor & magis nota.

Uſus. Fructus penitus maturi, crudi comedi poſſunt, quamvis aciditatem nunquam amittant: Amboinenſes autem raro eos uſque ad maturitatem relinquunt, ſed illis utuntur fere maturis, quos cum piſcibus coquunt; ex quibus acidum componunt condimentum, quod ventriculo & cibo gratum eſt, quæque crudi ac cocti gratum habent ſaporem odoremque, fere uti apud nos fructus acidus in putredinem inclinans, qui obſervatur quoque in ſubſequente Condondong. Amboinenſes has arbores plurimum plantant circa ædes, ut fructus ipſis inſerviant loco Limonum, quique ex eorum ſucco expreſſo condimentum acidum conficiunt, cui miſcent contritum Capſici fructum, cum quo pultem Sagoeu ſeu Papeda edunt. Fructus hic in Baleya videtur dulcior, quum ibi multum colatur, ac plus propagetur: Juniorum quoque foliorum ſuccum propinant tamquam refrigerans remedium illis, qui æſtuantem habent ſanguinem, febribusque laborant.

gen een vyf hoekig knopje, daar de vrugt, mede van zodanigen fatzoen, uit voortkomt: Het bloempje inſgelyks een vyf-zydige gedaante hebbende; op 't voorſchreve knopje ſtaat een kort halsje, 't welk boven toe is, en drie pas of naauw kennelyke ſtipjes vertoont; 't meeſte bloeizel valt af, zo dat wel het minſte aan een tros tot perfectie komt: De vrugten zyn als appeltjes, uit den ronde wat platagtig, en van grootte als een Limon-Nipis, *eerſt groen, daarna geel, als vuil waſch.*

Van buiten op den omloop hebbenze vyf gaatjes, en van ieder gaatje verſpreiden hun drie korte ſtreepen, als in een drie-angel, en niettegenſtaande het meeſte bloeizel afvalt, zo hangen deze vrugten nog al veele by malkander; hebbende van binnen een groote vlakke ſteen, wat uit den ronden vyf kantig; en aan de voorſte of bovenſte zyde een weinig bultig, alwaar men ook ziet vyf kuiltjes, en in dezelve zo veele zaden, van gedaante als de korrels van Cawoerden, dog zo vaſt daar in zittende, dat menze daar niet wel uitkrygen kan; aan de onderſte zyde zynze mede met veele kuiltjes als gaatjes uitgeholt, dog die en gaan niet door; men vind ook wel zommige dezer ſteenen, die zeshoekig zyn, en ook zo veele zaaden hebben, dog dat gebeurt zelden: Om deze korrel legt of hangt een zappig week vleeſch, zynde zuur en zamentrekkende van ſmaak, dog aan de geheel rype wert het rynſch, en heeft een byzondere geur, zo dat men het raauw eeten kan: De takken zyn bros, en breeken zeer ligt af, de ſchorſſe is effen, de ſtamme gelykformig ront, dog het hout ondeugent, hebbende ook een groot week hert. Hier in Amboina ſchiet dezen boom zeer lankzaam op, moetende al heel groot zyn, eer hy vrugten draagt, en dat gebeurt dan nog niet alle Jaaren: Hy bloeit in de weſt- of drooge mouſſon, en in 't begin van de Ooſt-mouſſon werden de voorn. zyne vrugten ryp: In Amboina vind men hem weinig, en dan nog wel meeſt in de negoryen, by en omtrent de huizen, alwaar hy ook wel beſt opſchiet, te weten, als men het plein omtrent de wortel zuiver en ſchoon houd: De Hitueezen hebben of maken van deze Tamme Boa-Rau *twee geſlagten, dog het verſchil is maar alleen omtrent de vrugten; noemende de gene, die omtrent zo groot zyn als een hoender-ey, op haar ſpraak,* Ayalan, *en de andere, zynde wat kleinder, mitsgaders de gemeenſte,* Lauehy.

Naam. *Wy hebben deze vrugt in 't Latyn genaamt* Pomum Draconum, *na 't Maleytſche* Boa Rau, *waar mede zy door geheel Water-Indien bekent is, hoewel men de oorzaak dezes naams niet wel uitvinden of raaden kan: Op Macaſſar wortze genaamt* Rauhitu, *in Amboina* Lau, *en* Laueſiy, *hoewelze aldaar weinig bekent is, en by de Baliers* Dau Bande Daue.

Plaats. *Men vintze weinig in Amboina: dog in de Weſterſche eylanden, en Banda is zy meer bekent.*

Gebruyk. *De vrugten, volkomen ryp zynde, kan men ook raauw eten, hoewelze haar zuurte nooyt t'eenemaal verliezen: dog de Amboineeſen latenze zelden zo verre komen, maar gebruykenze ten naaſten-by ryp zynde: dezelve kokende by haare viſſen, en alzo daar van makende een zuure Sauze, die de mage, en ook in 't eeten aangenaam is, hebbende, zo raauw als gekookt, een byzondere geur, byna als by ons een zuure vrugt, die wat begint te rotten, en die heeft men mede in de hier navolgende* Condondong: *De Amboineeſen planten deze boomen meeſt by haare huyzen, om gedient te konnen zyn van haare vrugten, in plaats van Lemoenen, als konnende van het uitgeperſte zap een zuure Sauſe maken, daar by doende een gewreven ritsje, en waarmede zy dan hun Sagoe-bry of Papeda eeten: Het ſchynt dat deze vrugt op Baley wat zoeter is, om datze aldaar meer voortgeplant wert: En zy geven ook het zap van de jonge bladeren, als een verkoelent hulpmiddel, te drinken den gene, die een groote verhitting gevoelen, en met koortzen bevangen zyn.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquageſimæ Octavæ,

Quæ ramum exhibet *Pomi Draconis*, ubi Litt.
A. Ejus *florem.*
B. Vero *fructum.* Et
C. Ejus *nucleum* denotat.

UYTLEGGING


Van de Acht- en Vyftigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Drake-Boom, *alwaar de Lett.*
A. Zyn bloem,
B. Deszelfs vrugt, *en*
C. De kern *aanwyſt.*

CAPUT XLIX.



Spondias



CAPUT QUADRAGES. NONUM.

Pomum Draconum Silvestre. Boa-rau Utan.

SIlvestris hæc *Boa Rau* arbor parum differt a domestica; folia autem sunt longiora, angustiora, ac flaccidiora, magisque acuminata, ex rachide quoque dependentia, eodem locata ordine ac domesticæ, plerumque tamen alternata, magnusque nervus non directe per medium decurrit, coloris sunt pallidioris, pluresque gerunt costas transversales parallelo ordine, circa petiolos & ab inferiore parte sunt pilosa, magisque rugosa, quam domestica, uti quoque ad ramorum extremitates, in vetustiorbus autem foliis hæc villositas plurimum perit, æque ac in domestica, quamvis silvestris semper sint magis rugosa. Juniora folia sunt ad oras leviter serrata, saporis acidi instar Acetosæ, sed parum adstringentis: Foliorum rachides prope ramos majoribus insident geniculis quam domesticæ, suntque longiores, ac plerumque octo vel novem gerunt foliorum paria, inpari aliquando extremum claudente: In junioribus surculis plerumque folia sunt opposita, in vetustioribus vero alternata, atque adeo arcte juncta, ut fere sese tangant, horum oræ sunt magis æquales quam domesticæ, immo æque hujus folia referunt ac plurimarum aliarum arborum, ita ut adcurate adtendere oporteat, qui illa distinguet. Immo periti sæpe incolæ, qui hæc quotidie tractant, sæpe hac in re falluntur: Vetustiores foliorum rachides atque ramificationes non quidem sunt lanuginosæ neque pilosæ, in foliis tamen aliqua scabrities sentitur.

Racemus florifer in summo quoque ramulorum provenit, qui brevior est domesticæ, atque in laterales dividitur petiolos, in quibus duo tresve fructus perfecti excrescunt, paulo majores glande sclopetaria, plurimum rotundi, vel parum compressi, atque in eorum peripheria æque ac in domesticæ quinque notantur orificia stellata; horum color, si maturescant, ex cinereo lutescit, & caro interior est minor, sed succosior quam domesticæ, quæ nec ita acida est, sed vinosior, ac dulcior, si penitus matura sit.

Saltem hoc obtinet iis in fructibus, qui in Amboina & Banda crescunt; in Macassara vero & Baleya, ut audivi, silvestris fructus sunt acidiores: Silvestris officula descripta, quoad proportionem multo sunt majora domesticæ, quamvis revera sint minora, sed totum fere inplent fructum, paucam enim habent carnem, quæ tamen facilior tolli potest ac domesticæ speciei: Officulum hoc itidem est ex rotundo quinquangulare, sed non ita regulare ac domesticæ, inque superiore ejus parte talia gerit quinque semina, qualia superiore in capite descripta sunt, in inferiore autem ejus parte tot foraminibus non est instructum; siccum quoque est, ac russa lanugine tectum: Rami ac cortex quoque sunt fragiles, posteriorque succosus est: Lignum itidem inutile medullam gerit mollem, hæque arbores in tantam excrescunt crassitiem & magnitudinem, ut duo vix viri ulnis eas amplecti possint, comamque gerunt insuper admodum extensam: Truncus autem non ita est rotundus nec erectus, ac domesticæ: In Macassara altera occurrit itidem *Rau-arbor*, cujus fructus multo sunt majores domesticæ, sed quam maxime acidi & magis compressi, qui cum plana comparantur cistella, huicque populo *Rau-genrang* dicitur.

Anni-tempus Cum domestica convenit, in hortis autem non colitur, sed sponte hinc inde in silvis crescit, ac solitudinibus.

Nomen. Latine *Pomum Draconum Silvestre.* Malaice *Boa Rau Oetan.* In Java circa Grisseckam *Boa Coan.* Amboinice in Leytimora prima species *Uteren* & *Uttenen*: Altera minor ac vulgatior *Ulerum*: Hituensibus *Ulolon.* In Banda *Toropatti*, quo proprie minorem intelligunt speciem, ibique plurimum notam.

Locus. In Amboinensibus silvis hæc arbor frequentior est, magisque nota quam in Amboina domestica, atque in singulis crescit insulis uti & in illis Bandæ. Item in Java, Baleya &c. sed ubique, uti dictum fuit, in fructu parva observatur differentia, qui uno in loco major, in altero vero minor est, in uno dulcis, in altero acidus.

Usus.

XLIX. HOOFDSTUK.

De wilde Draake-boom.

DE *wilde* Boa Rau *verschilt zeer weinig van de tamme, de bladeren zyn wat langer, smalder, en slapper, ook met een lange spits, en staande of hangende aan de ryskens, in dezelfde ordre geschikt als die van de Tamme, doch meest over 's hands tegens malkander, en de groote Zenuwe gaat ook niet regt door de midden, van coleur zynze wat ligter groen, en hebben ook in een geschikter ordre, meerder dwers-ribben, dog omtrent de steelen, en aan de onderste zyde zynze vry wat haairig, en veel ruyger dan de Tamme, gelyk mede aan 't uiterste der takskens, dog aan de oude bladeren vergaat deze haairigheit meest, zo wel als aan de Tamme, hoewel de wilde nog altyd wat ruyger vallen: De jonge bladeren zyn ook een weinig, dog donker of flaauw, aan de kanten geschaart, regt zuur van smaak, als Zuuring, dog wat zamentrekkende: De ryskens staan ook by de takken op merkelyk grooter knietjes, dan de tamme, en zyn ook wat langer, hebbende gemeenelyk acht à negen paar bladeren, en zomtyds een alleen vooruit; aan de jonge takskens staanze meest tegens malkander, maar aan de oude over 's hands, en zo digt, datze malkander komen te raken, haare zyden loopen evenwydiger dan die van de tamme, althans, zy gelyken zo wel na de tamme bladeren, en zo mede na die van veele andere zoorten van boomen, dat men 'er al naauw op letten moet, dieze onderscheiden zal: Ja zelfs de Indiaansche Meestressen, die 'er dagelyks mede omgaan, werden dikwils daar omtrent geabuzeert: De oude ryskens en takken hebben wel geen wol nog haairen, dog op de bladeren wert evenwel wat steekeligs gevoelt.*

De bloem-tros komt mede voort aan 't voorste der ryskens, zynde wat korter, dan die van de tamme, en mede verdeelt in takjens, waar aan maar twee of drie vrugten tot perfectie komen, wat grooter als een Musquets-kogel, en meest ront, of een weinig gedrukt; hebbende zo wel als de tamme, vyf gesternde gaatjes in den omloop, en haar coleur, alsze ryp worden, is uit den graauwen dooir-geel, van binnen hebbenze veel minder, en zappiger vleesch, dan de tamme, zynde ook zo zuur niet, maar wat rynsch en zoetagtig, te weten, alsze haar volkomen rypheit hebben.

Immers dit wort zo bevonden aan de gene, die in Amboina en Banda vallen; maar op Macassar en Baley, na ik verstaa, zouden de wilde zuurder wezen, dan de tamme; de korrels van de wilde, die wy beschreven hebben, zyn na proportie veel grooter dan de tamme, hoewel in haar zelven vry wat kleinder, beslaande byna de geheele vrugt, en zy hebben maar een weinig vleesch: dog 't welk men daar ligter kan afzuigen, dan van de meergem. tamme zoort: De korrel is ook uit den ronden vyfhoekig, maar zo geschikt niet, als die van de tamme, hebbende aan de boven-zyde mede zodanige vyf Zaaden, als in 't voorgaande Capittel staan uitgedrukt, doch aan de onderste zyde heeft hy zo veel gaten niet: Ook is hy, droog zynde, met een rosse dons bekleed: De takken en schors zyn mede bros, en het laatst-genoemde wat zappig: Het hout, mede ondeugent zynde, heeft een week hert, en deze boomen werden zo groot en dik, datze twee mannen naauwlyks konnen omvademen; hebbende daarenboven een wyd-uitgespreide kruin; dog de stam is zo ront, nog regt en styl niet, als die van de Tamme, maar ook zeer zuur, en meer gedrukt, werdende daarom by een plat trommeltje vergeleeken, en by dien Landaart Rau-genrang *genaamt.*

Sayzoen. *Zyn Sayzoen is als dat van de Tamme, werdende in de thuynen niet geplant; maar wast van zelfs hier en daar in de bosschen of wildernissen.*

Naam. *In 't Latyn* Pomum Draconum Silvestre: *In 't Maleyts* Boa Rau Oetan, *op Java, omtrent Grisseck,* Boa Coan: *Ambons, op Leytimor, het eerste geslagte,* Uteren, *en* Utenen: *Het kleinste en gemeenste* Ulerum: *In 't Hituees,* Ulolon: *en 't Bandaas* Toropatti, *waarmede zy eigentlyk verstaan de kleine, en aldaar meest bekende.*

Plaats. *In d'Amboinsche bosschen is dezen wilden boom veel bekender dan de tamme, groeyende op alle de Eilanden, en ook op die van Banda: Alsmede op Java, Baley &c., dog overal vint men, als gezegt, een klein onderscheit in de vrugt, als zynde op d'eene plaats grooter, op d'andere wat kleinder, hier zoet, en daar weder zuur.*

Gebruik.

Usus. Dum in Amboina silvestris speciei fructus sit dulcior, quamvis minorem gerat carnem domestico, hinc crudus magis comeditur, ut os ac ventriculus refocilletur: Apri quam maxime hos etiam expetunt fructus, qui maturi magna in copia ex arboribus decidunt, ipseque ossiculum talis fructus in Hituensi regione in apro inveni: Palumbes Bandenses hos itidem amant fructus, ac Bandenses muria hos condiunt instar illorum Tropatti, ac uti nos salitas Olivas, quibus ad cibos utuntur, huncque in finem semi-maturos sumunt fructus: Aliis in locis, uti supra de domesticæ fuit dictum, cum piscibus hi coquuntur, vel proprie varia Kerry genera hisce præparantur.

Juniora harum arborum folia apud mulierculas seu curatrices magno in usu sunt contra Aphthas, tam infantum quam adultorum, atque hunc in finem illa inter manus conterunt, succumque exprimunt, ægroque propinant cum guttis aliquot Limonum succi, vel os hocce colluunt: Quidam etiam hocce utuntur succo contra albugineas oculorum maculas, sed fortis admodum est & acer, foliaque hæc potius, antequam conterantur, eorumque exprimatur succus, supra ignem sunt extendenda, ut flaccescant, neque etiam Limonum succus huic succo est miscendus, sed ut melius hic tolerari possit, aquæ miscendus est, simili quoque modo hæc folia calefacta, ac manibus parum contrita partibus inponuntur pudendis, tam virorum, quam feminarum, si inflammatæ fuerint ardore urinæ, vel Dysuria fuerint exulceratæ, quod parum quidem arrodit, sed simul ardorem extrahit, depurat, & propellit calculosam substantiam, quæ Dysuria concentratur. Feminæ quoque ex hisce foliis pessaria formant, quæ per totam noctem naturalibus intrudunt partibus, ut depurentur, refrigerenturque.

Gebruik. *Dewyl in Amboina dit wilde geslagt zoeter van smaak is, hoewelze minder vleesch hebben dan de tamme, zo werdenze ook meerder raauw gegeeten, om den mont en maag te ververschen: Ook zyn de wilde verkens zeer graag na deze vrugten, dewelke ryp wordende, met menigte onder de boomen vallen; en ik zelve heb een korrel van zodanigen vrugt op 't Hitueesche land, binnen in een wilt verken gevonden, de wilde duiven in Banda eeten deze vrugten ook zeer graag, en de Bandaneezen wetenze, gelyk als hare Tropatti, intepeekelen, en zo als wy de gezoute Olyven, tot haar toespys te gebruiken, en daar toe nemenze maar alleen de half-rypen; op andere plaatzen werdenze, gelyk boven van de Tamme is gezegt, by de visschen gekookt, of eigentlyk verscheide zoort van Kerry mede toebereid.*

De jonge bladeren van deze boomen zyn by de vrouwtjes of meestressen, in groot gebruik tegens de sprouw, zo wel omtrent kinderen, als oude lieden, en ten dien einde vryven zy dezelve in de handen, wringen het zap daar uit, en laaten het den patient met een druppel Lemoen-zap indrinken, of den mont daar mede spoelen; en zommige gebruiken dat zap ook tegens witte vlekken en schellen der oogen, dog het byt zeer, en is al wat scherp, moetende de bladeren, eer menze uitwringt, wat over 't vuur worden gehouden, tot datze komen te verslensen, ook en mag men daar (om het te beter te konnen verdraagen) geen Lemoenzap, maar liever wat water bydoen: Op dezelfde manier werden ook deze bladeren warm gemaakt, met de handen een weinig gevreven, en gelegt op de schamele leden, zo van mannen, als van vrouwen, dewelke verbit, en door de brant-pis, of scherpe en moeyelyke waterlozing, beschadigt zyn, en 't welk wel een weinig byt, maar trekt alsdan ook de brant uit, en zuivert of verdryft de kalkagtige substantie, die de dysuria aanzet; De vrouwen maken ook uit, of van dezelve bladeren geheele pessarisen, en laaten die een geheele nagt steken in haare natuurlyke gelegentheit, om dezelve te zuiveren en te verkoelen.

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Nonæ

Ramum exhibet *Arboris Draconis Silvestris*, ubi Litt. A. Ejus *Ossiculum* denotat.

OBSERVATIO.

Domestica antecedente capite descripta, & hæc *Arbor Draconum Silvestris* a *Valent. pag.* 170. enumeratur & obiter describitur, inque *Tabula* sub *no.* XIV. prior exhibetur.

UYTLEGGING

Van de Negen- en Vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Wilde Drake-Boom, *alwaar Lett. A. Dezelfs* Zaat-kern *verbeeldt.*

AANMERKING.


De Tamme zoort *in het voorgaande Capittel beschreven, en de* Wilde Draken-Boom *werden by* Valent. pag. 170. *vermelt, en ter loops beschreven, en van de eerste op de* plaat *onder* no. *XIV. een afbeelding vertoont.*



CAPUT L. HOOFD-



Spondias



CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Condondum. Condondong.

Arbor hæc est mediocris, magnitudinis circiter Cerasorum, quas ejus truncus glaberque cortex optime refert, raros gerit ac plurimum erectos ramos; Folia ex tenui, rotunda, ac firma rachide brevissimis in petiolis propullulant, per septem octove paria opposita. Quæ sunt pinguia, succosa, & fragilia, quatuor pollices longa, duos digitos lata, ad oras leviter ac parum dentata, sine prominentibus apicibus, sed rotundas in oras desinentia. Major nervus non directe per medium transit, costæque transversales arcuatim ad foliorum oras concurrunt, quæ porro sunt glabra, acidumque habent saporem. Flores longis & extensis in racemis progerminant, qui ex striatis ac fragilibus formantur petiolis, illi autem primo lutescentia sunt capitula, quæ dein aperiuntur in albicantes ac pentapetalos flosculos, intus repletos brevibus ac luteis staminibus, sub quibus embryo apparet luteus, qui fit fructus. Quumque plures decidant flores, hinc unus alterve tantum hinc inde excrescit fructus, totus autem racemus adeo mollis est, ut coqui possit, vel instar lactucæ crudus comedi, sed acidulus est, fere instar vitis clavicularum.

Fructus sunt magnitudinis ovi anatis, quamvis prope petiolum sint latiores, ac quasi fovea inpressi, exterius cortice glabro obducti, qui, quum maturi sint, intense est luteus, ac carni ipsi adhæret instar *Mangæ*, sub hoc pauca succosa reconditur caro, saporis acidi, licet fructus penitus fuerint maturi, gravisque odoris, fere instar pomorum acidorum putridorum, totum replentes locum vel cubile, in quo adservantur: Intus continent magnum fibrosum nucleum, instar glebæ intricatæ & confectæ ex plurimis filamentis, quorum quædam eminent instar spinularum, alia autem instar suturarum apparent, ossiculum hoc porro est lignosum, ac duris constans venis, in hujus autem centro seu cavitate parvus continetur nucleus prunellorum silvestrium formam referens. Hujus arboris truncus est rectus, rotundus, & aliquando hominis crassitiei, plurimæ vero arbores vix crure fiunt crassiores, cortice glabro, æquali, ac spadiceo vel nigricante obductæ, lignum ejus est succosum, molle, ac ædificando ineptum, sed vegetativæ naturæ, amputati enim trunci facillime denuo excrescunt, si terræ committantur, immo licet in terram modo fuerint projecti: hocque modo hæc plurimum propagatur arbor: Peculiarem quoque habet naturam, parum cum harum insularum arboribus convenientem: Quotannis enim mense Septembri ad finem pluviosi temporis folia jam demittit vetusta, ita ut mense Octobri illis penitus sit denudata: Atque mox nova iterum regerminant folia ac flores; fructus autem Februario & mense Martio maturescunt: Altera silvestris est arbor, quæ naturam hanc folia sua dimittendi tali sequitur modo, atque cum *Condondo* aliquam habet similitudinem, quæque postea *libr. quinto cap.* 19. describetur nomine *Arboris redivivæ*.

Nomen. Latine *Condondum*, ex Malaicensi *Condondong*: Ternatensibus *Ngaulu* vocatur, Amboinensibus *Ulit* & *Urit*, atque arbor peculiari nomine *Urit Ehu*. In Banda *Hureck*: Baleya *Catsjem tsjem*, Macassara *Carunrun*, & Bima *Intsji* dicitur.

Locus. Plurimum in insulis Malaicensibus est nota arbor, sed præsertim hisce in Orientalibus ac Moluccis insulis.

Usus. Amboinenses fructum hunc aqua instillant salsa, crudumque edunt cum Canary & Sagoe. Solus enim si edatur, labiis nocet acredine, atque plurimum cum piscibus coquitur, ac loco Limonum usurpatur ad condimenta præparanda, quibus Papedam edunt, hocque a plebejo fit populo, unde non æstimatur hic fructus. Folia, quibus instar Acetosæ utuntur, cum piscibus assantur: Quæque simul conducunt ad eorum corpora depuranda, tam in morbis quam sano in statu. Tumque aqua hunc in finem ebulliuntur: Longi rectique hujus arboris rami adhibentur ad postes sepesque, quum vegeti, facillimeque germinantes in arbores excrescant, hæcque præcipua propaga-

L. HOOFDSTUK.

Condondong-Boom.

Dit is een middelmatige Boom, omtrent zo groot als onze Kersseboom, na dewelke zyn stam en gladde schorsse ook zeer wel gelykt, hy heeft weinig en meest overeind' staande takken: De bladeren staan of komen aan dunne, ronde, en styve ryskens, op korte steeltjens, by zeven en acht paren, regt tegens malkander over; Zy zyn vet, zappig, en bros, vier duimen lang, twee vingers breet, aan de kanten een weinig en donker getant, zonder uitsteekende spitsen, maar met ronde hoeken: De groote Zenuwe gaat ook niet regt door de midden, en de dwersribben sluiten haar met boogen langs de kanten te zamen; zynde wyders glat, en zuur van smaak: Het bloeizel komt voort aan lange uitgebreide trossen, van gestreepte en brosse steelen gemaakt, zynde in 't eerste geelagtige knopjes, die hun daarna openen in kleine, witte, en vyf bladige bloempjes, van binnen gevult met korte geele draatjes, en daar onder een geel knopje of hertje, waar uit de vrugt voortkomt: Doch dewyl het meeste bloeizel afvalt, zo komt 'er maar hier en daar eene tot perfectie, zynde den geheelen tros zo mals, dat men hem kooken, en ook eeten kan als Salade, dog valt wat zuuragtig van smaak, byna gelyk de Clavieren van den Wyngaart.

De vrugten zyn ongeveer zo groot als een Enden-ey, hoewel by de steel wat breeder, en als ingedrukt, van buiten met een gladde schil, dewelke, alsze ryp worden, hooggeel is, en ook aan 't vleesch hangt, gelyk die van de Mangas, *daar onder vint men een weinig zappig vleesch, van smaak zuur, ook zelve alsze op haar rypste zyn, en met haaren sterken reuk, byna als zuure verrotte appelen, vervullenze de geheele plaats of kamer, daarze worden bewaart: Van binnen hebbenze een groote pelsige korrel, als een door malkander verwerde klomp, en gemaakt van veele draatjens, waar van zommige uitsteeken als doornen, en andere hun vertoonen als naaden, zynde voorts niet als houtagtige en harde aderen, en in de holligheit van binnen leid een gantsch kleine korrel, wel gelykende na die van een slee of pruim: De stam van den boom is regt, ront, en zomtyds van de dikte eens mans, dog de meeste-part wort niet dikker dan een dye, met een gladde, effene, zwartbruine schorsse: Het hout is zappig, week, en tot timmeren gantsch onbequaam, dog van zeer groeizamen aart, want de afgehouwene takken schieten zeer ligt wederom uit, als menze in de aarde steekt, ja ook al smyt menze maar zo op de aarde neder, en op dusdanigen manier wert dezen boom doorgaans voortgeplant: Ook heeft hy een byzondere natuur, met weinige boomen dezer Eilanden gemeen, of overeenkomende; want jaarlyks in September, op het uitgaan van het Regen-mousson, begint hy al zyn oude bladeren aftewerpen, zo dat hy in October als geheel dor staat: En straks daar op krygt hy weder jong loof en bloeizel; en de vrugten werden ryp in February en Maart: Daar is nog een andere wilde boom, dewelke deze natuur van het verwisselen zyner bladeren ook navolgt, en met de* Condondong *eenige gelykenisse heeft, zullende hierna in 't* vyfde Boek, Capittel 19. *onder den naam van* Arbor rediviva *worden beschreven.*

Naam. *In 't Latyn* Condondum, *na 't Maleytsche* Condondong; *Ternaats* Ngaulu: *Amboins* Ulit, *en* Urit, *en den boom in 't byzonder* Urit Ehu: *Bandaas* Hureck: *Baleys* Catsjem tsjem: *Macassers* Carunrun: *en Bimas* Intsji.

Plaats. *Hy is in meest alle de Maleytsche eylanden bekent, dog wel byzonderlyk in deze Oostersche, mitsgaders in die van de Moluccos.*

Gebruik. *De Amboineesen doopen deze vrugt in zout water, en eetenze dan zo raauw, wel te verstaan met of tot haare Canary en Sagoe: Want alleen beschadigenze met haare scherpheit de lippen: Werdende wel meest by de vis gekookt, mitsgaders in plaats van Limoenen gebruikt, tot het maken van de Sauze, waar mede zy hunne Papeda eeten: Dog dat geschied maar alleen by geringe lieden, en daarom werdenze niet geagt: De bladeren, die zy, gelyk wy de Suuring gebruiken, stovenze mede by haare vis: zynde insgelyks dienstig, om daarmede het lyf te reinigen, zo wel in ziektens als anders; en dan werdenze ten dien einde in water opgekookt; De lange en regte takken werden veel gebruikt tot pagger-stylen, om datze levendig blyven,*

pagationis est caussa, præter hanc enim circa ædes vix plantare eas vellent: Arbores hæ in Septentrionalibus insulis, ac præsertim in Bima & Baleya, majores sunt, quam hic in Amboina, & quidem tam crassæ ac *Mangifera arbor*: Quumque ibi in orientalibus anni temporibus äer sit siccus, fructus ibi quoque maturescunt, quod contrarium est anni tempori Amboinensi.

In *Horti Malabarici tom.* 1. *Fig.* 50. arbor hæc fructusque describuntur nomine Malabarico *Ambalam*, Bracmanis *Hudu Ambado* cum viribus medicinalibus adjectis, quæ hisce incolis quoque sunt notæ: Quod nempe ejus radices suppressa moveant menstrua, si per noctem partibus pudendis intrudantur, quodque cortex cum acido coctus lacte, vel ejus succus cum Oryza coctus & mixtus, vel ad offas præparatus, & comestus conducat iis, qui Dysenteria laborant; quodque lignum aquæ incoctum & propinatum, Gonorrhæam curet; *Horti Malabarici Adnotator Doctor Arnoldus Syen* arborem hanc reducere mavult ad Mangæ genus, sed ab hac nimium differt; quamvis Bracmanum nomen *Ambado*, cum Canarensium *Ambo*, & Persico *Amba*, quæ *Mangæ* nomina sunt, quodammodo conveniat.

en zo ligt groeyen, ja volslaagen boomen worden; en dat zyn ook wel de voornaamste redenen van haar meeste voortplanting, want buiten dezelve zou menze omtrent de huizen nauwelyks plaats willen geven: Dezen boom wert op de Wester-eylanden en voornamentlyk op Bima en Baly, veel grooter dan alhier in Amboina, en wel zo dik als een Mangas-boom; en dewyl het aldaar in de Oost-mousson droog weer is, zo werden de vrugten ook aldaar ryp contrarie het Amboinsche zayzoen.

In Horto Malabar. tom. 1. Figur. 50. *wert dezen boom en vrugt beschreven onder den Malabaarschen naam van* Ambalam, *in 't Braminees* Hudu Ambado, *met byvoeging van eenige medicinale kragten, dewelke mede by deze Inlanders bekent zyn: namentlyk dat de wortelen de verstopte maant-stonden verwekken, wanneerse een nagt in de vrouwelyke gelegentheit gesteeken werden: dat ook de schorsse, met zuure melk gekookt, of het zap daar van met rys gemengt, en tot koeken gemaakt, met voordeel te eeten wert gegeven de gene, die de roode-loop hebben; en dat ook het hout in water gekookt en gedronken, de* Gonorrhæam *geneest: den* Annotator, D. Arnoldus van Sye, *zouw dezen boom wel willen brengen onder de geslagten van de Mangas, dog daarze al te veel van verschilt, hoewel den Bramineezen naam* Ambado *met de Canarinse* Ambo, *en Persiaansche* Amba, *('t welk naamen van de Mangas zyn) eenige overeenkomst schynt te hebben.*

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ,

Quæ ramum exhibet *Condondi* floribus fructibusque junioribus onusti.

A. Racemi floriferi partem sistit majori forma expressam, ut flores melius distingui possint.

B. *Fructum majorem* separatum.

UYTLEGGING

Van de Sestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Condondong-Boom *met zyn bloemen en jonge vrugten beladen.*

A. Wyst aan een trosje der bloemen in grooter gedaante.

B. Een vrugt afzonderlyk *in grooter gedaante.*

OBSERVATIO.

Mangæ affinis, flore parvo stellato, nucleo majori, osseo, hæc arbor a *Syen* vocatur in notis ad *H. Malab. part.* 1. ubi reliqua vide *pag.* 92. & Prunus Americanus officulo magno ex filamentis lignosis reticulatim conflato *Plukn. Almag. p.* 307. & *Phytogr. Tab.* 218. *Fig.* 3. & Myrobalanus folio Fraxini alato fructu luteo, officulo magno fibroso *Sloan. Catal. Pl. Jam. p.* 181. item Myrobalanus minor folio Fraxini alato, fructu purpureo, officulo magno fibroso *ibid. p.* 182. item Prunus Brasiliensis fructu racemoso, ligno intus pro officulo *Ray ibid. pag.* 182. ut docet *Plukn.* in *Mantiss. p.* 156. tres has arbores cum hac convenire. Et Condondongboom seu arbor a *Valent. pag.* 170. vocatur.

AANMERKING.

Deze Boom wert van Dr. Syen *in de aantekening op de* Hortus Malabaric, *genaamt een Boom gelyk aan de Mangas met een kleine gesternde vrugt, en een groote houagtige kern, alwaar het overige verders zie, en is de Americaanse Pruym-Boom met een groote houte steen uit houtagtige verwarde vezels bestaande van* Plukn. *in zyn* Almag. pag. 307. *en in de* Phytogr. Tab. 218. Fig. 3. *en de Myrobalanus met een gevleugelt Esse-bladt met een geele vrugt, en een harde steenagtige kern van* Sloan. *in zyn* Catal. *van de* Jamaische gewassen. p. 181. *als mede kleine Myrobalanus met het Esse-bladt, en een purpere vrugt en een vezelagtige steen,* p. 182. *en Brasiliaansche Pruym-Boom met een trosagtige vrugt, van binnen met hout bezet van* Ray *aldaar* p. 182. *zo als* Pluknet *leert in zyn* Mantiss. p. 156. *dat deeze drie Boomen daar toe behoren. Condondong-Boom wertze genaamt van* Valent. *in de* beschryving *van* Amboin pag. 170.

CAPUT QUINQUAGES. PRIMUM.

Condondum Malaccense. Mudu.

HAec Condondi species haud multum differt trunco, foliis, ac modo crescendi a præcedenti descripta: Folia autem paulo sunt latiora, & rotundiora, floresque itidem longis in racemis progerminant, qui sunt parvi albentes, ac compressi flosculi ex quinque petalis parvis formati, fructus autem a vulgari differt; *Mudu* enim hic forma ac magnitudine est mediocris Mangæ, ex rotundo-oblongus instar ovi anserini, nec externe ita glaber, sed tuberculosus ac verrucosus. Color quoque non est luteus, sed viridis, instar pomi vel paulo magis flavus: Caro est pauca ac mollis, nec ita acida aut flava ac vulgaris, sed pallida, vinosi saporis, unde apta quoque est, ut cruda edi possit: In medio centro locatur nucleus oblongus, compositus ex plurimis mollibus spinis villisque intricatis, quibus caro exterior implicatur, sunt autem solidiores ac duriores quam in vulgari, invenique sæpius tales nucleos penitus lignosos, nigrosque, atque ita excavatos, acsi artificis manu elaborati fuissent; sunt autem in Amboina exotici, dictique nuclei ex Celebe mihi transmissi erant, e contra Amboinenses plurimas gerunt molles spinas, albicantes, quarum quædam erant firmæ ac pungentes: Aliis vero


LI. HOOFDSTUK.

Malacce Condondong-Boom.

DEze zoorte van Condondong verschilt van stam, bladeren, en maniere van opgroeyen niet veel van de hier voor beschreven gemeene: de bladeren zyn wat breeder en ronder, en het bloeyzel komt ook voort aan lange trossen, zynde witte in een gedrongen kleine bloempjes, en van vyf kleine blaatjes gemaakt; maar de vrugt verschilt wat van de gemeene, want deze Mudu *is van grootte en gedaante als een middelmatige* Manga, *te weten uit den ronden wat lankwerpig, als een ganzen-ey, van buiten ook zo effen niet, maar wat bultig, en met builen: de koleur is mede niet hoog-geel, maar regt appel-groen, of wel wat geelder. Het vleesch is ook weinig en week, midsgaders zo zuur nog geel niet als dat van de gemeene, maar wat bleek, wynagtig, en dierhalven bequaam om raauw gegeten te konnen worden: van binnen in het midden legt of zit een lankwerpige korrel, gemaakt uit veele dorre draaden of verwerde vezelingen, dan deze zyn vry wat vaster en harder als de gemeene, en ik heb 'er zomtyts gevonden, zeer houtagtig en swart, als mede zodanig uitgeholt als of het door konst met menschen handen waare geschiet: dog deze zyn hier in Amboina vreemt, en de gem. korrels waaren my van Celebes toegebragt, de Amboinsche daar en tegen hebben veele weeke en witte doornen, en daar* onder



Mangifera pinnata. L.





Mangifera. Hamilt.

vero in locis fructus multo sunt majores *Manga*, in Amboina autem sunt minores, instar semi-completæ Mangæ, eorumque color est quoque luteus, saporque fere convenit cum maturo *Boa-rau*.

Nomen. Latine *Condondum Malaccense*: Malaice *Condondong Malacca*: Ternatensibus *Mudu*, & Amboinensibus *Mulu*.

Locus. In Amboina, uti dictum est, raro occurrit, per ramos enim non ita facile propagatur ac vulgaris; frequentior autem est in insulis Moluccis & in Celebe.

Usus. Fructus hi crudi magis comeduntur quam vulgaris, instar obsonii nempe ad Canari & Sagu, quum vinoso sapore stomacho sint grati, cæterum cum piscibus quoque coquuntur instar præcedentis. Arbores in parva Cerama seu Hoeamohel crescentes breves, incurvos, ac nodosos gerunt ramos, e quibus tenues & rectæ proveniunt foliorum rachides, quæ quinque sexve gaudent foliorum paribus, extremum aliquando impari claudente, suntque multo minora ac vulgaris *Condondi*, tres nempe quatuorve pollices longa, totidemque lata, utrumque anguste desinentia, cum plurimis transversalibus costis, quæ tamen in arcus non desinunt, nec ad oras serrata sunt: Fructusque sunt uti superius descripti fuerunt, arbores ibi quoque sunt silvestres, atque ab istis populis *Massen* vocantur.

Tabula Sexagesima Prima

Ramum exhibet *Condondi* Malaccensis, fructibus onusti.

onder zommige die wat styf zyn, en steeken: op andere plaatzen werden deze vrugten vry grooter dan een Manga, *maar in Amboina vallenze kleinder, te weten als een halfwassene* Manga, *en haar coleur is ook geel: de smaak ten naasten by overeenkomende met een rype* Boa-rau.

Naam. *In 't Latyn* Condondum Malaccense: *op Maleyts* Condondong Malacca: *op Ternataans* Mudu: *en op Amboins* Mulu.

Plaats. *In Amboina isse, als gezegt, weinig te vinden, want men kanze van hun takken zo ligt niet voortplanten als de gemeene, maar overvloediger valtze in de Molukze Eylanden, en op Celebes.*

Gebruik. *Men eet deze vrugten meer raauw dan de gemeene, te weten als een toespys tot de Canari en Sagu, om datze met hare rynsheit de mage aangenaam zyn: anderzints kookt menze ook by visschen, gelyk de voorgaande: De boomen op klein Ceram of Hoeamohel vallende, hebben korte, kromme, en knoestige takken, en daar aan dunne regte ryskens, midsgaders aan dezelve vyf a zes paren bladeren, dog zomtyts een alleen voor uit: zynde ook veel kleinder dan die van de gemeene* Condondong, *namentlyk maar drie en vier duimen lank, en ook zo breet, van agter en vooren smal toelopende, met veele dwers-ribben, dog die geen booge sluiten, aan de kanten ongezaagt; en de vrugten zyn als de gene die hier boven beschreven staan, ook wassen de boomen aldaar in 't wilde, en werden by die lant-volkeren* Massen *genaamt.*

De Een- en Sestigste Plaat

Vertoont een Tak van de Malaccise Condondong-Boom *met zyne vrugten.*

OBSERVATIO.

Malaccise Condondong-Boom a *Valent. pag.* 171. vocatur, & *no. XV.* exhibetur, videturque *Cat-Ambolam H. Malab. part.* 1. *pag.* 93. descripta.

AANMERKING.

Malaccise Condondong-Boom wert deeze genaamt van Valent. p. 171. *en op de Plaat onder* no. XV. *verbeeldt, en schynt te zyn de* Cat-Ambolam *in de* Hortus Malabar. *eerste deel* p. 93. *beschreven.*

CAP. QUINQUAG. SECUNDUM.

Cynomorium. Nam-Nam.

HAec non in altam excrescit arborem, estque fere magnitudinis Limoniæ mali: Ejus truncus est irregularis nec glaber, sed quasi ex plurimis aliis truncis foret compositus, inæqualis profundis sulcis, nodisque plenus, superius in peculiares sese dividens truncos, qui omnes scabro ac nigricante teguntur cortice, instar Limonum arborum. Nodosæ ejus majoresque radices plurimum supra terram elevantur, minoresque intermediæ itidem eminent. Quæ porcorum caudas referunt arcuatas vel inflexas, quod mirum præbet conspectum. Ejus coma non est ampla, sed densa, ac plurimis constans longis & firmis rachidibus: Folia semper gemina oriuntur brevi in petiolo, atque peculiarem habent formam, ab aliis multum differentia foliis. Bina enim hæc folia apparent, acsi unita vel solitaria fuissent, ac in medio separata vel dissecta forent, unde magnus nervus nunquam directe per medium transit, sed semper proximus est interiori parti, quæ alteri opponitur folio. Folia hæc in obtusum desinunt apicem plerumque bifidum, suntque firma, glabra, ac pallide virentia instar juniorum Caryophylli arboris foliorum. Sunt autem multo minora, tantumque quinque vel sex pollices longa, sesqui-pollicem lata, atque supra dicto charactere facile ab omnibus aliis dignoscuntur foliis, rachides hæ undique hisce ornantur foliis, angustamque, sed tamen elegantem, efformant comam, quæ solummodo inservit, ut arboris formam efficiat, quum neque flores neque fructus gerat, quum hi ex trunco oriantur ipso, qui ab ipsa radice usque ad parvorum ramorum ortum plurimis gaudet tuberculis, ex quibus flores propullulant. Qui parvi sunt flosculi, plurimique conjuncti brevi ac lignoso insidentes petiolo, referentes flores *Blimbing*. Sunt autem paulo majores, quorum petala externa rubent ac retroflectuntur, alia autem quinque acuta eriguntur, inter quæ novem albicantia locantur stamina, cum antheris flavescentibus, inque medio pistillum erigitur cum fusco germine,

LII. HOOFDSTUK.

Nam-Nam-Boom.

D*It is nog wert mede geen hoogen boom, zynde omtrent zo groot als een kleine Lemoen-boom; de stam is leelyk en ongeschikt, even als of hy uit veele stammen t'zamen gezet of aan malkander gevoegt was; voorts gants oneffen, met diepe voorens en vol knobbelen, boven zig wederom verdelende in byzondere stammen, alle met een ruige swartagtige schorsse, gelyk die van de Lemoen-boomen; zyne knoestige hooft-wortelen leggen meest bloot boven de aarde, en de kleine daar tusschen voortkomende, steeken ook boven de aarde uit; zynde als haaken en verkens staarten, na den stam toe omgekromt, 't welk vreemt en raar is om te zien. De kruin is niet breet maar egter digt van loof, en gemaakt van veele lange en taye ryskens: de bladeren staan altyt twee en twee by malkander, op een kort steeltie, en hebben een byzonder fatzoen, van andere bladeren zeer veel verschillende; want deze twee bladeren schynen als ofze een geweest en in de midden van malkanderen gesneden waaren, weshalven ook de groote zenuwe nooit regt door het midden gaat, maar altyt de binnenste, die tegens het ander blat staat, naast leit: voor met een stompe spitze, die een weinig in tween gekloott is; wat styf, glat, en ligt-groen, gelyk de jonge Nagel-bladeren, dog veel kleinder, als zynde maar vyf en zes duimen lang, en anderhalve duim breet, en met het bovengenoemde zeltzame teiken zynze ligt van alle andere bladeren te onderscheiden: de ryskens zynder vol van, en maaken een smalle, dog evenwel zierelyke kruin, alleen maar dienende om haar het fatzoen van een boom te geven, alzo ze nog bloemen nog vrugten en draagt: want dezelve komen voort uit den stam zelve, dewelke van de wortel af tot aan 't begin van de kleine takken hier en daar veele knoesten of knobbelen krygt, en daar uit groeit het bloeizel; zynde kleine bloempjes en veele by malkander, op een kort en houtagtig steeltje staande, wel gelykende na het bloeizel van de* Blimbing, *dog het valt wel wat grooter, de buitenste blaatjes zyn root, en agterwaarts overgeboogen, dog vyf andere spitze staan overeinde, en daar tussen negen witte draatjes, met geele nopjes, en in de midden een wat dikker draatje, met een ros knopje, daar de* vrugt

germine, quod fructum efformat. Hique flores tantum circa truncum in dictis nodis seu tuberculis apparent, & aliquando etiam in inferioribus ac crassissimis ramis; si autem radices supra terram denudatæ fuerint, in iis quoque tales nodi, flosculi, ac fructus conspiciuntur: rarum certe est in arboris radicibus flores fructusque crescere: Fructus irregularis quoque est formæ, quique apparet instar lunæ semi-plenæ, planus, ac fere palmam latus, paulo autem longior est, atque plurimis obsitus tuberculis ac foveolis, coloris mixti ex viridi & squalide flavo, instar Lagani, quique, si tangatur, scaber ac pilosus est instar corii. Interius seu latus ejus dextrum obscurum gerit sulcum, parumque excavatum est instar cymbæ, & ob miram & singularem formam a plebe inpudico nomine cognominantur Canum pudenda, & Malaice *Pucki-andjing*. Caro exterior vix semi-digitum crassa est instar Prunorum, sed paulo durior est, siccior, acidior, atque os instar inmaturarum uvarum constringens, in summa vero maturitate adhuc edules sunt ac crudi possunt comedi, licet austeri sint. Interne locatur magnus ac planus nucleus, ejusdem cum fructu formæ, ac tenui tectus pellicula: Caro, quæ in duas facile separatur lamellas, est sicca, ingrati & adstringentis saporis: Arbor autem per nucleum propagatur. Cortex ejus, uti dictum est, ex fusco nigricat, instar Limoni arboris ac interius amoene rubet; lignum est pallidum instar Buxi, solidum, ac prope dicta tubercula seu nodos durissimum.

Anni-tempus. Fructus maturescunt a mense Martio usque in Majum. Arbor autem ipsa lentissime crescit, ac plantanda est in solo molli, arenoso, sed simul pingui, uti in Leytimora circa ædes tale est, in tali autem argillosa ac solida terra, qualis in Hitoea reperitur, non progerminat, ita ut nusquam magis occurrat quam in pagis ac areis, in quibus ædes fuere locatæ. Arbor hæc, uti dictum est, respectu trunci ejusque nodorum est irregularis, e contra vero comam gerit lætam atque elegantem, quæque oculo pulchrior ac jucundior apparet, si ornata fuerit junioribus & eleganter pallide rubentibus foliis, e longinquo flores referentibus.

Nomen. Latine Cynomorion, a Græco nomine & flexu: Malaice *Pucki-andjing*, quod Belgice *honds-votten*, Latine canum pudenda notat. quo nomine in foro sine pudore vocantur ac venales sunt hi fructus: Verum autem nomen Malaicense est *Nam-nam*, atque Amboinense *Lammut* & *Lammuta*.

Locus. Fructus hi parum, & quibusdam tantum in insulis sunt noti, plurimique crescunt in Moluccis, ubi arbores fructusque multo sunt majores quam in Amboina, sed ibi parvi æstimantur, ac plurimum a plebe in obsoniis habentur: In Amboina plurimum crescunt in Leytimora, circumjacentes vero insulæ pauciores suppetunt: In quibusdam locis insulæ Celebes circa Macassaram & Marum quoque reperiuntur, sed in occidentalibus insulis sunt penitus ignoti fructus, excepto quod a quibusdam horum amatoribus ex Amboina Bataviam fuerint translati.

Usus. Si penitus sint maturi, crudi quoque edi possunt ad sitim exstinguendam, vel usurpantur instar obsonii ad siccatos pisces, Canarios, Sagoe &c. Nostra autem natio meliorem horum excogitarunt usum, fricant enim illos cum vino ac saccharo, si prius fuerint decorticati, & in frusta conscissi, tumque gratum & salutarem præbent cibum, quique conducit nauseoso ac fastidienti stomacho, quo plerumque illi languent, qui ex morbis convalescunt, vel qui Diarrhæa laborant, modica enim sua adstrictione confortant non tantum ventriculum, sed corrigunt quoque intestinorum flacciditatem, ita ut viribus conveniant cum prunellis silvestribus: Si maturi penitus fuerint fructus, crudi aliquando masticantur, succusque exsugitur & deglutitur, atque residuum abjicitur, eum præsertim in finem, ut os faucesque depurentur a pituita.

vrugt uit geformeert wert; en deze bloempjes ziet men alleen maar aan de knoesten rondom den stam, en ook wel aan de onderste of dikste takken; maar wanneer de wortels boven de aarde bloot leggen, zo vint men daar aan mede zodanige knoesten, bloempjens, en ook vrugten; een zeltzame zaak zynde aan de wortelen van een boom bloemen en vrugten te zien: De vrugt heeft mede al een ongemene en vreemde gedaante, haar vertonende als een halve of quartier maan; voorts wat plat, en schaars een hant breet, dog wat langer, midsgaders bezet met veele pukkeltjes en kuiltjes; van koleur gemengt uit den groenen en smoddig-geelen, als een eyer-vlade, ook in 't aantasten wat ruig en als leer; de binnenste of regter zyde heeft een donkere vooren, en is een weinig uitgeholt, als een schuitje, en na haare speculative of klugtige gedaante werden zy by het gemeene volkje met een onbeschaamde naam in 't Duits genaamt honts-votten of nog wat slordiger Honts-konten, *en in 't Maleyts* Pucki-andjing. *Het buitenste vleesch is nauwelyks een halve vinger dik, gelyk als dat van de pruimen, dog wat harder, drooger, zuurder, en den mont, gelyk als de onrype druiven, t'zamen trekkende, dog in de uiterste rypheit latenze haar nog rauw eeten; hoewel dan nog al vry amper zynde: van binnen leyt of zit een groote platte korrel, van de zelve gedaante als de vrugt, en met een dun vliesken bekleet: het vlees, 't welk zig in twee schyven laat deelen, is droog, onlieffelyk en adstringerende van smaak; werdende den boom met dezelve korrel voortgeplant: de schorsse, als gezegt, is uit den vuilen swart, gelyk die van de Lemoen-boom, en van binnen ligt-root; het hout is bleek, als dat van den Buksboom, voorts digt, en by de voorschreve knoesten zeer hart.*

Sayzoen. *De vrugten werden ryp van Maart tot in May: zynde een boom, die zeer langzaam opschiet, en geplant wil wezen in een mulle zandige, dog ook met eenen vette gront, gelyk men op Leytimor omtrent de huizen heeft, maar in zodanig een vaste kley-gront, als men op het lant van Hitoe vint, wil hy niet wel voortkomen; zo dat men hem nieuwers meer ziet dan in de negoryen, en op erven, daar huizen staan; het is, als gezegt, ten aanzien van zyn stam en knoesten op zig zelve, een mismaakte boom; dan daar en tegen heeft hy weder een blyde en cierlyke kruin, en dewelke zig aan het gezigt nog veel schoonder en aangenamer komt te vertoonen, wanneer hy behangen is met zyne jonge en schoon ligt-roode bladeren, van verre wel wat na bloemen gelykende.*

Naam. *In 't Latyn* Cynomorion, *na 't griekze geformeert, en op 't Maleyts* Pucki-andjing, *'t welk op het Nederduits gezegt is hondts-votten: en met welke naam zy ook zonder schaamte op de markt werden verkogt: dog de regte Maleytsche naam is* Nam-nam, *midsgaders de Amboineese* Lammut, *en* Lammuta.

Plaats. *Deze vrugten zyn alhier op weinige Eylanden bekent, en de meeste vallen wel in die van de Moluccos, alwaar de boomen en vrugten ook veel grooter werden dan in Amboina, dog zy werden aldaar weinig geagt, en meest door slegte lieden tot een toespys gebruikt: In Amboina vint menze wel meest op Leytimor; dog de omliggende Eylanden hebbenze minder: op zommige plaatzen op het Eylandt Celebes, omtrent Macassar, en Marus, werdenze mede gevonden, maar op of in de westerlyke Eylanden zynze onbekent, behalven datze door zommige liefhebbers van Amboina na Batavia zyn overgebragt.*

Gebruik. *Alsse volkomen ryp zyn, zo kan menze, als gezegt, nog rauw eeten, om den dorst te verslaan, en ook anders gebruiken als een toespys tot drooge visschen, Canari, Zagoe, &c. maar onze natie hebben dezelve bequaam gevonden tot een veel beter gebruik; want zy stooven dezelve met wyn en zuiker, te weten alvorens geschilt, en in stukken gesneeden zynde, en dan zo geeft of is het een aangename en gezonde kost; midsgaders ook dienstig voor een walgende mage, gelyk gemeenelyk de gene hebben, die van een ziekte zyn opgestaan, of die aan den buik-loop gaan, want met hare matige t'zamentrekkinge zo versterkenze niet alleen de maage, maar verbeteren ook de slibberigheit der darmen, zo dat menze in kragten by na gelyk kan stellen met de sleen: ook werden de geheele rype zomtyts wel rauw in de mont gekauwt, 't zap daar uitgezogen, en ingeswolgen, midsgaders het kauzel weggeworpen, alleen maar om de mont en keel te zuiveren van hunne slymerigheit.*



Cynometra cauliflora. DC.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Secundæ,

Quæ stipitem exhibet *Cynomorii* floribus, fructibusque conspicuum.

A. *Ramum foliosum* denotat.
B. *Folium bifidum* separatum.
C. *Fructum* justa magnitudine.

Peculiares hujus arboris, ejusque partium characteres ac descriptionem mecum communicavit Celeb. D. GARCINIUS *sequentem in modum.*

IN hoc plantarum genere flos observatur perfectus, polypetalus, regularis, hermaphroditus, & Ovarium continens, cui circumponuntur stamina 10. Calix tetraphyllus. Ovarium fit fructus carnosus, in cujus loculo unico occurrit fabaceum semen.

Pedunculo, qui ex trunco & crassis ramis immediate prodit, sustinentur hæ floris partes. Bina folia fert unus petiolus. Per folii medium non pergit costa, sed alteram ejus oram legere deprehenditur.

Flos exiguis, candidis, integris, in acuminatum extremum abeuntibus, angustis, parvis (tres scilicet lineas longis singulis, nec integram lineam latis) petalis quinque præditus est. Juxta Ovarii basin enata stamina numerantur 10. duploque proinde petalorum numerum superant; nisi forte fortuna casus impediverit, quo minus cuncta crescere potuerint. Eorum longitudo, & color ut in petalis, apices flavi. Ovarium valde parvum, floris papilionacei folliculum forma referens, mediam petalorum altitudinem attingit. Candida vero Tuba, ovarii corpore duplo longior, simplicem apicem habet.

Calicis tetrafidi segmenta, a basi, quæ lata est, inferiora versus reflexa, æqualibus oris prædita in obtusum acumen desinunt. Verum ex his duo e regione sibi invicem opposita, in cochlearis formam ideo excavata sunt, quod cæteris paululum latiora existant. A petali colore non differunt Calicis segmenta 4. nec ipse quoque petiolus, qui tres vel quatuor lineas longus, petalis semper parum procerior, dimidiam lineam crassus existit. Ejus mediam duntaxat altitudinem adsequuntur segmenta Calicis.

Plures simul, suis cum petiolis, nascuntur hujus arboris flores, sertumque arte contextum mentiuntur, unico, communi, squamaso (cujus incerta longitudo 8. vel 9. lineas, aut unciam saltem nunquam superat) pedunculo innixi. Is quippe, sua ab origine, petiolos floribus sustinendis destinatos profert, nec prius crescere desinit, quam ex ipsius fastigio nulli amplius nascantur petioli. Quæ per totam pedunculi longitudinem squamæ occurrunt, meræ sunt quasi axillæ, quæ flosculis ferendis dicatorum petiolorum basibus fulcrorum, tegminumque loco fuerunt destinatæ; & siccæ deinceps decidunt.

In arboris trunco, circa ipsum, a radicibus ad medium usque crassorum ramorum, raro ultra, ex quibusdam ibi rotundis, inæqualibus, nullo ordine positis tuberculis florum serta confertissime prodeunt. Maximam fructus copiam in trunco semper videre est &c.

Fructus semi-orbicularis, utcumque complanatus, facies duas majores habet; minores duas, ex quibus altera, instar nervi arcus a petiolo usque ad fructus supremam partem recta tendit; altera, huic e regione opposita, in arcus formam incurvatur: ita ut fructus istius maxima circumferentia complemento paulo majus circuli segmentum exhibeat. Hujus autem segmenti chorda, quæ partium fructus longissima, uncias plerumque duas cum dimidia longa est, nec ullibi 21. aut 22. lineis latior, 16. vel 17. linearum est maxima fructus crassities (quæ omnia de maxime consueta magnitudine fructus intelligenda) ejusque superficies integra tuberculis maxime hirta apparet. Cuticula tegitur tenui, & glabra; squalidi, foedique coloris est, ab altero latere in flavescentem, in viridescentem ab altero vergentis.

Hicce fructus, qui capsulam carnosam refert, inæqualis,

UYTLEGGING

Van de Twee- en Sestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Nam-Nam-Boom *met zyn bloemen en vrugten behangen.*

A. Vertoont een bladige Tak.
B. Een dubbeld blad *alleen.*
C. Een vrugt in zyn grootte.

De byzondere kentekens der deelen van deze Boom, als mede deszelfs beschryving, zyn my door de beroemde *Hr. Garcin* medegedeelt op de volgende wyze.

IN dit geslagt wert gevonden een volmaakte bloem uit veel reguliere en gelyke blaaden bestaande, zynde een hermaphrodiet, en bevattende de Eierzak, waar om tien vezels staan, de kelk is vierbladig. De Eierzak wert een vleesagtige vrugt, in welkers enkelt huisje legt een boonagtig zaadt.

Op de steel, die onmiddelyk uit de stam en dikke takken uitschiet, staan de deelen van de bloem. Twee blaaden komen op een steel voort, en door het midden des blads gaat de ribbe niet regt door, maar men vint datze altoos een zyde kiest.

De bloem bestaat uit vyf kleine, witte, heele, en puntigeyndigende naauwe (te weten elk drie linies lang en een linie breet) blaatjes. Nevens de gront van de Eierzak staan tien vezels, en zyn derhalve dubbelt in getal ten opzigt van de bladen des bloems, ten zy door het een of ander geval deze belet zyn uit te groejen, derzelver langte en coleur is gelyk aan de bladeren, de punten der vezels zyn ligt-geel. De Eierzak is zeer klein in de gedaante van de pyp van een flos papilionaceus ofte kapelagtige bloem, en bereikt de helft van de grootte der bladeren. Een witte pyp, de helft langer als de Eierzak, draagt een eenvoudige punt.

De vier verdeelingen des kelks aan hun gront, die wyt is, na binnen omgebogen, met effe randen bezet, eyndigen in een stompe punt, dog uit deze zyn twee tegens malkander over zodanig uitgebolt, datze de gedaante van een lepel hebben, en zyn ook wat breeder als de andere, deze vier deelen des kelks verschillen niet in de coleur der bladen van de bloem, ja zelfs niet het steeltje, het geen drie of vier linies lang is, dog altyt wat langer als de bladen, en is een halve linie dik, en deszelfs helft in de langte beryken slegts de deelen van de kelk.

Veel bloemen te gelyk met hun steeltjes komen te vooren uit deze boom, die een krans door konst gevlogten verbeelden, staande op een gemeene schobagtige steel, welkers lengte ongelyk is, het zy agt of negen linien, dog nooit grooter als een once, want die in zyn oorspronk, te voorschyn brengt steeltjes, die de bloempjes dragen moeten, en hout niet eer op met wasschen, als dat 'er geen steeltjes meer uit zyn toppunt uitschieten. De schubben, die zig vertoonen door de gansche langte des steels, zyn als volkomene oxels, die geschikt zyn om de bloemen te dragen, en met hun onderste deel als onderschragen de steeltjes der bloemen, en dezelve met een ook aldaar bedekken, welke daar na droog werdende afvallen.

In de stronk des booms en rontom dezelve van de wortels af tot deszelfs helft toe, als mede der dikke takken, zelden verder komen aldaar de bloemen te vooren uit zommige ronden, ongelyke, en in geen order geplaast zynde knoesten in groote meenigte als kranssen, en het grootste gedeelte der vrugten ziet men aan de stam &c.

De vrugt is half-rondt, van beide zyden plat, verbeeldende twee groote gedaantens, en twee kleindere, waar uit de eene als een regte zenuwe van de steel af tot aan het bovenste gedeelte des vrugts regt doorloopt. De andere hier tegen over gestelt zynde loopt krom als een boog, zoo dat de omtrek van die vrugt een weinig grooter deel uitmaakt als het supplement van een cirkel. Dog de koort van dit supplement, welke de lankste is van de deelen des vrugts, is doorgaans twee oncen lang en een half, en nergens breeder dan 21. of 22. linien, van 16. of 17. linien is de grooste dikte van deze vrugt, (welk alles te verstaan is van de gewonelykste grootte des vrugts,) en deszelfs oppervlakte is van alle kanten met bultjes bezet, welke bedekt wert door een dun en gladt velletje, dog is van een lelyke en onaangenaame coleur, van de eene kant na het geele, en van de andere kant na het groene trekkende.

Deze vrugt, die een vleesagtig beursje gelykt, is van een ongelyke

qualis, per totam ſuam molem eſt craſſitiei; alibi ſcilicet linearum 3. alibi plurium, uſque ad ſex, variis in locis. Hinc, circa hunc montium & vallium frequentibus, qui ibi dantur, ſinibus exprimitur ſimilitudo. Candida, ſuccoſa, dura, tenera tamen manducanti occurrit ejus caro; cujus auſterus, acerbus, & fere, ut in malo vulgari ſemi-maturo, dulcis eſt ſapor.

Per totum ſuum ferme ambitum, in ſtillicidii formam excavatur hic fructus (binis tantum extremis liram interrumpentibus) unde in eo paululum depreſſa videntur ſegmenti iſtius chorda & arcus, chorda tamen arcus depreſſior; ac proin contra invicem compreſſas nates duas hoc, chordæ vero latus, canis foeminæ vulvam referunt. Hinc *Nam Nam* a Malaicenſibus dicitur fructus; cujus, ſecundum longitudinem, duo mox laudata latera, quam ſi ulla alia ratione fructum tentaveris, facilius aperies. In aperto reperitur magnum, complanatum, & ſemi-lunare ſemen ipſi utcumque fructui, vel reni, multo magis ſpeciei cujusdam Indici Phaſeoli, quo Indi ſæpe veſcuntur, forma ſimile; nec integram capſulæ carnoſæ cavitatem replens, ex ea facillimo negotio ſicciſſimum extrahendum; nullus quippe in tota internæ ejus ſuperficie invenitur liquor, ſed magna ubique ariditas; quamvis tenerrima, tenuiſſimaque, & candicante membranula inveſtiatur. Fructus latitudinem maxima ſua longitudine æquat id ſemen; quod uncia paulo latius, 5. lineas craſſum, ex ruſeſcente fuſca (ut ſiccata Amygdala) nec difficilius quam in hoc fructu ſeparanda cute tegitur; &, ſicut in Caſtanea obſervatur, candida, dura, maxime adſtringente, paululum amara pulpa gaudet. Hujus autem binæ placentæ Embryonis tantum interventu (quod non, niſi vi adhibita, frangitur) inter ſe cohærent.

Breviſſimum arboris truncum, raro duos pedes altum, maxime irregularem, ſcabrum, inæqualem, deformem, tubera & valles circumdant. Ex tuberibus naſcuntur florum, fructuumque poſtea, faſciculi. Trunci cortex craſſus, durus, in leves rimulas diſciſſus, coloris eſt nubili, albis aut cinereis maculis hinc inde diſtincti; ad *Lichenis Pulmonarii* colorem accedentis.

Radices craſſæ, ad ſummam ſoli ſuperficiem e trunco prodeunt. Craſſi rami, longi, ab invicem maxime diducti, in permultos ramulos, in fine ſuo, dividuntur; ex quibus minimi, hoc eſt ultimi, folia ferunt: unde in ramorum extremis ſat denſa opacitas. Folia bina ſimul tres lineas longo pediculo unico ſuſtinentur. Ex ramulis nudis, in cubiti formam leviter incurvatis, mox reflexis (ex nodis ibi) alterni pediculi prodeunt; ex unoquoque nodo unus. Folia tres aut quatuor uncias longa, ſeſqui-unciam, vel minus, lata, integra, plana, glabra, firma, flexilia, acuminata, parum craſſa, raro fragilia, pulchro viridi & intus lucido, extus tamen hebetato & minus ſaturato colore fulgent. Coſta recta, in utraque-folii parte eminet, in duo inæqualia valde ſegmenta (alterum latiſſimum, anguſtiſſimum alterum) folium dividitur. Rotundata eſt lata & magis complanata anguſti ſegmenti ora. Hujus ſupra mediam longitudinem eſt maxima latitudo; & contra, infra eandem in latiſſimo ſegmento obſervatur. Quæ folia bina ſimul anguſtis ſuis ſegmentis ſe mutuo fere tangunt, duaſque leporis aures utcumque referunt.

Flores & fructus hujuſce generis lubentiſſime obſident, immo plerumque legunt integros, formicæ; aſt nullum ipſis detrimentum adferunt.

In hac arbore deſcribenda multus fui, quod ſingularis ſit, nec curioſi examine indigna.

Nomine Nam-Nam arboris deſcribitur a *Valent. p.* 172.

ongelyke dikte, want op de eene plaats heeft ze de dikte van drie, op de andere van meer, ja tot zes linien toe op verſcheide plaatzen, hier om verbeeltze als bergjes en valeytjes op zommige plaatzen. Deszelfs vlees is wit, vogtig, hart, dog evenwel malsagtig als men het kaauwt, welkers ſmaak is vrang, ſtraf, en als ze ryp is, omtrent als in een gemeene appel zoetagtig.

Deze vrugt wert in zyn ganſche omtrek uitgeholt als een lek-ſteen, dog aan zyn beide buitenſte eynden is dit afgebroken, waarom ze daar ook meer neergedrukt en plat ſchynt, zynde egter de onderſte ſnaar platter als de bovenſte boog, en daar door deze twee billen als tot elkander gedrukt zynde, verbeelden met die ſnaar de ſpleet van een hont, waarom ze ook Nam-Nam *van de Maleyers genaamt wert, welke volgens die twee zyden beter, als datze op een andere wyze gevat wert, kan geopent werden: In de geopende vint men een groote platte en halve-maans gewyze ſteen, of zaat gelyk aan de vrugt zelfs, of aan een nier, of veel meer nog aan een groote boon, welke de Inlanders dikwerf eeten, dog deeze vervult met de geheele holligheit des vrugts, alzo die daar uit droog zynde zeer ligt kan weggenomen werden, want daar wert geen vogt in deze binnenſte holte gevonden, maar ze is over al even droog, ſchoon ze over al bekleet is met een zeer dun en teer witagtig vlees, dit zaat is gelyk in zyn langte aan de breedte des vrugts, het welk een weinig breeder is als een once en vyf linies dik, van coleur uit den roſſen graauw (gelyk in een droge Amandel) bedekt een vliesje deze vrugt, dat zig ook niet ligter laat afſpellen als die vrugt, deszelfs ſubſtantie is wit, en hart, zo als van een Caſtanie, dog zeer t'zamentrekkende, en wat bitter. Deze twee platte deelen hangen door middelkomſt van het ſchepzeltje, 't welk niet dan door forſſe gebroken wert, aan een.*

De boom heeft een zeer korte ſtam, zelden twee voeten hoog, zeer irregulier, ruuw, en ongelyk, leelyk door bulten en kuylen daar by mede bezet is, uit deze knoeſten komen voort de troſjes der bloemen, en daar na der vrugten. De ſchorſſe des ſtams is dik, hart, in kleine ſcheurtjes verdeelt, van een bruine coleur met witte en aſchgrauwe vlakken hier en daar bezet, verbeeldende de coleur van de Lichen Pulmonarius.

De wortels zyn dik, en komen uit de ſtam voort ofte onder de gront. De takken zyn dik, lang, en van malkander uitſtaande, en werden in veele zyde-takjes aan hun einde verdeelt, waar uit de kleinſte ofte laatſte hun blaadjes draagen, waar door in het uiterſte der takjes een bequame ſchaduwe veroorzaakt wert. Twee blaaden zitten te gelyk op een ſteeltje, dat drie linies lang is. Uit de bloote takjes als een elleboog omgekromt zynde en aldaar, zo als ze uit de knoeſten komen, omgebogen zynde, komen ſteeltjes te vooren overbants, uit elke knoeſt een. De blaaden zyn drie of vier oncen lang, anderhalf breet, geheel plat, glat, ſtyf, buigzaam, puntig, wat dik, en zelden brekende, en hebben van onder een ſchoone groene en heldere coleur, die van boven wat groender en donkerder is. De middel-ribbe, die door het bladt loopt aan beide zyden uitpuilende, verdeelt het bladt in twee ongelyke deelen, waar van het eene zeer breet, het andere zeer ſmal is, de rant van het ſmalle deel is ront, en gelyker, het welk op zyn midde het breetſte is, het tegendeel wert in het breetſte deel beſpeurt, de twee bladen raken elkander aan hun ſmalſte deelen, en gelyken twee ooren van een haas.


De bloemen en vrugten van dit geſlagt bezitten geerne, ja bedekken zomwyle geheel de mieren, die egter dezelve niet beſchadigen.

In deeze boom te beſchryven ben ik wat weidlopig geweeſt, om dat ze zeer byzonder is, en een naauwkeurig onderzoek wel verdient.

Nam-Nam-Boom wertze genaamt van Valent. *in de* beſchryving *van* Amboina pag. 172.



CAPUT LIII.





Cynometra ramiflora. !

CAPUT QUINQUAG. TERTIUM.

Cynomorium Silvestre: Nam-Nam-Utan.

Silvestris *Nam-Nam* multo excelsior arbor est domestica, sed ejus coma non ita eleganter est composita, sed magis extensa, ramique amplius separati. Folia uti domesticæ semper bina uno in petiolo progerminant, mediusque nervus semper ad interiorem inclinat partem: Folia vero sunt ampliora, longiora, magisque acuminata, non læte virentia, sed obscura ac tristia, ut ita dicam: Fructura itidem non ex trunco progerminant, uti præcedentis, sed ex ramis, foliorumque alis. Pluresque simul dependent brevibus ac lignosis ex pedunculis, qui ex parvis propullulant geniculis. Fructus hi multo sunt minores, & crassiores domesticæ; tuberculosi ac rugosi, coloris mixti ex viridi & flavo instar Ceræ, sique tangantur, instar corii pilosi apparent, dimidio fere minores ac domesticæ. Pauca, quam gerunt, caro est acerba & adstringens, ac inutilis, ita ut cruda non edatur; Ingens interne continetur nucleus, fere rotundus, quique in bina separari potest segmenta, sed nullius est usus. Arbor hæc sponte in silvis hic crescit, ac penitus silvestris est.

Nomen. Latine *Cynomorium Silvestre:* Malaice *Nam-Nam-Utan.* Et Amboinice *Lammut-Abbal.*

Locus. Crescit, uti dictum fuit, in silvis Amboinensibus, aliis autem in insulis non novi notam esse, ejusque usus penitus est incognitus: Fructus enim cibo inutiles sunt, lignumque, licet sit durum, raro ad mechanicam vel ædificia usurpatur.

Tabula Sexagesima Tertia

Ramum exhibet *Cynomorii Silvestris.*

LIII. HOOFDSTUK.

De Wilde Nam-Nam-Boom.

De *wilde* Nam-Nam *wort een veel hooger boom, dan de Tamme, dog zyn kruin staat zo geschikt niet, maar vry wat wyder uit malkanderen gespreid: De bladeren zyn als die van de tamme, te weten, altyd twee op eenen steel by malkander gevoegt, en de middel-ribbe leit ook de binnenste zyde naast; maar deze bladeren zyn wat breeder, langer, en spitser, niet helder of blyde, maar doots en donker-groen; De vrugten komen mede niet voort aan den stam, gelyk de voorgaande Tamme, maar uit de takken en schoot der bladeren, hangende ook meer by malkanderen, op korte houtagtige steelen, die op kleine knobbelen staan; Zy zyn veel kleinder en dikker dan de tamme, ook knobbelagtig en rimpelig, van coleur gemengt uit den groenen en was-geelen, in 't aantasten als ruig leer, en naauwlyks half zo groot als de tamme; Het weinige vlees dat zy hebben, is zerp en zamentrekkende van smaak, mitsgaders onbekwaam om raauw gegeeten te worden: Van binnen leit een groote korrel, byna ront, en die men ook in tweën deelen kan, dog is van geen gebruik: Dezen boom wascht van zelfs in de bosschen, en is van een gantsch wilden aart.*

Naam. *In 't Latyn* Cynomorium Silvestre: *op Maleyts* Nam-Nam-Utan: *en Amboinees* Lammut-Abbal.

Plaats. *Hy wascht, als gezegt, in de Amboinsche bosschen, maar van andere Eilanden heb ik nog niet geboort, dat hy daar bekent is. Zyn gebruik tot nog toe mede onbekent zynde: want de vrugten dienen niet om te eeten, en het hout, hoewel hard zynde, wert ook zelden tot eenig timmer-werk gebruikt.*

De Drie- en Sestigste Plaat

Vertoont een Tak *van de* Wilde Cynomorie *ofte* Nam-Nam-Boom.

OBSERVATIO.

Hæc arbor in *H. Malab. tom.* 4. *Tab.* 31. & *pag.* 65. nomine *Iripa* exhibetur ac describitur, estque Malus Indica, pomo cucurbitæ-formi, monopyreno. *Ray hist. pl. pag.* 1675. & Fructus exoticus secundus *Clus. Exot. pag.* 52. & *Nam-Nam-Silvestris* a *Valent. no.* XX. *pag.* 173.

AANMERKING.

Deeze Boom wert in het vierde deel van de Hortus Malabar. Tab. 31. pag. 65. *onder de naam van* Iripa *beschreven en verbeeldt, en is de Oostindische Appelboom, met een vrugt als een Cauwoerde van* Ray, in zyn histor. der planten, pag. 1675. *en de Tweede vreemde Vrugt van* Clusius, *in zyn* Exotica pag. 25. Wilde Nam-Nam-Boom *wertze by* Valent. p. 173. *genaamt, en op de plaat* no. *XX. verbeeldt.*

CAPUT QUINQUAG. QUARTUM.

Sandoricum. Sandori. Sattul.

Sattul duæ sunt species, domestica nempe & silvestris, quæ tamen non multum differunt, unde uno in capite ambas describemus: ac primum quidem domesticam, quæ satis magna & excelsa est arbor, corticem gerens cinereum & æqualem: Folia ejus sunt ampla, malique Cydoniæ folia referunt, septem octove pollices longa, quatuor cum dimidio & quinque lata pollices, obtuse desinentia cum parvo acumine, superius obscure viridia & glabra, inferius plurimis parallelis ac densis contexta costis, ad tactum mollia & lanuginosa, quales etiam sunt ipsorum petioli. Terna semper folia uno ex petiolo progerminant rotundo ac longo, quorum medium est supremum, atque sub hoc bina alia opposita propriis brevibus petiolis, qui ex communi majore oriuntur, insident, uti plerumque observatur in omnibus talibus arboribus ac herbis, quæ terna simul gerunt folia, ac trifoliatæ dictæ sunt, eandemque quoque naturam sequuntur bina inferiora folia, quæ magnum nervum non recte per medium habent, sed inferior folii pars semper amplior & rotundior est.

Flores ex brevibus progerminant petiolis & racemis, qui sunt albi ac pentapetali flosculi, atque ex foliorum alis in ramulis excrescunt fructus crasso & oblongo insidentes pedunculo, nunc solitarii, nunc gemini, magnitudine ac forma pomi Aurantii majoris, vel Limonis-Itam, sed magis compressi instar parvi casei, exterius

LIV. HOOFDSTUK.

Sandori- of Sattul-Boom.

Van de Sattul *heeft men twee geslagten, als Tamme en Wilde, dog niet veel van malkanderen verschillende, waarom wy ze ook in een capittel zullen begrypen: En eerst spreken van de Tamme, het welke is een reedelyk groote en regte boom, met een ligt-graauwe en effene schorsse: De bladeren zyn groot, en gelyken wel wat na de Quee-bladeren, zeven en agt duimen lang, vier en een halve, en vyf duimen breet, voor stomp toelopende, met een korte spitse, boven donker-groen en effen, van onderen met digte, en veele even-gelyke ribben doorregen, in 't aantasten wat wolagtig, gelyk ook de steelen doen: Zy staan altyd drie by malkander, op een ronden en langen steel, dog het middelste of voorste bladt is het hoogste, en daar onder de twee andere, op korte particuliere of byzondere steeltjens, uit de gem. lange steel voortkomende, gelyk men ziet aan meest alle de zoorten van boomen en gewassen, die drie bladeren by malkander hebben: En zo volgen ook de twee agterste of onderste bladeren dezelve natuur, dat de groote Zenuwe niet regt door de midden gaat, maar maakt de agterste helft van 't bladt altyd wat breeder en ronder.*

Het bloeizel komt voort aan korte troskens, zynde witte en vyfbladige bloempjes, en uit den schoot der gem. bladeren, en aan de takjens, wast de vrugt, op een dikken lankagtigen steel, of enkelt, of twee by malkander, van grootte en gedaante als een groote Orangie-appel, of Lemon-Itam, dog wat gedrukt, gelyk als een kleine Kaas, van buiten een

rius parum rugoſi, ac quaſi farina adſperſi inſtar malorum Cydoniorum, quæ ſi abſterſa fuerit lanugo, pellicula apparet inſtar Ovi vitellorum lutea, ſub qua continentur tres quatuorve magni nuclei vel oſſicula Amygdalorum formam habentia, eundemque colorem, ſed paulo minora ſunt, hisque firmiter adhæret caro, ſub exteriore dicta pellicula craſſa & ſpongioſa contenta, illa autem caro eſt mollis, ſuccoſa, & mucoſa, ſaporis acidi, & *Boa-rau* ſimilis, in maturo penitus fructu eſt vinoſa, dictaque oſſicula aliquando quaterna uno in fructu continentur, quorum unum ſemper eſt minimum, prætereaque ſub tenui ac fragili putamine alius fuſcus locatur nucleus, forma brevem & decorticatum Canarii fructum referens, ac ſub fuſca pellicula alba reconditur medulla, quæ eſt ſicca & amari ſaporis.

Lignum recens exciſum ad oras albicat, interius rufeſcit vel incarnati eſt coloris, quoque profundius penetrat, eo magis rubet, ſed ſi penitus ſit ſiccum, pallide flaveſcit inſtar aliorum lignorum: Odor recentis & ſicci ligni, ſi elaboretur, eſt gratus & aromaticus, inſtar Spicæ vel Roriſmarini: Ex quo aſſeres formantur, quamvis non tenuibus conſtet fibris, elegantiſve ſit coloris, neque facile poliendum ſit, ſed piloſum ſemper maneat: Radices dictum itidem habent odorem ſaporemque, ſed fortiorem, quos poſt duos amittunt annos.

Sandoricum indicum incultum

Silveſtris *Sattul* erecta quoque & excelſa eſt arbor, forma foliorum ac fructuum haud multum a domeſtica differens, folia autem ſunt paulo majora, fructusque minores, inſtar vulgaris nempe dulcis pomi, coloris pallide lutei, rugoſi ac albentis, acſi farina conſperſi forent: Saporque ſemper eſt acidus, licet fuerint maturi, unde crudi comedi nequeunt: Lignum interius multo magis rubet ac domeſticæ, ac circa medullam purpureo mixtum eſt colore, inſtar recentis inciſæ carnis fumo conditæ, ſed ſiccum ſi fuerit, pallide flaveſcit, inque aſſeres formari poteſt, ſed non facile poliri.

Nomen. Arbor hæc Latine dicitur *Sandoricum*, Malaice *Sandori* & *Sattul.* Macaſſarice *Idem*: Ternatenſe nomen eſt *Santul* & *Santoor*: Amboinenſe *Setul*, & *Secul.* Quidam etiam hanc vocant *Ayulit* & *Ayulan*, & in Boereo *Fetul.*

Locus. Domeſticæ *Sattul* arbores in Amboina ignotæ ſunt, exceptis paucis quibusdam, quæ a Macaſſarenſibus civibus ſunt plantatæ: Majori in copia in Manilhis occurrunt inſulis, in Mindanao, Moluccis, Java, Bima, Siama, Pathana, ac præſertim in Boetona, ubi fructus ſunt ingentes ac ſapidi. Aruenſes præ aliis æſtimantur, quum magni ſint & dulces, vocanturque ibi *Cajim-gulur.* Ulteriore vero indagine comperi Aruenſem hunc *Cajim-gulur*, alium eſſe fructum, a dicto *Sattul* diverſum, quique eſt pomi minoris magnitudinis, exterius quaſi compreſſus: Atque maturi hi fructus pallide flaveſcunt, tenuemque inſtar pomi gerunt corticem, ſub quo tenax reconditur caro, quæ durior eſt ac Cydoniorum, in hac ingentes quoque nuclei ſeu oſſicula locantur, fere inſtar ſeminum dictorum Cydoniorum, vel qualia in dulcibus inveniuntur Limonibus, ſed ſunt breviora, craſſiora, ac duriora. Caro eſt acidiſſima, nec apta, ut cruda comedi poſſit, quæque plurimum cum piſcibus coquitur, ut eorum condimentum vel jus ſit acidius, raro integri, ſed plurimum per medium diſſecti hi fructus, eorum nucleis exemptis, filis trajiciuntur, ac in fumo ſuſpenduntur, talesque quotannis ex Aru in Bandam tranſmittuntur, ut, uti dictum fuit, ad Carry vel piſcium condimenta uſurpentur, idem quoque fit cum Silveſtri *Sattul*: Muria vel ſale conditi inde etiam transferuntur, ſaporemque fere habent ſalitæ Mangæ, hique nullibi, quantum novi, ſunt noti niſi in dicta Aru: Revertimur jam ad primum deſcriptam *Sattul*, a qua per *Cajim-gulur* deflexeramus.

Sandoricum

Uſus. Ejus fructus crudi comeduntur inſtar *Boa-rau* in obſoniis, atque ut grata aciditate ſiccum cibum delicatiorem reddant, ſed plurimum cum piſcibus coquuntur, ac loco Limonum uſurpantur, incolæ enim illorum aciditatem gratiorem putant; Antequam flaveſcunt, ſaccharo condiri poſſunt, quem in finem in aqua primum leviter ebulliuntur, parumque inciduntur, ut nuclei tollantur, dein a pellicula exteriore ſubtiliter liberantur vel decorticantur, ac ſaccharo denuo incoquuntur, conditumque præbent grate acidum & delicatum.

een weinig rimpelig, en als met meel beſtrooit, gelyk de Quee-appels, 't welk afgeſtreeken zynde, zo vertoonenze een dooir-geele ſchille, waar binnen men vind leggen drie a vier groote korrels, van gedaante als Amandelen, en ook van dezelve coleur, dog wat kleinder, en daar aan hangt zeer vaſt het weeke, zappige, en ſlymerige vleeſch, onder de voorn. buitenſte dikke, en ſpongieuſe ſchille begreepen, zynde zuur van ſmaak, de Boa-rau *naaſt-komende, dog in de volkomen rype wort het wat wynagtig; leggende de voorn. korrels zomtyds vier in eene vrugt, dog eene daar van is altyd de kleinſte, en zy hebben onder een dunne broſſe ſchille, nog een andere bruine korrel, van gedaante als een korte en geſchilde Canari, en onder het bruine velletje een witte heeſt, zynde droog, en bitter van ſmaak.*

Het vers-gekapte hout is aan de kanten witagtig, van binnen ros, of incarnaat, en hoe dieper of verder men komt, hoe rooder, maar droog zynde, beſterft het bleek-geel, gelyk ander hout: De reuk van het verſch gedroogde, als het gewerkt wert, is aangenaam en ſpeceryagtig, gelyk Spica *en Roosmaryn: Daar worden ook planken van gezaagt, hoewel het geenzints fyndraadig, nog mooi van coleur is, en zig ook niet laat glad ſchaven, maar wat hairig of pelzig blyft: De wortelen hebben mede de voornoemde reuk en ſmaak, dog nog wel zo ſterk, maar verliezen dezelve na verloop van twee Jaren.*


De wilde Sattul wert mede een regt hoogen boom, aan fatzoen der bladeren, en vrugten niet veel van de Tamme verſchillende, dog de bladeren zyn wat grooter, en de vrugten wat kleinder, te weten, als een gemeene zoete appel, van coleur bleek-geel, rimpelig, en wit, als ofze met meel waren beſtrooit: blyvende de ſmaak altyd zuur, ook zelve in de rype, en dierhalven zynze onbekwaam om raauw gegeten te worden: Het binnenſte hout is vry rooder, als dat van het Tamme, en omtrent het hart met wat purper gemengt, gelyk als verſch ontgonnen gerookt vleeſch, maar het beſterft ook bleek-geel, en laat zig mede wel tot planken ſagen, dog niet glat bewerken.

Naam. *Deze boom wort genaamt in 't Latyn* Sandoricum: *in 't Maleyts* Sandori, *en* Sattul: *Macaſſers, als mede Ternataans,* Santul, *en* Santoor: *Amboinees,* Setul, *en* Secul: *Zommige noemen hem ook* Ayulit *en* Ayulan, *en op Boero* Fetul.

Plaats. *De tamme* Sattul-boomen *zyn in Amboina onbekent, behalven eenige, die door de Macaſſaarſche burgery aldaar zyn aangeplant: In grooter menigte vint menze in de Manilhas, op Mindanao, de Moluccos, Java, Bima, Siam, Pathane, en inzonderheit op Boeton, alwaar de vrugten groot en ſmakelyk zyn: Die van Aru werden ook boven andere gepreezen, als groot en zoet zynde, werdende aldaar* Cajim gulur *genoemt: Dog by nader onderzoek heb ik bevonden, dat deze Arueſe* Cajim gulur *is een byzondere vrugt, verſchillende van de voorn.* Sattul, *en hebbende de grootte van een kleine appel, van buiten als wat ingedrukt: De rype werden bleek-geel, en hebben een dunne ſchil, als een appel, daar onder legt een taay vleeſch, en 't welk ook harder is, als dat van de Queepeeren, of Appelen, daar binnen vintmen ook groote korrels, byna als de Zaaden van de gemelde Queen, of die van zoete Limoenen, maar wat korter, dikker, en harder: Het vleeſch is zeer zuur, en niet bekwaam, om raauw te eeten, werdende meeſt by de vis gekookt, om het Sop daar mede zuur te maken: Men vintze zelden geheel, maar meeſt opgeſneeden, de korrels daar uitgenomen, aan ſnoeren gereegen, en in den rook gedroogt, en zo brengenze die Jaarlyks van Aru in Banda, om, als gezegt, tot kerry of vis-ſoppen gebruikt te worden, gelyk ook geſchied met de wilde* Sattul: *Zy worden mede wel gezouten of ingepekelt, van daar overgebragt, en ſmaken dan byna als gepekelde* Mangas, *en deze weet men niet dat ergens bekent zyn, dan alleen op Aru voornt. Wy keeren dan nu weder tot de eerſt-beſchreven Sattul, waar van ons deze* Cajim-gulur *wat heeft afgeleid.*

Gebruik. *De vrugten worden raauw gegeeten, als de* Boa-rau, *tot een toeſpyze, en om met hare aangename zuurte de drooge koſt wat ſmakelyk te maken, maar meeſt werdenze by vis gekookt, en doorgaans in plaats van Lemoenen gebruikt, want de Inlanders houden deze hun zuurte voor aangenamer: Eerze geel worden, zynze ook bekwaam om te confyten, en tot welken einde menze eerſt met water wat opkookt, een weinig open ſnyt, en de korrels daar uitdouwt, daarna ſchilt menze dunnetjes de buitenſte ſchil af, en kooktze wederom met zuiker; wordende alzo een Confyt,*

dat





Sandoricum indicum. L.

catum. Inmaturos hos fructus Macaſſarenſes quoque in partes diſſecant, filo trajiciunt, atque in ſole exſiccant vel fumo, quidam vero antea hos in aquam inmittunt fervidam, ut facilius exſiccentur, hosque filo trajectos ſecum ducunt in & trans mare, ut cum piſcibus illos coquant loco Limonum, plurimum eodem modo, ac Aroënſes *Cajm-gulur* præparant. Radix ejus aromatica, cum aqua & aceto conteritur, ac tenui Zingiberis pulvere adjecto bibitur, quod præſtantiſſimum eſt remedium contra dolorem lateris, & colicam, qui ambo morbi a Malaicenſibus & Amboinenſibus nomine *Oepas*, periculoſiſſimi, immo lethales fere habentur.

Quidam indigena *Empiricus* mihi tanquam ſummum arcanum dixit & confirmavit; hanc radicem certiſſimum eſſe ac tutiſſimum remedium talibus in morbis, ſique intra trium dierum ſpatium non juvaret, de ægro eſſe conclamatum, nec ullam ſalutis ſupereſſe ſpem. Hoc forte verum eſt, & in recenti obtinet radice, ſed in biennali ſiccata nullas reperi vires vel ullum odorem. Macaſſarenſes hanc ſecum ducunt, in exercitu vel longo in itinere, quum ſæpius per frigus aliaque incommoda, atque ex crudis cibis in languentes ac frigidos incidant ſtomachos, tormina inteſtinorum, ac diarrhæas, ad quos morbos hac utuntur radice, quam cum pauxillo *Coelilawan* conterunt, atque cum aqua propinant; Eodem modo iisdem in morbis Sinenſes Camphoræ arboris lignum Japonenſe ac Sinenſe adhibent, ipſis *Tſchyo* dictum. Defectu autem radicis Sattul ejus folia in uſum advocari poſſunt, quæ coquuntur, eorumque ſuccus ſeu decoctum bibitur. Alii autem corticem ſumunt, quem cum Pinanga maſticant, in utroque autem nulla obſervatur vis aromatica, qualis in ligno, vel radice.

Arborum harum lignum, uti dictum eſt, multum adhibetur ad aſſeres formandos, qui ædificiis inſerviunt, ac præſertim ſuperiori ædium parti, quum ſit leve, facile exſiccetur & ſatis diu durabile, præſertim ſilveſtris ſpeciei. Ceramenſes quoque ex hoc ſuperiores conſtruunt aſſeres in ſuis Correcorren, quibus leve ac durabile lignum optime inſervit. In inſulis Uliaſſerenſibus ſilveſtris *Satul* vulgaris eſt, & adhibetur ad aſſeres Correcorren, ad ædium poſtes, ſed ejus trunci debent eſſe vaſti. In Manilha eadem quoque creſcit arbor, atque incolæ hanc vocant *Santſor*, ibique ex ligno ciſtas formant, fructusque ſaccharo condiunt, ſeu Marmeladam inde præparant, ex carne tantum ſeu ipſorum medulla: Foliaque ſale contuſa artubus inponuntur tumentibus & contuſionibus; Ciſtellæ ex hoc fabricatæ ligno, & occluſæ, aſſervatæque calido in loco, poſt aliquot annos exſudant hinc inde certis in locis glutinoſam pinguedinem, quæ olei maculas repræſentat, unde tamen lignum non inminuitur, quum tempore ſiccetur: Idem quoque obſervatur in *Pſeudo-Sandalo Amboinico* ſeu *Saſuri*, ita ut utraque hæc ligna cito ſiccata videantur, hæc autem ſubtilis oleoſitas non obſervatur niſi ſecundo vel tertio demum anno, ac tantummodo ſi aliis in ciſtis fuerit occluſum. Macaſſarenſes hujus arboris ſumumt corticem cum cortice *Toncki* vel *Mangi-Mangi* arborum, adhibentque ad eorum cibum *Gugou* ſeu *Lawar* præparandum: Uti hic in Amboina cum *Atun* fit; de quo in hujus *libri capite* 56. ulterius agetur.

Tabula Sexageſima Quarta

Ramum exhibet *Sandorici*, ubi Litt.
A. *Racemum floriferum.*
B. *Fructum* repræſentat.
C, Ejus *oſſicula.*

dat aangenaam en rynſch van ſmaak is: De onrype ſnyden de Macaſſaren ook aan ſtukken, rygenze aan ſnoeren, en droogenze in de Zon of rook, dog zommige doopenze te voren in heet water, om te ligter te droogen, en deze ſnoeren voerenze met haar op en over Zee, om by hun vis te kooken, in plaats van hun Lemoenen, meeſt op dezelfde manier als de Aroeëſen met haare Cajim-gulur *doen: De ſpeceryagtige wortel wert met water en azyn gevreven, mitsgaders een weinig kleine of fyne gember daar by gedaan zynde, ingedronken, en als een kragtig genees-middel gebruikt tegens ſteking in de Zyde, en het Colyk, beide quaalen of ziektens, die by de Maleyers en Amboineeſen, onder de naam van* Oepas, *voor ten uiterſten gevaarlyk, ja dodelyk worden gehouden.*

Een zeker Inlantſch Empiricus *heeft my, als een groot Secreet verhaalt en verzekert, dat deze wortel was een vaſte en zekere Medicyne in diergelyke gebreeken, en dat, zo dezelve binnen drie dagen niet kwam te helpen, hy als dan tot des patients behoudeniſſe geen hoop meer en hadde; dog dit mag zo waar zyn met de verſche wortel, maar in de twee-jarige heb ik geen kragten of reuk meer bevonden: De Macaſſaren voeren dezelve gemeenelyk mede alsze in 't leger of op een tocht zyn, daarze dan door koude en ongemak, mitsgaders het nuttigen van raauwe ſpyze, gemeenelyk tot verkoude magen, krimpingen, en buikloopen vervallen, en waar tegen zy deze wortel weten te gebruiken, dezelve met een weinig* Coelilawan *vryvende, en zo met water innemende: Op dezelve manier, en in gelyke gebreken, gebruiken de Sineeſen mede het Japanſe, en Sineeſe Campharhout, by haar* Tſchyo *genaamt; dog by gebrek van de voorn. Sattul-wortel, kan men ook de bladeren nemen, dezelve kooken, en het water indrinken: Andere nemen mede de ſchorſſe, en knouwenze met Pinang, dog in geen van beide is eenige ſpeceryagtigheit, gelyk wel in 't hout of de wortel.*

Het hout van deze boomen, als gezegt, wort veel tot het ſagen van planken gebruikt, en dan voorts tot timmerwerk, dog maar alleen, of wel meeſt aan het bovenſte van een huis, want het is ligt, droogt wel op, en niettemin durabel, inzonderheit het wilde: De Cerammers maken ook daar van de boven-planken op haare Correcorren, *waar toe altyd ligt, en ook met eenen durabel hout, moet worden gebruikt: In de Uliaſſers eylanden is de wilde Satul ook gemeen, en gebruikelyk tot planken van Correcorren, en ſtylen van huizen, dog het moeten alsdan ook groote ſtammen zyn: Op Manilha waſcht dezelve mede, en de inwoonders noemenze* Santſor, *makende aldaar van het hout kisjes, en de vrugten ook confytende, of een marmelade daar af makende, te weten, van het merg of vleeſch alleen: En de bladeren met wat zout geſtooten, werden op de geſlagene en geſwollene leeden gelegt: De kleine kiſtjes of laatjes van dit hout gemaakt, en beſloten in een warme plaats bewaart, zweeten na verloop van eenige Jaren, hier en daar op eenige plaatzen nog een kleverige vettigheit uit, zig vertonende als olye-vlekken, dog 't welk het hout geenzints ſlimmer maakt, alzo het mettertyd indroogt: werdende het zelve mede bemerkt en bevonden aan 't* Pſeudo Sandalum Amboinicum, *of* Saſuru, *zo dat deze beide houten wel metter haaſt droog ſchynen, maar deze ſubtile olyagtigheit wert men niet eer gewaar, dan in 't twede of derde Jaar, en dat maar alleen wanneer het in andere kiſten opgeſlooten wort: De Macaſſaren nemen de ſchorſſe van dezen boom, met de ſchorſſe van* Toncki, *of* Mangi-Mangi-boomen, *en gebruiken dezelve om hunne koſt* Gugou, *of* Lawar, *mede toe te bereiden: Gelyk wy hier in Amboina met de* Atun *doen, en waar van in dit zelfde* boek, capittel 56. *wat meer gezegt zal worden.*

De Vier- en Seſtigſte Plaat

Vertoont een Tak *van de* Sandorie-Boom. *Lett.*
A. Wyſt aan een Bloem-trosje.
B. De Vrugt.
C. Deszelfs Korrels.

CAPUT QUINQUAG. QUINTUM.

Gajanus. Gajang.

Arbor hæc brevem ac crassum gerit truncum, incurvum, & angulosum, acsi ex plurimis partibus vel segmentis concretus foret, cortice cinereo, duro, tenui, ac tenaci: Rami itidem sunt arcuati, ac dispersi, uti & foliorum ramuli, quæ irregulariter, & sine ordine in brevibus crassisque petiolis adeo arcte ramulis junguntur, acsi sessilia forent, folia referentia majoris Canarii, sunt autem paulo latiora ac rotundiora, atque firma, glabra, sonitumque excitantia, inæqualis magnitudinis: Plurima enim spithamam circiter sunt longa, quinque sexve digitos lata, obtuso ac fere rotundo apice, alia autem folia dimidio fere sunt majora nec acuminata, ac quædam sesquispithamam sunt lata, paucis ac longe remotis & distinctis costis transversalibus pertexta; quæ magnis arcubus antrorsum incurvantur; Foliorum oræ sunt sinuosæ, atque horum plurimæ vel fractæ, vel hinc inde a vermibus exesæ, ita ut rarissime integra conspiciantur; Flores autem sunt parvi, angusti, ex quinque oblongis ac flaccidis petalis constantes, albidi coloris, racemosi, instar florum *Alcannæ*, odoris ingrati.

Fructus latior est quam longus, ita ut transversalis videatur ex pedunculo dependens, forma lunæ crescentis, sulcato ac duro margine, utrimque protuberans, & ab anteriore parte parum compressus instar Fabæ, vel ventriculi, quatuor latus pollices, binosque cum dimidio pollices longus, putamine exteriore crasso atque piloso, instar Juglandum, pellicula tenui tectus instar Calappæ-nucum. Interne locatur magnus planusque nucleus forma fructus, compositus ex binis arcte junctis & sibi inpositis segmentis, sub unica fusca pellicula connexis: Officula autem hæc sunt dura, sicca, ac cartilaginosæ substantiæ, instar Castanearum, vel paulo sicciora, sed non ita alba, verum pallida, viridescentia, insipida, nec ut cruda possint edi, inepta, sed aquæ incocta, saporem habent fructuum Ilicis, qui in Hispania ac Portugallia inter alios fructus vel instar obsonii mensis inponuntur.

Gajanus hæc arbor in duas dividitur species in albam nempe ac rubram, varietas autem tantum in colore consistit fructuum, albi enim fructus maturi exterius flavescunt, alterius autem læte rubent. Ex vulnerato arboris cortice exsudat succus pellucide rubens, sed rarus ac paucus, valde adstringens ac glutinosus, maculasque dat pannis ac linteis inexpungendas; uti succus Nucis-Moschatæ-arboris. Lignum est album, nodosum, ac satis durum, sed nulli inservit usui, quum ob nodos, foveas, atque flexus interius sit quasi cavum & vacuum. Radices sunt crassæ, planæ, incurvæ, sæpiusque ex terra elevantur.

Anni tempus. Sub finem pluviosi temporis, hæ arbores nova progerminant folia, atque Novembri florent, fructusque maturescunt Aprili: Et licet in silvis crescant sine ullo hominum labore vel cultura, inter silvestres tamen non numerantur arbores, quum ad certos pertineant dominos, nec licet illas circumcidere sine venia. Macassarenses has plantant in suis areis circa ædes.

Nomen. Latine *Gajanus*: Malaice & Amboinice *Gajang*, in Banda vocatur *Gajim* & *Hajam*; in Macassara *Angajin*, & Ternata *Boisua*.

Locus. In Occidentalibus non multum occurrunt insulis, sed satis frequentes sunt in Moluccis, Amboina, & Banda, uti quoque in Boetona ac tota Celebe, ac Boetonenses fructus optimi habentur. In Machian sunt adeo copiosi, ut incolæ ex iis potissimum vivant, in hac insula sunt quoque majores, ac in Amboina.

Usus. Fructus hi incolis harum insularum magna ex parte quotidiano inserviunt victui ac cibo, non crudi, sed, postquam exterius putamen sit sublatum, aquæ incocti, vel sub cineribus tosti, tum enim, uti dictum fuit, saporis sunt dulcis, suntque porro sicci, ventremque

LV. HOOFDSTUK.

Gajang-Boom.

Dezen Boom is kort en dik van stam, ook krom, bogtig, en hoekig, als ofze uit veele stukken of stengen tegens malkanderen was aangewassen: met een ligtgraauwe, harde, dunne, en taaye schorsse: De takken zyn insgelyks bogtig, en vry wyt uit malkanderen verspreid, als mede haare styve ryskens, daar de bladeren aan staan, dog zeer ongeschikt na by een, en zonder ordre, op korte dikke steelen, ook zo digt aan de takken, als ofze geen steelen en hadden, wel wat gelykende na de grootste Canaribladeren, dog wat breeder en ronder, styf, glad, en rammelende, mitsgaders van een ongelyke grootte; want de meeste zyn maar ongeveer een span lank, vyf à ses vingers breed, met een stompe, en bykans ronde spits, andere weder byna de helft grooter, en zonder spitse, zommige zyn ook wel anderhalve span lank, en twee banden breed, met weinige, en wyt van malkanderen staande dwers-ribben, die hun met groote boogen naar voren toe omkrommen: De randen der bladeren zyn ook wat bogtig, en de meeste der zelve, of gebroken, of hier en daar van de wormen doorknaagt, zo dat men 'er weinige vind, die t'eenemaal heel zyn: Het bloeizel zyn kleine smalle bloempjes, uit vyf lankagtige en slappe blaadjes gemaakt, vuil-wit van coleur, en in trosjes by malkander hangende, gelyk als de bloemen van Alcanna, *voorts niet aangenaam, maar onlieffelyk van reuk.*

De vrugt is breeder dan lang, zo datze gelykt als dwers aan den steel te hangen, gefatzoeneert als een bultige wasschende Mane, met een gevorende en harde kant, te wederzyden wat uitpuilende, en aan de voorste een klein weinig ingeboogen, als een boone of maage, vier duimen breed, twee en een halve duim lank, hebbende van buiten een dikke en pelsige bolster, gelyk de Wal-nooten, bekleed met een dun velletje, en daar onder een drooge hairagtige substantie, gelyk die van de Calappus-noten. Van binnen leid een groote platte korrel, van des vrugts fatzoen, en gemaakt van twee digt op malkanderen leggende stukken of deelen, en t'zamen besloten onder een vaal velletje: zynde deze korrels hart, droog, en krakebeenagtig van substantie, gelyk de Castanien, of nog wel zo droog, dog zo wit niet, maar bleek, en wat na den graauwen trekkende, onsmakelyk, en niet bekwaam om raauw te eeten, maar in 't water zynde gekookt, zo smakenze als de Spaansche eekelen, die men daar te lande, en ook in Portugaal, onder andere Fruiten, of als Bancquet op tafel zet.

Deze Gajang-boom wert in twee zoorten verdeelt, namentlyk, witte en roode, dog het onderscheid bestaat maar alleen in de coleur van de vrugten, want die van de witte, ryp zynde, worden van buiten wat geel, en van de andere ligt-root: Uit de gekwetste schorsse des booms zweet een ligt-roode zap, dog weinig en schaars, zeer zamentrekkende, en kleverig, en makende onuitwisselyke vlekken als het aan linnen raakt, even gelyk het zap van de Noote-muschaatboomen: Het hout is wit, quastig, en matelyk hart, dog wert nergens toe gebruikt, om dat het van wegen zyne bulten, bogten, en krullen, van binnen als hol of vaam is, de wortels zyn dik, vlak, bogtig, en vertoonen haar ook ten deele boven de aarde.

Sayzoen. *In 't uitgaan van het Reegen-mousson krygen deze boomen nieuw loof, in November bloeienze, en de vrugten werden ryp in April: En alhoewel zy in het wout of de bosschen groeyen, zonder eenigen arbeid ofte moeite van menschen, zo en werdenze evenwel onder de wilde boomen niet gerekent, als hebbende hare eigenaars, en men magze ook ongevraagt niet omkappen: De Macassaren plantenze mede in hunne negoryen, om, en by hare huyzen.*

Naam. *In 't Latyn* Gajanus: *Maleyts en Amboins*, Gajang, *Bandaas* Gajim, *en* Hajam: *Macassers* Angajin: *en Ternataans* Boisua.

Plaats. *Zy zyn in de Westelyke eilanden niet veel bekent, maar overvloedig genoeg in de Moluccos, Amboina, en Banda, als mede op Boeton, en geheel Celebes, werdende die van Boeton wel voor de beste gehouden; en op Machian zynze zo veel, dat de Inlanders meest daar van leven, ook vallenze op dat Eilandt grooter dan d'Amboinsche.*

Gebruik. *Deze vrugt verstrekt de Inwoonders dezer Eilanden voor een groot deel tot dagelyksche spyse en victualie, niet raauw, maar (na dat eerst de buitenste bolster daar af gedaan is) in water opgekookt, of in de assche gebraaden; want alsdan, gelyk gezegt is, zo smakenze zoet of wat smets,*



Inocarpus edulis. L.?

que ſatis replentes, inſtar Ilicis fructuum, quales cibos Amboinenſes optimos putant, quibus nempe ventriculus cito repletur, nec qui facile digeruntur. Noſtrique Europæi hiſce quoque inter alios fructus ad potum Thee utuntur, quum, uti videtur, delectentur horum ſubſtantia, inter edendum, ſonora, quamvis debilibus ventriculis non conducant, quum digeſtus ſint admodum difficiles: Hujus arboris cortex cum illo Lingoi-arboris aquæ incoctus, optimum præbet decoctum illis, qui dyſenteria laborant, hocque medicamentum in Amboinenſi noſocomio multum adhibetur: Idem quoque cortex inſtar Oebat inſervit pulti Papedæ, quum hæc inde fiat dura, colorisque læte rubentis.

Papoewenſes hanc arborem vocant *Iff*; ejusque ſucco glutinoſo, ex viridi expreſſo cortice, obliniunt telorum apices, ſi hos firmare velint ſuis in pharethris, atque hic ſuccus emortuus in nigrum tranſit colorem, ita ut cuncta illorum tela ad ſummum ſeu apicem nigra ſint: Quidam etiam hoc cortice aquæ incocto utuntur ad Aphthas, quo depurant ac colluunt os, hoc autem remedium eſt nimis debile, aliaque reperiuntur meliora ac certiora: Expertum quoque fuit illos, qui quotidie hoſce comedunt fructus, palleſcere, ſine dubio ex prava ac difficili fructuum indigeſtione.

ſmets, zynde wyders droog, en den buik wel vullende, gelyk de ſpaanſche eekelen, en hoedanigen ſlag van koſt de Amboineeſen ook wel voor de beſte agten, te weten, daar van hun de mage als geballaſt wert, en die niet ligt enverteert: En onze Europianen gebruikenze nu al mede onder andere Fruytagien by de Theebak, na 't ſchynt, om datze ſmaak en behagen hebben in haare knappende ſubſtantie, hoewelze voor zwakke magen niet veel byzonders konnen wezen, als zeer moeyelyk en zwaar om te verteeren zynde: De ſchorſſe dezes booms, met die van de Lingoo-boom, *in water gekookt, geeft een goeden drank voor die geene, die gaan of vaſt zyn aan de roode buik-loop, en wert dit hulp-middel in 't Amboinſche Zieken-huis veel gebruikt: Dezelfde ſchorſſe dient ook als een Oebat tot de Papeda-bry, om dat dezelve daar van ſtyf, en ook van coleur ligt-root wert.*

De Papoewen noemen dezen boom Iff, *en met het kleverig zap, uit de groene ſchorſſe geperſt, beſtrykenze de houte ſpitſen van hare pylen, alsze dezelve in haare Pyl-rieten willen vaſtſtellen; en dit zap beſterft als dan zwart, zo dat al haar pylen voor aan de ſpitſe hun ook zodanig komen te vertoonen: Zommige gebruiken ook dezelve ſchorſſe in water gezooden tegen de Sprouw, en ſpoelen of zuiver n daar mede den mont, dog dit middel is wat ſlap, en daar worden andere gevonden, die beter en zekerder zyn: Men heeft ook bevonden dat die geene, die dagelyks van deze vrugten eeten, een ongezonde coleur krygen, buiten twyffel voortkomende van hare onverdouwelykheit.*

Tabula Sexageſima Quinta

Ramum exhibet *Gajani.*

De Vyf- en- Seſtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de Gajang-Boom.

OBSERVATIO.

Gajang-Arbor a *Valent. p.* 173. vocatur, videturque Tani eſſe *H. Malab. tom.* IV. *Tab.* 10. vel ſaltem ipſi adfinis.

AANMERKINGE.

Gajang-Boom *wertze genaamt by* Valent. p. 173. *en ſchynt te zyn de Tani van de* H. Malab. *in het vierde deel,* Tab. 10. *verbeeld en beſchreven.*

CAPUT QUINQUAGES. SEXTUM.

Atunus. Atun.

NEc hæc alta eſt arbor, craſſitiei & magnitudinis vulgaris Limonum arboris, ſimplici ac recto trunco, non rotundo, ſed ſulcis excavato, non tamen tam profundis, quam præcedens *Gajanus.* Cortex quidem craſſior eſt, ſed tamen adeo fragilis, ut per digiti longitudinem non poſſit decorticari: Rami ejus ſunt recti ac firmi, uti & foliorum ramuli, qui folia gerunt alternata, rarioribus autem paribus: Ex ſingulorum enim fere foliorum ala novus progerminat ramulus, ac ita porro, ita ut hujus arboris coma denſa ſit ramulis foliisque. Folia autem referunt folia Canangæ vel Guajavi, ſed ſunt multo longiora, atque inæqualis magnitudinis, plurima autem palmam ſunt longa, ac quatuor lata digitos, quædam etiam quindecim pollices ſunt longa, ſex lata pollices, parallela fere, inferiora autem ſunt minima, porro ſunt firma, ſicca, ad tactum parum hirſuta, ſubtus rugoſa per coſtas parallelas, breviſſimis inſidentia petiolis.

Flores plurimi ſimul proveniunt brevibus & craſſis ex pedunculis, quorum quisque in quinque petala firma & acuta aperitur, in quorum medio plurima apparent tenuia & flaccida ſtamina, qualia in Guajavi floribus itidem obſervantur; illa autem ſunt longiora & numero minora, ex horum centro fructus excreſcit, forma ac magnitudine ovi Anatis, vel paulo majoris, durus, externe pallidus, ſed plurimis obſitus arenoſis ac ruffis tuberculis, acſi furfuribus conſperſus foret, quæque ſi notantur, fructum ex fuſco ruffum colorant: Putamen porro gerit durum, ac ſiccum, ſemi-digitum craſſum, ruffumque, ſi aperiatur: Intus continetur nucleus oblongus, quique apparet, acſi ex plurimis fruſtulis foret compoſitus, quæ tamen non ſunt ſeparanda, ejus color externus eſt quoque acſi ex ruffo, albo, & cinereo eſſet mixtus, vel quaſi ex albis ac ruffis contextus venis; ſubſtantia ſimillima Pinangæ vetuſtiori, ita quoque ſiccus, auſterus, durus, & adſtringentis eſt ſaporis: Fructus plurimum gemini excreſcunt, atque per aliquod tempus retinent floris piſtillum ſtellatum cum ſtaminibus ſiccatis; immo tam diu donec dimidiam fere adquiſiverint

LVI. HOOFDSTUK.

Atun-Boom.

DIt is mede geen hooge boom, maar van dikte en grootte als een gemeene Lemoen-boom, met een enkelde en regte ſtam, niet ront, maar met voorens wat uitgeholt, dog zo veel niet, als de voorgaande Gajang: *De ſchorſſe is wel wat dikker, maar egter zo bros, dat men geen vinger-lengte daar afſchillen kan: De takken zyn regt en ſtyf, als mede de ryskens, en daar aan ſtaan de bladeren verwiſſelt tegens malkander, dog met weinige paren, want byna uit den ſchoot van ieder bladt komt een nieuw rysken voort, en dat alzo vervolgens, zulks men deze booms-kruin geheel digt van ryskens en loof bezet ziet: De bladeren gelyken wel na die van de* Cananga, *of* Cujavos, *maar zyn veel langer, mitsgaders van een ongelyke grootte, de meeſte een hand lank, en vier vingers breed, dog zommige wel vyftien duimen lang, zes duimen breed, bykans parallelogram, en de agterſte zyn altyd de kleinſte, voorts ſtyf, droog, en wat ruig in 't aantaſten, onder wat rimpelig, wegens de evengelyke ribben, op zeer korte ſteeltjes ſtaande.*

De bloemen komen by malkander voort op dikke ſteeltjes, en ieder opent zig in vyf ſtyve ſpitſen of blaadjes; waar binnen haar vertoonen veele dunne, en ſlappe draatjes, gelyk men ook vind in het bloeizel van de Cujavos, *maar deze zyn wat langer en minder in 't getal, uit het midden derzelve groeit een vrugt van grootte en gedaante als een Eenden-ey, of nog wel zo groot, hart, van buiten bleek, maar met veele zandige, en roſſe puntjes of ſtipjens bezet, als ofze met ſemelen was beſtrooit, en dewelke haar in 't aanzien vaal-ros maken: Voorts heeft zy een pelſige, harde, en drooge bolſter, een halve vinger dik, en ros in 't opſnyden; van binnen leit een lankagtige korrel, ſchynende als ofze van veele ſtukjes was t'zamen gezet, dog die evenwel niet van een te ſcheiden zyn, van buiten is haar coleur mede als van ros, wit, en graauw t'zamen gemengt; of anders als met witte en roſſe aderen doorvlogten; van ſubſtantie zeer gelyk een oude Pinang, ook zo droog, wrang, hard, en zamentrekkende van ſmaak: De vrugten waſſchen gemeenelyk twee by malkander, en behouden nog eenigen tyd het geſternd' ſteeltje van de bloeme, en ook de voorn. drooge draatjes; ja wel zo lange, tot datze byna haar halve grootte hebben; zy hangen vaſt aan haare houtige ſteelen, maar dezelve*

verint magnitudinem; firmi ex lignoſis dependent pedunculis, ſed hi a ramis facile disrumpendi ſunt: Interior dictus nucleus eſt circiter magnitudinis ovi gallinacei, ſed magis planus & compreſſus, in cujus ſummo ad aliquam diſtantiam ſutura apparet, ſeu durus margo, acſi in binas ibi ſeparari poſſet partes: Juniores ac ſemi-maturi fructus quodammodo ſunt molles, ſuccoſi, ac fere inſtar medullæ nucis Calappæ, ſed auſteri admodum, ſi diſſecentur, albi, ſed ſtatim in ruffum tranſeuntes colorem: Vetuſti & ſicci fructus dehiſcunt, ſeu arcuatas habent fiſſuras, ſique conquaſſentur, interior nucleus ſonitum edit.

In Amboina hujus Atuni arboris binæ ſunt ſpecies, forma vero ac fructibus non differentes: Quarum prior ab Amboinenſibus vocatur *Atun Mamina*, h. e. *Atunus pinguis*, quum interior ejus nucleus ſit dulcior ac pinguior quam vulgaris ſpeciei, cujus nucleus eſt ſiccus & auſterus.

Anni tempus. Hæc arbor inter lente creſcentes arbores numeranda eſt, quæ primum gerit truncum rotundum ac elegantem comam, ſed truncus ſenſim fit concavus & quaſi ſulcatus: Lignum eſt durum, ſed non durabile, ac fragile, ramique facillime abrumpuntur: Fructus quoque lente matureſcunt, ita ut certum non obſervent anni tempus, plerumque tamen menſe Novembri matureſcunt.

Nomen. Latine *Atunus*. Malaice & Amboinice *Atun*, quod forte originem habet ab *Hatu*, Amboinenſibus lapidem denotante, quum maturus ejus ac ſiccus fructus magis lapidem quam fructum referat, Boegenſibus *Samacka* vocatur: Ternatenſibus *Saia* & Macaſſarenſibus *Lommu*.

Locus. Creſcit in Amboina & Banda, uti & in Celebe, in Boegenſium regione, atque in quibusdam aliis locis. In Amboina non eſt admodum frequens, ſed plurimum ab Amboinenſibus hinc inde ex ſurculis vetuſtarum arborum progerminantibus plantatur.

Uſus. Fructus hic non crudus inſervit eſui, ſed multum adhibetur ad præparationem mirabilis cibi, ab incolis *Gou-gou* dicti, quique ab illis præparatur aliquando ex toſtis, aliquando ex crudis Sardiniis, vel ſimilibus piſciculis, quos in tenuiſſimas ducunt vel contundunt partes cum Zingibere, Alliis, pipere Indico ſeu Capſico, ac ſucco Limonum, quibus porro miſcent Atuni dictos nucleos rapſatos, hocque cibo tamquam obſonio utuntur ad appetitum excitandum: Iidem hi nuclei, ſi aliis mixti cibis vel ſoli uſurpentur, omnes obſtipant diarrhæas, ſed citiſſime, fortiter, ac dure, ita ut in dyſenteriis prudenter ſint adhibendi, quum hic morbus non nimis cito ſit reprimendus. Hocque medicamentum a quibusdam tamquam ſummum habetur arcanum, cui certiſſime quoque fidunt: Hos tenuiter rapſatos nucleos pinſunt cum Sagu panibus, hosque edendos præbent illis, qui dyſenteriis laborant.

Eadem quoque raſura cum Sagumanta & aqua mixta, & exterius illinita, præternaturalem prohibet fluxum menſtruum gravidarum feminarum. Amboinenſes præterea his utuntur fructibus loco viſci, cui uſui adhibent interiora ſemi-matura ac glutinoſa oſſicula, vel ſi hæc matura ſint, tum aqua miſcent, inque craſſam contundunt pultem, qua ſuturas navigiorum obturant, poſtquam nempe muſco fuerint repletæ, quæque huic non tantum firmiſſime adglutinatur, ſed inſtar viſci exſiccatur & induratur. Hocque inſuper obliniunt poſtes ædium, talibusque in locis, in quibus Coſſi obſervantur, quodque hinc præcavetur, ſed tum quaſi ſangiune perfuſæ apparent.

Alia quoque eſt arbor, quæ *Atun-laut* vocatur, ſed quum multum ab *Atuno* differat, eam deſcribemus infra *lib.* 4. inter ſilveſtres arbores. Prope pagum *Suly* arbores creſcunt; quæ ibi *Atun-puti* dicuntur, quarum folia per paria in rachide locantur, inpari extremum claudente. Quæ ſunt glabra, & flaccida, quinque pollices longa, duosque lata, nervusque non directe per medium tranſit: Fructus, uti aliorum *Atunorum*, durum gerunt putamen, atque maturi, edulem dant carnem, in qua pauca etiam reperiuntur oſſicula.

Tabula Sexageſima Sexta

Ramum exhibet Atuni.

dezelve kunnen ligt van de takken afgebrooken werden; de gem. binnenſte korrel is omtrent zo groot als een Hoenderey, dog wat platter gedrukt, hebbende aan 't hooft een ſtukweegs een naat of harde rant, even als of men hem daar in tween konde deelen: de jonge of half rype zyn eenigzints wat mals, zappig, en byna als het pit van de Calappus-noot, dog zeer vrang, in 't opſnyden wit, maar terſtont ros beſtervende; de oude en drooge vrugten berſten of krygen bogtige ſcheuren, en wat geſchut zynde, zo kan men de binnenſte korrel daar in hooren rammelen.

In Amboina heeft men van dezen Atun-boom twee zoorten, dog van gedaante en vrugten niet verſchillende: de eerſte van de Amboineezen genoemt wordende Atun Mamina, *dat is* Atunus pinguis, *om dat zyn binnenſte korrel wat zoeter en vetter is dan die van de andere en gemeenſte zoort, welkers korrel droog en wrang is.*

Sayzoen. *Dezen boom moet mede onder de lankzaam opſchietende gerekent worden, hebbende in 't eerſte een ronden ſtam, met een cierlyke kruin, maar metter tyt wort den ſtam hol, wan, en als gevorent; het hout is wel hart, dog niet duurzaam, maar bros, en de takken breeken kort of ligt af; zyne vrugten maakt hy ook zeer langzaam ryp, zo dat men hem geen regt of vaſt zaizoen en kan geven, dog gemeenelyk valt het in November.*

Naam. *In 't Latyn* Atunus: *op Maleyts en Amboins* Atun, *'t welk men wel mogt oordeelen afkomſtig te zyn van* Hatu, *in 't Amboins een ſteen beduidende, om dat deze rype en drooge vrugt meer een ſteen, dan een vrugt ſchynt te gelyken: op Boegis* Samacka: *op Ternaats* Saia: *en op Macaſſars* Lommu.

Plaats. *Hy waſt in Amboina, en Banda, als mede op Celebes, in 't lant der Boegis, en ook op zommige andere plaatzen: In Amboina is hy niet zeer overvloedig, maar wert hier en daar door de Amboineezen, meeſt van jonge boompjes, dieze onder de oude uitgeſchoten vinden, voortgeplant.*

Gebruik. *Deze vrugt dient niet om raauw te eeten, maar wort veel gebruikt tot bereiding van een wonderlyke koſt, by deze Inlanders Gou-gou genaamt, en dewelke door haar gemaakt wert, zomtyts van gebraaden en zomtyts van raauwe Sardynen, of diergelyke kleine viſſchen, dezelve plukkenze klein of fyn, en kappenze met gember, ajuyn, ritsjes, en lemoen-zop door malkander, daar verders dan by doende of onder-mengende de meergem. Atun-korrels, wel te verſtaan geraſpt zynde; en deze koſt gebruiken ze als toeſpys om een graage maag te maaken: dezelve korrels, wanneerze onder andere ſpyze gebruikt of wel bezonder genuttigt worden, ſtoppen alderhande buikloopen, dog zeer ſchielyk, kragtig, en ſterk, zo dat menze in de roode-loopen voorzigtig moet gebruiken, nadien die quaale of ziekte niet te haaſtig geſtut wil zyn: en dit medicament wert by zommige gehouden voor een groot geheim, daar ze hun ook vaſt op komen te verlaaten; zy bakken deze fyn geraſpte korrels mede wel onder hun Sagu-brooden, en gevenze dan zoo te eeten de gene, die met de gem. roode-loop gequelt of bezogt zyn.*

En het zelfde raſpzel, met Sagumanta en water gemengt, midsgaders van buiten opgeſmeert zynde, ſtopt insgelyks den ontydigen vloet der ſwangere vrouwen: daar en boven weten de Amboineezen deze vrugten ook te gebruiken in plaats van harpuys, daar toe nemende de binnenſte halfryp en kleverig zynde korrels, of zo ze ryp zyn, dan doenze wat water daar by, en ſtooten dezelve tot een dikke pap, waar mede zy dan de voegen van hunne vaartuigen beſtryken, te weten na datze eerſt gebreeuwt zyn, en dewelke daar aan niet alleen zeer vaſt blyft kleven, maar ook zoo ſtyf wert als harpuys: ook beſtrykenze daar mede de ſtylen en het hout-werk van haare huizen, en dat op zodanige plaatzen, daarze bemerken, dat de worm komen wil, en 't welk daar door wel voorgekomen wert, maar het ziet 'er dan uit, als of 't met bloet beſmeert was.


Daar is nog een anderen boom dieze Atun-laut *noemen, dog nadienze van deze* Atun *veel is verſchillende, zo zullen wy dezelve* lib. 4. *onder de wilde boomen beſchryven: by het dorp* Suly *groeyen mede boomen, aldaar genaamt wordende* Atun-puti; *hunne bladeren ſtaan aan de dunne ryskens by paaren, en aan 't uiterſte maar een alleen; zynde glat en ſlap, vyf duimen lank, en twee dito breet, de zenuwe gaat niet regt door de midden; de vrugten, gelyk als andere* Atuns, *hebben een harde ſchaal, en ryp zynde, een eetbaar vleeſch, daar men ook weinig korrels in vint.*

De Ses- en Seſtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de Atun-Boom.



Stixis scandens. Lour.



CAPUT QUINQUAG. SEPTIMUM.

Vidoricum. Vidorick.

VIdoricum hiſce in inſulis duplex eſt, domeſtica nempe & ſilveſtris, quum vero binæ hæ arbores, earumque fructus haud multum differant, uno in Capite ambas deſcribemus: Primoque indicabimus, domeſticam trunco, ortu, ac foliis Mangæ arbori ſimillimam eſſe: Ejus autem truncus non ita craſſus, nec ejus coma adeo ampla eſt, foliaque paulo ſunt minora, ad oras dentata, inſtar *Arboris-pinguis*, ſenſim autem hi dentes diſparent, plerumque vero hæc folia ſunt ſeptem novemve pollices longa, ac tres digitos lata: Fructus ex craſſis brevibusque dependent petiolis, qui foveolam illis inprimunt, hi petioli coronulam quoque habent, fere inſtar Mangoſtanæ. Fructus formam ac magnitudinem habet pomi Aurantii, ab utraque compreſſus parte ſeu planus, ac umbilicatus: Ejus cortex eſt glaber, fuſcus, ſeu obſcure viridis, cum cinereo mixtus, inſtar ſilveſtris *Cujavi*, undique coſtis quaſi diviſus, ac ſeparatus: ſub craſſo, ſicco, ac fragili cortice flava locatur medulla, inſtar *Mangæ-foetidæ*, ex noſtræ nationis judicio inſipida, Indis vero grata, quum ex pingui ſit acidula, inſtar certæ Muſæ ſpeciei, cum qua odore proxime etiam convenit, in hac inveniuntur tria, quatuor, vel quinque magna oſſicula, inſtar renum, vel Lunæ ſemi-plenæ, ad oras autem ſeu extremitates obtuſa & quaſi abſciſſa, duos longa pollices, unum lata pollicem, a poſtica parte protuberantia & emarginata, ibique glaberrima, & ſpadicea, immo fere nigra, horum venter eſt hepatici coloris, ſeu gilvus, rugoſus, & adeo durus, ut confringi nequeat: Atque hæc oſſicula ad margines gerunt, in fructus carne, ſubſtantiam albam, calceam, quæ inter edendum abjicienda eſt, quum ejus acrimonia labiis noceat.

Caro eſt ſiccior dictis mangis foetidis & Muſa, majoremque habet convenientiam cum farinaceis pomis, quæ *libr.* 4. nomine *Hebenaſtri* deſcribemus. Trunci cortex eſt admodum rugoſus, ſauciatusque flavum emittit ſuccum, ſed paucum, qui in gummi exſiccatur. Altera ſpecies, quam *Vidoricum Silveſtre* vocamus, domeſticæ ſimillima eſt, ſed altiore adſurgit trunco, foliaque gerit latiora; fructus quoque inſtar pomi eſt, pugni circiter magnitudinis, ſeu vulgaris Limonis Itam, ſed non ita compreſſus, & ad ſummum magis acuminatus, cortice glabro, quique magis cinereus eſt quam domeſticæ; ejus caro quoque non ita dulcis eſt, ac magis fatua, flava, & ſicci ſaporis, ſicciſſimæ Muſæ ſpeciei ſimilis, ſed ſilveſtrior, inque hac tria quatuorve itidem reperiuntur oſſicula, duplo majora, ejusdem tamen cum domeſticæ formæ, in dorſo ſunt glabra & emarginata, coloris hepatici, cum maculis quibusdam fuſcis inſtar Lenticularum; & loco obtuſarum extremitatum inciſiones gerunt, ſeu ſulcos quaſi exciſos, ad ventrem ſunt pallide cinerea ac rugoſa. Quibusdam in inſulis fructus hi crudi comeduntur, ſed plurimum defectu alterius cibi, quum multo ſint ingratioris ac vilioris ſaporis ac domeſticæ. Saltem in Amboina ſpernuntur, arboresque ſilveſtres tantum habentur, forte ex ignorantia: Fructus menſe Octobri maturi ſponte decidunt, oſſiculaque, quæ veſpertiliones comederunt, & cum ſtercore rejecerunt, per vias projecta reperiuntur. Silveſtris Vidorici lignum fibras gerit longitudinales, eſtque album, & leve, ſed ſatis durabile, & ad ædium ædificationem inſtar ſilveſtris *Bintangori* uſurpatur, ſed plurimum ad ſuperiorem ædium partem, quum terram non facile ferat: In ſilvis Amboinenſibus plures aliæ occurrunt Vidorici Silveſtris ſpecies, quæ plurimum a dictis binis differunt ſpeciebus, quas hinc *libr.* 5. deſcribemus.

Nomen. Prima ſpecies Latine *Vidoricum Domeſticum* dicitur: Malaice *Widorik*: in Banda *Goram*, Cerama &c. *Widorik* & *Pitorik*: in Baleya *Laletsjong*, quo nomine Macaſſarenſis fructus *Soſſo* quoque indigitatur: Altera ſeu Silveſtris ſpecies Latine dicitur, *Vidoricum Silveſtre*, Malaice *Widorik Utan*, ac quidam Amboinenſes hanc vocant *Labutun*, quod nomen proprium eſt penitus ſilveſtri hujus familiæ, quæ, uti dictum fuit, *libr.* 5. deſcribetur.

Locus. Domeſtica in Amboina eſt ignota, ſed in Banda,

LVII. HOOFDSTUK.

Vidorik-Boom.

DE Vidorik *is in deze Eylanden tweederleye, te weten tamme en wilde, en om dat deze beide boomen, als mede haare vrugten, niet veel van malkanderen verſchillen, zo zullen wyze in een Capittel begrypen: en eerſt zeggen dat de tamme van ſtam, wasdom, en bladeren, de Mangas-boom zeer gelyk is; dog den ſtam wert zo dik nog de kruin zo breet niet, en de bladeren zyn ook wat kleinder; aan de kanten wyt getandt, gelyk die van de* Arbor pinguis, *dog metter tyt vergaan deze tanden, zynde meeſt zeven en negen duimen lank, en drie vingers breet. De vrugten hangen aan korte dikke ſteelen, dewelke een kuiltje daar in maaken, deze ſteelen hebben ook een kroontje, bykans als een Mangoſtaan: de vrugt is van grootte en gedaante als een Orangie-appel, te weten onder en boven wat plat, en met een kuiltje: deze ſchelle is effen, vuil, donker-groen, en met graauw gemengt, als de wilde* Cujavos, *rondom met eenige ribben afgedeelt: onder de dikke, drooge, en broſſe ſchelle leyt een bleek-geel merg, gelyk dat van de* Manga-foetida, *of ſtinker, na 't oordeel van onze natie onſmakelyk, dog by de Indianen aangenaam, om dat het uit den vetten wat na den rynſchen trekt, als een zekere zoorte van Piſang, die het ook in reuk zeer na by komt; daar binnen vint men drie a vier, en vyf groote korrels, gelyk als nieren, of halve-manen, dog aan de eynden ſtomp en als afgeſneden, twee duimen lank, en half zo breet; agter met een uitſteekende rugge en rant, en aldaar zeer glat, en ſwart-bruin, ja bykans ſwart, maar den buik is lever-verwig, of vaal, rimpelig, en zo ſteen-hart, dat menze niet kan open-byten; en deze korrels of ſteenen hebben aan of by beide hun hoeken, in het vleeſch van de vrugt, een witte kalkagtige ſubſtantie, die men in 't eeten moet wegdoen, om datze met haar ſcherpigheit de lippen beſchadigen.*

Het vleeſch is drooger dan dat van de voorn. ſtinkers en Piſſang, en heeft beter overeenkomſt met de meel-appels, die wy lib. 4. *onder den naam van* Hebenaſter *zullen beſchryven: De ſchorſſe des ſtams is zeer ruig, en geeft, als men daar in kapt, een geel zap uit, dog weinig, die tot een gom beſterft: de tweede zoort, die wy wilde* Widorik *noemen, is de tamme meeſt gelyk, dog hooger van ſtam, en breeder van bladeren. De vrugt is mede als een appel, ongeveer zo groot als een vuiſt, of een ordinaris Lemoen Itam, dog niet zo ingedrukt, maar na vooren toe een weinig ſpitzer, met een effene ſchelle, en die ook graauwer is als de tamme, hun vlees is mede minder zoeter, laffer, bleek-geel, en droog van ſmaak, de droogſte ſlag van Piſſangen naaſtkomende, dog wat wilder, en daar binnen vint men mede drie a vier ſteen-harde korrels, wel eens zo groot, dog van het zelfde fatzoen als die van de tamme, op de rugge zynze gladt en met een rant, niet bruin, maar lever-verwig, met eenige bruine plekken, als ſproeten: en in plaats van ſtompe hoeken, hebbenze kerven, als of ze uitgeſneeden waren, aan den buik ligt-graauw, en mede rimpelig: op zommige Eylanden werden deze vrugten wel raauw gegeten, dog meeſt by gebrek van andere koſt, als zynde veel onaangenamer en ſlegter van ſmaak dan de tamme: Immers in Amboina werdenze veragt, en de boomen voor wilt gehouden, miſſchien door onwetenheit: de vrugten ziet men in October van zelfs ryp afvallen, en de korrels, die de vleermuizen opgegeeten en met hun drek weder gelooſt hebben, langs de weg leggen: Het hout van de wilde Widorik is regt-dradig, wit, en ligt, dog redelyk duurzaam, en wert, gelyk de wilde* Bintangor, *aan den huisbouw gebruikt, dog meeſt tot boven-werk, om dat het de aarde niet verdragen kan: daar zyn in de Amboinze boſſen nog meer andere wilde zoorten van* Widorik, *dog te veel van de twee bovenſtaande verſchillende, en die wy dierhalven in 't vyfde boek beſchryven zullen.*

Naam. *Het eerſte geſlagt, in 't Latyn* Vidoricum Domeſticum: *in 't Maleyts* Widorik: *in Banda* Goram, *Ceram &c.* Widorik *en* Pitorik: *op Baleys* Laletsjong, *welken naam ook de Macaſſaarze vrugt* Soſſo *gegeven wort: De tweede of wilde zoorte noemt men in 't Latyn* Vidoricum Silveſtre: *in 't Maleyts* Widorik Utan, *en zommige Amboineezen noemenze ook* Labutun: *welke naam eygentlyker toekomt de gantſch wilde geſlagten, dewelke, als gezegt, in 't vyfde boek beſchreven zullen worden.*

Plaats. *De tamme zyn in Amboina niet bekent, maar* wel

Banda, in Gorama & Cerama occurrit orientali, quamvis non magna in copia, plantatur ibi & colitur instar Mangæ arboris, in Baleya quoque occurrit. In Amboina Silvestris reperitur in silvis Hitoæ, sed frequentior in Boero, Gorama, Cerama, ac porro in insulis Australibus.

Usus. Domestica, quæ in Banda & Baleya plantatur, fructum exhibet, qui crudus est edulis, quum gratam habeat aciditatem, si prudenter modo depuretur a supra memorata calce, silvestris fructus quoque editur, sed plurimum in Gorama vicinisque insulis: In Amboina autem est vilis, vespertilionibusque relinquitur. Interiores nuclei apertorum officulorum Calappæ Lymphæ incocti, sunt fere tam dulces, quam Canarii. Lignum, uti supra dictum fuit, in locis illis, in quibus abundat, ædificiis inservit, quum satis diu sit durabile, quum horum incolarum domus plerumque fumo sint repletæ, unde cossi aliaque insecta hoc non expetunt: Baleyenses, quum fructus decerpere cupiunt, hanc arborem non conscendunt instar aliarum arborum juxta truncum, sed per scalas, ob rugosum ejus truncum ac corticem, foliisque utuntur crudis ad Bocassan, uti alia hunc in finem apta ac recenter excreta folia *Ulang-Ulang*.

wel in Banda, op Goram, *en Oost-Ceram, alhoewel mede in geen groot getal, men plantze, en baventze aldaar, gelyk de Mangas-boomen, op Baley werdenze mede gevonden: en op Amboina heeft men de wilde in 't gebergte van Hitoe, dog veel overvloediger op Boero, Goram, Ceram, ende de verdere Zuid-oosster Eylanden.*

Gebruik. *De tamme, gelykze in Banda, en op Baley geplant wert, is bequaam, om raauw te eeten, om datze een aangename rynsheit heeft, alsse maar met voorzigtigheit gezuivert wert van de hier boven aangehaalde kalk: de wilde werden ook wel gegeeten, dog meest op Goram, ende de naastgelegene Eylanden: maar in Amboina werdenze veragt en voor de vleermuizen gelaten: de binnenste beesten uit de geklopte steenen, in Calappus-melk gekookt, smaaken by na zo zoet, als Canari: het hout, als hoven is gezegt, wert op de plaatzen daar men het in meenigte heeft, tot den huisbouw gebruikt, en daar het ook al vry lang aan duurt, om dat de huizen dezer Inlanders meest of doorgaans vervult zyn met rook, daar de wormen en het andere kleine ongedierte geen smaak in schynen te vinden: de Baleyers, willende de vrugten plukken, beklimmen dezen boom niet gelyk men wel andere boomen doet langs den stam, en dat wegens zyne ruige schorsse, maar komen met een ladder daar op; en de bladeren gebruikenze ook raauw tot Bocassan, gelyk als andere daar toe bequaame* Ulang-Ulang, *of jonge en eerst uitgeschoten bladeren.*

Tabula Sexagesima Septima

Ramum exhibet Vidorici Silvestris primi, ubi Litt. A. officula seminalia repræsentat.

De Seven- en Sestigste Plaat

Vertoont een Tak van de wilde Vidorik-Boom, alwaar Lett. A. des zelfs zaat-korrels verbeeldt.

OBSERVATIO.

Caniram *H. Malab. part.* I. *Tab.* 37. hujus generis videtur species.

AANMERKING.

De Caniram van de Hortus Malabar. eerste deel Tab. 37. *verbeeldt en beschreven schynt van deeze boom een zoort te zyn.*

CAP. QUINQUAG. OCTAVUM.

Catappa. Catappan.

Catappa duplex quoque est, Domestica & Silvestris, quas simul hoc in capite describemus: Domestica est arbor vasta & extensa, recto, sed non admodum alto trunco, circa quem rami oppositi locantur, formam præbentes ampli petasi, & ad majorum ramorum extremitates alii transversales oriuntur rami, atque ex iis porro alii minores; ad quorum extremitates in orbem sine ordine & arctissime folia dependent, fere instar ingentis lampadis, plurimis extensæ tubis; atque hæc folia sunt maxima, sed inæqualis magnitudinis, inferiora enim ac vetustissima quinque, sex, octove pollices sunt longa, duos cum dimidio vel quinque lata pollices, alia autem sæpe decem duodecimve pollices sunt longa, quinque sexve lata pollices, instar flabelli formata, ad summum nempe latissima, ac fere instar dimidii circuli rotunda, brevi apice, inferius sensim angustata usque fere ad ipsum ramum, cui brevi crassoque junguntur petiolo, uti quoque nervus medius admodum crassus est, qui plurimas emittit costas laterales parallelas, quæ arcubus incurvis sibi mutuo junguntur: Folia hæc sunt glabra ac læte viridia, subtus quodammodo flava, ad tactum mollia; flores longis ex racemis dependent albi, parvi, plurimisque gaudentes albicantibus staminibus, plurimique plerumque decidunt, ita ut unus alterve tantum excrescat uno ex racemo.

Fructus est magnitudinis junioris Mangæ, vel paulo minoris, ac magis planus, ad oras acutior, tres longus pollices, fesqui-pollicem latus, pollicem crassus, undique ad oras leviter emarginatus, atque ad unum plerumque latus reflexus vel protuberans, formamque hinc cochlearis vel cymbæ refert, superiore vero parte fructus est bisulcatus, ac tenui pellicula exterius tectus, primo intense viridis, dein rubens seu incarnatus, luteis maculis seu striis, atque sub hac pellicula pilosum locatur putamen, sique recens scindatur, rubet instar Cerasi aperti, minorem digitum crassum, inque hoc crassum locatur officulum dicto putamini nexum, quodque confractum nucleum exhibet

LVIII. HOOFDSTUK.


Catappe-Boom.

Catappan is mede tweederley, als tamme en wilde, en die wy beide in dit Capittel zullen beschryven: de tamme wert een groote wyd uitgebreide boom, met een regte, dog niet zeer hooge stam, rondom den welken de takken regt over dwers staan, vertonende de gedaante van een breeden hoet, aan 't eynde van de eerste of hooft-takken komen weder andere dwers-takken voort, en uit dezelve zo vervolgens al weder andere; aan 't einde van dewelke rondom, zonder ordre, en digt boven malkander, de bladeren hangen byna als een groote lamp met pypen; zynde deze bladeren kloek en wel van 't grootste slag, dog daar omtrent ook zeer ongelyk; want de agterste en dien volgende ook de outste, zyn maar vyf, zes, en agt duimen lank, twee en een halve, en vyf duimen breet, dog de andere wel thien a twaalf duimen lank, en half zo breet, gefatzoeneert als een wayer, te weten voor het breetst, en by na zo ront als een halve cirkel, met een korte spitze voor aan, na agteren allenskens smal toelopende, by na tot aan den tak, daarze met een korte dikke steel aan staan, gelyk ook de middel Zenuwe dik is; hebbende veele paralleele dwers-ribben, die met kromme boogen aan malkanderen zyn gebegt: zy zyn glat, en ligt-groen, dog van onderen een weinig na den geelen trekkende, midsgaders zagt in 't aantasten. Het bloeyzel hangt aan lange trosjes of steelen, zynde wit, klein, en vol witte draatjes, en zy vallen meest af, zo dat 'er maar een, twee, en drie aan eenen tros tot perfectie komen.

De vrugt is van grootte als een jonge Mangas, of nog wat kleinder, ook platter, en aan de eynden spitzer, drie duimen lank, half zo breet, en een duim dik, aan de zyden rondom met een dunne rant, die zig gemeenelyk na de eene zyde wat omkromt of opwerpt, en alzo 't fatzoen van een lepel of schuitje maakt: aan 't voorste eynde in tween geklooft, van buiten met een dun velleken bekleet, in 't eerste hoog-groen, daar na rooze-root of incarnaat, met geele plekken of streepen, en daar onder leyt een hairige of pelzige bolster, als men vers daar in snyt, regt root, als een opgesneeden kersse, een kleine vinger dik, en binnen dezelve een harde steen of schaal, daar de voornoemde bolster vast aan hangt, en dewelke gebrooken zynde, zo komt hun de regte



Bassia vel Diospyros Ham.



bet forma ſiccæ & decorticatæ Amygdalæ vel Canarii, ſed paulo magis anguſtiorem, rotundiorem, & oblongum, ſubque fuſca pellicula reconditur medulla alba & ſicca inſtar dicti Canarii, ſeu Amygdalæ, ejuſdemque fere ſaporis; verum Catappa non ita eſt oleoſa ac Canarium, unde & gratior eſt & delicatior ad crudum cibum: Fructus recens apertus, jucundum quoque præbet odorem, magnamque habet convenientiam & ſimilitudinem cum illo litoreæ arboris, *Atun Laut* dictæ, quæ poſtea *Libr.* 4. deſcribetur: Vetuſta hujus arboris folia rubent, coloremque habent fere inſtar Cancrorum coctorum.

Silveſtres Catappæ arbores in duas iterum dividuntur ſpecies, ſecundum loca, in quibus creſcunt, ſive ad litus, ſive in ſilvis, quamvis parum a ſeſe invicem differant.

Catappa Litorea, quam proponemus, arbor eſt multo altior domeſtica, trunco craſſo, ramiſque extenſis inſtar Quercus, plerumque parum inclinans, ramiſque inferioribus trans aquam ſeſe extendens, rami ejus non ita ſunt regulares ac domeſticæ, ſed itidem oppoſiti ſunt: Folia quoque ad ramorum extremitates in orbem locantur, quinque ſexve ſimul juncta, forma cum domeſticæ foliis convenientia, ſed paulo ſunt longiora, & ad tactum rugoſiora, inferius enim ſunt lanuginoſa, uti & eorum petioli, ſuperioreſque ac minimi rami: Plures gerunt coſtas parallelas quam domeſtica, unde urentibus *Polot* foliis ſunt ſimillima, præſertim junioribus in arboribus, ſed non urunt. Flores fructuſque ſunt ut in domeſtica, longiſque ex racemis dependent, duo treſve ſimul, ſed minores diuque viridem ſervant colorem. Officula interiora ſunt quoque minora, oblongo-rotunda, dulciſque ſaporis inſtar Nucis avellanæ, quum vero tam pauca ſit eorum ſubſtantia, raro expetuntur, & colliguntur.

Truncus corticem gerit rotundum, æqualem, ac læte virentem, lignum ex rubro albicat, recens ſi fuerit, ſiccum vero cinerei eſt coloris, craſſis conſtans fibris, annuliſque notatus inſtar Quercus ligni, hi autem annuli ſeu pectines aliquando recti, aliquando obliqui & intricati decurrunt, flexuſque formant, ſiccum ſatis leve ſed tamen durabile eſt, & ad navium exſtructionem maxime expetitur: Arbor hæc nuſquam niſi in litoribus occurrit, & ſemper in ſilvæ crepidine, ſed tali affectione, ut ſemper ad mare inclinet; ejuſque obumbret aquam, unde ejus fructus quoque hinc inde in litus projecti reperiuntur.

Catappa Silveſtris, quæ altera ſilveſtris ſpecies eſt, deſcriptæ primæ ſeu litoreæ ſimillima eſt, ſed ejus folia ſunt longiora & anguſtiora, ad ramorum extremum ſine ordine locata, arcteque juncta, multis coſtis parallelis, ſpatiiſque intermediis parvis contextis venulis formata, ſed magis referentia dictum folium urens *Polot*, cum quo juniores Catappæ arbores tantam habent convenientiam, ut quam adcuratiſſime adtendere oporteat, ſi quis eas diſtinguere ac dignoſcere velit, quamvis hujus Catappæ folia ſint paulo anguſtiora, & magis glabra, oræ foliorum conniventes ſeu anguſtatæ fere ad petiolorum ortum extenduntur, qui obducti quoque ſunt tenui, ruffa, ac molli lanugine, quali itidem ramuli virides ſurculique obteguntur; inferior autem junioris folii pars eſt fuſca, fructuſque eodem creſcunt modo, quo præcedentis, qui plurimum ſunt virides, vel denuo ex flavo vireſcunt inſtar pomi, pauco admixto rubro colore. Intus continetur nucleus anguſtus, oblongus, præcedenti minor, qui dulcis quidem eſt ſaporis, ſed ob parvam ejus ſubſtantiam nemini lubet fructum contuſione aperire. Truncus non ita inclinat ac præcedentis, ſed erectus excreſcit, ramoſque diffundit inſtar ampli petaſi in orbem: Lignum præcedenti ſimile eſt, ſed magis ſiccum, majoreſque habet pectines, ſeu venas.

Nomen. Prima ſeu domeſtica ſpecies Latine dicitur *Catappa Domeſtica*: Malaice & Balaice *Catappan*, Ternatice *Nuſſu* & *Ngusſu*: Bandice *Teley* & *Teleyo*: Altera ſpecies *Catappa Litorea*: Malaice *Catappan Laut*: Quidam etiam eam vocant *Canari Laut*, quum ejus nucleus Canarii nucleo adeo ſit ſimilis. Amboinice *Saliſſa*: Macaſſarice *Taliſſa*: Bandice *Talyo-Batu*. Quum in lapideis creſcat litoribus. Tertia ſpecies *Catappa Silveſtris*, Malaice

regte heeſt te vertonen in de gedaante van een drooge geſchilde Amandel, of Canari, dog wat ſmalder, ronder, en lankwerpig, hebbende onder haar bruine vlieſken een wit, droog merg, gelyk de gem. Canaris, of Amandelen, ook bykans van dezelve ſmaak, dog de Catappan is zo olyagtig niet, als de Canari, en dierhalven lieffelyker of ſmakelyker om rauw te eeten: de vrugt, vers opengeſneeden zynde, geeft ook geen onaangenaamen reuk; zy heeft mede grootte gelykeniſſe of gemeenſchap met die van een andere ſtrantboom, Atun Laut genaamt, en dewelke hier na in 't vierde boek beſchreven zal worden; de oude bladeren van dezen boom werden regt of geheel root, en krygen een coleur byna als van de gekookte krabben.

Aangaande nu de wilde Catappan-boomen, dezelve verdelen haar weder in twee zoorten, na de plaatzen daarze groeyen, het zy dan aan ſtrandt, of in het boſch, hoewelze van malkander weinig komen te verſchillen.

De Strant-Catappan, die wy zullen voorſtellen, is een veel hooger boom dan de tamme, met een dikker ſtam, en wyt uitgebreide takken, gelyk de Eyke, gemeenelyk een weinig voor over hellende, en met zyne onderſte takken over het waater hangende; de takken waſſen ook zo ordentelyk niet als aan de tamme, dog al mede over dwers: de bladeren ſtaan insgelyks aan de eynden der takken in een kring, vyf a zes by een, en agter malkander, zynde van fatzoen de tamme meeſt gelyk, dog wat langer, en in 't aantaſten ook ruiger, want aan de onderſte zyde vallenze wat wolagtig, gelyk mede doen haare ſteelen, en de voorſte takken; zy hebben meer paralleele ribben dan de tamme, en zyn dierhalven de brandende bladeren van Polot zeer gelyk, inzonderheit aan de jonge boomen, dog men behoeft niet te vreezen zig aan deze te zullen branden. Het bloeyzel en de vrugten zyn als die van de tamme, en hangen aan een lange ſteel, twee a drie by malkander, dog kleinder, en blyven lang groen. De binnenſte korrels zyn ook kleinder, lankwerpig-ront, en mede zoet van ſmaak, als een Hazel-noot, dog om datter zo weinig aan is, werdenze zelden gezogt, en verzamelt.

De ſtam heeft een ronde, effene, en ligt-groene ſchorſſe, het hout is wit, verſch zynde, een weinig na 't ligt-roode trekkende, dog droog werdende zo beſterft het ligt-graauw, grofdradig, en met kammen geteikent, bykans als het Eykenhout, dog deze kammen loopen zommige regt, andere weder ſchuyns en verwert, maakende eenige draayingen, het drooge is ook redelyk ligt, dog blyft evenwel durabel, en wert zeer gezogt tot alderhande ſcheepsbouw: men vint dezen boom nieuwers, dan op ſtranden, en dat juiſt op den zoom van het boſch, dog met zodanige affectie tot de Zee, dat hy, als gezegt, meeſt voorwaarts overhelt, en het Zeewater beſchaduwt, dies men de vrugten ook hier en daar langs de ſtrant opgeworpen ziet.

De boſch Catappan, zynde de tweede wilde zoort, is de voorn. eerſte of Strandt-boom meeſt gelyk, dan de bladeren zyn wat langer en ſmalder, mede aan 't uiterſte der takken, zonder ordre, en digt op malkanderen ſtaande, met veele paralleele ribben, en hare tuſſen-plaatzen wederom met kleine adertjes doorreegen, nog meer gelykende na het voorn. brandende blat Polot, met het welke deze jonge Catappan boompjes zulken gelykeniſſe hebben, dat hy daar al naauw op letten moet, dieze onderſcheiden zal, hoewel deze Catappan bladeren wat ſmalder, en gladder zyn, haare ſmal toelopende zyden ſtooten of raaken agter byna tot aan den oorſpronk der ſteelen, dewelke mede bekleet zyn met een dunne, roſſe, en zagte wolagtigheit, en zo doen insgelyks de groene takjes en ſcheutjes, zynde de onderſte zyde van 't jonge blat bruin, en de vrugten waſſen al mede op dezelfde manier als de voorgaande, blyvende meeſt groen, of werden ten laaſten ook wel appel-geel, met een weinig root vermengt; van binnen leyt een lankwerpige ſmalle beeſt, nog kleinder, als die van de vorige, zynde mede wel zoet van ſmaak, dog wegens zyne kleinheit en wil niemant de moeyte doen om de vrugt open te kloppen. De ſtam helt of hangt zo niet over als de voorgaande, maar waſt regt op, en ſpreyt zyne takken mede als een breeden hoet, in de ronte regt dwers uit: het hout is ook gelyk als het voorgaande, dog wel zo droog, en wat grooter van kammen of aderen.

Naam. De eerſte of tamme zoorte wert in 't Latyn genaamt Catappa Domeſtica: op Maleyts en Balys Catappan: op Ternaats Nuſſu en Nguſſu: op Bandaas Teley en Telyo: de tweede zoorte Catappa Litorea: op Maleyts Catappan Laut: zommige noemenze ook Canari Laut, om dat de beeſt die van de Canari zo zeer gelykt: op Amboins Saliſſa: op Macaſſers Taliſſa: op Bandaas Talyobatu, om datze op ſteenige ſtranden waſt: de derde zoorte Catappa

Terminalia Catappa L.

Terminalia Ham.

Malaice *Catappan Oetan*, & Amboinice *Lalia*, sed plurimum apud Hituenses.

Locus. Prima species in Moluccis occurrit, Banda, Baleya, Java, & adjacentibus locis, in Amboina autem est ignota; Secunda & tertia species in omnibus crescit insulis harum Orientalium regionum; prima in litore, alteraque remotior in planis silvis & circa fluvios, posterior autem hæc non ita frequens est ac prior; Notandum porro est Catappam litoream in Celebe insula, aliisque in locis eandem cum domestica censeri, quum fructus non multum differant.

Usus. Domesticæ nuclei tantum sunt in usu, crudique eduntur, instar *Canari-nucum;* cum quibus sapore ac forma adeo proxime conveniunt, ut enucleati iidem haberentur: Catappæ vero nuclei semper ex oblongo-rotundi sunt, ac ficciores, meliusque sapiunt ac Canarii nuces, licet enim sint vetusti, non ita oleosi sunt ac Canarii. In Batavia & Banda cum aliis fructibus inter obsonia mensis inponuntur, ita ut a nostris Europæis pluris æstimentur quam ab Indis, qui minoris eos habent pretii, quum ita pusilli sint, ac ventrem tam parum repleant. Nostri quoque crustularii compererunt, nucleos hos aptos esse ad crusta, aliaque præparata loco Amygdalarum; sed oleum inde exprimi nequit: Arbor hæc in Batavia circa ædes magnis in areis multum plantatur, ut sub grata ejus & ampla umbra sedilia formentur; quidam etiam Baleyæ reges idem jubent: Reliquarum binarum silvestrium specierum nuclei nec in cibo nec in re domestica ullum habent usum hic in Amboina, saltem non illius, quæ in silvis crescit: Lignum autem eo majorem præbet utilitatem ac commodum navium exstructioni, incolæque Bonoakey, & Aruenses ex hoc asseres formant, ac costas pro eorum Corre Corre, similibusque majoribus navigiis: Siccum enim est satis leve, ac nihilominus in aqua marina diu durabile: Silvestris generis folia sunt tam magna & ampla, ut loco ferculарum usurpari possint, atque inservire pro iis, si in campo vel silvis mensas exstruere cibis velimus.

In Celebe atque Moluccis, ut intellexi, nullæ Catappæ-arbores sunt notæ, nisi quæ in litore sponte ubique crescunt, harumque fructus ibi quoque colliguntur, contunduntur, & eduntur, uti aliis in locis domesticæ fructus, quum eorum nuclei sint quoque majores ac Amboinenses; talique fere modo constitutum est cum dicta Bandensi *Teleyo*, iis enim in locis nullæ hujus arbores coluntur, sed quæ esculentos dant fructus, hinc inde in silvis crescunt, aliæque *Teleyo-Batu* dictæ, quarum fructus non colliguntur, in litore crescunt, ac plerumque minora gerunt folia ac *Taleyo Silvestris*, quam, uti dictum est, pro vera & cum domestica eandem putant & habent. Hujus arboris cortex ac folia facultatem habent nigrum tingendi colorem, unde iis utuntur ad dentes nigro inbuendos colore, ac cortice præsertim ad componendum atramentum Indicum, de quo *libr.* 3. *cap.* 10. in capite de *Dammar-Batu* ulterius agetur.

In Rumphii Appendice hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 3. & 4. describitur nomine Malabarico *Adamaram*, in quo præsertim hoc observo discrimen, quod Amboinensium nucleus Catappæ fructus inter dentes non ita facile teratur, ac Malabarensium, sed in partes minores confringatur, diuque inter dentes hæreat.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Octavæ,

Quæ ramum exhibet *Catappæ domesticæ*, ubi Litt.
A. Ejus *fructum maturum*,
B. Vero ejus *ossiculum* repræsentat.

OBSER-

Catappa Silvestris: *op Maleyts* Catappan Oetan: *en op Amboins* Lalia, *dog meest by de Hitueezen.*

Plaats. *De eerste zoort vind men in de Moluccos, Banda, Baley, Java, en de omleggende plaatzen, dog in Amboina isze onbekent: De tweede en derde zoort groeit op alle Eilanden van deze Oostersche quartieren, de eerste op strant, en de andere wat verder van daar in vlakke bosschen, en aan, of omtrent de rivieren, dog deze laatste wort zo veel niet gevonden als de tweede: staande nog aantemerken, dat de Strant-Catappans op het Eiland Celebes, en andere plaatzen, met de tamme voor een gebouden werden, om dat de vrugten niet veel van malkander komen te verschillen.*

Gebruik. *De korrels of pitten van de Tamme vrugten zyn maar alleen in gebruik, en werden raauw gegeten, gelyk die van de Canari-nooten, met dewelke zy ook in smaak en fatzoen zo na overeenkomen, dat men de gepelde voor een en dezelve zoude aanzien; dog de Catappans zyn altyd uit den lankwerpigen wat ront, ook drooger, en beter van smaak, dan de Canaris, want al werdenze oud, zo en zynze zo olyagtig niet als de Canaris: Op Batavia en Banda werdenze onder andere Fruiten tot een nagerigt of bancquet opgedischt, zo datze by onze Europianen in meerder agting zyn, dan by de Indianen, dieze te minder agten, om datze zo klein zyn, en den buik zo weinig vullen: Onze Pasteybakkers hebben ook bevonden, datze bekwaam zyn om taarten daar van te maken, en omtrent de toebereiding van verscheide geregten, in plaats van amandelen te gebruiken, dog men kan geen oly daar van maken: werdende deze boom op Batavia omtrent de huizen, en op groote pleinen veel geplant, om onder zyn aangename en breede schaduwe zitbanken te maken; en zommige Koningen van Baley doen ook het zelve: Van de twee resteerende wilde geslagten, hebben de pitten in de kost of huishouding, hier in Amboina geen zonderling gebruik, immers niet van de gene, die in de bosschen gevonden worden; maar zo veel te grooter gerief en nuttigheit heeft men omtrent den Scheeps-bouw van het hout, en de inwoonders van Bonoakey, en Aru, bakken daar van de planken en inbouten tot hun Corre-Corren, en diergelyke groote Vaartuigen: want opgedroogt zynde, is het redelyk ligt, en niettemin durabel in zee-water: De bladeren van 't wilde geslagt zyn zo breed en groot, dat men ze tot taaffel-borden kan gebruiken, als men op 't veld of in 't bosch maaltyd houden en opdisschen wil.*

Op Celebes, en in de Moluccos, zo ik my heb laten berigten, zyn geen andere Catappen bekent, dan de gene die op strant overal van zelve groeyen, werdende haare vrugten aldaar mede opgezogt, opgeklopt, en gegeten, gelyk elders de Tamme, nadien haare beesten ook grooter vallen dan de Amboinsche, en zodanig is het byna ook geleegen met de hier voorgenoemde Bandaasche Teleyo, *want op dezelve plaatzen werden wel geene van die boomen gebavent of gecultiveert; maar de geene, die de eetbare vrugten draagen, wasschen hier en daar in 't bosch, en de andere,* Teleyo-Batu *genaamt, welkers vrugten zy niet en verzamelen, groeyen op strant, en hebben doorgaans kleinder bladeren dan de bosch* Teleyo, *dieze aldaar, als gezegt, voor de opregte houden: De schorsse en bladeren van dezen boom hebben mede een eigenschap van zwart te konnen verwen, invoegen men die gebruikt, om de tanden mede zwart te maken, en de schorsse byzonder tot het bereiden van de moorsche inkt, waar van* lib. 3. *in 't* 10. capittel, *van de* Dammar-Batu, *wat meer gezegt zal worden.*

In de Appendix van Rumphius wert dit 'er bygedaan:

In het vierde deel van de Hortus Malab. Fig. 3, *en* 4. *wert hy beschreven met den Malabaarschen naam* Adamaram, *waar in ik alleen dit onderscheid bevinde, dat de beest van de vrugten in de Amboinsche Catappen zo ligt tusschen de tanden niet gemaalen wert, gelyk van de Malabaarsche getuigt wert, maar hy bryzelt klein, en blyft lang tusschen de tanden.*

UYTLEGGING


Van de Acht- en Sestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Tamme Catappe-Boom, *alwaar Lett.*
A. Een rype vrugt,
B. Deszelfs pit *aantoont.*

AAN-



Terminalia moluccana. Lam.



OBSERVATIO.

Inter Amygdalas relata est hæc arbor a *Plukn. in Almag. Bot. pag.* 28. & *Nieubovio* in *Itinerario* suo, & arbor Catappa a *Valent. p.* 171. vocatur.

AANMERKING.

Onder de Amandel-Boomen is deeze boom gebragt van Plukn *in* zyn Almag. pag. 28. *en van* Nieuhoff *in zyn* Rys-beschryving, *en Catappa-Boom wertze genaamt by* Valent. p. 171.

CAPUT QUINQUAGES. NONUM.

Cassuvium: Cadju.

QUamvis *Cadjus* a descriptoribus Indiæ Orientalis & Occidentalis, quantum videtur, satis sit descripta, hic tamen eam breviter exarare volui, quum quædam in ipsa detexerim, quæ ab aliis vel omissa sunt, vel in ea hic non ita observantur, & quum insuper ejus silvestrem repererimus speciem, hisce in insulis indigenam: Cæterum extra contraversiam positum est, veram Cadjum non proprie esse fructum Indiæ Orientalis, sed a Portugallis quondam ex India Occidentali huc translatum fuisse, uti primum nusquam inveniebatur, nisi ubi hæc habitaret natio, vel quem inhabitaverat locum: Indiæ Occidentalis scriptores aliique testantur, vastam esse arborem foliis Lauro similibus vel instar Mali, quod tamen ab Amboinensi multum differt: Hic enim humilis est arbor, vix altitudinem vulgaris mali adtingens, trunco incurvo, sed ejus rami sunt magis extensi, atque hi maxima ex parte ob gravitatem adeo humiles ac depressi dependent, ut terram fere adtingant, unde & inregularem efformant arborem; Folia autem quodammodo mali folia referunt, sed multo sunt ampliora, superius rotunda, ac obtusa vel parum bifida, firma, glabra, ac crepitantia, rugosa, & sinuosa, inæqualis magnitudinis, in uno enim eodemque surculo inferiora sæpe sunt minima, ac tres tantum longa pollices, duosque lata digitos, quum superiora quinque septemve sæpe pollices sint longa, ac tres vel tres cum dimidio pollices lata; Folia hæc sunt solitaria, ac inregulari ordine fragilibus ac crassis ex ramis proveniunt, horumque extremitates terminant flores extensis in racemis, qui ex quinque angustis formantur petalis, albicantibus, quam diu sunt erecta, sed leviter rubent vel purpurascunt, quum retro flectuntur, in quorum centro stylus locatur.

Post flores fat magna in conspectum venit faba, renis forma, quæ dorso petiolo jungitur, inter quem & dictam fabam pomum excrescit eodem modo, quo memorati Scriptores narrant, Amboinensis autem non ita luteus, magnus, vel dulcis est, ac Indiæ Occidentalis, vel Zeylanensis, vixque magnitudinem habet ovi anatis, pyriformis, inferius angustatus ac compressus, e longinquo viridis coloris instar pomi, aliquando striatus striis læte rubentibus, carnem internam habet succosam ac mollem, sed fibrosam ac villosam: Sapor ejus est acidulus fere instar pomi vinosi, sed mixtus tali ingrata acerbitate; ut fauces constringat, unde non multum crudus editur: Zeylanensis autem, uti intelligo, multo mitioris est saporis; Dicta faba seu castanea, quæ in fructus summo excrescit, talis est naturæ ac formæ, qualem dicti commemorant Scriptores. Quæ hisce in terris plurimum editur, carbonibus enim intosta, donec exterius putamen, quod urens continet oleum, dehiscat, nucleus internus facile auferri potest, a fusca depurari pellicula, ulteriusque edi instar Amygdalarum vel Canarii: Folia arboris ac cortex ingratum & hircinum fere spirant odorem, uti quoque flores, sed horum odor debilior est: Fructus maturus decerptus facillime putrescit, ita ut ultra duos vix dies integer servari possit, totumque odore repleat cubiculum. Lignum est album, succosum, ac inutile: Rami sunt pingues, fragiles, sed tamen flexiles; Octobri floret, fructusque Decembri maturescunt ac subsequentibus mensibus.

Nomen. Latine *Cassuvium*: Malaice *Cadju*: Ex Portugallo *Caju* seu *Cajou*. In Amboina quoque vocatur *Boa Frangi* h. e. fructus Portugallicus, quum ab hac natione huc translatus sit: In Macassara dicitur *Jamboe-*

LIX. HOOFDSTUK.

De Cadjoe-Boom.

HOewel de Cadjoes, *van de beschryvers der Oost- en West-indische Planten*, *zo het schynt*, *genoegzaam beschreven zyn*, *zo heb ik evenwel dezelve alhier in 't kort willen afmaalen*, *om dat ik zommige dingen daar van aangemerkt hebbe*, *die*, *of by andere uitgelaten zyn*, *of in dezelve zodanig alhier niet gevonden werden*, *als mede*, *om dat wy een wilde slag daar van hebben*, *deze Eilanden eigen*: *Anderzints agt ik het buiten dispuit*, *dat de regte Cadju geen eigene Oost-indische vrugt*, *maar door de Portugeezen eertyds uit West-indiën herwaarts overgebragt is*; *gelykze dan ook in 't eerste nergens gevonden wiert*, *dan daar dezelve Natie woonde*, *of gewoont hadde*: *De West-indische Schryvers en andere zeggen*, *dat het is een grooten boom*, *met bladeren als die van de Lauwerier*, *of van een Appel-boom*, *dog 't welk al vry wat verschilt van de Amboinsche*: *want alhier blyft het een laage boom*, *kwalyk zo hoog wordende als een gemeene Appel boom*, *met een kromme stam*, *dog zyne takken breid by veel meerder uit*, *en die hangen voor 't meerendeel*, *wegens haare zwaarte*, *zo laag en nedergebogen*, *datze bykans de aarde komen te raaken*, *makende alzo een ongeschikte boom*: *dog de bladeren gelyken wel wat na die van den Appel-boom*, *maar zyn veel breeder*, *voor ront*, *en zonder spitse*, *of maar een weinig in tweën gekloosft*, *styf*, *glad*, *en rammelende*, *wat rimpelig of bogtig*, *en van ongelyke grootte*, *want aan een en het zelfde rysken ziet men de agterste zeer klein*, *en maar drie duimen lank*, *en twee vingers breed*; *dog de voorste zyn wel vyf en zeven duim lank*, *mitsgaders drie*, *en drieen een halve duimen breed*; *Zy staan enkelt*, *en zonder orde*, *aan bunne brosse en vette takken*, *en aan 't einde der zelver komt het bloeizel voort*, *aan wyd-uitgespreide trossen*, *bestaande uit vyf smalle blaadjes*, *dewelke wit blyven*, *zo lange alse overeinde staan*; *maar ligt-root of paars worden*, *alsze haar agterwaarts overkrommen*, *met een draatje in de midden.*

Na 't bloeizel vertoont zig eerst een redelyk groote boon, *van gedaante als een niere*, *zynde met de rugge aan den steel vast*, *tusschen dewelke*, *en de gem. boon een appel groeit*, *op dezelve manier*, *als het bovengem. Schryvers verbalen*, *dog de Amboinsche is op verre na niet zo geel*, *groot*, *nog zoet*, *als de West-indische en Ceylonsche*, *werdende naauwlyks zo groot als een Eenden-ey*, *van gedaante als een Peere*, *agter smal*, *en wat gedrukt*, *van verve appel-groen*, *en zomtyds ook doorloopen met eenige ligt-roode streepen*, *van binnen hebbende een zappig en week vleesch*, *dog vry wat draadig en vezelig*; *de smaak is rynsch*, *byna als onze Wyn-appels*, *dog vermengt met zodanigen onaangenamen wrangigheit*, *datze de keel t'zamentrekt*, *en dierhalven ook niet veel raauw gegeten wert*: *Maar de Ceylonsche*, *zo ik verstaa*, *is veel lieffelyker van smaak*: *De gem. Boone of Castanje*, *die aan 't voorste der vrugt hangt*, *is van zodanigen aart en fatzoen*, *als voorschreve Schryvers vermelden*: *werdende hier te lande wel meest genuttigt*: *want zynde op de koolen gebraden*, *tot dat de buitenste schaal*, *daar die brandende oly in zit*, *openberst*, *zo kan men de binnenste beest gemakkelyk daar uitneemen*, *van 't graauwe vliesken zuiveren*, *en dan voorts eeten als Amandelen*, *of de Canaris hier te lande*: *De bladeren en schorsse*, *geven van haar een onlieffelyken en bokagtigen reuk*, *als mede het bloeizel*, *dog wat slapper*: *De rype vrugt*, *afgeplukt zynde*, *verrot zeer ligt*, *zo dat menze boven de twee dagen niet wel bewaren kan*, *vervullende met haren reuk een geheele kamer*: *Het hout is wit*, *zappig*, *en ondeugend*: *De takken zyn mede vet*, *buigzaam*, *en bros*: *Zy bloeyen in October*, *en de vrugten heeft men in December*, *mitsgaders de volgende maanden.*

Naam. *In 't Latyn* Cassuvium, *in 't Maleyts* Cadju: *Alles uit het Portugeesche* Caju, *of* Cajou: *In Amboina noemt menze ook* Boa-Frangi, *dat is*, *Portugeesche vrugt*, *om datze door dezelve natie alhier overgebragt is*: *Op Macasser*

Soor h. e. Jamboisera; quum castanea ad dorsum Jambosam videatur proferre.

Locus. Ex *Garzia ab Orto* constat fructum hunc suo tempore, seu anno circiter Christi 1550. circa Goam incognitum fuisse, sed non diu post *Christophorus a Costa*, primum circa Couchin vidit, ac capite vigesimo quarto descripsit, uti constat ex Carol. Clusii adnotationibus in illud caput; sed dein a Portugallis plurimis in Indiæ locis multiplicatus ac propagatus est, præsertim in Zeylana, Celebe, in regno Macassarensi, & in Maro. Hic in Amboina paucæ tantum sunt arbores, ac præsertim ad rubrum montem, ubi Portugalli primum locum suum fixerunt.

Usus. De ejus usu aliis in locis, ubi delicatiores ac majores sunt, non agam, sed Lectorem ablegabo ad memoratos auctores, quum in Amboina non sint in usu, excepto quod quidam crudum exsugant succum tanquam remedium contra vomitum ac nauseosum ventriculum: Macassarenses plerumque Cadju poma abjiciunt, tantumque eorum castaneas colligunt, quas regibus suis obferunt, ut supra carbones illos torreant, nucleumque comedant, seu ad delicias, seu more Indico ut Veneris libidinem excitent: Vidi quoque quosdam cortice hujus arboris, qui austerus admodum & adstringens est, usos fuisse contra aphthas ad os colluendum, loco *Catsjo* seu *Lycii Indici*, forte vocum similitudine adlectos aut deceptos. Attendendum porro est, ne dictæ Castaneæ supra carbones torrendæ ac edendæ nimis recentes sint, quum acerrimo tum repletæ sint succo, qui nucleum, quum franguntur ac dehiscunt, facile inficit, atque adurens amarum reddit, unde melius est, ut per semi mensem exsiccentur.

In Ternata fructus hi multo sunt majores quam in Amboina, quumque maturescunt, magis luteum gerunt colorem, fere instar fructus maturi Musæ, ejusque succo utuntur incolæ pro collutione oris contra Aphthas; ac defectu fructus corticem arboris adhibent, quum hic tantummodo adstringat & detergeat, nec noxias habeat proprietates, quales in Silvestri observantur specie: Qui autem plura de horum fructuum præstantia noscere cupit, adeat docta *Wilhelmi Pisonis* scripta. Qui arbores Brasilienses propria experientia seu notitia descripsit *lib.* 4. *cap.* 6. ubi arbor *Acajuiba*, ac fructus *Acaju* vocantur, ac ubi foliis floribusque bonum adscribit odorem, qui tamen, uti supra dictum est, in Orientalibus arboribus non observatur.

In *Rumphii Appendice* hæc sequuntur.

Ex *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 54. patet arborem hanc in Malabaricis regionibus quoque esse notam, nomine *Capamava*, & Portugallico *Cajoes*, ubi ipsi flores suaveolentes adscribuntur.

Tabula Sexagesima Nona

Ramum exhibet *Cassuvii*, seu *Anacardii*, ubi Litt. A. Ejus fructum separatum exhibet.

OBSERVATIO.

Variis nominibus hæc arbor a pluribus jam denominata est auctoribus, optimeque ab *Herm. in H. L. B. pag.* 30. vocatur *Anacardium* Occidentale, *Cajous* dictum, ossiculo renis leporis Figura: & Anacardium a *Linnæo* in *H. Cliff. p.* 161. & Anacardii alia species a *Casp. Bauh.* in *Pinac. p.* 512. & Anacardus Zeylanica, Folio Nucis Juglandis *Cajous* vulgo ab *Herm.* in *Mus. Zeyl. pag.* 55. & Pomifera seu potius prunifera Indica, nuce reniformi, summo pomo innascente *Cajous* dicta. *Ray. hist. pl. pag.* 1649. & *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 187. qui plurimas habet alias denominationes, & in ejus *Hist. Jam. part.* 2. *p.* 136. vocatur Acaju arbor pomifera fructu delectabili, propendente Anacardii ritu, *Surian* dicta, Acajou a *Tournef.* & *Boerh.* vocatur, quæ eleganter quoque a *Merian de Insect. Surin. Tab.* 16. exprimitur. Reliqua vide in *Thes. nostro Zeylan. pag.* 19. & *Dale Pharmac. edit. nov. in 4to. pag.* 340.

Nomine Cadjoe arboris hæc describitur a *Valent. p.* 172. & in *Tab.* sub *no.* XIX. parvulaicone exhibetur silvestris subsequens species.

CAPUT

cassar noemt menze Jamboe-Soor: *dat is, Jamboes-draager, om dat de Castanje op haar rug een Jamboes schynt te draagen.*

Plaats. *Uit* Garzias ab Orto *blykt, datze by zynen tyd, of omtrent het Jaar Christi* 1550. *omtrent Goa nog niet bekent was, maar niet lange daarna heeftze* Christophorus a Costa, *eerstmaal omtrent Couchin gezien, en in zyn vier-en-twintigste capittel ook beschreven, blykende by de Annotator de Heer* Carolus Clus. *op het zelfde capittel: maar daarna isze door de Portugeezen op veel andere plaatzen van Oostindien zeer vermenigvuldigt, en inzonderheit op Ceylon, Celebes, in 't Macassaarsche ryk, en op Marus; dog hier in Amboina hebben wy maar weinige bomen, en die nog meest aan den rooden berg, alwaar de Portugeezen hare eerste residentie gehouden hebben.*

Gebruik. *Van hun gebruik, op andere plaatzen, daarze smakelyker en grooter zyn, zal ik niet spreken, maar den Lezer wyzen tot de voorn. Autheuren, nadienze hier in Amboina niet gebezigt worden, behalven dat zommige het raauwe zap daar uitzuigen, als een hulpmiddel tegen het braaken, en een walgende maag; de Macassaren werpen de Cadju-appelen doorgaans weg, alleen vergaderende de Castanien, en die vereerende aan hare Koningen, dieze dan op koolen laaten braaden, ende het pit daar uit eeten, 't zy dan tot een lekkerny, of na de Moorsche manier, om de venus-lust te verwekken; Ik heb ook gezien, dat zommige de schorsse van dezen boom, zynde uittermaten wrang en zamentrekkende, gebruiken, om tegen de Sprouw de mont mede te spoelen, in plaatze van Catsjo, of* Lycium Indicum, *misschien door gelykheit van namen aangelokt, of misleit zynde: Wyders staat te letten, dat men de voorn. Castanien, die men op de koolen braaden en eeten wil, niet al te versch komt te nemen; om datze alsdan nog vol zyn van een scherpe vochtigheit, 't welk het pit in 't openbersten ligt infecteert, en brandende bitter komt te maken, en daarom is het best, dezelve een halve maant te laten droogen.*

In Ternaten vallen deze vrugten vry wat grooter, als in Amboina, en ook alsze ryp zyn, geelder, byna als een rype Pisang, en het zap gebruiken de Inlanders ook om de mont mede te spoelen tegens de Sprouw: of by gebrek van de vrugt, zo nemenze de schorsse van den boom, nadien dezelve maar alleen zamentrekt en afveegt, en gantsch geen schadelyke eigenschappen heeft, gelyk die van het wilde geslagt: De gene nu, die van de voortreffelykheit dezer vrugten meer begeeren te weten, believen my toe te laten, dat ik haar wyze tot de geleerde Schriften van Doctor Wilhelmus Piso, *die de Brasiliaansche planten uit eigen aanschouwen, of ondervindig, beschreeven heeft, zynde deze te vinden* lib. 4. capittel 6. *alwaar den boom* Acajuiba, *ende de vrugten* Acaju, *worden genaamt, en daar by de bladeren en bloemen een goeden reuk toeschryft: dog die men aan de Oostindische, als boven is gezegt, geenzints bemerken kan.*

In de Appendix van Rumphius volgt dit:

In het derde deel *van de* Hortus Malab. Fig. 54. *blykt, dat hy in de Malabaarsche landen ook moet bekent zyn met den naam van* Capamava, *in 't Portugees* Cajoes, *en dat hem aldaar welriekende bloemen werden toegeschreven.*

De Negen- en Sestigste Plaat

Vertoont een Tak van de Cassuvie-boom, *ofte het* Anacardium, *alwaar Lett.*
A. Deszelfs vrugt afgezondert verbeeldt.

AANMERKING.


Deze boom komt onder verscheide benamingen voor by verscheide Schryvers, en wert zeer wel van Herman *in de* Catal. van de Leidse Tuin pag. 30. Westindische Anacardium Cajoes *genaamt, met een steentje in de gedaante van een nier uit een haas, en wert alleen* Anacardium *van* Linnæus *in de* H. Cliffort. pag. 161. *genaamt, en een ander zoort van Anacardium by* Casp. Bauhin. *in zyn* Pinax p. 512. *en Zeylonsche Anacardus met het bladt van een Noote-boom* Cajous, *in 't gemeen by* Herm. *in het* Museum Zeylan. p. 55. *en Appeldragende, ofte liever Pruymdragende Oostindische Boom, met een niervormige neut boven op de appel zittende,* Cajous *genaamt van* Ray *in zyn* histor. *der* planten p. 1649. *en van* Sloan. Catal. pl. Jam. p. 178. *die verscheide andere benamingen nog heeft, als mede in het* twede deel *van de* Jamaic. histor. p. 136. *wert Acajou van* Tournefort *en* Boerhave *genaamt, en wert heerlyk verbeeldt by* Merian *over de* Surinaamsche insecten Tab. 16. *Het overige zie in myn* Thes. Zeylan. pag. 16. *en by Dale in zyn* Pharmacol. p. 340.

Onder de naam van Cadjoe Boom *wertze beschreven by* Valent. p. 171. *en op de plaat onder* no. *XIX. dog zeer klein, verbeeldt, het geen eigentlyk de wilde zoort is.*

LX. HOOFD.



Anacardium occidentale β indicum. D'C.



CAPUT SEXAGESIMUM.

Cassuvium Silvestre. Lenat. daun Sacko.

FOrma fructus hujus arboris demonstrat hanc cum præcedenti convenire Cadju, quamvis folia multum differant; Lenat autem rectum atque altiorem habet truncum, magnitudinemque obtinet mediocris Mangæ arboris, coma extensa, sed truncus plerumque non crassior est crure, vel femore, cortice glabro, quum nondum fuerit adulta, in vetustiore autem rugosus ac fissus instar Mangæ arboris: Folia multo majora sunt quam Cadju, plerumque pedem longa, quatuor quinqueve pollices lata, utrimque acuminata, multis pertexta costis parallelis, superne obscure viridia, inferne cinerea, vetustiora folia sunt solitaria ac inordinata, juniora opposita & cruciata, quæ varietas in foliis præcedentis Cadju quodammodo itidem observatur, suntque etiam firma, ac glabra; Ad ramorum summitates flores progerminant racemosi, ut in Manga arbore, sed breviori in racemo: Flores autem hi componuntur ex quinque pallide albicantibus petalis parvis, retroflexis, & adunatis, quique majores sunt Mangæ floribus: In horum centro viride & oblongum apparet pistillum, instar lapilli circulo luteo inclusi, in cujus summo tria brevia nigra conspiciuntur capitula, circa quod quinque albicantia stamina locantur: Hisque succedunt fructus ex racemis dependentes, Cadjum referentes, sed multo sunt minores, quorum quisque vix pollicem vel duos digitos latus est, ejusdemque longitudinis, fere triangularis, angustissimaque ora petiolo obversus, Ficiformis, rugosus, seu parum sulcatus, obscure viridis ac mollis: Ejus caro est aquosa & adstringens instar Cadju, in penitus maturo fructu autem dulcior est: Inque superiore ac latiore parte gerit quoque castaneam seu fabam, sed breviorem, crassiorem, ac magis gibbosam quam in Cadju, uno latere erectam, & rugis seu foveolis insculptam, externe fuscam, seu ex fusco ac cinereo mixtam, pollicem longam, ultra pollicem crassam. Hæcque faba in semimaturo fructu semper major est ipso pomo, sed non in penitus maturo fructu.

Faba hæc per longitudinem conscissa quadrata fere apparet, sed unus angulus acutior est: Putamen exterius cultri circiter crassitiem habet, ac duplicatum est, interne spongiosum ac foraminulis plenum, exsudans liquorem oleosum, qui acris est & urens, ubi cutim tangit, intermedium spatium repletum est nucleo albo ejusdem cum putamine formæ, quique instar Cadju totus edulis est, sed ea simul prudentia, ne dictum acre oleum nucleum inficiat, atque hoc os ac lingua uratur vel lædatur. Ex abruptis foliis & arboris cortice liquor serosus exstillat, qui mox cœrulescit, ac dein nigrescit, atque ubi hoc lac cutim tangit, ibi mox nigra illam inficit macula, brevique postea difficilem excitat pruritum, quo cutis intumescit, ac tam rubra est, acsi adusta foret, hocque ustionis signum nullo alio tolli potest remedio nisi exulceratione, quod uti in aliis adustionibus non sine dolore perficitur, hujusque cicatrix tam diu in cute remanet, donec illius arboris fructus, qui ustionem causarunt, decidant. Hæc autem vis fortior & efficacior est in oleo Castaneæ, quam in arboris lacte, quod cutim tantum adurit, sed non ita facile exulcerat quam memoratum oleum: Si hujus arboris truncus profunde incidatur, tale lac abundanter exstillat, quod crassescit, atque arbori adhæret tanquam nigra atramenti stria, incisio autem hæc prudenter est instituenda, ne lac in faciem vel cutim profluat: Succus ex disruptis foliis exstillans magis albet, nec ita nocet: Mirandum vero ac singulare est, quod juniora ac flaccida arboris folia, quæ tanta copia noxium dat lac, innocue cruda comedi possint; hæc enim cum piscibus, Canariis, & Bocassan comesta dulcem præbent saporem cum lævi adstrictione, sed qui prudentes sunt, lac illud exprimunt, quod petiolis abruptis adhæret.

Hujus arboris lignum albicat, molle, ac operi mechanico vel domestico inutile est: Hinc inde in pla-

LX. HOOFDSTUK.

De wilde Cadjoe-Boom.

DE gedaante van deze vrugt bewyst, dat den boom eenige gemeenschap moet hebben met de voorgaande Cadju, hoewelze aan bladeren al wat veel komt te verschillen, zynde den Lenat regt van stam en hooger dan de Cadjoe, omtrent als een middelbare Mangas-boom, breet van kruin, dog wort gemenelyk niet dikker dan een dye, met een effene schorsse, als hy nog niet out is, maar groot geworden zynde, wertze ruig en als geborsten, gelyk die van de Mangas-boom. De bladeren zyn veel grooter dan die van de Cadju, door de bank een voet lank, vier a vyf duimen breet, agter en voor te gelyk, of even spits, toelopende, met veele paralleele ribben doorregen, boven zwart-groen, van onderen grys, de outste staan enkelt, en zonder ordre, de jonge twee tegens malkander, en dat meest in 't kruis, welke veranderingen men aan de bladeren van de hier voor beschreven Cadju ook eenigzints ziet; zy zyn mede styf en effen: aan 't uitterste der ryskens komt het bloeyzel aan trossen voort, gelyk dat van de Mangas-boom, dog wat korter; de bloempjes zyn gemaakt van vyf bleek-witte kleine blaatjes, staande wat agterwaarts overgebogen, en op malkander gedrongen, ook wat grooter zynde als het bloeizel van de Manga, in het midden ziet men een groen lankwerpig heuveltje, als een steentje in een geele ring staande, met drie korte, swarte knopjes boven op, en vyf witte draatjes in de ronte; daar op volgen de vrugten, hangende in trossen by malkander, en de Cadjus wel gelykende, dog vallen veel kleinder, zynde yder appelken niet boven een duim of twee vingeren breet, en ook zo lank, bykans driehoekig, en met de smalste zyde na den steel gekeert, van gedaante als een vyge, wat rimpelig, of een weinig gevoornt, hoog-groen, en week: het vleesch is mede wateragtig en adstringerende, gelyk dat van de Cadju, dog in de geheele rype wort het wat zoeter; hebbende aan de voorste en breetste zyde insgelyks een Castanje of boone, dog wat korter, dikker, en bultiger dan die van de Cadju, met den eenen hoek altyt opwaarts geregt, en met rimpelen of kuiltjes bezet; van buiten bruin, of uit den bruinen en graauwen t'zamen gemengt, een duim lank, en boven een duim breet: zynde deze boone in de half-rype altyt grooter dan den appel, maar niet in de geheel rype.

De boone in de lengte opgesneeden zynde, vertoont haar byna vierkant, dog de eene hoek loopt wat spitzer toe: De buitenste schaal is ongeveer zo dik als een mes, en dobbelt, van binnen spongieus en als vol gaatjens, uitsweetende of uitgevende een olyagtige vogtigheit, dewelke is scherp heet, en daarze raakt het vel brandende: het middelste of binnenste is gevult met een witte heest, met de schaal gelykformig of van een gedaante zynde, en dewelke men, gelyk die van de Cadju, ook gebraaden eeten kan, dog mede met die voorzigtigheit, dat de voorn. scherpen oly het pit niet kome te raaken, en daar door de mont en tonge verbrandt of beschaadigt werden: uit de afgebrookene bladeren en schorsse der boomen druipt een weyagtige melk, dewelke straks eerst blaauw en daar na swart besterft, en waar deze melk op de huit komt, daar maaktze terstont een swarte plek, en verwekt kort daar na een moeyelyk jeuken, waar van de huit opswelt, en zo root wert, als ofze verbrant was, en dit brant-merk is met geen ander middel weg te krygen, dan dat men het laat uitsweeren, 't welk gelyk andere verbrantheit niet zonder pyn en kan toegaan, blyvende het lidteiken dan nog zo lange op de huit staan, tot dat die vrugten van die boom, waar aan men zig verbrant heeft, komen af te vallen; dog deze kragt is meerder of merkelyker in d'olye van de Castanjen, dan in de melk van den boom, dewelke de huit maar alleen verbrant, dog zo ligt niet exulcereert als d'eerst genoemde: wanneer men in den stam van dezen boom wat diep komt te kappen, dan loopt dezelve melk overvloedig daar uit, wort dik, en blyft aan den boom hangen als een swarte straal van inkt, en men moet hem al zeer voorzigtig kappen, op dat de melk niemant in 't gezigt of op de huit kome te spatten: het zap dat uit de afgebrookene bladeren druipt, is witter en min schadelyk; zynde al wat vreemt en wonderlyk, dat men van een boom, die zo vol schadelyke melk is, de jonge en slappe bladeren zonder schade raauw kan nuttigen; want dezelve met visch, Canari, en Bocassan gegeten, hebben een zoete smaak met een kleine adstrictie, dog om voorzigtig te zyn, zo drukt men de melk, die aan den afgebrookenen steel hangt, eerst daar uit.

Het hout van dezen boom is wit, week, en tot bouwen of timmeren onbequaam; hy wast hier en daar in de vlakke bos-

nis crescit silvis, vallibus, atque aliquando etiam in litore, e longinquo mangiferam arborem referens: In vetustiori autem arbore folia sunt minora, foliaque Mangæ magis referentia, sed nusquam magna in copia occurrit; Octobri floret, & Februario fructus maturescunt: In Amboina hæ arbores raro occurrunt, sed in Banda frequentiores sunt, ac melius vigent, earumque fructus ibi quoque majores sunt, succosiores, & delicatiores, ut crudi edantur, quamvis pomum semper virescat.

Nomen. Latine *Cassuvium Silvestre*, Malaice *Daun Sacko* & *Cadju Utan*, vel uti veram plerumque nominant *Cadjum*, *Lenat Frangi.* Amboinice *Lenat*, *Linat*, *Linata*, & *Rinat.* In Banda *Lewer*, Ternata *Lau Lassi*, & Baleya *Brutaca.*

Locus. In Amboina hæc arbor reperitur sed raro, & rarissime, quæ fructus gerit, in Banda autem est frequentior, magisque ibi æstimatur, quum fructus, quos ibi fert, sint edules.

Usus. Fructus in Amboina rarissime expetuntur, immo spernuntur, nec eduntur, quum parvi sint, tardeque maturescant, quamvis perfectos ac penitus maturos gustaverim, dulciores delicatioresque vera Cadju, tales quoque in Banda occurrunt, ubi in corbulis in forum venales adducuntur & prostant.

Tenerum folium, quam diu flaccidum est & albicat, crudum, uti supra dictum fuit, editur tamquam obsonium, ad pisces, Bocassan, Canarios, & Sagu, quum vero folia sint firma, ob corrosivum lac, quo tum replentur, huic inutilia sunt usui: Trunci lac ab Amboinensibus quoque adhibetur, quo Clypeorum oblongorum margines nigro inbuunt colore, quod fit, si illos bis terve hocce obliniant lacte, postquam singula siccati fuerint vice: Talique modo colorant baculos Rottang dictos, uti quoque telorum manubria, Toranos, seu hastas jaculatorias, ligneas vaginas, aliaque ligneorum instrumentorum genera, quæ nigro tingere volunt colore. Quum vero alicui certum in brachio vel alia parte notare volunt signum, quo diu talis cognosci possit, Castaneam memoratam findunt, ejusque dimidiam partem infigunt corpori vel brachio talis, quem signare volunt, hoc enim inexpungibilem caussat maculam, quæ mox, acsi adusta foret, rubet, intumescit, tertioque exulceratur die, hocque signum sive cicatrix per annum remanet, vel, uti credunt, tam diu, donec istius arboris fructus, ex quo dictum stigma hocce inustum est, iterum maturescat, vel decidat, eodem hocce urente succo obliniunt margines Herpetis miliaris seu Indicæ Curap, ut exulceretur, emoriatur, nec ulterius propagetur; ex rectis hujus arboris ramis sepes formant, quæ facile de novo progerminant, ipsisque ad præparationem dicti *Ulang Ulang* tenera præbent folia; in Gorama vidi tela, quorum apices hocce succo erant obliniti, ibique nigrescebant, quod iis, qui hisce vulnerantur, magnum excitat dolorem ardoremque, ac malignam caussat exulcerationem, quæ quam tardissime curatur.

Men zoude dezen boom mogen houden voor een medezoorte van Paliurus, *inzonderheit voor die geene, die in Egypten en omtrent Cyrenen waſt, dragende roode welriekende en ſmakelyke vrugten.* Jacob. Bont. *in zyn* Hiſt. Indic. plant. lib. 4. cap. 8. *beſchryft deze vrugt onder den naam van* Malum Cydonium Indicum *na zyne manier, met een al te verre gehaalde gelykeniſſe, en zonder Inlantſchen naam, behalven dat hy zegt deze vrugt in zyn tyt, dat is, omtrent het jaar* 1630. *by de Hollanders op Batavia*





Aegle Marmelos. L.

male comparat horum pomorum odorem cum illo floris Leucoji lutei, Arabica lingua *Keyri* vocati: Horum autem fructuum succum seu mucum vidit usurpari contra aphthas, orisque inflammationem, tostum autem fructum contra Dysenteriam & Choleram.

via woonagtig Slymappels *zyn genaamt geweest; hy vergelykt niet qualyk den reuk dezer appelen met de geele Muer-bloemen, in 't Arabis* Keyri *genaamt. Den zap of slym heeft hy zien gebruiken tegens de sprouw en ontsteeking des monts, maar de gebradene vrugt tegens den roodenloop en het bort.*

Primam seu majorem speciem, quum maxime ab hac differat, sequenti describere volui Capite. Tertia autem species, *Madja Pissang* dicta, non singulari indiget descriptione, dum nullius fere sit usus, & plurimum in Java sit nota, nomenque obtinuit ab oblonga forma instar Musæ Pissangh dictæ.

De eerste of groote zoorte, alzo die merkelyk van de bovenstaande verschilt, heb ik in 't volgende Capittel willen beschryven. De derde zoorte, genaamt Madja Pissang, *behoeft mede geen byzondere beschryving, dewylze van weynig gebruik, en meest op Java bekent is, hebbende den naam gekregen van de lankwerpige gedaante als een Pissang.*

In Rumphii Auctuario additum est:

Bilacus Teloor ex Macassara delatus, inque arbore fructus maturefactus, nullum spirat odorem, unde semi-maturus decerpendus est, ventoque siccandus, ac dein occlusis servandus locis.

In het Auctuarium van Rumphius wert dit 'er bygedaan:

De Bilac Teloor *zelfs van Macassar gebragt, en aan de Boom ryp geworden heeft geen reuk, dies men deszelfs half rype moet afplukken, eerst wind-droog maken, en dan in geslooten plaatzen bewaren.*

Tabula Octogesima Prima.

Ramum exhibet *Bilaci*, seu *Cydoniæ* foliis ternatis, ubi
Litt. A. fructum *Bilaci Taurini*, seu *Maximi*, seu *Bilaci Carbou.*
B. Fructum *Bilaci ovalis*, seu *Bilaci Teloor.*
C. Fructum *Bilaci minimi*, seu *Bilaci Kitsjil* denotat.
D. Ramum spinosum sistit.

De Een- en Tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de Bilac *of vreemde* Quee-boom *met drie blaaden, alwaar*
Lett. A. aanwyst de vrugt van de grootste Bilac, *ofte* Bilac Carbou.
B. De vrugt van de ovale Bilac, *ofte de* Bilac Teloor.
C. De vrugt van de kleinste Bilac, *ofte de* Bilac Kitsjil.
D. Wyst aan de Tak met doornen.

OBSERVATIO.

Hæc est Cucurbitifera trifolia Indica, fructus pulpa Cydonii æmula, *Ray. Hist. pl. pag.* 1665. & *Plukn. Almag. pag.* 125. & *Phyt. Tab.* 170. *Fig.* 5. quæ Covalam seu Cydonia exotica in *H. Malab.* & a *Casp. Bauh. in Pinace* vocatur, unde & Cydonia exotica, quæ *Marmelos* arbor ab *Herm.* in *Mus. Zeyl. pag.* 60. dicitur, & in *Par. Bat. Pr. pag.* 330. Cydonia Malus Indica, spinosa, trifolia, putamine osseo durissimo, pulpa Mespili. Atque Mespilus Indica, spinosa, trifolia putamine osseo, duro, *ibidem.* seu Mespilus Indica, trifolia, spinosa, odore roseo, fructu Mali magnitudine, cortice duro obtecto, *Marmelos* vocata in *Mus. Zeyl. pag.* 46. reliqua vide in *Thes. nostro Zeylanico pag.* 84. & *H. Malab. tom.* 3. *Tab.* & *pag.* 37.

AANMERKING.

Dit is de Oostindische drieblادige Kauwoertdragende Boom, met een merg des vrugts als van de Queen van Ray *in zyn* Hist. pl. pag. 1665. *en van* Plukn. *in zyn* Almag. pag. 125, *en de* Phyt. Tab. 170. Fig. 5. *welke is de* Covalam *van de* Hortus Malab. *en de uitlandsche Queen van* Casp. Bauh. *in zyn* Pinax, *waarom ze ook uitlandsche Queen ofte de Marmelos-Boom genaamt wert van* Herman *in zyn* Mus. Zeyl. pag. 60. *en in de* Par. Bat. Pr. p. 330. *en Oostindische Quee-appel met doornen en drie bladen, met een harde steenagtige schelle; en Oostindische Mespel met drie bladen en doornen, met een vrugt in de grootte van een appel, en een reuk als Roozen,* Marmelos *genaamt, in het* Mus. Zeyl. pag. 46. *het overige zie in de* Thes. Zeyl. p. 84. *en in het derde deel van de* Hortus Malab. Tab. *en* pag. 37.

CAPUT SEXAGESIMUM NONUM.

Bilacus Taurinus, Bilac Carbau, Lemon Goela.

Magna *Bilaci* species in hisce Orientalibus regionibus silvestris habetur, neque ad cibum ita expetitur, ac præcedens; Non alto est trunco, sed densis ramis, foliisque, quique in minores iterum dividuntur ramulos & petiolos, qui terna gerunt folia instar Bilaci, quorum medium multo longius est reliquis binis lateralibus, quatuor nempe pollices longum, ac duos latum, bina autem inferiora duos modo tresve pollices longa sunt, oræque adeo tenuiter ferratæ, ut vix dignosci possint, suntque porro flaccida, tenuia, parvis sinuosis costis inferius distincta: Decidui ramuli seu rachides tot relinquunt obtusos petiolos, acsi spinæ essent, in ramis autem crassioribus spinulas gerit quasdam breves; Flores ignoti mihi hactenus sunt.

Fructus ex rotundo sunt obliqui & tuberculosi, magnitudine Limonis Papedæ, quidam majores, quidam minores instar Limonellorum dulcium, umbilicati, ac solitarii ex crasso & brevi dependent pedunculo, externe ex viridi flavescentes, sub tenui, sed lignoso putamine nil nisi mucosa caro seu medulla reconditur, quæ matura flavescit, ac saporis est dulcis saccharini, sed non admodum grata pro cibo ob lentorem seu tenacitatem. In centro quatuor vel quinque locantur officula, a sese invicem remota, lanosa seu pilosa instar seminum Gossypii.

Nomen. Latine *Bilacus Taurinus*, juxta Malaicense *Bilac* seu *Madja Carbou*, h. e. vaccinus vel bubalinus *Bilacus*, quamvis, uti dictum fuit, silvestris harum Orientalium insularum Bilacus quodammodo differat a Bilaco Javanico *Carbau* dicto. Hic in Amboina quidam illum vocant Limonem Goela, cum quasi ad Limonum genus referentes, nostra autem natio *Slymappel* illum nominant.

Locus

LXIX. HOOFDSTUK.

Bilac Carbau, ofte Slymappel-Boom.

De groote zoorte van Bilac *wert in deze Oosterse quartieren voor een wilt geslagt gehouden, en tot de kost zo veel niet gezogt als de voorgaande: hy is niet hoog van stam maar digt van takken en ryskens, die zig al wederom verdeelen in dunne steelen, dezelve dragen* 3. *bladeren gelyk de* Bilac, *waar van 't middelste veel langer is dan de ter wederzyde, te weten* 4. *duimen lank, en* 2. *breet, maar de twee agterste zyn maar twee en drie duimen lank, en de kanten zo fyn gezaagt, dat menze qualyk bekennen kan, dun, slap, met weinige bogtige ribben van onderen. De afgevalle steelen laten zo veel stompe ryskens als of het doornen waren, want hy heeft anders niets dan eenige korte doornen aan de dikke takken, het bloeyzel is my mede nog onbekent.*

De vrugten zyn uit den ronden scheef en bultig, in de grootte van Lemoen Papeda, zommige grooter, zommige kleinder als zoete Lemoentjes, van voren met een kuyltje, hangen enkelt aan een dik kort voetje, van buiten geel-groen, onder een dunne dog houtagtige schaal, vint men niets dan een dik slymagtig vlees of merg, in de rypheit geelagtig en van smaak zo zoet als zuiker; dog niet zeer aangenaam tot eeten wegens zyne taayigheit, in de midden vint men vier a vyf korrels verstrooyt van malkander, wolagtig of haayrig gelyk de zaaden van Katoen.

Naam. *In 't Latyn* Bilacus Taurinus, *na 't Maleytze* Bilac *ofte* Madja Carbou, *dat is, koe of buffels* Bilac, *hoewel, als gezegt, de wilde* Bilac *van deze Oosterze gewesten een weinig verschilt van de Javaanze* Bilac Carbau. *Hier in Amboina noemenze zommige Lemoen Goela, willende quanswys een zoorte van Lemoenen daar van maaken, onze natie noemenze Slymappels.*

Plaats.

Locus. In insulis Amboinensibus plurimum ignotus est hic fructus, exceptis paucis quibusdam in Manipa. In insulis Xulassensibus & ora Celebes Orientali majori in copia occurrit.

Usus. Incolæ autem fructum edere nolunt, & corticem tantum trunci dulcem & glutinosum adhibent, miscentque pastis, quibus utuntur ad pisces veneno enecandos. In Java sunt magis noti, ibique eduntur. In Zeylana edules quoque sunt, ubi nostra natio illos quoque *Slymappels* vocat.

Plaats. *In de Amboinsche Eylanden is hy meest onbekent, behalven eenige weinige op Manipa. In de* Xulase *Eylanden en de Oost-kust van Celebes, vint menze in meerder quantiteyt.*

Gebruik. *Dog de Inlanders willen de vrugt niet eeten, gebruikende slegts de zoete en kleverige schorse des stams onder de papjes, die men bereyt om de vissen te vergeven. Op Java zynze beter bekent, en werden aldaar gegeten. Op Ceylon zynze ook eetbaar, alwaarze onze natie mede* Slymappels *noemt.*

In Rumphii Auctuario hæc adduntur.

Aegle nova spec. Ham. *Bilaco Carbou* jungi potest *Bilacus* Amboinensis silvestris, cujus truncus & rami nullas omnino gerunt spinas, ramulique & foliorum petioli irregulares sunt ac nodosi: Longis petiolis tria insident folia Manipelæ similia, sed minora, herbacei saporis, cum parva amaritie. Fructus est instar ovi minoris avis Casuarii, parum tuberculosus, externe rugosus, coloris coriacei; sub duro putamine officula locantur instar parvarum Amygdalarum mucosa carne obducta, odor ejus est gravis, saporque acris instar Raphani. Lignum admodum fragile est, ita ut crassiores etiam rami facillime abrumpantur, eorum enim medulla interior est fungosa instar Sambuci, nullique inservit usui. Crescit ad superiorem fluminis *Alph* oram. Leytimorenses ex hoc fructu componunt Sihuhunat, quod erroneum est, & tamquam medicamentum adhibere volunt, nomen autem hoc competit *Ampaco minori*: vide porro Covalam *Horti Malab. part.* 3. *Tab.* 37. ibique notas.

In het Auctuarum van Rumphius wert dit 'er bygedaan:

By Bilac Carbou *kan men voegen d'Amboinsche wilde* Bilac, *wiens boom en takken gants geen doornen hebben: de takskens en ryskens staan onordentelyk en knoestig. Op lange steelen staan drie bladeren, die van het Manipeesche gelyk, dog wat kleinder, en moeskruidig van smaak, met een kleine bitterheit. De vrugt is als een klein Casuaris-Ey, een weinig bultig, van buiten ruig met een kleur als leer. Onder een harde schaal leggen korrels als kleine Amandelen, omgeven met een slymerig vleesch: de reuk is vies, de smaak scherp als Peperwortelen. Het hout is zeer bros, zo dat ook dikke takken ligt afbreken, want ze hebben van binnen een pit als vlier, onbequaam tot eenig werk; hy staat boven aan de rivier* Alph. *Die van Leytimor maken een Sibuhunat daar van, het welk abuys is, en willen hem tot een Medicyn gebruiken, want dit is de naam van* Ampacus minor*: ziet verders de Covalam van de* Hortus Malabaricus *in het* derde deel, Figuur 37.

Tabula Octogesima Secunda

Ramum exhibet *Bilaci Taurini*, qui *Bilaci Carbou* vocatur, ubi Litt. A. Ejus fructum dissectum repræsentat, ut ejus pulpa & officula seminalia in conspectum veniant.

De Twee- en Tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de grootste Bilac, *die de* Bilac Carbou *genaamt wert, alwaar*

Lett. A. Deszelfs doorgesnede vrugt verbeelt, op dat deszelfs merg en de zaden gezien kunnen werden.


Finis Libri Primi.

Einde van 't Eerste Boek.





Aegle Marmelos var.? Ham.



HERBARIUM AMBOINENSE,

Plurimas conplectens Arbores, Frutices, Herbas, Plantas terrestres & aquaticas,

QUAE IN AMBOINA,

ET ADJACENTIBUS REPERIUNTUR INSULIS,

Adcuratissime descriptas juxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu, ac virtutibus.

Quod & insuper exhibet

VARIA INSECTORUM ANIMALIUMQUE GENERA,

Plurima cum naturalibus eorum figuris depicta.

Omnia magno labore ac studio multos per annos conlegit, & duodecim libris Belgice conscripsit

GEORG. EVERHARD. RUMPHIUS,

Med. Doct. Hanavensis, Mercator Senior, & in Amboina Consul, nomine *PLINII INDICI celeber, & Inlustris Societatis Academiae Naturae Curiosorum Germaniae Membrum.*

Nunc primum in lucem edidit, & in Latinum sermonem vertit

JOANNES BURMANNUS,

MED. DOCT. ET IN HORTO MEDICO AMSTELAEDAMENSI PROFESSOR BOTANICUS, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM SOCIUS;

Qui varia adjecit Synonyma, suasque Observationes.

PARS SECUNDA.



AMSTELÆDAMI, Apud FRANCISCUM CHANGUION, JOANNEM CATUFFE, HERMANNUM UYTWERF.

HAGÆ COMITIS, Apud PETRUM GOSSE, JOANNEM NEAULME, ADRIANUM MOETJENS, ANTONIUM VAN DOLE.

ULTRAJECTI, Apud STEPHANUM NEAULME.

M. DCC. XLI.

HET
AMBOINSCHE
KRUID-BOEK,
DAT IS,
BESCHRYVING
VAN DE MEEST BEKENDE
Boomen, Heesters, Kruiden, Land- en Water-Planten,
DIE MEN IN AMBOINA,
EN DE OMLEGGENDE EYLANDEN VIND,
Na haare gedaante, verscheide benamingen, aanqueking, en gebruik:
MITSGADERS VAN
EENIGE INSECTEN EN GEDIERTENS,
Voor 't meeste deel met de Figuuren daar toe behoorende,
Allen met veel moeite en vleit in veele jaaren vergadert, en beschreven in twaalf boeken,

DOOR
GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS,
Med. Doct. van Hanau, Oud Koopman en Raadspersoon in Amboina, mitsgaders onder de naam van *Plinius Indicus*, Lid van de Illustre *Academia Naturae Curiosorum*, in 't Duitsche en Roomsche Ryk opgerigt.

Nagezien en uitgegeven door
JOANNES BURMANNUS,
Med. Doct en Botanices Professor in de Hortus Medicus te Amsterdam, Medelidt van het KEYZERLYKE QUEEKSCHOOL *der onderzoekers van de Natuurkunde;*
Die daar verscheide Benamingen, en zyne Aanmerkingen heeft bygevoegt.

TWEEDE DEEL.



Te AMSTERDAM, By FRANÇOIS CHANGUION, JAN CATUFFE, HERMANUS UYTWERF,
In 's HAGE, By PIETER GOSSE, JAN NEAULME, ADRIAAN MOETJENS, ANTONY VAN DOLE.
Te UTRECHT, By STEVEN NEAULME.
M. DCC. XLI.

HERBARII AMBOINENSIS LIBER SECUNDUS,

Continens arbores aromaticas, quae aut fructum aromaticum, corticemve, aut odoratum aliquod praebent lignum.

CAPUT PRIMUM.

CARYOPHYLLUM, TSJENCKE.

CAryophyllum eſt arbor pulcherrima, elegantiſſima, ac pretioſiſſima omnium mihi notarum arborum; forma autem optime refert Laurum, coma nempe acuminata, altitudinemque attingit vulgaris Ceraſi, aliæ autem Fagi habent formam. Ejus truncus eſt erectus, ac ſimplex, ad quatuor aut quinque pedum altitudinem, ſæpe dividitur in binos tresve erectos ac minores truncos, ſunt etiam, quæ unicum tantum gerunt rotundum, ſed hæ ab incolis non multum expetuntur, primamque memoratam præferunt, quum illæ, quæ unico & erecto ſint ſtipite, difficilem dent adſcenſum. Inferior trunci pars non penitus rotunda eſt; ſed parum anguloſa, acſi ex variis concreta foret ſtipitibus.

Cortex ejus eſt glaber, tenuis, lignoque firmiter jungitur, uti in Fago, & undique ad latera plurimos emittit ramos tenues, ex quibus plurimæ longæ, ac tenues foliorum raches propullulant, uti in Betula, quæ arborem undique cingunt, & ab inferiore parte latiſſima plaga ſeſe extendunt, ſenſim autem anguſtantur, & in acumen deſinunt, ita ut tota coma regularem pyramidem, ſeu conum formet, & conſtituat, qua ſpecie è longinquo ab aliis facile diſtinguitur, & dignoſcitur arboribus.

Lignum ejus eſt durum, ita ut tenuis, vel modice craſſus ramus facile virum ſuſtineat: Folia bina ſemper ſunt oppoſita, cumque ſubſequente pari crucem efformant, forma Laurinis foliis ſimillima, ſed anguſtiora, tenuiora, & longiora, quæ longis inſident petiolis, utrimque acuminata, ſuperius obſcure viridia, inferius flava, plurimis arctiſſime junctis ac parallelis venis diſtincta, & contexta, quæ omnes ad oras in unum terminantur, ac deſinunt ſinum: Foliorum autem oræ ſunt glabræ, & integræ, neutiquam inciſæ, quæ rigiditate ſua multos formant ſinus & arcus. Folia vero hæc ſuperiore ſua parte ſunt adeo glabra, ac ſplendentia, acſi gummi forent obducta, quum autem folia ſint vetuſta, multo rigidiora ſunt, & ſicciora, ita ut conteri poſſint, tumque maculis obſcuris, vel ſanguineis ſunt notata, ſaporis acris & aromatici; quum vero primum progerminant, ſunt rubentia & læviter fuſca.

In initio pluvioſorum menſium, menſe nempe Majo, folia hæc tenera magnâ propullulant copia, atque mox hiſce ſubſequuntur prima fructuum germina ſeu rudimenta, quæ viridia ſunt acumina, ad ramulorum extremum dependentia, quæque ſubito mutantur in viridia, oblongaque capitula lato apice conſtantia, ex quo prima Caryophyllorum forma dignoſcitur: Quarto dein ſubſequente menſe completam Caryophyllorum dant ſpeciem, ſuperius nempe late extenſam, & in quatuor diſtinctam angulos, Lini capitula referentem, formamque Clavi conſtituentem.

Fructus hic Caryophylli ſenſim læte viridem amittit, pallideque flavum induit colorem, qui demum in ſanguineum tranſit, in iis nempe, qui ſpeciei ſunt rubentis: qui enim fructus feminei dicuntur, majoresque ſunt maribus, tantum ſuperius ad quatuor illos angulos rubent, tumque ſupremum aperitur capitulum, vel ad latus vergit, quum plurima apparent parva, albicantia ſtamina arcte ſibi juncta cum antheris fuſcis, quæ florem hujus arboris efformant, ac progerminant, poſtquam fructus adulti, ſed nondum maturi perfecti fuerint, con-

HET AMBOINSCHE KRUYD-BOEK.

HET TWEEDE BOEK.

Behelzende de Speceryagtige Boomen: dat zyn die gene, die eenige Speceryagtige Vrugten, Schorſſen, ofte welriekent hout dragen.

I. HOOFDSTUK.

NAGELBOOM, TSJENCKE.

DE Nagelboom is eene van de ſchoonſte, cierlykſte, als mede koſtelykſte onder alle my bekende Boomen; hy gelykt van gedaante zeer wel na den Lauwrierboom, te weten met zyn toegeſpitſte kruin, en heeft de hoogte van een gemeene Kerſſeboom, sommige ook van een Beukeboom, den ſtam ſchiet regt op, en blyft enkeld tot de hoogte van 4 a 5 voeten, daer na verdeeld hy hem in 2 a 3 regt opgaende mindere ſtammen, en daar zyn 'er ook, die maar een enkelden rontagtigen ſtam hebben, dog die de Inlanders niet zeer zoeken, of liever anders hebben; als zynde moeyelyk om te beklimmen: De onderſte is niet regt ront, maer wat hoekig, als of hy uit verſcheide ſtammen t'zamen gegroeit was.

De ſchorſſe is effen, niet dik, en leit vaſt of digt aan 't hout, gelyk die aen den Beukenboom, ter zyden ſchiet hy over al veele dunne takken uit, en daer aan veele lange dunne ryskens, gelyk den Berkeboom, en deze ryskens omgeven of omvangen den boom, van onderen op allenskens na boven ſmal of ſpits toelopende, zoo dat de geheele kruin een geſchikte piramide, of keegel formeert, en welke gedaante hem ook van verre onder andere boomen kenbaar maakt.

Hy heeft een hart hout, zoo dat ook een gemeene dunne tak ſterk genoeg is om een man te dragen; de bladeren ſtaan altyd twee tegen malkanderen, en maken met het naaſtvolgende paar een kruis, van gedaante de Lauwrier bladeren naby komende, maar ſmalder, dunder, en langer, ſtaande op lange ſteeltjes, agter ſpitſer of ſmalder dan vooren, aan de bovenſte zyde hoog groen, aan de onderſte na 't geele trekkende, met veele digte paralleele en fyne adertjes doorreegen, dewelke alle by de kanten in een ſoompje t'zamen loopen; de kanten zyn effen, en geenszints gekerft, maar door haar ſtyvigheid makenze veele bogtjes, aan de bovenſte zyde zoo glat en glimmende, als ofſe met gom beſtreeken waren, alſſe oud worden, zynze veel ſtyver en drooger, zoo dat men ze bryzelen kan, en zyn als dan met eenige donkere of bloedroode droppen beſprengt, van ſmaak ſcherp en ſpeceryagtig, alſſe eerſt uitkoomen, zynze rootagtig, of ligt bruin.

In 't begin van de reegen-moeſſon, te weten in de maend May, komen de jonge bladeren met menigte voort, en ſtrax doen zig op de eerſte ſchepſelen van de vrugt, 't welk zyn eenige groene ſpitzen, aan het uiterſte van de ryskens uitkomende, en dewelke dan voorts veranderen in donker groene en lankwerpige knopjes, met een breet hooftje, daar aan men alreets het fatſoen der Nagelen kennen kan; in de vierde maand daar na hebbenze de gedaante van volkomen Nagelen, te weten boven met een breet hooftje, in vier hoeken verdeelt, hebbende boven op een groen en half ront knopje, de vlasdodden wel gelykende, en zoo de gedaante van een ſpykertje uitmakende.

De Nagel verlieſt allengskens haar ligtgroene verwe, en begint bleekgeel, en ten laetſten bloedrood te werden, te weten die van het roode geſlagt zyn; want die men wyfkens noemt, en wat grooter vallen dan de mannekens, werden maar boven aan de 4 hoeken wat root, en als dan opent hem het bovenſte knopje, of wykt ter zyden, als wanneer hun vertoonen veele kleine witte draatjes, digt in malkander gedrongen, met bruine nopjes daar boven op, dewelke zyn het bloeizel van dezen boom, voortkomende op, en na de volwaſſene

contra naturam aliarum arborum, quam primum enim hinc inde rubedo aliqua Caryophylli appareat; ſeu flos ſeſe aperiat, tum fructus hi maturi & completi ſunt in humanos uſus, ſed neutiquam naturæ; homines enim non niſi ſemi maturum requirunt fructum aromatico uſui aptum, natura autem perfecto indiget fructu propagationi inſerviente.

Si Caryophylli ſint rubri, ac flores demiſerint, in ſuprema parte planum ac quadratum apparet capitulum cum circulo quodam, atque in hoc parvum ac molle acumen, tumque omni ope ac feſtinatione fructus ſunt colligendi, ſi enim per duas tresve ſeptimanas diutius in arbore remanſerint, tum fructus hic Caryophylleus amplum acquirit ventrem, ac quatuor iſti in capitulo anguli ſeſe contrahunt, viridemque iterum induit colorem, & in majorem excreſcit, ac antea, molem, pollicis articulum craſſus, ac demum obſcure fuſcus eſt, intusque continet nucleum durum, ſeu oſſiculum inſtar Lauri fructus, quod arcuata linea in bina dividitur ſegmenta, coloris obſcure lutei ſeu flavi inſtar Ambræ, quod verum hujus arboris ſemen eſt, hincque Caryophylli matres dicuntur tales fructus, qui obducti ſunt carne obſcure fuſca ſeu nigricante, cultrum craſſi, atque aromaticam ſuam vim omnem fere amiſerunt, & ſapore proximè conveniunt cum ſilveſtribus Jamboſis, cum qua arbore, uti & cum alia *Caju-mera* dicta, hæc noſtra Caryophyllorum arbor magnam itidem habet convenientiam, caro autem iſta cruda quoque edulis eſt.

Caryophylli hi fructus brevibus inſident petiolis, quorum tres ſimul aliis ſuſtinentur brevioribus petiolis, hique ſemper oppoſiti ſunt, & cum ſubſequenti pari crucem perfectam efformant, ſingulus autem major petiolus, uti dictum eſt, in tres alios minores diviſus eſt, inque iis ſingulis tres Caryophylli, ita ut totus corymbus ad minimum novem ſit ornatus fructibus, communiter autem quindecim & novendecim, & in majori racemo viginti unum vel viginti quinque inveniuntur Caryophylli, quum præter ordinarium numerum ternarium, alii ſolitarii ad latus excreſcant fructus: Caryophylli ſummis inſidentes ramulis, nec decerpendi, qui licet rari, arbori inhærent usque ad maturitatem, matrices vocati, ac delapſi ſub arbore, terram attingentes, radiculas agunt, novasque producunt arbuſculas, in quibus fiſſus Caryophyllus, ſeu iſta mater duos ſupra terram elevata digitos apparet.

Arboris lignum eſt durum & grave, ſed non elegantis coloris, cinereum enim habet cum luteo mixtum colore, inelegans, nec aptum operi ſcriniario; Radices profundiſſime ac rectiſſime deorſum in terram infiguntur, unde in juniorum arbuſcularum transplantatione cavendum eſt, ne confringatur media ac major illa radix, quum nulla alias ſuperſit ſpes progerminationis, niſi altior ac major ſit arbor, quæ transplantatur, quum non ita noceat, licet major illa lædatur radix.

Parum diſcriminis eſt inter Caryophyllos hic in Amboina creſcentes, quum omnes fere eandem habeant formam, plurimique rubeſcant, ſi fuerint maturi, qui autem accurate ad illos attendunt, tres obſervare posſunt ſpecies, primo vulgaris parum rubet maturus, alter paulo minor eſt, ac ſanguinei magis coloris, hincque Amboinenſibus dicitur *Bugulawan Kiri*, ex rubro colore avis Loeri, Amboinenſibus *Kiri* dicti, hicque plurimum invenitur in *Hitoe* ora prope pagum *Aſſalælo*, uti quoque in rarioribus *Leytimoræ* locis, hujus ſpeciei arbuſculæ latius extenſæ ſunt, ac copioſiores dant Caryophyllos, quam vulgaris: Tertia ſpecies, quæ femina dicitur, albos gerit fructus, & parum rubentes, ſunt autem majores reliquis, quales ſunt, qui in *Larique* inveniuntur plaga, omnes vero hæ tres ſpecies, ſeu varietates æque bonæ & aromaticæ ſunt, ultima autem aptiſſima eſt ad oleum exurendum. Quidam etiam inveniuntur Caryophylli quinque ſexve apicibus ornati, hi autem pro diverſa ſpecie non ſunt habendi, quum inter reliquos creſcant Caryophyllos, nec etiam obſtare debet alicui, quod *Avicenna libr.* 2. *cap.* 311. Caryophyllum dividat in marem & feminam, vulgares vocans Caryophyllos feminas, craſſosque matres, ſeu Anthophyllos vulgo dictos, ipſi fructus mares, quum irregularitate formæ, ac magnitudinis horum fructuum ſine dubio deceptus fuerit, credens fructus duarum diverſarum eſſe arborum, nec quisquam mirari debet, doctum hunc Arabicum ſcriptorem hallucinatum fuiſſe; nec melius verſatum in cogni-

waſſene, dog nog onrype vrugten, regt tegens de natuur van andere boomen, want zoo dra men maar ſlegts hier en daar eenige rodigheid aan de Nagel, of het bloeizel geopent ziet, zoo zyn deze vrugten ryp en volwaſſen, tot 's menſchen gebruik, maar niet voor de natuur, want de menſch zoekt anders niet als een half volmaakte vrugt, zoo alſſe tot de Specery bekwaam is, maar de natuur zoekt een volwaſſen vrugt, die tot de voortplanting dient:

Als nu de Nagelen rood geworden zyn, en het bloeizel afgeworpen hebben, zoo vertoonen ze boven op een plat vierkantig hoofdeken, met een kringetje of cirkeltje, mitsgaders in het zelve een klein week ſpitsken, en als dan moet menze met alle ſpoed inoogſten; want alſſe maar 2 *a* 3 *weeken langer ſtaan, zoo begint het Nageltje een dikke buik te krygen, de vier hoeken des hoofts trekken haar t'zaamen, het werd wederom groen, veel grooter als te vooren, een lit van een duim lang, ten laatſten donker-bruin, en krygt van binnen een harde korrel gelyk Baakelaren, en die hem met een bogtige linie in tweeen verdeelt, van verwe rookagtig-geel, ofte vaal als Amber, het welk het opregte Zaat van dezen Boom is, en werden daarom Moernagels genaamt, zy zyn als dan omkleed met een donkerbruin, of ſwartagtig vleis, in de dikte van een mes, 't welk zyn Speceryagtigheid meeſt verlooren heeft, en komt in ſmaak de wilde Jamboeſen naaſt, (met welken Boom als mede met nog een andere,* Caju-mera *genaamt, onzen gemelden Nagelboom groote gemeenſchap heeft) welk vleis men ook raauw eeten kan.*

De Nagelen ſtaan op korte ſteeltjes, welker drie t'zamen op een ander ſteeltje gevoegt zyn, ende deze ſtaan altyd tegens malkander, met het naaſtvolgende paar een volkomen kruis makende, yder hoofſteeltje verdeeld zynde, als gezegt, in drie andere, en daer op drie Nageltjes, zoo dat de geheele kroon moet hebben ten minſten negen en elf Beſien ofte Nagelen, maar gemeenelyk vyftien en negentien, en in een groot moeſſon eenentwintig en vyfentwintig Nageltjes, om datter dan nog boven het ordinaris drietal eenige enkelde Beſien ter zyden uitwaſſen: De Nageltjes, die aan de bovenſte takjes ſtaan, en niet geplukt kunnen werden (die maar weinig zyn) blyven aan den Boom hangen, en werden tot voorſchreeven Moernagelen, welke ryp geworden zynde afvallen, en onder den Boom, zoo dra ze de aarde raken, wortelkens ſchieten, en nieuwe boompjes voortbrengen, daar aan men het geſpleetene Moernageltje nog wel twee vingers boven de aarde verheven zien kan.

Het hout is wel hart en ſwaar, dog van geen mooye koleur, graauwagtig met geel gemengt, ongeſien en oncierlyk tot Schrynwerken, de wortelen zyn zeer diep ende regt nederwaarts gaande in de aarde, en daarom moet men in 't verplanten van de Jonge Boompjes dezelve zeer wagten, want zoo men de regte hoofd- of hart-wortel breekt, is 'er geen hoope dat het Boompje opkomen zal, of ze moeten redelyk hoog zyn, als men ze verplant, wanneer het op de onderſte ſpitze hart-wortel niet aankomt.

Daar is weinig onderſcheid tuſſchen de Nagelen hier in Amboina waſſende, want zy hebben ſchier alle eenderlei gedaante, en werden meeſt alle rood, alſſe ryp worden, dog die 'er naauw opletten, kunnen drie zoorten uitvinden, eerſt de gemene, die werd een weinig rood in 't rypen, de tweede is wat kleinder, maar werd bloed-rood, en heeten daarom by de Amboneeſen Bugulawan Kiri, *na de roode verwe van den vogel Loeri, op Ambons* Kiri *genaamt, deze vallen meeſt op de Kuſt van Hitoe by het Dorp* Aſſaloelo, *als mede op eenige weinige plaatzen van* Leytimor, *en de Boompjes van deze zoorte zyn breeder uitgebreid, en dragen meer Nagelen als de gemeene: Het derde geſlagt, 't welk men 't wyfken noemt, blyft wit, en werd maar een weinig rood, dog de vrugt is grooter als de andere: Diergelyken zyn die van* Larique, *en zyn alle deze drie zoorten even goed, en Speceryagtig, dog de laatſte bekwaamſt om olie daar uit te branden; men heeft ook eenige Nagelen van vyf of zes ſpitzen of hoeken, dog die moet men voor geen byzondere zoorte houden, want zy groejen onder andere Nagelen, ook en moet men zich daar aan niet ſtooten, dat* Avicenna, lib. 2. cap. 311. *het* Caryophyllum *verdeeld in manneken en wyfken, noemende de gemeene Nagels wyfkens, en de dikke Moernagels mannekens vrugten; nadien hy, door de ongelykheid van gedaante, en grootte dezer Beſien, buiten twyffel bewoogen is geweeſt te geloven, dat het vrugten van twee diverſche Boomen waren, en het welk niemand moet wonder geven, te weten, dat dien geleerden Arabier in de kenniſſe dezer vrugten geabuſeert is geweeſt; want, alhoewel deze Speceryen al by*

cognitione horum fructuum; licet enim aromata hæc ante octo circiter ſecula in noſtrum deducta fuerint mundum, noſtris tamen temporibus multæ falſæ narrationes, atque errores de Caryophyllis diſperguntur, ac creduntur, immo ab iis, qui Societatis negotiis aliquamdiu hiſce in regionibus functi fuerunt, quique pro certo narrare nec dicere poſſent, quinam veri ac genuini Caryophylli arboris ſint fructus, quando, & ubinam ejus flores progerminent: Duæ inſuper aliæ Caryophylli arboris ſunt ſpecies, quarum una potiſſimum habenda eſt tamquam abortus, ſeu naturæ luſus, non autem diverſa ſpecies, quæ poſtea ſub nomine *Caryophylli regii* deſcribetur: Altera autem *Silveſtre* eſt *Caryophyllum*, a vero plurimum differens, utraque in ſubſequentibus delineabimus capitibus.

Nomen. Hodierni Græci & Latini fructum hunc *Caryophyllum* vocaverunt; a *Carolo Cluſio libr.* I. *Exotic. cap.* 16. Caryophyllus dicitur, quod melius arbori convenit, uti *Malus* de arbore dicitur, *Malum* autem de fructu, rite autem diſtinguendus eſt a Caryophyllo a *Plinio* deſcripto *libr.* 12. *cap.* 7. qui longe alius eſt fructus, & ex *Scaligeri* ſententia *exercit.* 146. *Cubebe* hodie dicta putatur: e contra Caryophylli *Plinii* temporibus Occidentali mundi parti nondum innotuerunt: Medicus Græcus *Paulus Ægineta* primus horum facit mentionem, qui *Caryophyllon* vocat, & *ſeptimo ſuo libro* ita de hoc ſcribit: *Caryophillon* (tanquam diceretur Nucis folium) neutiquam ſubſtantiam habet, quæ per nomen denotatur, ſed flores ſunt lignoſi & nigri, arboris cujusdam ex India delati, digiti circiter (transverſalis nempe) longitudinem habentes, jucunde ſpirantes, acres, parum amari, calidi, & ſicci usque in tertium fere gradum, qui multum habent uſum æque in cibo ac medicamentis: *Caryophyllon* nomen ſine dubio derivavit ab antiquo Arabico nomine *Karumpfel*, vel uti *Garcias* putat *libr.* I. *arom. cap.* 21. *Calafur* & *Caraful*, quibus nominibus in hunc uſque diem apud Perſas, Arabes, & Turcas nominantur, atque innoteſcunt.

A *Caryophyllo* reliquæ depravatæ Europeæ denominationes ſuum habent ortum, uti apud Italos *Giroffeli*, apud Belgas *Garioffelen* &c. Portugalli illos vocant *Cravos* h. e. clavos ſeu ungues, uti Belgico idiomate *Nagelen* nunc quoque dicimus, atque hoc non inproprie ex eorum forma, quum parvum referant clavum, ſi ſupremum capitulum fuerit prolapſum: ſic quoque Chinenſes illos vocant *Thenghio* h. e. clavos odoriferos. Hodiernum nomen Malaicenſe eſt *Tſjancke* & *Tſjencke*, quod Portugalli ſcribunt *Chamka* & *Chamque*, quod nomen tamen Javanicum eſt, ac forte ab iſto Sinenſi *Thenghio* derivatum. Antiquæ autem Malaicenſes denominationes ſunt *Bugulawan* & *Bongulawan*: In Amboina hactenus vocantur *Bubulawan* & *Bugulawan*: In Ternata *Boholawa* & *Boalawa*: In Tidora *Gomode*. Maturi Caryophylli, matres dicti, Latinis (incertum quanam ex cauſſa) *Anthophylli*, & Belgice *Antoffelen* dicuntur, plurimum vero *Moernagelen*: Malaicenſes hos vocant *Polong* & *Ibu Tſjenke*: Quæ Malaicenſes & Amboinenſes denominationes, uti quoque iſtud *Carafful*, & *Bonga Lawan* mihi indicant, veteres credidiſſe, fructum hunc eſſe florem arborum: In omnibus enim iſtis Indicis vocabulis floris ſignificatio invenienda eſt, nec mirum eſt, veteres tam parum hoſce cognoviſſe, quum Javani ac Sinenſes hos tantum fructus incolis ſeptentrionales mundi partes inhabitantibus vendebant, nec ullum admittebant in ignotis inſulis Archipelagi hujus Orientalis, aliis perſuadentes fructus eſſe in ſua tantum patria creſcentes, uti & primis Portugallicis & Belgicis navigatoribus hoc quoque perſuaſerunt: Capitula ſupremam Caryophyllorum partem occupantia a mercatoribus *Cabeletten* & *Gapaletten* vocantur, ac feſtucæ, quibus Caryophylli inſident, *Fuſti*, *Fjuſti*, & *Fuſtons*, Portugallis *Baſton*, quæ aromate proxime Caryophyllis accedunt; Prima Caryophyllorum germina, ſeu Alabaſtri Malaicenſibus *Gagang* dicuntur, quo nomine feſtucas iſtas quoque denotant.

Locus. Nobilis hic fructus primis temporibus ſedem ſuam fixerat in inſulis tantum Moluccis, ac præcipue in *Mackian*, quæ jure Caryophyllorum genetrix habetur, & locus eſt ſub ardente æquatore, & aliis extremis Orientalis Oceani plagis ſitus, cujus nomen vix vicinis populis notum erat, ita ut fama nobilis hujus fruc-

by de agt honderd Jaaren geleden, in onze weereld gebragt zyn, zoo ziet men nog heeden by onze tyden, datter veel misverſtanden en onwaarheden van de Garioffel-Nagelen verhaald en geloofd werden, ja zelfs by die geene, die's Edeles Compagnies Factoryen al lange in deze Landen waargenomen hebben, doch die evenwel niet zekerlyk zouden konnen verhalen, welke de regte en eigentlyke vrugt des Nagelbooms zy, wanneer, en waar het bloeizel voortkomt: Daar zyn nogtans twee andere geſlagten van den Nagelboom, waar van het eene meeſt te houden zy voor een misgewas, en uitſporigheid, dan een ordinariſche zoorte, dewelke hier na onder den naam van Konings-Nagelen *beſchreven zal worden: Het ander is de* Wilde Nagel, *van de opregte zeer veel verſchillende, en welke wy mede in de volgende Kapittelen beſchryven zullen.*

Namen. *De hedendaagſche Grieken en Latynen hebben deze Vrugt* Caryophyllum *genoemt*, Carol. Cluſius, lib. I. Exotic. cap. 16. *noemtze* Caryophyllus, *'t welk beter op den Boom paſt, gelyk men zegt* Malus *van den Boom, en* Malum *van de vrugt, doch men moetze wel onderſcheiden van het* Caryophyllum *door* Plinius lib. 12. cap. 7. *beſchreeven, 't welk een gants andere vrugt is, en na* Scaligers *meininge*, Exercit. 146. *de hedendaagze* Cubebe: *Daarentegen de Nagelen zyn in* Plinius *tyden de Weſterwereld noch onbekend geweeſt: Den Griekſen* Arts, Paulus Ægineta, *maakt het eerſte gewag daar van, dieze* Caryophillon *noemt, en in zyn* 7. *Boek aldus daar van ſchryft;* Caryophillon *(als of men zeide Noote-blad) heeft geenzins de ſubſtantie, die het met zyn naam vertoont, maar het zyn ſtokagtige en ſwarte bloemen, van een boom uit India gebragt, in de lengte bykans van een vinger, (over dwars genomen) welriekent, ſcherp, een weinig bitter, heet en droog, ſchier tot in den derden graad, dewelke veelderlei gebruik hebben, zoo in de koſt als medicamenten: Het woort* Caryophillon *heeft by buiten twyffel gefatſoeneert uit de oude Arabiſche namen* Karumpfel, *of, gelyk* Garcias *wil*, lib. I. Arom. cap. 21. Calafur *en* Caraful, *met welke namen zy noch by de Perſen, Arabiers, en Turken bekend zyn.*

Van Caryophyllum *zyn de andere verdorve Europiſche namen gekomen, als by de Italianen* Giroffeli, *by de Nederlanders* Garioffelen &c., *de Portugeeſen noemenſe* Cravos, *dat is ſpykers ofte nagelen, gelyk wy ze in 't duits mede noemen, en dat niet onbillyk van haare gedaante, dewelke wel na een klein ſpykertje gelykt, als het bovenſte bolleken daar afgevallen is: Insgelyks noemenſe de Chineeſen* Thenghio, *dat is welriekende Nagels: De hedendaagſe Maleitſche naam is* Tsjancke, *en* Tsjencke, *'t welk de Portugeeſen ſchryven* Chamka *en* Chamque, *zynde egter een Javaanſche naam, en miſſchien van 't voorſchreven Sineeſe* Thenghio *afkomſtig: Want de oude Maleitſche namen zyn* Bugulawan, *en* Bongulawan: *In Amboina heeten zy noch* Buhulawan, *en* Bugulawan: *In Ternaten* Boholawa, *en* Boalawa: *In Tidore* Gomode: *De Moernagels werden by de Latynen, (onzeeker uit wat oorzaak)* Anthophylli, *in 't duits* Antoffelen, *maar meeſt* Moernagelen *genaamt, de Maleyers hetenſe* Polong, *en* Ibu Tsjenke: *welke Maleitſche en Amboinſche namen, als mede het bovenſtaande* Carafful, *en* Bonga Lawan, *my doen giſſen, dat de ouden gelooft hebben, deze vrugt te zyn bloemen van boomen: Want meeſt in alle de bovenſtaande Indiaanſche namen kan men de beteekeninge van een bloeme vinden, en het is geen wonder, dat de ouden zoo kleine kenniſſe daar van gehad hebben, vermits de Javanen en Sineeſen deze vrugten alleen aan de Inwoonders der weſterlyke deelen des werelts verhandelden, en lieten niemand koomen in de onbekende Eilanden van dezen Ooſterſchen* Archipelagus, *haar wysmakende, dat het vrugten waren in haar land groeyende, gelykſe noch aan die van de eerſte Portugeeſe en Nederlandſche Scheepvaarden gedaan hebben: De knoppen, die boven op de Nagels zitten, worden van de Kooplieden* Cabeletten, *en* Gapaletten *genaamt, en de Steelen, daar de Nagelkens opſtaan,* Fuſti, Fjuſti, *en* Fuſtons, *by de Portugeeſen* Baſton, *dewelke in Speceryagtigheid de Nagelen naaſt komen: De eerſte uitſpruitzelen en knopjens der Nagelen worden by de Malleyers* Gagang *genaamt, met welken naam zy ook de voorſchreven ſteeltjes beduiden.*

Plaatzen. *Deze Edele vrugt had in voorige tyden haar eenige ſtandplaats in de Moluxe Eilanden, principalyk op* Mackian, *'t welk met regt voor de moeder van de Nagelen gehouden wert, een plaats onder de brandende hitte des evenaars, en aan de uiterſte deelen des Ooſterſchen* Oceaans *gelegen, wiens naam ter naauwer nood ook aan*

fructus in Europa utrosque Castiliæ & Portugalliæ reges commoverit, ut classibus suis incognitas hasce insulas, tamquam alteram *Colchidem*, investigarent, quique illos in ulteriorem adduxerunt nobis cognitionem, illi autem lascivia ac superbia gubernatorum suorum in incolarum odium prolapsi, ex possessione harum insularum detrusi fuerunt. Paulo ante Portugallorum adventum incolæ parvæ *Ceramæ*, *Hoeamohel* dictæ, Anthophyllos ex Mackian clam subduxerunt, inque sua regione terræ commiserunt, ubi læte progerminarunt, & copiose propagantur. Hunc autem honorem sibi tribuunt *Combellenses*, quem in finem in montibus suis circa pagos *Massili* & *Nouhatoe* binas tresve ostenderunt vetustissimas Caryophyllorum arbores, usque ad Belgarum imperium ibi observatas, quas matres reliquarum Amboinensium Caryophyllorum arborum habent, ex quibus singulis bona fruge totum *Bahäar*, seu quingenta Hollandica pondera fructuum, immo sæpe plura decerpunt; brevi post *Hitoenses* simili illos acquisiverunt modo, suaque in regione plantarunt: *Leytimora*, seu parva Amboina, & insulæ Uliassenses nullos produxerunt Caryphyllos usque ad Belgarum adventum, quorum cura ibi primum plantatæ fuerunt hæ arbores, exceptis *Nussavivensibus*, qui jam Portugallorum tempore quosdam Caryophyllos ab *Hitoensibus* acceperant per magnam familiaritatem, quam cum illis in *Ternata* exercebant: In insula *Honimoa* gloriantur *Tiouwenses* & *Paperöenses* primos sese fuisse Caryophyllorum plantatores; sed hoc sine dubio haud diu ante Belgarum adventum erit peractum, quum ex Portugallorum scriptis appareat, nullas Uliassenses insulas ullos produxisse Caryophyllos: Hodie autem, quum primum variis cladibus ac bellis, dein vero certis pactis, & cum incolis statutis conditionibus in insulis Moluccis vastatæ sunt Caryophyllorum arbores, & exstirpatæ, nunc solummodo in Amboinæ provincia inveniuntur, non autem in omnibus ejus plagis, sed plurimum in Amboina proprie dicta, ac tribus minoribus vicinis peninsulis *Oma* nempe, *Honimoa*, & *Nussalauta*. In aliis enim adjacentibus locis ob continuam incolarum rebellionem omnes evulsæ fuerunt. Non magnas amant insulas, uti *Gelolo*, *Ceramam*, *Bouronem*, & *Celebem*, quæque in *Boero* crescebant, non ultra semi milliare a litore remotæ erant, quæ enim profundius in frigidioribus montibus crescunt arbores, fructus non læte producunt, similiter non nimis littori vicinæ locentur, ne aër marinus illas perdat, vel exurat.

A Javanis & Macasserensibus arbusculæ quædam simul cum terra, ut & Anthophylli, transvectæ fuerunt, quæ læte satis excreverunt, & justam acquisiverunt altitudinem, sed fructus producere ibi recusarunt: Unde apparet, quod summus rerum arbiter sapienter singulæ regioni suas collocaverit divitias, Caryophyllosque in Moluccensium regno constituerit, extra quod nulla humana industria propagari, vel perfecte coli possunt; comprehendimus autem sub Moluccensi imperio insulas quoque *Boero* & *Xulas*, quæ antea sub Ternatensi ditione fuerunt, atque partim adhuc ipsi subjectæ sunt.

Claudius Salmasius in *Homonymis* post *Solinum cap.* 95. annotavit, *Avicennam* primum fuisse, qui indicavit Caryophyllos apud Sinæ populos, h. e. Sinenses crescere, quod ita intelligendum est: Sinenses mercatores antiquis temporibus Moluccas frequentarunt, indeque Caryophyllos in suam reduxerunt patriam, qui tum in Moluccis in nullo erant pretio, hos iterum aliis peregrinis vendiderunt, vel ad illos transmiserunt, illisque persuaserunt, fructus esse in patria sua provenientes & crescentes. Simulque addo, Sinenses forte tum temporis hisce fructibus nomen *Tenghio* imposuisse, unde Malaicenses & Moluccenses suum *Tsjenke* deflexerunt, vera enim nomina indigena sunt *Boa Lawan*, *Boengoe Lawan*, & *Bugu Lawan* h. e. fructus, seu flos clavum referens.


Idem *Salmasius* putat meliore jure Caryophyllos aromaticos *Anthophyllos* vocandos esse, cum decerpantur, quum floreant, & Caryophyllos matres, seu Anthophyllos Caryophyllos dicendos esse, dum revera nucem referant minorem, & intus unicum gerant nucleum, instar Olivæ ossiculi, sed tempore nomina hæc sunt commixta, & permutata: Idem quoque auctor putat; *Caryophyllum Plinii* idem cum nostris esse Ca-

de naburige volkeren bekend was, zoo dat het gerugte van die Edele vrugt in Europa de beide Koningen van Castilien *en* PORTUGAAL *met haare vlooten, elk om 't zeerst, deze verborgen Eilanden, als een tweede* Colchis, *dede opzoeken, en dewelke ons dezelve in naarder kennis gebragt hebben, en zy lieden daarentegen zyn door baldadigheid, en hoogmoed van haar garnisoenhouders in den haat der Inlanders gekomen, en ook uit het bezit dier Landen gestooten: Kort voor de aankomst der Portugeesen hebben de Inlanders van klein* Ceram, *genaamt* Hoeamohel, *de Moernagels van Mackian heimelyk ontvoert, en die op haar land geplant, alwaarse zeer weeldrig vermenigvuldigden: Deze eer schryven haar die van* Combello *toe, tot welk bewys zy lieden in haar gebergte, by de Negorytjes* Massili, *en* Nouhatoe, *getoont hebben, tot diep in de tyden van de Nederlandsche regeering, twee a drie groote en zeer oude Boomen, diese voor de moeder van alle de Ambonische Nagelboomen wilden gehouden hebben, en waar van zy in een groot mousson van yder Boom een* Bahaar *of 550. Hollandsche ponden, en zomtyds meer, hebben afgeplukt, kort hier na hebbense de* Hitoeesen *mede op diergelyken manier bekomen, en in haar Land geplant:* Leytimor *(ofte klein Ambon) en de Uliassersche Eilanden hebben geen Nagelen gehad tot de komste der Hollanders toe, door welkers last zy daar eerst geplant zyn, behalven die van* Nussavive, *dewelke al in de Portugeessen tyd eenige Nagelen van de* Hitoeesen *bekomen hebben door de groote gemeenschap, die ze met dezelve in* Ternaten *hielden; op het Eiland* Honimoa *roemen haar die van* Tiouw *en* Paperoe, *datze de eerste Nagelplanters geweest zyn, maar dit zal buiten twyffel niet lange voor der Nederlanders aankomst geweest zyn, vermits uit der Portugeese schriften genoegzaam blykt, dat gene van de Uliassersche Eilanden in haar tyd Nagelen gehad hebben: Hedensdaags, na datze door verscheiden ongevallen en oorloogen, doch meest door contrakten met de Inwoonders aangegaan, in de Molukkos uitgeroeid zyn, werdense nu alleenig gevonden in de Provincie Amboina, en dat noch niet in alle gedeeltens daar van, maar meest op het Eigentlyke Amboina, en de drie kleine daar aangelegene Eilandekens,* Oma, Honimoa, *en* Nussalaut: *Want op andere naburige plaatzen zynze, wegens de gedurige rebellie der Inwoonders, allegaar uitgeroeit. Zy wassen niet gaarne op groote Eilanden, als* Gelolo, Ceram, Bouro, *en* Celebes, *die op* Boero *wassen, stonden niet boven een halve myl van strant, want die diep in 't koude gebergte staan, willen niet wel dragen: Insgelyks moetense ook niet te digt op strant staan, op datze de zee-lugt niet bederve, of verbrande.*

Door de Javanen en Makassaren zyn ook wel eenige Boompjes, en Moernagels na haar land met de aarde vervoert, die ook groot geworden zyn, maar zy hebben aldaar gene vrugten willen dragen: Blykende dierhalven, dat God den Heer, zeer wysselyk aan yder Land zyn rykdom gevende, de Nagelen binnen den omkring van het Moluxe *gebied besloten heeft, waar uit zy door geen menschelyke naarstigheid te brengen zyn, wy verstaan onder het Moluxe gebied mede de Eilanden* Boero, *en* Xulas, *dewelke voor dezen onder de Kroon van* Ternaaten *gestaan hebben, en ten deele noch staan.*

Claudius Salmasius *in zyne* Homonymis *agter* Solinus *gesteld,* Cap. 95. *heeft aangemerkt, dat* Avicenna *den eersten geweest zy, die gezegt heeft, dat de Nagelen by de volkeren* Sinæ, *dat is, Sineesen groeyen, 't welk men aldus verstaan moet. De Sineesse Koopluiden hebben in oude tyden de Molukkos gefrequenteert, en van daar de Nagelen naar haar Land gevoerd, dewelke doen in de Molukkos noch in geen agting waren, dezelve hebbense dan wederom of aan de vremde verkogt, of dezelve toegevoerd, en wysgemaakt, dat het vruchten waren in haar Land groeyende. Ik doe daar by, dat misschien de Sineesen doenmaals aan deze vrugten den naam van* Tenghio *gegeven hebben, waar van de Maleyers, en Molukkanen haar* Tsjenke *gemaakt hebben, want de regte Inlandsche naamen zyn* Boa Lawan, Boengoe Lawan, *en* Bugu Lawan, *dat is een vrugt, of bloem, die naar een spyker gelykt.*

Dezelve Salmasius *meent, dat men met beter reden de Specery-Nagelen behoorde* Anthophylla *te noemen, dewylse geplukt werden, alse noch in 't bloeyen staan, en de Moernagelen* Caryophylla, *dewylse in der daad naar een Nootken gelyken, en van binnen een korrel, als een Olyfsteen hebben, doch metter tyd zyn deze benamingen verwisselt, waarmede ik my conformere. Noch sustineert hy, dat* CARYOPHYLLUM PLINII *een en het zelfde zy met onze Nagelen, doch*





Caryophyllus aromaticus. L.

Caryophyllis, *Plinium* vero *Cabelettas* pro vero habuisse fructu, quæ re vera Piperis granum referunt, ipsosque Caryophyllos pro festucis habuisse, uti & Plinius alio in loco Corallia rubra, quæ filo trajiciuntur amenti gratia, pro Corallii arboris fructibus habuit, prætereaque Caryophyllo suo jucundum tribuit odorem; Caryophylli itaque longe ante *Paulum Æginetam* occidentalibus populis jam innotuissent, quod difficultatem includit, dum apud nullum antiquiorem alium Auctorem horum fiat mentio.

doch dat Plinius *de Cabeletten voor de regte vrugt heeft aangezien, de welke in der daat een Peper-korrel gelyken, en de Nagelen voor de steelen, gelyk hy op een ander plaats de roode Coraalen, die men aan de snoeren rygt, voor de vrugten van den Coraal-boom aangezien heeft, en daar en boven zyn Caryophyllum een goeden reuk toeschryft. Dies zouden de Nagelen al lang voor* Paulus Ægineta *aan de Wester wereld bekent zyn geweest, 't welk zyn zwarigheyt heeft, dewyl men by geen ouder Autheuren gewag daar van vint.*

EXPLICATIO

Tabulæ Primæ,

Exhibentis ramum *Caryophylli* floribus ac fructibus onustum; Malaicensibus *Tsjenke* dicti.
A. *Gagang*, seu prima Caryophyllorum rudimenta.
B. Caryophylli completi.
C. Caryophylli florentes.
D. *Caryophylli* matrices, seu *Anthophylli.*
E. *Internum* Caryophyllorum matricum *officulum.*
F. *Eruca*, quæ quibusdam annis ipsam *Caryophyllorum arborem* perforat.
G. *Oblongus vermis*, qui ramos, ac foliorum raches per longitudinem *a b* depascit.

AANWYSINGE

Van de Eerste Plaat,

Verbeeldende een tak van den *Nagelboom* met zyn bloem en vrugten, by de Maleyers *Tsjenke* genaamt.
A. *Gagang*, of de *eerste Schepselen* der *Nagelen.*
B. De *volwasse Nagelen.*
C. *Bloeiende Nagelen.*
D. De *Moernagelen.*
E. De *Binnenste korrel* van de *Moernagelen.*
F. Een *Rupse*, die op sommige jaaren den *Nagelboom* doorbyt.
G. Een *langwerpige Worm*, die de takken, en ryskens in de lengte *a b* doorknaagt.

OBSERVATIO.

Caryophyllum a variis denominatum est, sed a nullis descriptum auctoribus, quale à nostro *Rumphio*. Denominatur autem a *Pluknet.* in *Almag. pag.* 88. Caryophyllus aromaticus *Indiæ Orientalis, fructu clavato Monopyreno.* & in *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 1. exhibetur. à *Casp. Bauh.* in *Pinace p.* 410. Caryophyllus aromaticus *fructu oblongo*, & a *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 49. alterius Editionis. *Tournef. Inst. p.* 661. à *Dalechampio* in *Histor. Lugd. pag.* 1759. Caryophylli aromatici, & a *Joh. Bauh. part.* 1. *pag.* 423. Caryophylli Indici. a *Clusio* in *Exot. p.* 16, & *Acost. p.* 267. à *Pisone* in *Mantissa arom. p.* 177. Tschinka. Vide porro *Hortum Cliffort. p.* 207. & *Samuel: Dale Pharmac. p.* 323. qui varia insuper exhibet Synonyma, ac virtutes Medicas. Ut & *Weinmann. Phytanthoz. p.* 62. *Tab.* 324. *litt.* a. & *Rumphii Observat.* 21. *p.* 50. *dec.* 2. *ann.* 1. *Naturæ Curios.* de Caryophyllis, ut & *Valent. Musæum Musæor. Libr.* 2. *Sect.* V. *Cap.* VII. *p.* 449. *Tab.* 2. ac *Fr. Valentyn, Amboinæ descript. p.* 144. *No.* XXXI. & Blackwell. *Herbal. Tab.* 338.

AANMERKINGE.

De Nagelboom is van verscheide Schryvers benaamt, dog van niemant zoo wel beschreven, als van onzen *Rumphius*; van *Pluknet* in zyn *Almag. pag.* 88. wert ze genaamt Caryophyllus aromaticus *Indiæ Orientalis, fructu clavato Monopyreno*, en in zyn *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 1. verbeeldt. van *Casp. Bauh.* in zyn *Pinax p.* 410. wert ze Cariophyllus aromaticus *fructu oblongo* genaamt; en van *Breyne*, in zyn *Prodr. Secund. pag.* 49. van de tweede Druk; en Caryophylli aromatici van *Dalechamp* in zyn *Histor. Lugd. pag.* 1759. van *J. Bauh. Histor.* eerste deel. *pag.* 423. Caryophylli Indici. Van *Clus. Exot. p.* 16. en *Acost.* van *Clus. p.* 267. van *Piso* in zyn *Mantissa aromat. p.* 177. Tshinka. Zie verders de *Hortus Cliffort. p.* 207. en *Samuel Dale* in zyn *Pharmacol. p.* 323, die nog verscheide benamingen, en der zelver kragten opgeeft. Als mede *Weinmann* in de veelvuldige benaming, en Beschryving der planten *pag.* 76. *Tab.* 324. *lett. a*, en *Rumphii Observat.* 21. *p.* 50. *dec.* 2. *ann.* 1. de Caryophyllis; als mede *Valentin. Musæum Musæor. Libr.* 2. *Sect.* V. *Cap.* VII. *p.* 440. *Tab.* 2. en *Fr. Valentyn* Beschryving van *Ambon. p.* 144. *No.* 31. en Blackwel *Herbal. Tab.* 338.

CAPUT SECUNDUM.

Cultura, Messis, & Virtutes Caryophyllorum.

DUm, uti dictum est, *Caryophylli* in Amboinam aliis ex locis fuerunt translati, hinc majori cura hic sunt colendi, & tractandi, quam in naturali ipsorum patria *Mackian* &c. ubi clima sponte illos producit, atque sine ullo hi labore progerminant: E contra hic in Amboina ab incolis diligenter excolendi sunt, atque ubi desiderantur, etiam plantandi: Arbusculæ autem juniores umbram aliarum arborum, sed non opacam amant, adultiores autem si fuerint, reliquæ Silvestres arbores sunt exstirpandæ, ut fertiliores sint, atque ab una alterave parte frugifera tantum relinquenda arbor est, ita ut silva ex Caryophyllis arboribus consita sit jucundi adspectus, ambulationibusque apta, quum nullæ silvestres, vel majores plantæ ibi relinquantur, quæ caussa quibusdam incognita quum fuerit scriptoribus, hi putarunt, & indicaverunt, Caryophyllos tam calidæ esse naturæ, ut nullæ sub hac arbore crescere possent herbæ, quod autem potissimum continuo hominum labore impeditur: Si enim Caryophyllorum arbores non depurentur, silvestres herbæ adeo arcte & copiose ipsis accrescunt, ut pereant, vel silvestrem induant naturam. Immo Caryophylla non ita arcte locanda sunt, ut se se invicem tangant, tales enim arbores instar Laricum altissimè crescunt, nec multos dant fructus; Compertum quoque fuit, Caryophyllum læte crescere inter

II. HOOFDSTUK.

Aanqueking, Oegst, en krachten van de Nagelen.

DEwyl, *als gezegt is, de Nagelen in* Amboina *van elders overgebragt zyn, zoo moet men ze aldaar met wat meerder moeyte havenen; dan in haar natuurlyk Vaderlandt* Mackian *&c. daar ze dien Landaart van zelve liet opwassen, zonder eenige moeyte daar aan te doen: daar en tegen hier in Amboina moeten ze door de Inlanders zorgvuldiglyk waargenomen, en daar men ze hebben wil, aangeplant worden: de jonge boompjes willen wel onder de schaduwe van eenig dun geboomte staan, maar groot geworden zynde, moet men al het wilde geboomte daar tusschen uytroeyen, op dat ze te vrugtbaarder werden, latende slegts hier en daar een vrugtboom staan, zoo dat een regt Nagelbos zeer playzierig is om aan te zien, en gemakkelyk te doorwandelen, vermits men geen groote ruygte daar onder laat opkomen, welke oorzaak eenige Schryvers onbekent zynde, zoo hebben zy gemeent en voorgegeven, dat de Nagelen van een zoo heeten natuur waaren, datter gants geen groente onder dien boom wasschen konde, doch 't welk veel meer door jaarlykzen arbeid der menschen geschiet: want indien men de Nagelboomen niet zuivert en havent, dan groeid de wilde ruigte zoo digt daar tegen op, datze verstikken en verwilderen: Ja zelfs mogen de Nagelen niet zoo digt staan, datze malkanderen raaken, want dezulke schieten zoo hoog op als Sparren, en draagen niet wel: men heeft ook ervaaren, dat den Nagelboom zeer wel staan wil tusschen anderen*

ter alias frugiferas arbores, uti inter *Canarium*, *Gajangam*, *Calappum* &c. quæ ſi exſtirpantur, Caryophyllorum arbor ſenſim marceſcit, & languet, paucioresque producit fructus: Attendendum autem eſt, ne tales frugiferæ arbores umbra ſua opprimant Caryophyllum, ſed ſemper ita diſtent, ne ſeſe invicem tangant: Obſervatum itidem eſt, Caryophyllum plantatum, vel terræ commiſſum in altioribus incultis Silvis, arborem hanc ſatis excreſcere in altum, magnaque producere folia, paucos autem gerere fructus, immo totam degenerare in alteram ſpeciem, quæ Silveſtres Caryophylli dicuntur, nec aromaticam habent vim, quod tamen raro fit, & hinc parum eſt notum.

Si Caryophylli incipiant rubeſcere vel florere, inſalubre habetur diu in talibus ambulare Silvis, quum Cephalalgiam cauſſant; hoc tamen magis ferventibus menſibus Octobri & Novembri adſcribendum eſt.

Arbores, quæ ex Anthophyllis progerminant, altiſſimè, ac vegete creſcunt, plurimæque ſimplici erecto trunco, quum autem hæ difficillimæ ſint adſcenſui, ac plura producant folia, quam fructus, hinc incolæ illas contemnunt, unde plurimum tranſplantantur arbores, licet enim harum arbuſcularum tranſplantatio ſit laborioſa, atque incerta, donec hominis altitudinem acquiſiverint, ramis tamen latiûs ſeſe extendunt, facilioremque præbent adſcenſum, melioresque dant fructus, & copioſiores: Non ſunt plantandæ in ſolo ſabuloſo, vel duro argilloſo, vel ubi carex creſcit, ſed in nigro læte creſcunt ſolo, ſub quo per Palmæ latitudinem obſcure flava invenitur terra, hinc inde majoribus mixta lapillis, & uti dictum fuit, locus iſte arbuſculis obumbratus ſit, quales ſunt agreſtes arbores, ſub quibus herba *Ruttu Ruttu* (certa Muſci terreſtris ſpecies) copioſe creſcit. Quas porro incolæ cautelas ſpecificas circa plantationem harum arbuſcularum obſervent, ut rite has teneras colant Caryophylleas arbores, non utile erit omnia illa enarrare.

In inſulis Moluccis juniores arbuſculæ ſeptimo vel octavo anno fructus producere ſolebant, in Amboina vero decimo vel duodecimo ætatis anno, tumque utile foret, primos illos fructus ſponte prolabi, quum multum faveret arboris hujus incremento. Antea omni triennio in Amboina, nunc autem plurimum omni quadriennio copioſa eſt horum fructuum ſeges.

Immo in Hitoëæ ora copioſa illa ſeges in ſextum vel ſeptimum ſæpe extenditur annum, cujus cauſſa eſt, quod incolæ arbores haſce inclementer, ac ruditer tractent, quum colligant fructus, tot tantosque ſæpe avellentes ramos, ut longum requiratur tempus, antequam acceptum reſarcire valeant damnum. Minores intervenientes fruges *Moeſſon Salattam* h. e. Zephyreæ tempeſtates vocantur, quum continui Zephyri multas adferant pluvias frigidas, quæ efficiunt, ut loco primorum fructuum germinum, nil niſi folia propullulent: Major autem iſta ſeges, ſeu uberior iſta tempeſtas non in omnibus locis æqualis eſt, ſeu ſimul eodem incidit tempore, ita ut una terræ plaga optimam producat frugem, altera autem ipſi vicina fere nihil. Caryophyllorum collectio ſequenti peragitur modo. Si Caryophylli in corymbis rubri appareant, floresque hinc inde ſeſe prodant, proximaque corymbo folia plurima decidant, tum omni ope collectio fructuum horum eſt inſtituenda. Primum ſub arboribus terra depuratur, quæ ſcopis verritur, dein quidam arborem conſcendunt, proximosque ramulos manibus attrahunt, fructuumque corymbos manibus diffringunt, remotioresque ramos baculis hamatis adducunt, iterumque corymbos decerpunt, quos corbibus imponunt, vel plerumque in terram projiciunt: Alii in terra locati ramos ſæpe totos diſcerpunt, qua attractione ſæpe tot diſrumpuntur rami, ut arbor dein per aliquot annos quieſcere debeat, antequam vires ſuas recuperet. Magis ruditer autem illi agunt, qui laqueis ex Rottanghæ, & Goemut filis confectis ſuperiores ramos vi attrahunt, ſeu longioribus baculis ramos decutiunt, quo fit, ut arbores quam maxime lædantur, qui autem arbores ſuas in majori habent pretio, hunc non inſtituent colligendi modum, ac non niſi ſummos tantum læviter decerpent corymbos.

Virides hi avulſi Caryophylli quibusdam in locis, præſertim in *Larique*, primum aquæ fervidæ immerguntur, dein amplis obteguntur foliis, tigilliſque inponun-

dere Vrugtboomen, als Canaris, Gajang, Calappus &c. en zoo men deze daar uitkapt, dat den Nagelboom merkelyk zal beginnen te treuren, en minder te dragen: Doch dient gelet, dat zoodanige Vrugtboomen de Nagelen met haare ſchaduwe niet moeten onderdrukken, maar altyt zoo ruim ſtaan, datſe malkanderen niet en raaken: Insgelyks is bevonden, dat zoo den Nagel geplant, of gezaait wert in hooge wilde boſſchen, den Boom als dan wel hoog opſchiet, en groote bladeren krygt, maar weinig vruchten draagt: Jaa geheel en al veraert in een ander geſlachte, 't welk men wilde Nagelboomen noemt, die gantſch niet ſpeceryagtig zyn, doch 't welk echter zelden gebeurt, en daarom weinig bekent is.

Als de Nagelen beginnen root te werden, en te bloeyen, agt men het voor ongezont, lang in die boſſchen te wandelen, om datſe hooftpyn veroorzaaken, doch 't welk egter veel meer de heete maanden October en November toe te ſchryven is.

De Boomen, die van Moernagels opkoomen, ſchieten zeer weeldrig en hoog op, meeſt met een rechte ſtam, maar vermits deze zeer moeilyk zyn om te beklimmen, ook meer bladeren dan vrugten dragen, zoo haaten de Inlanders dezelve, weshalven het meeſte deel verplant wert, want al is het verplanten dezer boompjes veel moeite en zorgen onderworpen, tot datſe de hoogte van een Man krygen, zoo verbreiden zig echter deze boomen met de takken veel wyder uit, zyn gemakkelyker te beklimmen, en draagen ook beter vruchten: Zy moeten in geen zandige noch harde kleygront geplant werden, noch daar het lange ſnygras ſtaat, maar komen beſt voort op ſwarte gront, daar een hand diep onder bruine en donkere geele aarde begint, hier en daar vermengt met groote ſteenen, en, als gezegt; de plaats moet met eenige laage boompjes beſchaduwt wezen, gelyk daar zyn de Landboomen, onder welke het kruyd Ruttu Ruttu (zynde een zoort van aart-mos) overvloedig waſt. Wat naaukeurigheit de Inlanders verders in 't aanplanten van de Nagelboompjes moeten agtervolgen, om deeze teere Boomen op te brengen, zal niet noodig zyn ſtiptelyk op te haalen.

In de Molucce Eilanden plagten de jonge boompjes op het zevenſte of agtſte jaar vruchten te dragen, maar in Amboina moetenze al 10 a 12 jaaren out zyn, en dan waſt het noch al raatſaam, dat men de eerſte vrugten, van zelfs liet afvallen, naa dien het tot de wasdom van dit boompje veel zoude helpen. Voor dezen plagt alle drie jaren in Amboina een groot Gewas te zyn, maar het is nu meeſt op het vierde jaar gekomen.

Jaa op de Kuſt van Hitoe verſchillen de groote Moeſſonnen zomtyts wel zes en zeven jaaren van malkander, waar van de oorzaak is, dat de Inlanders deze boomen zeer ongenadelyk handelen, by het in-oegſten zoo veel takken ſcheurende, en breekende, datſe een langen tyt ruſt vereyſchen, om de geledene ſchaade wederom te verzetten: De tuſſchenkomende kleine Sayſoenen heet men Moeſſon Salattan, dat is Zuid-ſayſoen, om dat de geduurige zuide winden veele koude reegens bybrengen, dewelke veroorzaaken, dat in plaats van de eerſte Schepzelen of Gagans, niets dan blaaderen voortkomen: Het groote Moeſſon valt niet op alle plaatzen te gelyk, zoo dat de eene ſtreeke des Lands een groot gewas zal hebben, en de naaſt daar aan gelegen niet: Het in-oegſten der Nagelen geſchiet aldus: Als de Nagelen maar aan de kroontjes beginnen root te werden, en het bloeizel hem hier en daar vertoont, en de naaſte bladeren aan het kroontje meeſt afgevallen zyn, dan moet men de inſameling met alle magt ſpoeden: Vooreerſt zuivert men de gront onder de boomen, en veegt die met beſemen, daar naa klimmen eenige op den boom, de naaſte takjes haalenſe met de hant naa haar, en breeken de kroontjes met haar handen af, de verdere takken moetenſe met Bamboezen, daar haaken aangebonden zyn, naa haar toe trekken, en de trosjes afbreeken, dieſe dan in haar korfjes ſteeken, of meeſtendeel om laag laaten vallen: Anderen, die beneden ſtaan, hakken insgelyx de takken geheel af, en door dit rukken werden zoo veel takjes gebrooken, dat den boom eenige jaaren daar na ruſten moet, eer hy zyn kragten wederom krygt: Noch rouwer gaan zy te werk, die met ſtroppen, van Rottang en Goemut-touwen gemaakt, de bovenſte takken met gewelt naa haar trekken, of met lange ſtokjes de takjes afſlaan, waar door de boomen zeer geſchonden, en gekrenkt werden, maar die zyne boomen in waarde hout, zal deze manier niet gebruyken, en by het in-oegſten niet meer als effen de trosjes afbreeken.

De afgeplukte groene Nagelen werden op eenige plaatzen, inzonderheid op Larique, eerſt in het water gedoopt, daar na met breede bladeren toegedekt, op ſparre in den rook ge-

ponuntur, ut fumo inpraegnentur, atque sub his fumeus locatur ignis, per aliquot dies ita in fumigio relinquuntur, quod *Soffo* dicitur, unde ruffum acquirunt colorem: Plurimi autem incolae ita fumo illos suffocant, nec antea in aqua illos immergunt, hique suffuminati Caryophylli ardenti tum soli exponuntur, & exsiccantur, vel pluvioso tempore supra ignem in fumo, in sole autem multo melius est, tumque nigrum mox induunt colorem, *Laryxenses* autem Caryophylli non penitus atri sunt, sed ruffi manent: Experimentum autem, an bene sint siccati, in eo consistit, quod unguibus abradi possit quaedam portio, atque intus laete purpureum praebeat colorem, qualis est Cerasi dissecti. Tales autem Caryophylli, qui sine hac suffocatione seu suffumigio in sole vel fumo tantum exsiccantur (quod fit cum iis, qui sponte decidunt, vel si tam parva sit portio, ut suffocationis labor ipsi non respondeat,) rugosi sunt, leves, & sordidi, hique ab emptoribus ac questoribus recusantur, vel seliguntur, quos ut fallant, Incolae solebant illos tingere fumo *Dammar*, hoc autem detegi potest, si manus commaculent: Vera horum fructuum messis est ab Octobri usque in Decembrim, subsequentibus vero mensibus lanci inponuntur, si a festucis aliisque sordibus fuerint depurati, capitula *Kabeletten* dicta remanent, sed haec sensim sponte decidunt, unde semper in ingentibus Caryophyllorum acervis magna grumae quantitas ex delapsis hisce capitibus floribusque emarcidis apparet, & invenitur.

Sin mercatoribus tradantur Caryophylli, nulli Anthophylli, vel albi isti Caryophylli admixti sint, quum in utrisque nulla reperiatur aromatica vis: Silvestres vero Caryophylli facillime dignoscendi sunt, quum multo sint majores, pallidiores, magisque insipidi quam vulgares seu veri, nec Incolae facile illos admiscebunt, gnari satis, quod hoc ob crimen plecterentur. Ex Ternatensium relatione Caryophyllum ultra centum annos vivere potest, quum circa *Anian* in regione *Hoeamohel* Caryophyllum fuerit observatum, quod in primis bellis cum *Kimelaha Madyra* fuerit amputatum, & ex incolarum computatione tum centum & triginta implebat annos; erat haec arbor tam vasta & crassa, ut duo vix viri illam brachiis amplecti possent; Unica haec arbor vice gerebat duo Bahara, h. e. 1100 pondera Caryophyllorum, & ante quinquaginta annos, quum Hitöeenses Belgas in hanc advocarent terram, ex eadem arbore unum Bahar h. e. 550 pondera Caryophyllorum decerpserunt, quos Belgis tanquam speciem donarunt. Hodie autem non ita senescunt, cujus caussa putatur esse memorata ista rudis fructuum collectio, seu quod Amboinae montes sunt frigidiores, quam Moluccae. Circa enim annum 1666 in Hitoaë variae perierunt Caryophyllorum arbores prae senectute, quae juxta incolarum relationem plantatae fuere sub imperio *Frederici Houtmanni* primi Amboinae gubernatoris, h. e. ante sexaginta circiter annos: In aliis Leytimorae plagis quaedam etiam jam intereunt, quae sub gubernatore *Hermano Speultio* h. e. ante quinquaginta annos plantatae fuerunt; Maximum autem damnum patiuntur ex ingenti & insolito tempore sicco, quod quibusdam annis hancce vexat Provinciam: Caryophyllum enim natura sua est fervidum, humidumque expetit aërem, unde modicas pluvias, solumque humidum desiderat, alioquin perit arbor.

Maxima autem harum arborum pestis est vermis quidam forma vulgarium alborum Cossorum, seu Erucarum, durum & ex nigro fuscum gerens caput: Teredo haec in ipso gignitur & crescit ligno, unde arbor brevi perit, quod dignoscitur, si ejus truncus hinc inde lachrymas emittat, atque ex hocce vitio anno 1667 & subsequentibus multa millia arborum in Leytimora & Hitoënsi plaga perierunt.

Caryophylli, praeterquam quod ab hominibus, a quadruplici insuper avium genere propagantur, per virides nempe & albas palumbas, per avem annuam dictam, & Casuarim, uti in Banda per easdem palumbas Nuces Moschatae propagantur.

Usus. De Caryophyllorum usu hoc in loco pauca dicemus, partim quum eorum usus satis per Europaeos libros sit divulgatus, partim quum in India parum usurpentur: Videtur enim naturae Creator hosce produxisse non tam in usus ferorum horum incolarum, quam in Europaeorum commodum, ac praesertim Boreali populo. Quum enim Caryophylli fervidam habeant essentiam, superantem fervore, non autem

gelegt, en daar onder een smookent vuur gestookt: Men laatse eenige etmaalen aldus smooren, 't welk men Soffo *noemt, waar vanze een rosse koleur krygen: De meeste Inlanders smoorenze alzoo in den rook, zonder dezelve te vooren in water te steeken, en deze gesmoorde Nagelen werden als dan in de heete Son gedroogt, of by regenagtig weer boven 't vuur in den rook; maar in de Son is het veel beter, en krygen als dan eerst haar swarte koleur, doch de* Laryxse *Nagelen worden niet regt swart, maar blyven bruin: De proeve van wel gedroogt te zyn is, dat menſe met de Nagel kan afknippen, en binnen een paars purper als van een opengesneden Kersse vertoonen: Die gene, die zonder dit smooren slegts in de Sonne of rook gedroogt werden ('t welk geschied met die van zelfs afvallen, of alsse zoo we'nig hebben, datse de moeite van 't smooren niet waard zyn) werden rimpelig, ligt, en ongezien, en van de Ontfangers uitgeschooten, om welke te bedriegen, plegen de Inlanders die met den rook van* Dammar *te verwen, doch dat gemerkt kan werden, als zy de handen besmetten: Den rechten Oegst is van* October *tot December, in de volgende maanden brengt menſe ter schaal, alsse van de steelen, en andere vuiligheden wel gezuivert zyn, maar de Kabeletten kunnen zy niet wel afkrygen, doch die vallen metter tyd van zelfs af, weshalven men onder alle Nagelhoopen altyd een goede partye gruis van deze afgevallene Kabeletten, en droog bloeizel vint.*

In 't leveren aan de Koopluiden moeten 'er gene beginnende Moernagels, of voorschreve witte Nagelen onderlopen; want in die beide geen speceryagtigheit en is. De wilde Nagelen kan men zeer ligt kennen, want die veel grooter, bleeker, en onsmaakelyker zyn als de regte, de Inwoonders zullense niet ligt daar onder mengen, vermits ze wel weten, datse daar over gestraft worden: Volgens het zeggen der Ternatanen zoo kan de Nagelboom over de 100 *jaar out worden, hebbende omtrent* Anien, *op 't Land* Hoeamohel, *een Nagelboom gestaan, die in de jongste* Oorloogen *met* Kimelaha Madyra *omgekapt is, na reekening der Inlanders, doenmaals* 130 *jaren out zynde: hy was zoo groot en dik, dat hem pas twee mannen omarmen konden: hy droeg in een vol Sayzoen twee Baharen, (dat is* 1100 *ponden Nagels) en vyftig jaren te vooren, wanneer de Hitoeesen de Nederlanders in dit Land wilden roepen, hebbense van denzelven Boom een Bahar dat is* 550 *ponden Nagelen geplukt, om die aan dezelve tot een monster te vereeren: Hedendaags werdense zoo out niet meer, waar af de oorzaak is, zoo men gist, de voornoemde rouwe handelinge, of dat Amboina kouder bergen heeft dan de Moluccos: Want omtrent het jaar* 1666, *zyn op Hitoe uitgegaan eenige Nagelboomen alleen van ouderdom, dewelke na 't zeggen der Inlanders geplant zyn onder de Regeering van* Fredrik Houtman, *eerste Gouverneur van Amboina, dat is omtrent voor* 60 *jaren: Op andere plaatzen van Leytimor beginnen mede al eenige uit te gaan, dewelke onder den Gouverneur* Herman Speult, *dat is voor* 50 *jaren, geplant zyn; het meeste perykel lydende van de groote ongewoone droogte, die zommige jaren deze Provincie quelt: Want de Nagel is van natuuren heet, en vochtgierig, en wil derhalven een matigen reegen en vochtige gront hebben, of anderzints gaat hy uit.*

Dan de grootste pest van alle is een zeeker gewormte, in de gedaante van de gemeene witte houtwormen, ofte Rupse, met een hart en swart bruin hooft: dewelke binnen in 't hout groeidt, en den boom in korten tyt doet sterven, waar van de teykenen zyn, als den stam hier en daar begint te traanen, en zyn van deze quaale Ao. 1667 *en de volgende jaren veele* 1000 *boomen op Leytimor, en de kust van Hitoe uitgegaan.*

De Nagelen werden behalven door de Menschen, noch door vierderley Vogels voortgeplant, te weten door de groene en wilde witte Duiven, door den Jaar-vogel, en de Casuaris, *gelyk in Banda door dezelfste Duiven de Nooten-mussschaten voortgeplant werden.*

GEBRUIK: *Van 't gebruik der Nagelen zullen wy op deze plaats weinig spreeken, ten deele om dat het zelve al genoegzaam in de Europiaansche Kruydboeken bekent is; Ten deele dewylze in Indien weinig gebruikt werden: Want het schynt, dat den Schepper der natuur eygentlyk die geschapen heeft, niet zoo zeer voor deze wilde Inwoonders, als voor de Europische en noorder werelt; want alzoo de Nagelen een heete hoedanigheit hebben, overtref-*

autem ſiccitate ipſum Piper, hinc patet, fervidum hunc fructum in hiſce calidis regionibus non ita utilem eſſe, quam in frigidiori & Boreali climate. Indi hoſce adhibent tantum, & in parva modo quantitate ad quædam unguenta, quæ componunt ad corpora ſua fricanda, ſi calefacere illa velint: In cibo iis non utuntur, vel raro, & parva quantitate, Tabaco autem miſcent pro ſuffimigio. Javani & Malaicenſes, qui antea Amboinam ſolebant frequentare ad mercaturam exercendam, hos emebant Caryophyllos cum Anthophyllis & feſtucis, binaque poſtrema in ſuos ſervabant uſus medicatos, quæ gradu caloris differunt a veris Caryophyllis, nihilominus tamen vim ſatis habent aromaticam, Caryophyllos vero ipſos peregrinis vendebant mercatoribus: Credere quis poſſet, illos ſeligere Anthophyllos ad propagationem, ſed quum compertum ſatis habuerunt hos non plantari vel propagari poſſe, ſi modo per octo decemve dies in ædibus fuerint depoſiti, quum caro exterior ſtatim exſiccetur, hinc a vero alienum hoc videtur.

Ex Caryophyllis antea Magiſtratus juſſu tenue ac ſanguineum deſtillabatur Oleum, quod in India magni æſtimabatur, & non parum differebat ab illo, quod in Patria ſeu Hollandia genuina Pharmacopæorum arte præparatur: Quum autem in hiſce terris deſtillatio per aëneos fiat alembicos, nec rectificetur hocce oleum, hinc ſaporem habet aduſtum, atque ſimilem odorem, cæterum adeo ſubtile & penetrans eſt, ut ſolum externe adhiberi nequeat, quum cutim exurat, atque inflammet. Si vero cum aliis oleis, uti Calappi, Roſarum, Olivarumve ſit mixtum, optimo cum ſucceſſu adhibetur in Indica paralyſi, *Beriberi* dicta, tumque hocce inunguntur partes paralyticæ, & quaſi emortuæ. Beriberi autem ſive Paralyſis hæc, vulgaris eſt morbus nautarum ac militum, qui caſtra ſequentes multum patiuntur frigoris, aliaque incommoda: Subſequens vero tempus edocuit, iſtum morbum ſine Caryophyllorum oleo curari quoque poſſe, ſi modo balneum præparetur, in quo Caryophylli, ſeu arboris folia cum Lagondi foliis fuerunt incocta, vel ſi ipſi Caryophylli in quodam iſtorum Oleorum incoquantur, hocque inungantur artus. Iſtius quoque olei ſeptem vel novem guttulæ cum cereviſia, vel alio quovis potu propinantur contra dolorem Colicum ex flatibus ortum, qui vero calidi ac bilioſi ſunt temperamenti, ab illo abſtineant, quum nimis ſanguinem inflammet.

Oleum hocce in omnibus liquoribus fundum petit, cum quibus miſcetur. Quidam etiam Arecæ potui addunt Caryophyllos, vel cum illo exurunt hos, ſed noxium dat potum; ingentem enim capitis excitat dolorem ſeu Cephalæam, exurit cerebrum, & tenebricoſum efficit viſum, quod illi quoque ſentiunt, qui quotidie Caryophyllos Tabaco miſcent, & adhibent pro ſuffimigio. Congeſtorum Caryophyllorum odor adeo eſt nocivus, ut, ſi per unam tantum noctem in camera quis dormiat, in vel ſub qua magna horum copia eſt occluſa, talis ad vomitum uſque nauſeabundus, & anxius quam maxime ſit, atque ingentem capitis dolorem ſentiat: Unde patet ſumma Creatoris ſapientia ita eſſe ſubordinatum, ut bina excellentia illa aromata, Caryophylli nempe, & nuces Myriſticæ, quod & de cæteris quoque credendum eſt, pauciſſime in India uſurpentur, ſed tanto majorem habent uſum atque utilitatem in Europa, quo facto ſummus rerum Arbiter homines conſtringere voluit ad mutuam familiaritatem, & neceſſitudinem inter ſeſe exercendam.

Ex recentibus Caryophyllis, ſi rubeſcant, ſaccharum & conditum fit, ſi conterantur, vel Anthophylli modo findantur, oſſiculumque eximatur. Portugalli ex hiſce quoque aquam Cordialem ſolebant deſtillare, quæ extra uſum jam eſt, quum noſtra natio illarum rerum non ſit cupida, nec amans.

Anthophylli a longo jam tempore apud Chinenſes, Baleyenſes, Javanos, & Malaicenſes in uſu fuere medico, in Java præſertim magno in pretio fuere ab anno 1675, cariſſimeque fuere divenditi: Nec bene dignoſci potuit, quem in finem Javani, & Malaicenſes iis utebantur, qui tanti illos emebant, quidam autem multis ambagibus quædam nobis revelarunt, quæ in ſequentibus conſiſtunt.

Primo iis utebantur ad diabolicas & ſuperſtitioſas artes machicas, ad præparandum *Crat Sala*, & *Liat Sala*, quo

treffende zelfs de Peper in hitte, maar niet in droogte, zoo blykt, dat deze heete vrugt in deeze heete Landen zo dienſtig niet wezen kan, als in de koude noorder werelt: De Indiaanen gebruikenſe alleenig, en dat noch in kleine quantiteyt, onder ſommige zalven, die zy maaken om 't lichaam daar mede te ſtryken, als zy het verwarmen willen: In de koſt gebruikenſe die gants niet, of zeer weinig, behalven dieſe in 't rooken onder haar Tabak mengen, de Javanen en Maleyers, die voor dezen in Amboina plagten te komen handelen, kochten de Nagelen met de Moernagels en ſteelen, en hielden de twee laatſte voor haar zelven tot Medicyne, als verſchillende wel een graat in hitte van de regte Nagelen, doch niet te min noch genoegſaam ſpeceryachtig zynde; maar de Nagelen verkogtenſe aan de vreemde Koopluiden: men zoude meenen, datze de Moernagels zogten om te verplanten, maar vermits ze wel geweeten hebben, dat men die niet verplanten kan, alſſe maar 8 a 10 dagen in huis leggen, dewyl dan het buitenſte vleys verdroogt, zoo is dat niet waarſchynlyk.

Uit de Nagelen wierd voor dezen, zomtyds door laſt van de Overigheid, een dunne en bloet-roode olye gebrant, daar men in India veel werks van maakt, hoewel dezelve niet weinig verſchilt van de gene, die in 't Vaderlandt door de oprechte Apotheekers konſt gemaakt wert: Want vermits het hier te Lande, in 't diſtilleren, door koopere ſlangen getrokken, en niet gerectificeert wert, zo heeftze een brandige reuk en ſmaak, anderſints zoo ſubtyl en doordringend zynde, dat menſe alleen van buiten niet gebruiken kan, aangezien ze zeer op de huit brant: en moet met andere olye, als Calappus, Roozen, of Olyven-olye vermengt, en zoo in de Indiſche beroertheid, Beriberi genaamt, met ſmeeren op de verdoofde partyen gebruikt werden: Welke Beriberi een gemene plaage onder de Matroozen en Soldaten is, die in 't Leger ſwervende, koude en ongemak moeten uitſtaan: Doch de volgende tyd heeft geleert, dat men de gemelde ziekte ook zonder Nagel-olye kan genezen, als men ſlegts een bat-water maakt, daar in de Nagelen of haare bladeren met die van Lagondi gekookt zyn, of als men de Nagelen zelfs in een van de voornoemde olyen kookt, en de leden daar mede ſtrykt: Men neemt ook van de voorſchreve olye 7 en 9 droppelen, met bier of andere drank in, tegens buikpyn, die uit winderigheid ontſtaat, maar heete en galachtige menſchen mogen het niet gebruiken, als ontſteekende het bloedt te geweldig.

Deze olye zinkt in alle vochtigheden, daar menſe ondermengt, te gront: Sommige doen ook Nagelen in den Arak, of brandenſe wel met den Arak, maar zulx is een ſchadelyke drank, want hy veroorzaakt groote hooftpyn, 't verbrant de herſſenen, en maakt een donker gezicht, welk ook die gene gevoelen, die de Nagelen dagelyx onder het Tabak drinken gebruiken: De reuk van de vergaderde Nagelen is zoo ſchadelyk, dat, als men een nacht in de Kamer ſlaapt, daar een party in of onder leyt, men daar van tot braakens toe qualyk en benaut wert, mitsgaders groote hooftpyn krygt: Waar uit blykt, dat het door de groote wysheid des Scheppers verordineert zy, dat die beide treffelyke ſpeceryen, Nagelen, en Nooten-muſſchaten, gelyk van de anderen ook te geloven is, zeer weinig in India gebruikt werden, maar hebben zoo veel te grooter nuttigheden in Europa, waar door God den Heere de menſchen tot onderlinge gemeinſchap heeft willen dringen.

Uit de groene Nagelen, alſſe beginnen te rooden, wert ook een Suiker en Conſerf gemaakt, dezelve in ſtukken vryvende, of alsze Moernagels beginnen te werden, ſlegts open ſplytende, en den kern daar uitnemende. De Portugeezen plagten ook een Cordiaal-water daar van te branden, 't welk nu buiten gebruik is gekomen, vermits onze Natie tot diergelyke dingen niet curieus is.

De Moernagels zyn al van outs by de Chineeſen, Baliers, Javanen, en Maleyers in groot gebruik geweeſt in de Medicine: maar inzonderheid zynze van 't jaar 1675 aan, op Java in groote agting gekomen, en zeer duur verkogt: Men heeft niet eygentlyk ervaren kunnen, waar toe ze de Javanen, en Maleyers gebruikten, die zoo veel gelt daar voor gaven, doch zommige hebben ons door veel ommewegen eenige opening daar van gegeven, 't welk in 't volgende beſtaat.

Ten eerſten gebruikenze dezelve tot haar duivelſche en ſuperſtitieuſe konſten, om te maaken Crat Sala, en Liat

quo ejus geſtator ita præſervabatur, ut nulla hoſtilia arma talem tangere vel ullo modo nocere poſſent, item ne talis nec conſpici nec dignoſci poſſet, qui illud geſtabat, hincque proficuum iis, qui furta, vel illicitos exercebant concubinatus, quumque ab iſto anno tantum bellum in Java fuit geſtum, creditum fuit hinc adeo ab illis expeti, uti & quoque a Baleyenſibus.

Secundo, Anthophyllos contritos cum *Cuju rapat*, & *Madja Cân* h. e. gallis Quercus propinandos dant junioribus ſponſis, vel quoque mulierculis, quæ ex puerperii lecto ſurgunt, ut partes naturales magis arctent, quo fit, ut gratiores ſint maritis.

Tertio, cum ſiccato *Poele* cortice mixta & comeſta appetitum excitant.

Quarto, Flatus diſſipant, Colicamque curant.

Quinto, Externe illiniti cum radice *Kellor* artuum oedema tollunt.

Sexto, Arcanum eſt, quod Sinenſes plurimum ſibi ſervant, clamque exercent ad libidinem excitandam, quem in finem illos adhibent, quibus putant partes naturales roborari: cui exercitio hæc natio præ omnibus favet & cupida eſt. Ad hæc omnia Anthophylli ab illis uſurpantur, ſumuntque illos, qui arbori inhærent, & modo fuſci apparent cum viridi mixti colore, qui autem præ maturitate decidunt, illos virtutibus deſtitutos cenſent, hinc raro in Java ſunt Magnates, quin ſemper quosdam Anthophyllos in domibus ſuis ſervent, credentes, omnia medicamenta exaltari, quibus parva modo Anthophyllorum horum doſis fuerit mixta.

Feſtucæ a mulierculis adhibentur in unguento *Bori Bori*, quod infantibus convenit atque debilius requiritur iis, quam adultioribus, cui itaque ferventes non admiſcent Caryophyllos. Ante ducentos annos non tanti æſtimabantur Caryophylli, qui nec tanta quantitate ex India evehebantur, & parva tantum copia, quanta requirebatur in arte Medica, unde & conſpurcati cum foliis & feſtucis mercatoribus tradebantur parvo pretio, uti & factum fuit primis Hollandorum navigatoribus, poſtea autem quum depurati requirerentur, folia, feſtucasque ſelegerunt, duplicique divenditi fuere pretio. In itinerariis quibusdam libris invenitur, in Zeylona quoque creſcere Caryophyllos, quod poſtea compertum fuit, Silveſtrem eſſe ſpeciem omni aromatica vi deſtitutam; ſic quoque alii dixerunt, in inſula Madagaſcara creſcere Caryophylla; longe autem alium eſſe fructum teſtatur *Garcias ab Orto libr.* 1. *cap.* 15 & 21. ubi ita loquitur: In inſula St. Laurentii certus occurrit fructus magnitudine Nucis Avellanæ, vel paulo major cum ejus putamine, hicque Caryophyllos ſpirat, ejus autem uſus hactenus ignotus eſt. Et quamvis *Avicenna loc. cit.* de Caryophyllorum gummi ſcribat, ac *Cluſius* in ſuis annotationibus in *Garciam* quoque narret, inter Caryophyllorum acervos, qui antea Antwerpiam fuere tranſlati, pluries obſcure fuſcam inveniri reſinam, quæ carbonibus ignitis impoſita, fortem ſpirabat Caryophyllorum odorem, uti quoque *Bauhinus* teſtatur *lib.* 4. *cap.* 6. ſeſe habuiſſe fruſtum flavi gummi, ſicci & fragilis, facile liqueſcentis, quod, ſi accenderetur, Caryophyllos ſpirabat, ſed ſaporis expers erat; non tamen dubitandum eſt, quin illis Caryophyllis aliud quoddam gummi, ſeu reſina fuerit mixta, ex qua Incolæ faces, ſeu cereos ſuos formant, qualis eſt *Dammar Batu*, nigrum Dammar &c. quod inter Caryophyllorum exſiccationem delapſum, forte ex induſtria relictum eſt, & ipſis diu mixtum, odorem coloremque Caryophyllorum attraxit, incolis enim non notum eſt Caryophyllorum gummi. Iſti etiam ſcriptores, aliique homines multa narrant de liquidi attractione non tantum arborum, ſed ipſorum quoque ſiccatorum Caryophyllorum. de Arboribus ſupra fuit dictum, illas amare pluvias radiis ſolaribus ſociatas, terramque ſub illis non nudam eſſe, vel herbis orbatam, quod Caryophyllum omne attrahat liquidum, hincque prohibere herbarum proventum, ſed ſolummodo quod hominum labore depurata ſervetur.

De ſiccatis vero Caryophyllis dicunt, illos repoſitorio occluſo contentos, totum aqua plenum vas intra unam noctem omne liquidum attrahere, illudque quosdam mercatores inſtituere, ut hinc

Ca-

Liat Sala, *dat is den drager zoodanig te bewaren, dat hem geen vyandelyk geweer raaken of treffen kan; als mede dat men den gene niet ter degen bezien of kennen kan, die ze draagt, en daarom nodig den genen, die op dievery en ongeoorlofde boelſchappen uitgaan, en dewyle van dat jaar aan zoo grooten Oorlog op Java gevoert wierde, meende men, datze daarom zoo zeer gezocht zyn, als mede van de Baliers.*

2. *De Moernagels, gevreeven met* Caju-Rapat, *en* Madja Cân *of Galnooten, gevenze ook de jonge Bruiden te drinken, als mede de Vrouwen, die van 't kraamen opſtaan, om de natuur te ſluiten, waar doorze te aangenamer by de Mannen werden.*

3. *Met de gedroogde ſchorſſe van* Poele *gemengt, en gegeten, verwekt eetens-luſt.*

4. *Breekt de geſlooten winden, en verdryft 't colyk.*

5. *Van buiten opgeſmeert met de wortel van* Kellor *verdryft de zugt uit de leden.*

6. *Is een geheim, 't welk de Sineezen meeſt onder haar houden, gebruikende dezelve om haare vleeſlyke luſten te ſterken, waar toe die Natie boven andere genegen is. Tot deze alle nemenze de aankomende Moernagels, die noch aan den Boom hangen, en effen beginnen bruin te werden, met groen gemengt, maar die door rypheid afvallen, achtenze krachteloos, daarom vint men niet ligt iemant van de Grooten op Java, of zy trachten eenige Moernagels in huis te hebben, om datze meenen, dat alle Medicamenten geſterkt werden, daar men een weinig van de Moernagel ondermengt.*

De ſteelen werden by de Vroutjes gebruikt tot Bori-bori *zalve voor de kinders, die wat ſlapper moet zyn, dan voor oude Lieden, en dierhalven daar de heete Nagelen niet toe te pas komen. Doch voor* 200 *jaaren plagt men zoo veel werks van de Nagelen niet te maaken, noch dezelve in zulken menigte uit te voeren, maar alleenlyk in kleine quantiteyt, en maar zoo veel als men in de Medicyne van nooden had, dierhalven ze ook zeer vuyl, met bladeren, ſteelen en al, aan de Koopluiden gelevert wierden, en dat voor een geringen prys, gelyk noch aan die van de eerſte Scheepvaarden der Hollanders geſchiede, maar naderhant, als men daar op zindelyker begon te werden, heeft men de ſteelen en bladeren daar uit gemonſtert, en doen is de prys noch eens zoo veel verhoogt geworden. Men vint in eenige Reisboeken, dat op Zeylon mede Nagelen zouden waſſchen, 't welk naderhant bevonden is niet anders dan een ſlach wilde ſpecerylooze Nagelen te zyn. Insgelyks hebben andere voorgegeven, dat 'er op het Eilandt Madagaſcar mede Nagelen vallen, maar dat het zelve een gantſch andere vrucht zy, getuigt* Garcias ab Orto, Lib. I. cap. 15 en 21, *zeggende aldus: Daar is op het Eilandt St.* Laurens *zeekere vrucht, in de grootte van een hazenoot, met haare ſchaale, of wat grooter, dewelke naa Nagelen riekt, maar zyn gebruik is tot noch toe onbekent: En alhoewel* Avicenna, loc. cit. *van een Nagelgom ſchryft, en* Cluſius, *in zyn aanteekening op voorſchreve* Garcias, *ook verhaalt, dat onder de Nagelhoopen, die men voordezen tot Antwerpen aanbrachte, meermaals een ſwart bruin hart gevonden wierd, 't welk op koolen gelegt, een ſterken Nagelreuk hadde, gelyk ook* Bauhinus *getuigt,* Lib. 4. cap. 6. *gehadt te hebben een ſtuk geel* Gummi, *droog en bryzelig, ligt ſmeltende en brandende, naa Nagelen riekende, doch zonder ſmaak: Soo en iſſer nochtans niet aan te twyffelen, of daar zal onder die Nagelen eenig ander harſt geweeſt zyn, waar van de Inlanders haar toortzen maaken, gelyk de* Dammar batu, *ſwarten Dammar &c. 't welk in 't droogen miſſchien onder de gemelde Nagelen gevallen zynde, voorbedachtelyk daar onder gelaaten is, en overzulks door lang leggen de reuk en verwe van de Nagelen aangenomen heeft, want ook de Inlanders en weten gantſch niet van een Nagelgom: ook weten de voorige Schryvers, en zommige gemeene Mannen veel te verhaalen van de vochtgierigheidt niet alleen der boomen, maar ook der gedroogde Nagelen. Van de Boomen is hier boven gezegt, datze wel reegen met Sonneſchyn gemengt willen hebben, en ook dat den gront daar onder niet gezuivert, en bloot zy, om dat de Nagelboom alle vochtigheidt aan zich trekt, en daar door den aangroey van het onkruidt beledt, maar alleen om dat by door Menſchen arbeidt ſchoon gehouden wert.*

Van de gedroogde Nagelen geven zy voor, dat ze in een beſlooten Pakhuis leggende een geheel vat vol water binnen een nacht aan haar trekken zouden, en dat zulks zommige Koopluiden doen, om daar door de Nagelen te verſwaa-

ren,

Caryophylli graviores essent, si vendantur, si hoc autem dicant de mercatoribus Indicis vel indigenis, qui illos vendunt, magnam ipsis adferunt injuriam: Supra enim dictum fuit, Caryophyllos, cum traduntur, tam ab incolis, mercatoribus, quam ab his, nautis ita siccos esse oportere, ut abradi unguibus possint. Utrique autem satis constat, pœnam fore capitalem iis, qui tales instituerent fraudes: Haud tamen diffiteri volo, Caryophyllos æque in promptuariis, ac præsertim in navibus omne liquidum, quod ipsis vicinum est, attrahere, hincque in navibus semper intumescere, ita ut nunquam tam sicci tradi possint, quam fuerunt accepti. An autem hæc ars Aromatariis Europæis non melius sit nota (qui illos non tanta, quanta in repositoriis condita est, copia vendunt) illi bene conscii sunt.

Hæc sunt, quæ de totius arboris, ejusque fructuum qualitatibus detegere vel reperire potuerim, unde hanc finiam descriptionem cum sequenti Versiculo:

Castiliæ reges ditat Peruana potosis

Aurea, Soffalæ fertur arena Tago.

Omnibus his venis præferrem Caryophyllum,

Quem liber Domini munere Belga tenet.

Supra Memoratum Caryophyllum in magna Madagascaræ insula crescens ab O. *Dappero* sequenti describitur modo: *Ravensara* (dicit) ingens & alta est arbor instar Lauri, foliisque ipsi similibus, sed minoribus. Fructus, *Voarvensara* dictus, est instar Juglandis, sapor est tam corticis, quam interioris substantiæ Caryophyllo similis, eundem quoque saporem habent ejus folia: Flores formam habent Caryophylli, uti quoque ipsorum est sapor, odor, & virtus. Arbor nullos dat fructus nisi tertio quovis anno; quum incolæ hosce fructus, ac folia, quæ cum Zingibere, & Alliis piscibus incoquunt, desiderant, non ipsam conscendunt arborem, sed ipsam ad radicem circumcidunt: In altis crescit montibus, cujus mas & femina invenitur.

ren, dog, indienze dit zeggen van de Koopluiden in Indiën, of van de Inlanders, dieze leveren, zoo doenze denzelven groot ongelyk aan: Want hier boven is gezegt, dat de Nagelen by de leverantie, zoo wel van de Inlanders, aan de Koopluiden, als van die zelve aan de Schippers, zoo droog moeten zyn, dat menze kan afknippen: Ook weten die beide wel, dat het een strafbaar werk zoude wezen voor die zulks wilden bestaan: Ik wil echter niet ontkennen, dat de Nagelen, zoo in de Pakhuizen, als inzonderheidt in de Scheepen alle vochtigheid, die daar omtrent is, aan zich trekken, en daarom in de Scheepen altyt ontlaaten, zoo datze nooit zoo droog konnen gelevert werden, alsze ontfangen zyn: maar of deze konst de Kruideniers in Europa niet beter bekent zy (dieze niet met geheele Pakhuizen verhandelen) dat mogen zy weten.

Dit is het gene wy van de geheele gelegentheidt dezes voorgestelden Booms, en zyn vrucht betreffende, tot noch toe hebben konnen leeren, en ondervinden, zullende dierhalven deze Beschryving eindigen, en sluiten met dit volgende Rympje of Versje:

Castiliæ reges ditat Peruana potosis
Aurea, Soffalæ fertur arena Tago.
Omnibus his venis præferrem Caryophyllum,
Quem liber Domini munere Belga tenet.

Dat is:

De Castiliaansche Kroon, roemt Perus ryke bergen,
De Portugaalsche pocht op het Soffaalsche Zant:
D'Amboinschen Nagelboom kan alle mynen tergen,
Die God den Schepper geeft aan 't vrye Nederlandt.

Den hier boven gemelde Nagelboom, die op het groote Eilandt Madagascar zoude groeyen, wert van O. Dapper *aldus beschreven,* Ravensara *(zeidt hy) is een groote en hooge Boom, gelyk een* Laurier*, met bladen die van den* Laurier *gelyk, doch kleinder: de Vrucht,* Voarvensara *geheten, is gelyk een groene Walnoot, van smaak, zoo wel de schors als het binnenste, den Kruitnagel gelyk, en van een zelve smaak zyn ook de bladeren: het bloeyzel heeft de gedaante van een Giroffel-nagel, desgelyks de smaak, reuk en kracht: De Boom krygt gene vruchten, dan om 't derde jaar, wanneer de Inwoonders deze vruchten en blaaden, die zy met Gember, en Look by Visch koken, willen hebben, klimmen zy niet by den Boom op, maar hakken hem by de wortel af: by wast op hoge bergen, daar is een Mannetje en Wyfje.*

CAPUT TERTIUM.


Caryophyllum Regium. Tsjenke Papua, seu Radja.

QUondam in Ternata mira & rara Caryophylli varietas inveniebatur, quæ tamen non diversa erat species, quandoquidem hæc unica tantum in mundo erat arbor; quæ similes producebat Caryophyllos, quum juxta Philosophiam nullum individuum constituat speciem: Atque isti Caryophylli regii dicebantur, quum credebatur, singulo cum Ternatensium rege peculiarem provenire, & etiam cum eo interire arborem: Quod tamen compertum est, non certam observare periodum; arbor enim, quæ regi *Hamzac* suo consecrata fuit tempore, fructus adhuc anno 1655 produxit, quum *Mandarsach* per septem jam regnaverat annos: Reges hanc semper arborem religiose servarunt, Caryophyllosque potissimum in suos adhibuerunt usus, amicisque suis tamquam aliquid particulare miserunt; In insula solummodo *Machian* inveniebatur, quumque duo diversi fructus in binis occurrebant arboribus, dividi potest in *Hamzas* & *Mandarsahas* arborem. Utraque autem quoad truncum, foliaque vulgari Caryophyllorum arbori similis erat, sique nullos gerebant fructus, ab ista non dignoscendæ: *Hamzas* arbor Caryophyllos gerebat multo minores vulgaribus, supra non latos, sed acuminatos, quique ad latera unum duosve gerebant apices elevatos, fere instar extremitatum foliorum Juniperi, coloris autem magis nigricantis, quam vulgarium: Arbor hæc isto anno interiit, tumque altera iterum propullulabat, tribus

III. HOOFDSTUK.

Konings Nagel-Boom. Tsjenke Papua, of Radja.

M*En heeft voor dezen in Ternaten een wonderlyke en raare zoorte van Nagelboomen gehat, welke echter geen byzonder geslacht en maakten, vermits datter niet meer dan een eenige Boom in de wereldt was, die diergelyke Nagelen droeg, en dat naa den regel der Natuurkundigen,* Nullum individuum constituit *speciem, geen ondeelbaar ding kan een geslacht op zich zelven maken: en wierden de voorschreve Nagelen Koningsnagelen genaamt, naadien men geloofde, dat met een yder Ternataans Koning ook een byzondere Boom te voorschyn kwam, en ook met denzelven weder uitging: doch 't welk echter niet altyt bevonden wierd vast te gaan, want de Boom, die den Koning* Hamza *by zynen tyt was toegeeygent, heeft noch Vruchten gedragen A*o*. 1655, wanneer* Mandarsah *al zeven jaren geregeert hadde: De Koningen hebben dezen Boom altydt zeer zorgvuldig bewaart, de Nagelen meest voor haar zelven gehouden, en die aan haar Vrienden tot rariteyten gezonden: hy wiert alleen op 't Eilandt* Mackian *gevonden, en dewyl datter tweederley Vruchten op twee verscheide Boomen wierden gezien, zoo kan hy verdeelt werden in* Hamzas *en* Mandarsahas *Boom: beide waarenze aan stam en bladeren de gemeene Nagelboomen gelyk, en, alsze gene vruchten en droegen, van dezelve niet te onderscheiden:* Hamzas-boom *droeg Nagelen, die veel kleinder waaren dan de gemeene, boven niet breet, maar toegespitst, hebbende aan de zyden een à twee spitzen naar boven gekeert, by-*





Caryophyllus aromaticus. β.

bus nempe horis diſtans a priori prope pagum *Gnoffagiam* eadem in inſula, ita ut nemo putet, hanc ex prioris radice vel fructu progerminaviſſe; hæc enim arbor nullos gerit Anthophyllos vel ſemen, quo propagari poſſet.

Fructus autem hujus poſterioris arboris, quæ *Mandarſahas*-arbor nobis dicitur, multo magis peculiaris ſunt formæ, quam prioris, & quoque majores, & cum *Hamzâs* Caryophyllis nullo modo conveniebant, quum ex ſimplicibus videantur conſtructi apicibus, qui plerumque in quatuor diſpoſiti ſunt ordines, ac ſuperius acuminati quoque ſunt, coloris læviter fuſci, qui ſiccati ſeparari poſſunt, uterque feſtucis inſident, & in corymbis cruciati locantur, inſtar vulgarium, ſuntque ſaporis æquè acris & aromatici: Hæc ultima autem arbor incuria ſubſequentibus annis circumciſa & exſtirpata eſt, quum omnes Caryophyllorum arbores in inſula *Mackian* juxta conventum exſtirpandæ eſſent, detruncatores enim ipſam ab aliis dignoſcere non poterant, quum eo tempore nullos gerebat fructus, magnum autem damnum eſt amatoribus mirabilis hujus naturæ luſus, quum tales in mundo non amplius ocurrant. Niſi quod unica arbor anno 1688 hic in *Hative* fuerit inventa, quæ forte iſtam *Mackianam* arborem ſupplere poſſet, hæc enim aliquando fructus edit Caryophyllos regios referentes, præſertim illos *Hamzâs*, qui parvi ſunt Caryophylli ſuperius acuminati, ad latera unum duosve apices gerentes.

Ternatenſes hoc Caryophyllorum genus vocant *Tsjencke Radja* h. e. Caryophyllum regium, dictas ob cauſſas. Amboinenſes omnia Caryophylla regia nominant *Tsjencke Papua* a circinnatis iſtorum populorum crinibus, omnibus enim rebus circinnatis cognomen *Papua* tribuunt. Dicta *Hativenſis* arbor anno 1678 tales produxit Caryophyllos, qui ex aliquanum numero & forma omnino ſimiles erant illis *Hamzâs* arboris, nunquam autem in Anthophyllos excrevere, atque anno 1682 eadem in regione *Hatives* veteris binæ tales inveniebantur arbores ſimiles producentes Caryophyllos: Uti quoque aliquot annis antea circa pagum *Toleboe* in Amboinæ plaga vulturnea ſitum talis obſervata fuit arbor, ſimiles *Tsjencke Papua* fructus gerens, ita ut jam in Amboina tres ſint arbores, quarum fructus plerumque ſunt acriores vulgaribus Caryophyllis. Incolæ illos quoque decerpunt, ſimulque cum vulgaribus vendunt, ita ut aliquando in Europa aliis mixtos reperiant quosdam.

Poſtquam natura ab anno 1651 nullam amplius produxerat arborem cum veris Caryophyllis regiis convenientem, anno demum 1692 unica arbor ad *Hitoe* oram in *Kayetetto* regione progerminavit, raros producens Caryophyllos regios ex ſolis apicibus conſtructos, qui in quatuor ordines diſpoſiti ſunt, ſingulus autem ordo ex quinque ſexve acuminibus conſtat, qui cum veris antiquis Ternatenſibus Caryophyllis regiis conveniunt, quorum corymbus in figura adjecta notatus eſt: Eadem hæc arbor anno 1644 ſimiles produxit fructus, multo autem graciliores erant illorum corymbi, quam memorati anni, quum in Amboina maxima & fertiliſſima Caryophyllorum meſſis fuit, quæ nunquam fuit obſervata, 3700 *Baharan* nempe, ſingulum vero *Bahaar* 550 ponderibus Hollandicis æquivalet. Caryophylli iſti regii ſollicite aſſervantur tanquam mirum & rarum naturæ artificium, quum incertum ſit, unicam talem arborem aliquot per annos ſuperſtitem fore.

bykans als de Genever-bladeren, en van koleur ſwarter als de gemene: In 't voornoemde jaar is dezen Boom uitgegaan, en kwam doen weder een ander voor den dag, te weten wel drie uuren gaans van den voorſchreve eerſten by het Dorp Gnoffagia, *op 't zelve Eylandt, zulks niemant en moet meynen, dat hy uit de wortel of vrucht des voorgaanden geſprooten of voortgekomen is, want dezen Boom draagt geen Moernagels of Zaat, waar mede men hem zoude konnen voortplanten.*

De vruchten van deze laatſte, dewelke wy Mandarſahas-*boom noemen, zyn veel zeltzaamer van fatzoen dan de voorgaande, als mede grooter, en met de voorgaande* Hamzâs-*Nagelen weinig gelykeniſſe hebbende, als ſchynende meeſt van enkelde ſpitzen gemaakt, dewelke gemeenlyk in vier ryen ſtaan, en boven ſpits toelopen, van koleur licht-ros, konnende, als zy out zyn, uit malkander genomen werden, beide waſſchen zy op haare ſteelen, en in kruiſſen aan haar kroontjes, gelyk de gemene, en zyn ook alzoo ſcherp en ſpeceryachtig van ſmaak: dan dezen laatſten Boom is door onvoorzigtigheidt in de volgende jaaren omgekapt, als men alle de Nagelboomen op 't Eilandt* Mackian, *volgens contract, moeſte uitroeyen, vermits de Uitroeyers hem van andere niet konden onderſcheiden, en hy op die tyt gene vruchten droeg, zynde een byzonder verlies van dit wonderlyk ſtuk der natuure voor de Liefhebbers, vermits diergelyken in de werelt niet meer te vinden is: Het zy dan, dat zeekere boom Ao. 1688 alhier op* Hative *gevonden, den voornoemden* Mackiaanſchen *boom vervangen wilde: want deze draagt by wylen vruchten, die naa Konings-Nagelen ſchynen te aarden, inzonderheit naar die van* Hamzâ, *zynde kleine naageltjes, boven toegeſpitſt, en hebben een of twee ſpitsjes ter zyden.*

De Ternatanen noemen dit geſlacht van Naagelen Tsjencke Radja, *dat is Konings-Nagelen, om voorſchreve reden: De Amboinezen noemen alle Konings-Nagelen* Tsjencke Papua, *na de gekrulde hayren van die Volkeren, want zy gewoon zyn alle gekrulde dingen den toenaam van* Papua *te geven: Den voornoemde boom van* Hative *heeft in 't jaar 1678 noch al zoodanige vruchten gedraagen, die aan veelheidt van ſpitzen en fatzoen, geheel en al gelyk waren die van de voornoemde* Hamzâs *boom, maar zy hebben tot noch toe nooit Moernagels willen werden, en Ao. 1682 wierden op 't zelfde Landt van oudt Hative noch twee zulke boomen gevonden, diergelyke Nagelen dragende: gelyk ook eenige jaaren te vooren omtrent het Dorp* Tolehoe *aan Ambons N. Ooſthoek gelegen, mede een boom is gevonden, diergelyken* Tsjencke Papua *dragende. Zoo datter nu in Amboina drie boomen gevonden werden, en hare vruchten zyn gemeinlyk ſcherper dan de gemene Nagelen: De Inlanders plukkenze, en leverenze onder malkander met de gemene, zoo dat menze ook in Europa hier en daar onder dezelve vinden zal.*

Na dat de natuur zedert 't jaar 1651 geen boom voortgebracht heeft met de originele Konings-Nagelen, zoo is eindelyk Ao. 1692 een eenige boom op de kuſt van Hitoe, en het diſtrict van Kayetetto *voor den dag gekomen, dragende die rare Konings-Nagelen uit enkelde ſpitzen beſtaande, die in vier ryen ſtaan, en ieder rye uit 5 a 6 ſpitzen, dewelke met de oprechte oude Ternataanſche Konings-Nagelen over een komen, waar van in de Figuur een Takje vertoont wert. Dezelfde boom heeft Ao. 1694 wel wederom dezelfde vruchten gegeven, doch de kroontjes waren veel magerder dan die van 't voornoemde jaar, wanneer Amboina de grootſte Nagel-Mouſſon gehat heeft, waar van men nooit gehoort heeft, te weten omtrent* 3700 Baharan, *ieder* Bahaar *van 550 pont hollants, de voornoemde rare Konings-Nagelen worden dan zorgvuldig bewaart als een ſeltzaam Konſt-ſtuk van de natuur, dewyl men niet verzekert is, dat dien eenigen boom veele jaren ſtaan, of in 't leeven blyven zal.*

EXPLICATIO

Tabulæ Secundæ,

Exhibentis *ramum Caryophylli Regii Amboinenſis, Tsjenke Radja* dicti A.
B. *Caryophylli Regii Ternatenſis junioris.*
C. Primi & adulti ſunt *Caryophylli Regii* ex *Mackian.*
D. Sunt *Caryophylli Regii Ternatenſes adulti*, tempore *Regis Hamza* collecti.
E. Veri *Caryophylli Regii*, *regis Mandaraſchah.*
F. *Recentiores Caryophylli regii Amboinenſes*, anni 1693 & 1694.

AANWYSINGE

Van de Tweede Plaat,

Verbeeldende een *Tak* van de *gemeene Amboinſche Konings-Nagelen* Tsjenke Radja genaamt A.
B. De *jonge Ternatenſe Konings-Nagelen.*
C. De eerſte of *oudſte Konings-Nagelen* uit *Mackian.*
D. De *oude Ternatenſe Konings-Nagelen*, ten tyde van *Koning Hamza* vergadert.
E. Opregte *Konings-Nagelen* van *Koning Mandaraſchah.*
F. *Nieuwe Amboinſche Konings-Nagelen*, van 't *jaar* 1693 en 1694.

OBSERVATIO.

Prima hujus ſpecies, ſeu potius varietas, vocatur CARYOPHYLLUS REGIUS *aromaticus* a *Pluknetio* in *Almageſt. pag.* 88. & in *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 5 exhibetur. & CARYOPHYLLUS *fructu oblongo, abortivo minus ſquamoſo ex Inſula Ambon. Breyn. Prodr.* 2. *p.* 50. alterius editionis, ut & CARYOPHYLLUS REGIUS AMBOINICUS *Rumphii ibidem.* ubi optime in notis ſubjungitur a *Joanne Philippo Breynio* filio: „ Hi CARYOPHYLLI, „ qui REGII dicuntur, ſpecie, me judice, ab antecedente non „ differunt, neque fructus revera dicendi ſunt, ſed rudimen„ ta potius florum fructuumque abortiva, meris ſquamis mon„ ſtroſe luxuriantia, & a ſcopo aberrantia, quæ nunquam hinc „ perfecti flores, nec fructus evadunt. Cæterum odorem ſa„ poremque CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM *Officin.* re„ ferunt, virtutesque poſſident, quas an gradu excellentiori ſu„ perent, ut nonnulli putarunt ſola experientia decidendum eſt. De his porro vide *Weinmann Phytanthoz. p.* 63. *Tab.* 325. *lett.* a. ut & *Rumphii obſervat.* 21. *p.* 53. *Acad. natur. curios. dec.* 2. *ann.* 1. ubi & horum figuræ, atque *ejus Epiſt.* 5. *p.* 403. & *Epiſt.* 8. *p.* 421. in *Valent. Muſæo Muſæor Tab.* 2. & *libr.* 2. *Sect.* V. *cap.* VII. & *Amman Manud. ad mat. med. cap.* 8. *Sect.* IX. *p.* 96. & *Fr. Valentyn Amboinæ deſcript. p.* 195 & 196. *Tab.* 32. ut & *Linſchoteni itinerarium. cap.* 65. Reliquæ porro figuræ non niſi monſtroſæ aberrantis ſeu potius luxuriantis naturæ Varietates habendæ ſunt, quas quum *Rumphius* adpingi curavit, hic illas ſimul ſubjungimus. CARYOPHYLLUS ARBOR a *Muntingio* in *cultura plantarum libr.* 2. *cap.* 3. deſcribitur, ſed manca admodum figura exprimitur.

AANMERKINGE.

De eerſte zoort wert CARYOPHYLLUS REGIUS *aromaticus* van *Pluknet* genoemt in zyn *Almageſt. pag.* 88. en in zyn *Phytogr. Tab.* 155. *Fig.* 5. verbeeldt. en CARYOPHYLLUS *fructu oblongo abortivo minus ſquamoſo ex Inſula Ambon.* van *Breynius* in zyn *tweede Prodromus pag.* 50. van de tweede uitgaaf, als mede CARYOPHYLLUS REGIUS AMBOINICUS van *Rumphius*, alwaar zeer wel onder in de nooten van *Joannes Philippus Breynius* de zoon bygevoegt wert: „ Deze KONINGS-NAGELEN „ verſchillen, zo veel ik zien kan, niet van de voorgaande in „ zoorte, en zyn voor geen regte vruchten te houden, maar „ liever te houden voor afwykende beginzelen der bloemen „ en vruchten alleen uit ſchubben, monſtreuzelyk afwykende „ van het oogmerk der natuur, beſtaande; waarom dezelve „ ook nooit tot regte bloemen ofte vruchten uitgroeien. Ver„ ders hebbenze de reuk en ſmaak van de regte ſpecery Na„ gelen in de Apotheken gebruikelyk, welkers krachten zy ook „ bezitten, doch of zy dezelve overtreffen, zo als ſommige „ gemeent hebben, is alleen door de ondervinding te beſliſſen. Over deeze zie verder *Weinmann* in de veelvuldige benaminge en Beſchryving der Planten *pag.* 78. *Tab* 325. *lett. a.* en de 21 Obſervatie van *Rumphius pag.* 53. in de *Acad. nat. curios. dec.* 2. *ann.* 1. alwaar ook der zelver figuur, en zyn vyfde brief *pag* 403. als ook de achtſte *pag.* 421. in *Valent. Muſæum Muſæor. Tab.* 2. en *Libr.* 2. *cap.* VII. *Sect.* V. en *Amman. Manud ad mat. med. cap.* 8. *Sect.* IX. *p.* 96. en *Fr. Valentin Beſchryving* van *Amboina. p* 195 en 196. *Tab.* 32. en *Linſchotens Rysbeſchryving. Cap.* 95. De overige zoorten verders zyn niets anders als monſtreuſe veranderingen door de afwykende, ofte liever overdadige natuur te houden dewelke om dat *Rumphius* hier heeft laten bytekenen, wy hier ook byvoegen. De NAGELBOOM wert mede van *Munting* in de *waare oeffening der planten* in het *tweede boek capitt.* 3. beſchreven, doch zober in de Plaat verbeelt,

---

CAPUT QUARTUM

Caryophyllum Silveſtre, Tsjencke Oetan.

Silveſtre Caryophyllum plerumque altius excreſcit, comaque ampliore, quam domeſticum, ac plurimum uno erigitur trunco; Foliorum raches ſunt etiam longiores, firmæ, & virides; ejus folia multo majora, & quoque oppoſita ſunt, ſed non ita exacte, obliquam plerumque efformantia crucem: In arboribus junioribus pedunculi ſunt breviores, vel ramos lata magis plaga obvelant, quam in vetuſtioribus, in quibus duplicis itidem obſervantur formæ: In initio enim pluvioſorum menſium, ſuperius multo ſunt latiora & rotundiora, ſiccis vero menſibus ſunt acuminata, veraque Caryophyllorum folia magis referentia, novem, decem, & tredecim longa digitos, quatuor autem lata, in junioribus vero arboribus minora ſunt, cæterum glabra quoque, ſed non ſplendentia, neque tam dura, ac vulgaris Caryophylli. Foliorum oræ quoque ſunt ſinuoſæ & arcuatæ, ac tenuibus parallelis tranſverſalibus venis pertexta ſunt folia, ſed non ita arctis ac vulgaris, & ad oras recto ſinu ſunt conjuncta inſtar illorum *Cajoe Mera*, & *Jamboſæ*. Sylveſtre enim Caryophyllum eſt tamquam medium genus, quod affine eſt inter *Jamboſam*, & Silveſtrem arborem *Cajoe Mera* dictam, cum utraque magnam habens affinitatem. Medius folii nervus ſulcatus quoque eſt inſtar folii *Cajoe Mera*, ſed non ita profunde.

Contrita hæc folia ſilveſtrem ſpirant Caryophyllorum odorem, cum quadam aciditate mixtum, unde facile etiam dignoſci poſſunt.

Fructus in corymbis quoque gerunt uti domeſticum, ſed numero multo rariores, hinc inde enim unus alterve locatur in ramulorum ſummo, atque in illis modo duo, tres, quatuorve ſimul fructus, ejuſdem fere formæ, ſed duplo majores domeſticis, capitulum autem illorum non ita latum eſt, floresque ſimiles gerunt ac vulgares, diu ſunt virides, tandemque parum rubeſcunt, fuſco ac cinereo intermixto colore, ſi flores produxerunt, Anthophylli excreſcunt, magnitudine baccarum fructuum magnæ *Varingæ*, vel paulo longiores, fere inſtar minoris digiti, qui cincti & obducti ſunt obſcure rubente ſeu purpurea carne cultrum craſſa, molli & ſucooſa inſtar aliarum Silveſtrium *Jamboſarum*, ingrati ſaporis cum aciditate quadam juncti: Intus continetur oſſiculum oblongum, uti in

vero

IV. HOOFTSTUK.


Wilde Kruidt-Nagelboom.

De wilde Nagelboom waſt gemeinelyk wat hoger, en met een breder kruin dan de tamme, meeſt met eenen ſtam opſchietende, de ryskens zyn ook langer, taay, en groen, de bladeren veel grooter, en ſtaan mede tegens malkander, doch zoo precys niet, en meeſt in een ſcheef kruis: Aan de jonge boomen zyn haare ſteelen wat korter, of zy bekleeden den ſteel zoo veel meer, of verder dan aan de oude boomen, daar aanze dan ook noch van tweederley gedaante zyn: want in 't begin van de regen-Moeſſon vallenze van vooren breeder en ronder, maar in de drooge Moeſſon zynze voor ſpits, en de oprechte Nagel-blaaderen wat gelyker, negen, tien en dertien vingers lank, en vier breet, doch aan de jonge boomen zynze wat kleinder, anderzints mede glat, hoewel niet glimmende, noch zoo ſtyf als de tamme: De randen zyn ook wat bochtig, en met fyne paralleele dwersaderen doorregen, doch zoo digt niet als de oprechte, en aan de kanten, met een doorgaande booge t'zaamen geſlooten, gelyk die van de Cajoe Mera, *en* Jamboe: *want de wilde Nagelboom is als een middelbaare zoort, dewelke een maagſchap maakt tuſſchen de* Jamboſa, *en den wilden boom* Cajoe Mera, *en met die beide veel gemeinſchap heeft: De middelſte zenuwe van het blat heeft ook een voore, gelyk die van* Cajoe Mera, *doch zoo diep niet.*

Gevreven zynde hebbenze een wilde Nagel-reuk, met eenige zuurte gemengt, daar aan menze kennen kan.

Haare vruchten dragenze mede aan kroontjes, gelyk de tamme, doch veel minder in getal, ſtaande hier en daar maar eene aan 't uiterſte der ryskens, en aan de kroontjes ſtaander maar 2, 3, a 4 bezyden malkander: Zynde bykans van het zelfde fatzoen, doch wel tweemaal zoo groot als de tamme, maar 't hooftje is zoo breet niet, hebbende insgelyks zulken bloeizel en Kabeletten als dezelve, zy blyven lang groen, en werden eyndelyk een weinig root, met vaal en graauw onder een gemengt, en alsze gebloeidt hebben, zoo wordenze ook tot Moernagels van grootte als de Beſiën der vruchten van de groote Varinga, *of noch wel zoo lank, en bykans als een kleine vinger, omgeven of omvangen met een donker-root of purperachtig vleys ongeveer een mes dik, week en ſappig, als aan de wilde* Jamboeſen, *onlieflyk van ſmaak en met eenige*

zuurte





Caryophyllus

vero Anthophyllo, sed multo majus & linea incurva notatum, in bina divisum segmenta.

Anthophylli hi siccati non fuscum vel obscure rubentem induunt colorem, uti veri, sed sordide gilvum habent colorem, & rugosi sunt; nec odorem habent, vel vim aromaticam, sed illorum sapor est ingratus, silvestris, & austerus.

Arboris hujus lignum est durum, solidum, grave, & magis cinereum, quam domesticæ, cum fusco quodam colore mixtum, non quidem elegans, sed varios tamen in usus mechanicos utile, terram autem tangere non debet, alio quin facile corrumpitur: Fructus florent, & maturescunt eodem fere cum domesticæ tempore, vel paulo serius, Decembri nempe vel Januario: Arbor hæc sponte in silvestribus crescit montibus, atque propagatur ibi Anthophyllis suis delapsis.

Nomen. Latine *Caryophyllum Silvestre*, Malaice *Tsjenke utan.* Amboinice *Bahu Lawan Abbal*, & *Bubula Wabbal.* Hitoënsibus autem *Ohulawan Aycou*, quia hæc arbor, uti dictum fuit, tantam habet affinitatem cum *Cajoe Mera*, seu *Aycou*, de quo *libro* 4 plura dicentur.

Locus. In omnibus insulis Moluccis occurrit, & talibus quoque in locis, ubi nunquam veri observati fuere Caryophylli: Quidam Hitoënsis mihi narrabat sese ibi verum plantavisse Caryophyllum, quod tempore in Silvestre degeneravit; idem quoque expertus fui alia in arbore, quam certus eram in generali Caryophyllorum verorum plantatione ibi etiam fuisse locatam.

Usus. Quum nulla sit vis aromatica in hoc fructu, neque colligitur, neque usurpatur, sed avibus cibo relinquitur; raro etiam fit, fallaces incolas juniores decipere mercatores, hos silvestres Caryophyllos cum venditione ac traditione veris miscentes, ut pondus aggravent, quod ipsis alias facile foret instituendum, quum eodem fere tempore maturescant, sique hoc detegeretur, mulctarentur illi, qui autem attendere ad id accurate velit, facile dignoscere silvestres potest, quum multo sint majores veris Caryophyllis, pallidiores, & sordidi coloris, uti supra indicavimus, tales quoque esse, qui ex veris sponte decidunt, & sine suffocatione in sole exsiccantur: Silvestres autem sunt majores, & insipidi penitus.

Hujus arboris lignum, uti dictum fuit, adhibetur in ædificatorium opus, æque ad postes, quam ad trabes, postibus autem non ita conducit, quum ad terram facile putrescat, alioquin indurescit instar ferri, ita ut vix clavis transfigi possit, præsertim in Amboinensium ædibus, quæ plurimum fumo repletæ sunt, unde hoc lignum ita durum ac durabile fit, trabes tamen quadratæ vix formari possunt, quum arboris truncus raro sit rotundus, sed plurimum angulosus & difformis.

Inter Silvestria quoque Caryophylla altera minor numeratur arbuscula, plurimum tantum in fruticis formam excrescens, quæ tamen nimis a Caryophyllorum natura differt, quamque in subsequentibus inter Silvestres quoque arbores nomine *Caryophyllastri Silvestris*, seu *alterius* libro quinto discribemus.

Sin Silvestris Caryophylli lignum ad postes adhibere velimus, primum fumo exponendum est, quum diutius tum durat: Usurpatur quoque ad securium manubria, & Oryzæ tudiculas, politum vero ejus lignum soli non est exponendum, quum inde facile findatur; denique recens lignum nunquam ad talia adhibetur opera, quibus fissura nocet, sed semper siccum.

EXPLICATIO

Tabulæ Tertiæ.

Quæ exhibet ramum *Caryophylli silvestris* Tsjencke Oetan, incolis dicti.

a Naturalem fructus magnitudinem & formam denotat.

OBSERVATIO.

Arbor hæc Silvestris a *Pluknetio* in *Almag. p.* 88. videtur denominari Caryophyllus *languescente vi aromaticus, Malabaricus, folio & fructu majore*, & in *Phytogr. Tab.* 274 exhibetur, ut & a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 169 nomine *Caryophylli Silvestris*, nec non in *Valent. Musæo Musæorum epist.* 23. *pag.* 449.

CAPUT.

zuurte gemengt: Daar binnen legt een langwerpige korrel, even als in de oprechte, doch vry grooter, en met een kromme linie, in tween deelbaar.

Deeze Nagelen gedroogt zynde, werden niet bruin of donker-root, gelyk de oprechte, maar krygen een lelyke vaale koleur, en werden rimpelig; daar is ook gansch geen specery achtigheid in, maar een wilde onlieflyke, en adstringerende smaak.

Het hout van dezen boom is hart, dicht, swaar, en graauwer dan het tamme, met eenige bruinte gemengt, wel van geen zonderlinge moyigheidt, doch evenwel tot verscheide timmerwerk noch gebruikelyk, maar 't moet de aarde niet raaken, anders bederft het zeer licht: De vruchten bloeyen, en werden ryp omtrent dezelve tyt als de regte Nagelen, of wat later, te weten in December en January: ook groeyt den boom van zelfs in 't wilde gebergta, en plant zich zelven voort door zyne Moernagels.

Naamen: *Latyn* Caryophyllum Silvestre, *Malleyts* Tsjencke utan: *Ambons* Bahu Lawan Abbal, *en* Buhula Wabbal: *Hitoeës* Ohulawan Aycou, *om dat dezen boom, als gezegt is, zoo veel gemeynschap heeft met het* Cajoe Mera *of* Aycou, *waar van* lib. 4. *noch wat zal gezegt worden.*

Plaats: *men vint hem in alle Moluxe Eilanden, en dat ook ter plaatze, daar nooit regte Nagelen geweest zyn. Zeeker* Hitoeës *verzeekerde my, dat hy daar een oprecht Nagelboompje geplant hadde, 't welk metter tyt in een wilde veraart was. En het zelfste heb ik noch eens bevonden aan een anderen boom, welke men wiste eenige tyt te vooren, in een generale aanplanting, aldaar gezet te zyn.*

Gebruik: *Dewyl daar geen speceryachtigheid in deze vrucht is, zoo wertze niet verzamelt, en ook niet gebruikt, maar de Vogelen tot een spyze gelaaten, en zelden gebeurt het ook, dat zommige slimme Inlanders de nieuwe Koopluiden bedriegen, deze wilde Nagelen, in 't leveren, onder de oprechte mengende, om 't gewicht te vermeerderen, 't welk hun te lichter om te doen is, dewylze omtrent op een tyt ryp worden, maar als het uitkomt, wordenze daar over gestraft: en die 'er wel opletten wil, kanze licht kennen, om datze veel grooter zyn als andere Nagelen, als mede bleek en ongezien van koleur, gelyk wy ook gezegt hebben, die gene te zyn, die van de oprechte van zelfs afvallen, en zonder smooren slegts in de Sonne gedroogt werden: Doch de wilde Nagelen zyn noch vry wat grooter, en gants onsmakelyk.*

Het hout van dezen boom is, als gezegt is, noch gebruikelyk tot den huisbouw, zoo tot stylen, als balken, doch tot stylen zoo bekwaam niet, om dat het in de aarde ligt vergaat, anderzints wert het ook zoo hart als yzer, zoo dat men daar qualyk een spyker kan inslaan, inzonderheidt in de huizen der Amboineezen, die meest vol rook zyn, en schoon dit hout zoo hart en durabel wert, men kan echter geen vierkante balken daar van maaken, om dat den stam zelden ront, maar hoekig, en wanstallig is.

Onder de wilde Nagelen wert ook gereekent een ander klein boompje, meest een struik blyvende, doch al te veel van den Nagel-aart verschillende, en 't welk wy in 't vervolg ook onder de wilde boomen, met den naam van Caryophyllaster terrestris, *of* alter, lib. 5. *beschryven zullen*

Als men 't wilde Nagelhout tot stylen van paggers gebruiken wil, gelyk meest geschiet, zoo moet men 't eerst rooken, want dan duurenze langer: Men gebruikt het ook tot steelen van bylen en rysstampers, maar het geschaafde bloote hout moet men niet in de Sonne leggen, om dat het daar van ligt scheurt: In somma het versche hout wert tot gene werken gebruikt, daar 't niet scheuren mag, maar altydt het gedroogde.

AANWYSINGE

Van de derde Plaat.

Verbeeldende een *Tak* van de *Wilde Kruidt-Nagelboom*, by de Inlanders Tsjenke Oetan genaamt.

a Vertoont de Vrucht in de natuurlyke grootte en gedaante.

AANMERKINGE.

Deze Boom schynt van *Pluknet* in zyn *Almag. p.* 88. genaamt te werden Caryophyllus *languescente vi aromaticus, Malabaricus, folio & fructu majore*, en in zyn *Phytogr. Tab.* 274 afgebeeldt; en van *Valentyn* in *Ambons beschryving. pag.* 196. onder de naam van *wilde Nagelboom* beschreven, als mede van *Valentyn* in *Musæum Musæorum. epist.* 23. *p.* 449.

V.

CAPUT QUINTUM.

Nux Myristica. *Pala.*

UTi summo Creatori, ut homines continuo in labore & exercitio occupatos teneret, placuit, rutilantes gemmas, fulvum metallum, aliaque cimelia in ipsis terræ visceribus celare, simili quoque modo bina pretiosa aromata, Caryophyllos nempe, atque Nucem Moschatam in paucis parvisque plantavit insulis, illasque in extremo veluti Orientalis Oceani angulo simul abscondit.

Quo modo Caryophylli antea in insulis tantum Moluccis & hodie in Amboinæ solummodo imperio inveniantur, supra memoratum fuit: Nunc itaque transibimus ad alterius aromaticæ arboris descriptionem, Nucis nempe Myristicæ arboris, quæ ita sese habet.

Veræ Nucis Myristicæ, feminæ quoque dictæ, arbor formam gerit ac magnitudinem vulgaris Pyri, quædam etiam sunt altiores. Ejus vertex rotundior est quam Caryophylli, nihilominus tamen bene ordinatam format Pyramidem, sed magis extensam quam prioris: Plerumque recto exsurgit trunco, aliquando etiam duplici & triplici: Rami plurimum ad latera extenduntur, nec ita in altum eriguntur ac Caryophylli: Ex hisce autem quidam rariores ita eriguntur, ac si erecti forent fustes, quique in summo parvas aliquando etiam formant comas instar junioris arboris. Arboris cortex est glaber, obscure cinereus cum viridi mixtus, interne rubens & succosus. Arbor raros gerit crassosque ramos, hi autem luxuriantes sunt, in tenues longosque divisi ramulos, qui intricati dependent, & fructus gravitate deorsum inclinant.

Folia sunt instar Pyri, sed paulo acutiora, longiora, integra, & acuminata, superius obscure virentia, inferius parum cinerea, qui character est omnium nucum generum, quod inferior nempe folii pars sit magis incana, quam ejus superior, cæterum sunt glabra instar Caryophylli foliorum, sed multo tenuiora, & magis æqualia, superius parum splendentia, inferius neutiquam, lateralesque gerunt paucas costas: In binos plurimum locantur ordines in ramis, sed alternata: In ore manducata distincte aromaticum præbent saporem: Sin arbor incidatur, vel ejus ramus abrumpatur, succus exstillat læviter rubens, & glutinosus, fere instar tenuioris sanguinis, qui mox ruber penitus concrescit & exsiccatur, arborem emaciat, & pannos tali modo commaculat, ut nunquam expungi possint maculæ. Juniora autem folia non rubent, uti Caryophylli folia, sed incana sunt & læte viridia.

Prima fructus rudimenta parva sunt albicantia vel flava capitula, quæ sese in albos explicant flosculos, acsi calices forent, oris angustis, superius in tria sese dividentes segmenta acuminata, optime referentes *Lilii Convallii* flores, qui in centro continent parvum, oblongum, ruffum pistillum, quod in fructum excrescit. Flosculi nullum spirant odorem, ex petiolis incurvis plurimum deorsum inclinatis dependent bini tresve simul aliquando, hique iterum ex alio oriuntur petiolo, qui ex foliorum alis ortum suum ducit, in ramulis unicus autem plurimum tantum excrescit fructus, aliique flosculi decidunt: Raro etiam bini tresve simul juncti apparent fructus, quos omnes arbor producere non posset. Contentum pistillum excrescens flores aperit, postquam antea in spadiceum mutatum sit colorem: Nono autem post flores mense fructus maturescit, nihilominus tamen ter in anno decerpitur, uti postea indicabitur. Quod fit, quia successive floreat arbor, fructusque maturescant.

Qui ex longis dependent pedunculis, suoque pondere omnes ramulos deorsum inflectunt; magnitudinem formamque habent mali Persici, sed inferius acuminatus est fructus instar Pyri, & ab ipso pedunculo per totum ejus ambitum sulco bifidus est, uti malum Persicum ab uno latere insignitur; molli apice superius ornatus.

Pel-

V. HOOFTSTUK.

Noote-Musschaten.

*GElyk het den Alderhoogsten Schepper, om de menschen geduurig in arbeidt en moeite bezig te houden, behaagt heeft, 't glinsterende gesteente, 't roode metaal, en andere kleinodien in de diepe ingewanden des aardtryks te verbergen, op gelyke manier heeft hy ook de twee kostelyke speceryen, namentlyk Nagelen, en Nootemusschaten in of op weinige en kleine Eilanden geplant, en dezelve in den alderuittersten hoek des Oosterschen O-*ceaans *te zaamen als verborgen.*

Hoe de Nagelen voor dezen alleen in de Moluxe Eilanden, en hedensdaags alleen in 't Ambonsche gebiet gevonden werden, is hier boven gezegt. Nu zullen wy voortvaaren, en treden tot de Beschryving van de tweede specery-boom, te weten van de Noote-musschaten, dewelke dusdaanig is.

Den Boom van de oprechte Noote-Musschaten, dewelke men ook Wyfkens noemt, heeft de gedaante en grootte van een Peere-boom, en zommige zyn ook wel hooger: Zyn top is ronder dan die van den Nagel-boom, en des niet te min formeert hy een wel geschikte Pyramidale *kruin, doch wat meerder uitgespreyt dan de Nagel-boom: Hy schiet meestendeel op met een rechten stam, en zomtyds ook wel met twee en drie; de takken spreyden haar meest ter zyden uit, en gaan zoo recht niet op als die van den Nagelboom: doch uit dezelve takken zietmen zoo nu en dan wel eenige weinige zoo recht over eind' opschieten als of het stokken waaren, en dewelke zomtyts ook kruintjes krygen als een jong boompje: Den bast van den boom is effen en donker graauw, met groen gemengt, van binnen root en zappig: Den boom heeft weinige dikke takken, doch dezelve zyn weelderig, verdeelt in dunne lange ryskens, die wat verwert door malkander hangen, en door de swaarte van de vrucht, nederwaarts getrokken worden.*

De bladeren zyn als die van de Peere-boom, doch wat spitzer, langer, en zonder kerven aan de kanten, voor met een lange spitze, boven op hoog groen, en onder wat grysachtig, 't welk is een merkteken van alle Nooteslachten, te weten dat de onderste zyde gryzer of vaalder moet zyn dan de bovenste, anders zynze ook glat, gelyk de Nagel-bladeren, doch veel weeker, en effener, boven een weinig glimmende, maar onder geenzints, en hebben ter zyden ook maar weinig ribbekens: Zy staan meest in twee ryen aan de takjes, doch niet regt tegen malkander over: In de mont gekaauwt zynde gevenze klaarlyk eem speceryachtige smaak te kennen. Als men in den boom kapt, ofte een tak daar van afbreekt, zoo loopt daar een ligt roode en kleverige zap uit, bynaa als dun bloet, dewelke straks hoog root besterft, den boom zeer uitmergelt, en in het witte linnen zoodanige vlakken maakt, dat menze daar nooit kan uitwassen: De jonge bladeren zyn niet root, gelyk die van de Nagel-boomen, maar witachtig en licht-groen.

De eerste beginzelen van de vrucht zyn kleine witte, ofte licht-geele knopjes, waar uit voortkomen witte bloempjes als kelkjes, met een naauwen mont, boven in drie spitzen gedeelt, zeer gelykende na de Lilium Convallium, *in 't duits Mey-bloemen, of Lelyen van den daale: daar binnen ziet men een klein lankwerpig ros knopje, waar van de vrucht groeit. De bloempjes hebben geen reuk, zy hangen aan kromme steeltjes meest nederwaarts gebogen, twee en drie by malkander, en die hangen weder aan een ander steeltje, 't welk voortkomt uit den oorspronk der bladeren aan de ryskens, doch daar komt meestendeels maar eene vrucht van: en de andere bloempjes vallen af: Men ziet ook zelden 2 à 3 vruchten by malkander; want den boom zoude anders alle dezelve niet dragen konnen: Het binnenste knopje grooter werdende, doet de bloeme bersten, naa dat het al vooren Kastanje-bruin geworden is: In de negende maant na 't bloeyen wert de vrucht ryp, niet te min wert zy driemaal in een jaar afgeplukt, gelyk hier na zal gezegt werden: 't welk bykomt, om dat de vruchten na malkaar bloeyen, en rypen.*

De vrucht hangt aan lange steelen, en trekt met haare swaarte alle de ryskens nederwaarts: zy groeit tot de grootte en gedaante van een Persick, *doch achter wat toegespitst gelyk een Peere, van den steel af in de lengte rondom met een kloove in tween gedeylt, gelyk de Persicken aan hun eene zyde hebben, met een week spitsje voor op.*

De

Pellicula ejus exterior eſt glabra, primum læte virens, quum matureſcit fructus, in gilvum tendit inſtar Perſici maturi, tumque intermedius ſulcus ſeſe aperit, nucleumque exhibet, eleganti Kermeſino colore intermedio apparente, ita ut, ſi fructus per duos treſve dies ex arbore dependeat, uucleus decidat, ſique in terra procumbat, vermes facile contrahit, atque corrumpitur præ nimia nucis pinguedine, quod pluvioſo plerumque fit tempore; immo exterior in arbore ſuperſtes pellicula, breves craſſoſque itidem generat vermes, qui macim comedunt; Exterius putamen eandem habet craſſitiem ac malum Perſicum, ſed durioris eſt ſubſtantiæ, interne albicans, ſuccoque tenui ſeroſo repletum, ſapore autem auſtero & adſtringente, unde non edule eſt. In hoc putamine nucleus ſeu vera continetur nux, in qua primum apparet Kermeſina macis, retiformiter nigrum ambiens nucis corticem, ita tamen, ut hinc inde dictus cortex appareat, nux autem ad pedunculum latior eſt, ubi diutiſſime quoque alba eſt, ſuperius vero parvum in acumen deſinit, ubi macis diviſiones ſunt craſſiſſimæ, & magis intricatæ, macis autem tam firmiter nigro adhæret cortici, ut ſulcum efformet: Cortex hic niger æque craſſus eſt, ac nucum avellanarum, neutiquam tamen ita durus; facile enim confringi, & in partes conteri poteſt. In hoc tandem verus continetur fructus, ſeu nucleus *Nux Myriſtica* dictus, qui neutiquam putamini iſti adhæret, ſed undique liber eſt, in ſiccatis fructibus nux parum corrugatur, ita ut ſonitum edat, ſi fructus conquatiatur.

De buitenſte ſchel is effen, eerſt licht-groen, en alsze ryp zyn, na het vaale trekkende, gelyk een rype Perſick, als dan opent haar de middelſte kloove, en vertoont de korrel, met een fraaye Karmozyn roode koleur daar tuſſchen uitkykende, zo dat, als de vrucht noch twee à drie daagen aan den boom blyft hangen, de korrel van zelf daar uit valt, en zoo hy op de aarde leggen blyft, krygtze zeer lichtelyk wormen, en bederft wegens de groote vettigheid, die in de noot is, doch het welk gemeynelyk by regenachtig weer geſchiet, ja de buitenſte ſchelle, noch aan den boom hangende, krygt ook korte dikke wormen, die de Foelie opeeten: De buitenſte ſchelle of bolſter heeft dezelfſte dikte gelyk een Perſick, doch is wat harder van ſubſtantie, en van binnen witachtig, vol van dun weyachtig zap, van ſmaak wrang, t'zamentrekkende, en daarom niet eetbaar. In deze ſchelle leyt de korrel of rechte Noote, waar aan men eerſtelyk ziet de Karmozyn-roode Foelie, de ſwarte ſchaale netsgewys, en gelyk als met riemkes omvangende, zoo nochtans, dat men hier en daar de voornoemde ſchaal daar tuſſchen zien kan, zynde boven by den ſteel wat breder, alwaarze ook op 't langſte wit blyft, en na vooren looptze een weinig ſpits toe, daar de riemkens dikſt en door malkander gevlochten zyn, de Foely leyt zoo vaſt en dicht op de ſwarte ſchaal, datze een voore daar in maakt. De ſwarte ſchaal zelfs is wel zoo dik als die van de Haze-nooten, doch geenzints zoo hart, want zy kan licht gebrooken, en in ſtukken geduwt werden: Hier binnen leidt nu eerſt de rechte vrucht of korrel, die men Noote-muſſchaaten noemt, die geenzints aan de voorſchreve ſchaal vaſt kleeft, maar is rondom daar van los, de gedroogde zyn een weinig ingekrompen, zoo dat zy daar binnen rammelen, als men de Noote ſchut.

Nux ipſa ſatis nota eſt, una parte plana, quæ inferior ejus pars eſt, undique parum rugoſa, duplicis formæ, una enim eſt oblonga, altera rotunda, utraque æque bona, rotunda vero plerumque durior eſt. Si acu perforetur nux, vel findatur, oleum exhibet, quod ſi non appareat, indicium eſt, nucem eſſe exſiccatam & nimis vetuſtam. Vera aromatica nux unica tantum eſt, ſed, uti dictum, biformis, una nempe arbor oblongas, altera rotundas gerit nuces, quæ differentia in arboris foliis etiam apparet, unius enim folia ſunt longiora, alterius vero breviora & rotundiora, utraque tamen æque ſunt aromatica, easdemque habent virtutes, nuces autem rotundæ feminæ dicuntur hujus arboris; Altera enim ſpecies eſt, quæ mas dicitur, quæ breviorem gerit truncum & folia, comamque gerit rotundiorem, cæterum præcedenti ſimilis, ſed diſtinguenda ab altera ſilveſtri arbore, cujus fructus proprie mares dicuntur.

De Noote zelfs is genoegzaam bekent, zynde aan 't een einde wat plat, 't welk haar achter deel is, en rondom wat rimpelig, van gedaante tweederley, want de eene is lankwerpig, en de andere ront, beide even goet, doch vallen de ronde wel zoo hart: Zoo men daar met een naalde inſteekt, ofte dezelve open byt, komt daar een olye uit, 't welk niet geſchiedende, een teyken is, dat de Noote niet deugt of veroudert is. De regte ſpecery-Noot is maar eenderley, doch, als gezegt, heeft twee gedaantens, namentlyk de eene boom draagt lankwerpige, en de ander ronde Nooten, welk onderſcheidt men aan de bladeren van den boom ook ziet, de eene dezelve wat lankwerpiger, en de andere wat korter en ronder hebbende, doch zy zyn beide even ſpeceryachtig, mitsgaders van gelyke krachten, en deze laatſte of ronde worden voor 't Wyfken van de regte Nooteboom gehouden, want hy heeft noch een byzonder geſlacht, 't welk men het Manneken noemt, zynde veel korter van ſtam en bladeren, ronder van kruin, en voorts den gemeene gelyk, doch te onderſcheiden van een andere wilde boom, die men eygentlyk Mannekens-nooten noemt.

Prima itaque arbor mas, & *Pala Boy* dicta, plurimos flores gerit, ſed raros, & majores fructus, quaſi geminos, qui plerumque anterius cruce quaſi notati ſunt, uti & ſubſequens *Pala-Bacambar*. Raro occurrunt, & ſemper ſolæ ab aliis remotæ arboribus, & Soli bene expoſitis locis, videturque hæc ſpecies degenerata eſſe a vera Nuce Moſchata: Præter binas haſce ſpecies nux aromatica alias quoque habet varietates, & abortus, quæ autem non diverſam conſtituunt ſpeciem, uti primum *Pala-Bacambar*: ſeu nuces geminas; in Banda *Palakende-kende* dictas, cujus fructus exterius duplicem habet ſulcum, cruciatim ſupra ſeſe decurrentem, cæterum vulgari ſimilis eſt, vel paulo major, inque hoc continetur *Pala-Bacambar*, binos gerens nucleos ſibi invicem junctos, quisque autem ſuo includitur putamine, atque ſua obvolvitur maci: Ad latera vero, ubi ſibi invicem junguntur, ſunt plani, intermedia craſſiore locata maci, unde & interiores nuces modo ſemi-rotundæ ſunt.

De eerſte mannekens-boom dan, Pala boy *genaamt, draagt meeſt bloemen, doch zeer weinige, en wat grotere vruchten als tweelingen, dewelke gemeynelyk met een kruis van vooren geteykent zyn, gelyk als de naaſtvolgende* Pala-Bacambar: *Men vintze weinig, en dan noch altyt alleen van andere afgezondert, ook wel ter Sonne ſtaande, en het ſchynt, dat deze zoort een ontaarding is van de gemeene Noote-boomen. Behalven deze twee geſlachten heeft de ſpeceryachtige Noote noch eenige andere veranderingen, en misgevallen, doch dewelke geen byzondere zoorte maaken, als eerſtelyk* Pala-bacambar, *ofte tweelings Nooten, in Banda* Palakende-kende *genaamt, wiens vruchten van buiten een dubbele voore of kloove hebben, kruis-gewys over malkander lopende, zynde anders de gemene gelyk, of wel wat grooter, en daar binnen vint men de* Pala-bacambar, *hebbende twee korrels tegens malkander aangevoegt, yder in zyn byzondere ſchaal, en ook met zyn byzondere foely omvangen: Aan de zyde, daarze tegens malkander leggen, zynze plat, hebbende tuſſchen beiden noch een dikke foely, en gevolglyk zyn de binnenſte Nooten ook maar half ront.*

Nullam peculiarem habent proprietatem, vulgaribusque miſcentur nucibus, & ad curioſitatem ſæpe aſſervantur. Figmentum autem eſt & ſuperſtitioſum, quod ſi in cibis uſurpentur, feminas gemellos inde enixuras.

Zy hebben geen byzondere eygenſchap, en werden ook onder de gemeene Nooten vermengt, ofte tot een rariteyt bewaart. Zynde het een verdichtzel of waangeloof, datze in de koſt gebruikt, de Vrouwen met tweelingen zoude doen bevallen.

Altera varietas eſt *Pala Pentsjoeri* h. e. furum nux; Hæ vel nullum gerunt oſſeum putamen, vel tantum ejus partem, macisque nudæ adjacet nuci, quæ nec rotunda nec oblonga eſt inſtar vulgaris, ſed obliqua & irregularis tuberculoſæ formæ, eſtque abortus damnoſus: Si enim aliis miſceatur nucibus, vel maci, omnes, quibus adjacet, carie exeduntur, & pereunt, quum

Ten tweeden Pala Pentsjoeri, *dat is diefjens Noten: Deze hebben of geen houte ſchaal, ofte maar een ſtuk daar van, en de foely leidt op de bloote Noote, zynde dezelve niet recht ront, noch ovaal gelyk de gemene, maar ſcheef en hobbelig, ook is het een ſchadelyk misgewas: Want onder andere Nooten, ofte foely gemengt wordende, zoo doetze alle die gene, daar zy by leidt, vermolmen en vergaan,*

quum ipsa prius corrumpatur, ac dein alias quoque commaculat, unde hæc diligenter eligenda est, ne aliis misceatur: Quidam autem illam in medicamentum asservant, dicentes, valere ad calculum vesicæ comminuendum, cujus tamen nullum audivi experimentum.

Tertia est *Pala Radja* seu nuces maciferæ, hæque fructus aliis similes gerunt, sed loco interioris nuclei parvam gerunt nucem, crassissima abvolutam maci. Immo nucicula hæc sæpe non major est grano Piperis, massa vero ex mace concreta dura est, gravis & durabilis, solebantque ita integram sine nucis exemptione alii miscere maci, quum vero macis illa multo sit pulchrior & durabilior quam vulgaris, hinc quidam amatores curiosi illius portionem servant, non ita curiositatis gratia, quam ad usum medicum: Aliquando in peculiari crescunt arbore, aliquando etiam aliis mixtæ nucibus in una eademque arbore.

Quarta varietas est *Pala Hollanda*, seu *Pala Puti*, quæ a vulgari quoque non differt, excepto quod incanam gerit Macim, quæ tamen lutea est, sicca si fuerit, nihilominus tamen quoque aromatica est; Quum vero alii maci ingratum conciliat colorem, hinc seligitur, & separatim venditur. Quædam etiam occurrunt arbores, quarum macis ex flavo & rubro variegata est, hincque *Pala Kackerlack* vocantur.

Quinta & ultima varietas est *Pala Domine*, quæ nuces gerunt maci ab una tantum parte obvolutas, ac proinde tamquam Pastoris semi-pileolo tectas. Hæ autem a depuratoribus nucum non multum expetuntur, quum macis integra tolli nequeat, multum diffringatur, ac parvam macis exhibeant quantitatem.

Nomina vulgaria & communia. Fructus hic antiquioribus scriptoribus ignotus quoque fuit, saltem quatenus detegere potuerim, immo videtur longe post Caryophyllos Occidentali innotuisse populo: Ejus enim mentio fit a recentissimis tantum Græcis scriptoribus, præsertim vero occurrit apud Arabem *Avicennam*, qui vixit circiter anno Christi 1160; cum vero autem convenire videtur, longe antea jam innotuisse, sed a nemine descriptam fuisse. Arabice ipsi dicitur *Giauzbant*, quod alii scribunt *Jauzial-bant*, item *Gjeu-zot-tibi* h. e. nuces aromaticæ. Vocatur quoque *Gjauz-Bawa*, vel uti alii corrupta scribunt lingua, *Gjauz-bawe* & *Bague*, quod originis tamen Persicæ est, grate spirantem denotans nucem. Latine hodie dicitur *Nux Myristica odorata*, *aromatica*, vulgo autem *Moschata*, *Muscata*, *Moschocaryon*, & *Moschocaridion* a Moscho, h. e. Zibeto, non quia ejus habet odorem, sed ex more vulgi, quod antiquioribus temporibus multis grate spirantibus fructibus cognomen Musci tribuit, uti Uvæ & Pyra Moschata vocantur: Eandem quoque ob caussam neoterici Græci, eandem hanc nucem *Myristicam* dixere *Unguentariam*, non quia ex hac unguenta componantur, sed quod odorem gerant unguentorum odoriferorum. In Decana seu India veteri vocantur *Japatri*, Portugallis *Noz d'Especia*, Belgis *Noote Muschaten*, vel tantum *Nooten*. In Banda, & apud omnes Malaicenses populos *Pela*, in Ternata *Gosora*. In Sinensi lingua *Lanhau:* Reticula rubra, quæ putamini ligneo adjacet, novo Latino vocabulo *Macis* dicitur, quod bene distinguendum est a *Macere* Græcorum, quæ longe alia est arbor, in India veteri satis nota nomine *Macre* & *Macrure*, Portugallis *Arbore de las cameras*, h. e. rubra melissona arbor, & *Arbore Sancto* dicta: Nomen autem *Macis* ortum videtur duxisse a Javanico vocabulo *Massa*, quo & Portugallis etiam sic dicitur. Hodie reticula hæc Malaice vocatur *Bonga Pala*, Sinensibus autem *Lanhau-Hoe*: Belgice *Foeli*, & *Muscaten bloemen*. Arabibus vero *Besbaze*, & corruptis vocabulis *Besbaze*, *Bisbeli*, *Besbaca* &c. In Decana *Jaifol*, quod denotat flores Javanenses, quum fallaces Javani hominibus persuaderent, fructus esse in sua patria crescentes; Malaicenses vero per *Bonga Pala* parvos intelligunt flosculos, seu veros Nucis Moschatæ flores, quos siccatos in usus medicos conservant, satisque copiose colligi possunt ex specie *Pala-Boy* dicta, quæ domesticæ Nucis Myristicæ arboris mas habetur; e contra macis vocatur ipsis *Sarony* seu *Boncus Pala* h. e. vagina, vel saccus Nucis, idque meliori certe jure, quænam enim similitudo est macis cum flore?

Locus.

gaan, door dat zy eerst vergaat, en daarna andere aansteekt, weshalven men dezelve zorgvuldiglyk moet uitzoeken, op datze niet onder de andere en komen. Zommige bewarenze evenwel tot Medicyne, zeggende dat ze krachtig zyn om den steen in 's menschen lyf te verbryzelen, doch waar van ik geen Experientie gehoort hebbe.

Ten derden Pala Radja, *of Foely-nootjens: en deze zyn van vruchten de andere gelyk, maar in plaats van de binnenste korrel hebbenze een klein Nootjen, omvangen met een zeer dikke Foely: Ja zomtyds vint men 't Nootjen daar in niet grooter als een peper-korrel, zynde dezen klomp foely echter hart, swaar, en durabel, en men pleegtze zo geheel, (zonder 't Nooteken daar uit te nemen) onder andere foely te leveren, maar dewyl deze foely veel schooner en durabeler is als de gemeene, zo komen zommige Liefhebbers wel een weinig daar van te bewaren, niet zo veel tot een rariteyt, als wel tot medicyne: Zy wassen zomtyds aan een byzondere boom, en zomtyds ook met andere Nooten vermengt aan eenen boom.*

Ten vierden Pala Hollanda, *of* Pala Puti, *deeze verschilt ook niet van de gemene, behalven datze een witachtige foely heeft, doch die echter geel opdroogt, en niet te min specery-achtig is: Maar om datze de andere foely ongezien maakt, zoo wertze uitgeschooten, en byzonder gewogen: men vint ook eenige boomen, welkers foely met bleek geel en root gesprenkelt is, en wert daarom* Pala Kackerlack *genaamt.*

Ten vyfden, en ten laatsten Pala Domine, *zynde Nooten, dewelke maar half met foely bedekt zyn, en dierhalven als een Kalotje, of* Dominees-muts *op hebben: maar deze zyn van de Perkeniers niet veel geacht, om dat de foely daar van niet zonder bryzelen kan afgenomen werden, en om datter ook weinig foely aan is.*

Naamen in 't gemeen: Deze vrucht is de oude Schryvers ook onbekent geweest, immers zoo veel men tot noch toe bespeuren kan; ja 't schynt, datze noch al lange na de Nagelen de Wester werelt is bekent geworden: want men vint maar eerst mentie daar van gemaakt by de jongste Griekse Schryvers, doch inzonderheidt by den Arabier Avicenna, *die geleeft heeft omtrent het jaar* Christi 1160, *en evenwel is het waarschynelyk, datze al lange te vooren in kennisse geweest is, maar van niemant beschreven. Hy noemtze in 't Arabisch* Giauz-bant, *'t welk andere schryven* Jauzial-bant, *als mede* Gjeu zot-tibi, *dat is Specery-Nooten: hy wert ook genaamt* Gjauz-bawa, *of gelyk andere in een bedorven taal schryven* Gjauz-bawe, *en* Bague, *'t welk een oorspronkelyk Persiaans woort is, betekenende een welriekende Noot. In 't Latyn wert ze hedensdaags genaamt* Nux Myristica odorata, aromatica, *in 't gemeyn* Moschata, Muscata, Moschocaryon, *en* Moschocaridion, *van Moschus, dat is* Muskeljaat, *niet om datze daar na riekt, maar na de kostume van 't gemeene volk, dewelke voor dezen aan veele welriekende vruchten den toenaam van Muschus gegeven hebben, gelyk men zegt muschadelle druiven en peeren, en om de zelfste reeden hebben de nieuwe Grieken dezelve Noote* Myristicam, *dat is* Unguentariam, *of salfnooten genaamt, niet om dat men daar zalven af maakt, maar om datze den reuk hebben van welriekende zalven. In Decan ofte oud Indien wordenze genaamt* Japatri, *by de Portugezen* Noz d'Especia, *op Nederduits Noote-musschaten, of flegts Nooten. In Banda, en by al de Maleyers*, Pela, *in Ternaten* Gozora: *en in 't Sinees* Lauhau. *Het roode netjen, dat op de boute schaalen ligt, wert in 't nieuw Latyn genaamt* Macis, *'t geen men wel onderscheyden moet van 't* Macer *der Grieken, 't welk een gants andere boom is, in oud Indien genoegzaam bekent, onder den naam van* Macre *en* Macrure, *by de Portugezen* Arbore de las cameras, *dat is roode melisoen-boom, en* Arbore Sancto *genaamt; maar 't woort* Macis *schynt afkomstig te wezen van 't Javaansche woort* Massa, *gelykze noch op het Portugeesch heet. Hedensdaags noemt men ze in 't Maleyts* Bonga pala, *In 't Sinees* Lanhau-hoe: *op 't Nederduits* FOELY *en* MUSCHAATEN BLOEMEN, *op 't Arabis* Besbase, *en met bedorven namen*, Besbase, Bisbeli, Besbaca *&c. In Decan* Jaifol, *'t welk al wederom beduiden wil bloemen uit Java,' om dat de listige Javanen de menschen wysmaakten, dat het vruchten waaren in haar Land wassende. De regte Maleyers verstaan door* Bonga Pala *de kleine bloempjes, ofte eigentlyke bloeizel van de Noteboom, dewelke zy gedroogt tot eenige Medicyne bewaaren, en men kanze genoegzaam bekoomen aan de zoorte, die men* Pala-Boy *noemt, en voor 't manneken van de tamme Nooteboom gehouden wert, daar en tegen de foely noemenze* Sarony, *of* Boncus Pala, *dat is scheede of zak van de Noot, en zeker dat met beter reden, want wat gelykenis heeft de foely met een bloem?*

Plaats.

Locus. Arbor Nucem Myristicam gerens latius sese extendit ac Caryophyllum, per totum enim fere Moluccæ Imperium occurrit: Verus tamen ejus locus fixus est Banda, ex sex minoribus constans insulis, *Neyra* nempe, *Lontoira*, *Goenenga-Apia*, *Pulo-Aya*, *Pœlorona*, & *Rossingenia*, quarum autem tres tantum uti *Neyra*, *Lontoira*, (alias elatior terra quoque dicta) & *Poulo-Aya* dictas proferunt arbores. In Amboina quædam etiam inveniuntur, uti & in adjacentibus insulis Uliassensibus, sed ibi non coluntur, & pauci earum fructus ab incolis & civibus ad artem tantum Medicam, aliquando etiam ad cibum adhibentur, videturque antiquioribus temporibus mutuam harmoniam inter incolas Bandæ & istius Provinciæ jam fuisse excultam, Bandenses nempe nullos Caryophyllos, Amboinenses vero nullas nuces Myristicas culturos fore, nec sine ratione dicunt, omnipotentem Deum cuique insulæ peculiaria sua tribuisse dona, quibus contentos esse homines oportet.

In *Kelang-Cerama*, & insulis ad Eurum sitis, *Nila*, *Dammea*, *Seroua*, *Kouwera*, & *Kussuwoeya* antea etiam crescebant arbores, sed hæ partim belli jure, partim voluntariis pactis cum incolis stabilitis ibi sunt exstirpatæ.

In parvæ Ceramæ silvis ante aliquot annos arbores quædam fuere inventæ, quæ pulcherrimos & magnos producebant fructus, sed diversus horum sapor erat inter hosce atque inter Bandenses, quum Ceramensium nuces æque ac macis multo silvestrioris essent saporis, ita ut credendum sit, arbores hasce sensim in silvestres penitus degeneraturas esse, quod etiam clare ex ipsarum foliis apparet, quæ multo majora sunt domesticæ foliis, quoque remotior est hæc arbor ab inperio Bandensi, eo magis silvestris est, eoque deteriores sunt ejus nuces; hæ enim multo sunt minores, neque perfectæ, unde silvestris magis species, quam vera Nucifera arbor habenda est.

Neyraschenses nuces optimæ sunt & maximæ, pulcherrimæ vero harum arborum Silvæ occurrunt in *Pulo-aya*, insula haud multo longiore duobus millibus passuum, sed plana, ac plerumque altissimis nuciferis arboribus consita, hinc inde autem aliæ frugiferæ arbores inveniuntur, quæ jucundum præbent conspectum ac gratissimam ambulationem, quod tam elegantem dat perspectum, ut tota fere insula unus continuatus appareat hortus, & ad maris oram hinc inde quidam conspiciuntur monticuli silvestribus obsiti herbis, quæ ibi autem servandæ sunt, ut gracilis ventus marinus a silvis arceatur: Hæc autem insula aqua ut plurimum destituitur dulci seu pluviali, nihilo minus tamen plurimi hanc inhabitant cives & domini, qui ejus aquæ inopiam ex cisternis supplent patinis, ita ut *Pulo-aya* tertiam suppetere possit Nucum quantitatem, quæ in mundo consumuntur.

In *Lontoira* optimæ harum arborum sunt areæ, quum vero hæc insula montibus altissimis ac præruptis difficilem præbeat adscensum, periculosum quoque est, arbores hasce conscendere, nucumque collectio difficilis admodum est, quum arbores sæpe in declivis montium locis crescant, planitiesque raræ in hisce inveniantur: Arbores autem, quæ in summis locatæ sunt montibus, raros quoque ob intensum ibi frigus gerunt fructus.

In Rumphii auctuario hæc adduntur.

Cum quibusdam doctorum virorum putaret quis, quod Nux Moschata vel saltem Macis tempore *Plauti* fuisset cognita, dum hic in *Pseudolo act.* 3. distincte *Macidem* vocat, vel potius vaticinatus esset, post aliquot mille annorum spatium aroma quoddam eodem nomine fore notum. Si vero is locus accurate examinetur, comperiemus, verba esse ostentatoris, ac mendacis coqui, qui, ut artem ostentaret, plurima ficta adhibet nomina, uti *Cicilendrum*, *Polindrum*, *Macidem*, & *Sancaptidem* ad pisces, ad carnem vero *Cicimandrum*, *Hapalopsidem*, & *Cataractriam*, quæ nomina nullus unquam intelligere potuit, unde & coqui conductor in hæc erumpit verba: *At te Jupiter, Diique omnes perdant cum condimentis tuis, cumque tuis istis omnibus mendaciis.*

Plaats. Den Nooteboom vint men verder verspreydt, dan den Nagelboom, namentlyk bykans door het geheele Molukze gebiet, zyn rechte zitplaats evenwel is de Provincie Banda, *bestaande uit zes kleine Eilanden, namentlyk* Neyra, Lontoir, Goenong-api, Pulo-ay, Poeloron, *en* Rossingein, *doch van dewelke maar alleen drie als* Neyra, Lontoir, (*anders het hooge Lant genaamt*) *en* Poulo-ay, *de gemelde boomen draagen. Men heeft 'er mede wel eenige in Ambon, en de bygelegene Uliassersche Eilanden, doch zy werden aldaar niet gecultiveert, maar de weinige vruchten by de Inwoonders en Burgers alleenlyk tot de Medicyne, en ook zomtyts in de kost gebruikt, en 't schynt, dat in de oude tyden al een onderlinge overeenstemminge tusschen de Inwoonders van Banda en de gemelde Provincie geweest zy, te weten dat die van Banda haar met geen Nagelen, en die van Amboina hen met geen Nooten zouden bemoeyen, niet zonder groote reden, zeggende, dat God yder Eilandt zyn byzondere gaven gegeven heeft, waar mede zy te vreeden moesten zyn.*

Op Kelang-cerain, *en de zuidt-ooster Eilanden*, Nila, Damme, Serou, Kouwer, *en* Kussuwoey *hebbender voor dezen mede gestaan, maar dezelve zyn aldaar ten deele door 't recht van den Oorlog, ten deele ook door vrywillige Contracten (met de Inwoonders aangegaan) uitgeroeidt.*

In de bosschen van klein Ceram *heeft men voor eenige jaaren boomen gevonden, die wel zeer groote schoone vruchten droegen, maar men konde een merkelyk onderscheidt tusschen dezelve, en de Bandasche proeven, als zynde de Ceramsche, zoo wel de Nooten, als Foely, veel wilder van smaak, zoo dat het te geloven zy, dat dezelve boomen metter tyd gants verwilderen zouden, en 't welk men klaarlyk uit deze hunne bladeren bespeuren kan, zynde veel grooter als de tamme, en hoe verder dezen boom van 't Bandasche gebiet wast, hoe wilder hy is, en hoe slegter de Nooten vallen, want dezelve blyven klein, en komen tot geen perfectie, zynde meer voor een wilt geslachte, dan voor een oprechte Nooteboom te houden.*

De Neyrasche *Nooten zyn wel de beste en grootste, maar de schoonste Noote-bosschen vintmen op* Pulo-ay, *een Eilandt niet veel meer dan* 2000 *schreeden lank, doch vlak en doorgaans met hooge Noote-boomen beplant, daar hier en daar noch verscheide andere vruchtboomen onderlopen, zynde zeer geneuglyk om aan te zien, en plaizierig, om te doorwandelen, en 't welk zulken schoonen gezicht geeft, dat het geheele Eilandt wel een doorgaande thuyn schynt te wezen, zynde slegts aan de Zeekant met kleine heuveltjes, en wilde ruigte omcingelt, doch dewelke men zoo onderhouden moet, om de schraale Zee-wint van het Nooten-bos af te weeren. En dit Eilandt heeft wel groot gebrek aan zoet water, doch des niet te min woonen aldaar veele Burgers en Perk-bezitters, die haar nootdruft daar van uit cisternen konnen hebben, zoo dat* Pulo-ay *wel een derde part kan uitleveren van het gene altans in de werelt ordinaris wert geconsumeert.*

Op Lontoir *zyn wel de meeste perken, maar dewyle dit een zeer hoog en bergachtig Eilandt is, zoo zyn de boomen aldaar wat gevaarlyk te beklimmen, en de Nooten moeyelyk in te zamelen, vermits de boomen in 't hangen van de steile bergen staan, en weinig vlaktens op dezelve zyn: Ook zoo draagen de boomen, die op 't hoogste gebergte staan, wegens de groote koude die aldaar is, zeer weinig vruchten.*

Dit wert in de vermeerdering van Rumphius 'er bygedaan.

Men zoude met zommige Geleerden meenen, dat men de Noote-muschaaten ofte immers de Foely, Macis *genaamt, al ten tyden van* Plautus *moest gehad hebben, dewyl hy in zyn* Pseudolo act. 3. *wel duidelyk* Macidem *noemt, ofte by moeste geprophetеert hebben, dat eenige duizendt jaaren daar naa een specerey met dezelfde naam nog zoude in de wereld komen. Maar als men die plaats recht beziet, zoo zal men bevinden, dat het woorden zyn van een Opsnyder en leugenachtigen kok, dewelke, om zyn konst te toonen, een meenigte van vercierde naamen gebruikt, als* Cicilendrum, Polindrum, Macidem, *en* Sancaptidem *tot de visschen, en* Cicimandrum, Hapalopsidem, *en* Cataractriam *tot het vleesch; welke naamen nooit iemant heeft kunnen verstaan, weshalven ook den huurder van den kok daar op in deeze woorden uitvoer:* Dat u al de drommels haalen met uw speceryen en met uw leugens.

EXPLICATIO

Tabulæ Quartæ,

Exhibentis ramum *Nucis Myristicæ* sive *Moschatæ arboris Pala*, incolis dictæ.

A. *Fructus perfectus* est.
B. *Nux Myristica* justæ magnitudinis ac maturitatis, per quam dehiscit, ejusque *Macis* rubra conspicitur.
C. Ejus *Nux exempta*, & *Maci* obducta.
D. *Nux putamine* inclusa.
E. *Nux sola*, & exempta.
F. *Nux furum* dicta, seu *Pala Pentsjoeri*.
G. *Pala Bacambar*, seu *Nux Gemina*.
H. *Pala Radja*, seu *Nux Regia*.

UYTLEGGINGE

Van de vierde Plaat,

Verbeeldende een Tak van een *Noote-muschaat Boom*, *Pala* by de Inlanders genaamt.

A. De *volkomene vrucht*.
B. De *Noote-muschaat* in haare regte *grootte*, gelyk ze ryp zynde openbarst, en de roode *Foely* vertoont.
C. *Deszelfs Noot* uitgenomen, en met de *Foely* omvangen.
D. De *Noot* in haar *schaal*.
E. De *gepelde Noot* alleen.
F. *Diefjes Noot*, of *Pala Pentsjoeri*.
G. *Pala Bacambar*, of *tweeling*.
H. *Pala Radja*, of *Konings-Noot*.

OBSERVATIO.

Arbor hæc *Nucifera* primum denominata fuit a *C. B. in Pinac.* ubi vocatur *Nux Moschata* fructu rotundo; quo nomine a *Plukn.* in *Almag. p.* 265 & *Phyt. Tab.* 209 *Fig.* 1. exhibetur, ut & a *Breyn.* in *Prodr.* 2. *alt. edit. pag.* 88. Nux aromatica femina vocatur a *J. Bauh. part.* 1. p. 265. & *Pison. Mantiss. arom. p.* 173. & Nux Myristica *Matthioli.* de qua vide *Valent. histor. simpl. refor. lib.* 2. *Sect.* V. *cap.* VI. *pag.* 199 & *seq.* & *epist. ibid.* XXV. *pag.* 452 & *seqq. Tab.* 3. a *Fig.* 5 *ad* 10. *Ray hist. pl. tom.* 3. *app. p.* 58. *Pomet. Histoire generale de Drogues chap.* XII. *p.* 201. qui & *capite* X. *p.* 199. Caryophyllos exhibet & describit. ut & *Wormius* in *Musæo p.* 164 & *p.* 210 & *Cus. exot. lib.* 1. *cap.* 15 & 16. & *Histor. gener. Lugdun. app. p.* 5. & *Blackwell. Herbal. Tab.* 353. & *Amman. manud.* ad *mat. med. cap.* 8. *sect.* 23. *p.* 112. & *Samuel. Dale. Pharmacol* in 4to. *pag.* 331. ut & *Paul. Herman. mat. Medic p.* 1. *cap.* 5. *pag.* 96 & 97. & *Valent. Amboinæ descript. p.* 201. *No.* XXXIII. & *Linschoten. itinerar. cap.* 66. *pag.* 90. &c.

AANMERKINGE.

Deze *Nootdragende boom* is 't eerst van *C. Bauh.* in zyn *Pinax* genaamt *Nux Moschata fructu rotundo.* met welke naam zy ook van *Plukn. in Almag. p.* 265 en *Phyt. Tab.* 209 *Fig.* 1. voorgestelt is, als mede in de tweede druk van *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 88. en wert genaamt *Nux aromatica femina* van *J. Bauh.* in zyn *eerste deel p.* 265 en *Nux Myristica* van *Matthiol.* en *Piso* in *Mantiss, aromat. p.* 173. waar over verders zie *Valent.* in zyn *histor. simpl. reformat. libr.* V. *cap.* VI, *pag.* 199. en de volgende. en aldaar de 25 *brief. pag.* 452 en de volgende *Tab.* 3. van de 5*de* tot de 10 *figuur.* en *Ray* in de *Hist. plant. tom.* 3. *app. p.* 58. *Pomet. Histoire de Drogues chap.* XII. *p.* 201. die mede in het X *Cap. p.* 199. de Kruyd-Nagelen verbeelt, en beschreven heeft: als mede *Wormius* in zyn *Museum. p.* 164 en *p.* 210. en *Clusius* in *exot. eerste boek*, *capitt.* 15 en 16. en in de *Histor. general. Lugd. app. p.* 5. als mede *Blackwell. Herbal. Tab* 353. en *Amman. Manud* ad *mat. med. cap.* 8. *sect.* 23. *p.* 112 en *Samuel Dale Pharmac.* in 4to, *pag.* 331. als mede *Paul. Herman.* in zyn *mat. Medic. p.* 1. *cap.* 5. *pag.* 96 en 97. verders wertze van *Valentyn* in de *Beschryving van Amboina. p.* 201 beschreven, en *No.* XXXIII. jammerlyk verbeeldt, als mede in *Linschotens Rysbeschryving. cap.* 66. *pag.* 90. &c.

CAPUT SEXTUM

Messis, & Cultura Nucis Myristicæ.

ARbor Nucem Myristicam ferens per totum annum fructibus onusta est, sive primum progerminantibus, semi-perfectis, & maturis, hoc autem non omnibus obtinet in arboribus: Sed tria proprie observat tempora in quovis anno, quibus maturi decerpuntur fructus: maxima autem Messis est in medio pluviosorum mensium, sub finem nempe Julii, vel Augusti, tumque arbores refertissimæ sunt fructibus, sed macis est tenuior, quam minoribus frugibus, Novembri nempe, quæ fruges *Mette-kay-aroe* vocatur, atque prioris quasi supplementum est.


Tertium Messis tempus, seu fructuum collectio Martio est mense, vel in initio Aprilis, *Mousson-Oele* dictum, a certis viridibus vermiculis Amboinensibus *Wau* & *Mulatte* dictis, qui in mari circa rupes fluctuantes observantur, ex quibus bonum Aatjar, seu condimentum conficitur: Hæc autem anni fruges optimas præbet Nuces, crassissimamque macim, quum arbores tum temporis fructibus non ita sint oppletæ, nec tanta cadat pluvia: e contra mensibus Julio & Augusto imbres sæpe pluvia mixti sunt ingentes, quo sæpius fit, ut plurimi de arbore projiciantur fructus, vel immaturi decidant, qui nihilominus tamen diligenter colliguntur, quod Belgis *raapen* seu colligere dicitur, eorum enim macis quidem venditur, vilior tamen est reliqua, nucesque sunt minores, gibbosæ, distortæ, & rugosæ, unde *rompen* seu cadavera vocantur; vera autem nucum collectio sequenti fit modo: si nuces sint maturæ, cujus signum est quum earum exterior pellicula læviter ruffum præbeat colorem maturi Mali Persici, atque hinc inde, quum ex arbore dependeat, findatur, tum incolæ ipsas conscendunt arbores adducentes nuces longis hamis, quas celeri attractione avellunt, quod minori arboris damno & periculo fit, quam Caryophylli arboris in Amboina. Nucifera enim hæc arbor

VI. HOOFTSTUK.


Oegst, en Aanqueking van de Noote-Musschaaten.

DEn Nooteboom is 't geheele jaar door niet zonder vrugten, het zy met eerst uitkomende, half-wassene, ofte volkomene, hoewel zulks niet aan alle boomen gebeurt: Doch eygentlyk heeft hy in yder Jaar drie Saysoenen, in dewelke men de rype vrugten afplukt: de grootste oegst geschiet midden in de regen-Mousson, te weten in 't eynde van Julius of Augustus, en als dan hangen de boomen vol vruchten, maar de Foely is wat dunder, dan by de kleine gewassen, te weten in November, 't welk men Moesson Mette-kay-aroe *noemt, en maar een staartje is van de voorgaande oegst.*

De derde Moesson, ofte in-oegsting valt in de maant Maart, of in 't begin van April, genaamt Moesson-Oele, *van zeekere groene wormpjes, by de Ambonesen* Wau *en* Mulatte *genaamt, die men als dan in Zee omtrent de klippen vint dryven, en waar van men goede Aatjaar maakt: en deze Moesson geeft wel de beste Nooten, en de dikste Foely, om dat als dan de boomen zoo vol vruchten niet en hangen, en ook zoo veel regen niet en valt: daar en tegen in Julius en Augustus vallender zeer sterke regenbuyen en harde winden, waar door het gebeurt, dat veele vruchten van de boomen afgeslaagen werden, of te vroeg afvallen, doch dewelke des niet te min naarstig ingezamelt werden, en 't welk men raapen noemt, want de Foely wert wel ontfangen, maar is echter slegter als de andere, en de Nooten zyn wat kleinder, bultig, scheef, en gerimpelt, en werden daarom rompen genaamt; de regte in-oegsting geschiedt aldus: als de Nooten ryp zyn (waar van het teyken is, wanneer de buitenste schel de licht-rosse koleur van een rype Persick vertoont, en men dezelve hier en daar aan de boom ziet bersten) dan klimmen de Inwoonders op de boomen, en haalen de Nooten met lange haakjes en korte rukjes van de takken af, het welk met minder perykel geschiet, dan van de Nagelbomen in Amboina. Want de Nooteboom heeft dikker en*



Myristica aromatica.



arbor craſſiores, & magis planos gerit ramos, quibus melius inſiſtere poſſunt, copioſiſque gaudet longioribus ramulis, qui facile adduci poſſunt, avulſas & cadentes nuces ſub arbore inter herbas, quum terra ibi non ita depuretur, ac ſub Caryophyllorum arbore, projiciunt, immo ſæpe circulus ex herbis conficitur ſub una arboris parte, qua arbor ad declives & præruptos inclinat montes, ne nuces nimis remote cadant. Collectæ hæ nuces mox a ſervis cultro aperiuntur, exteriusque putamen tollitur, quod acervatum in ſilvis computreſcit; novitianus autem, qui maturas nuces ab immaturis haud bene diſtinguere novit, ſi illas aperire velit, facile ſeſe lædere poteſt, cultrumque per immaturam nucem, quam maturam putat, ſuæ infigere manui.

Depuratas nuces domum reportant, & cultello mox macim abradunt, quæ tam integra ſervatur, quantum fieri poteſt; hujus autem operis ſervi adeo ſunt periti, ut quam citiſſime peractum ſit. Sanguinea hæc macis aliquot per dies ſole exſiccatur, certis quibusdam quadratis exſtructis locis inſtar magnorum laterumque altarium, in quibus Kermeſinus ſeu ſanguineus color in obſcure rubentem tranſit, ac demum in ſaccis vel vaſis croceum vel aurantium induit colorem, qualis ad nos transfertur; nuces vero, quæ nigro cortice ſeu pellicula obductæ ſunt, ſolebant antea per ſeptimanam in tigillatis tabulatis, ex fiſſis Bamboſis confectis, quæ *Parre Parren* vocantur, ad ſolem exſiccare, quod tamen poſtea haud bonum fuit compertum, quum per ſolis ardorem diu exſiccatæ findantur, ſeu rimas contrahant, atque nocte fiſſuras pruina penetret, unde facillime corrumpuntur. Hinc alii melius id præſtant, qui nempe nuces, quam primum macis ſit ſublata, non ultra tres ad ſolem exſiccant dies, illasque ſub veſperam quotidie in ædes deducunt ſuas, vel mox tabulatis ſeu *Parre Parren* inponunt, quæ locata ſunt in ædibus vel ſub tegumentis opertis, atque ſub his fumeum exſtruunt ignem, ut fumus ipſas penetret nuces. Si nunc per quatuor ſeptimanas ita fumo fuerint expoſitæ, ex *Parre Parren* tolluntur, craſſisque pulſantur fuſtibus, vel ſupra illas ſaxum quoddam gravius ſupervolvitur, donec oſſea putamina confringantur: nuces autem carioſæ vel corruptæ hac quoque pulſatione vel evolutione diffringuntur, unde facile a bonis diſtingui poſſunt nucibus, & tunc quoque cadavera iſta, *rompen* dicta, ſeſe aperiunt, quæ antea dignoſci non poterant.

Depuratæ hæ nuces manibus ſeliguntur, atque in tres cumulantur acervos, quod *Garbuleeren* vocatur. In primo vero acervo maximæ & optimæ habentur, quæ in Europam transferuntur: alter acervus plerumque hic in India conſumitur: in tertio vero acervo cadavera illa deponuntur, quæ licet ingrati ſint adſpectus, & rugoſa, nihilominus tamen ſunt dura, pinguia, & durabilia. Hiſce autem plurimum utuntur incolæ ad oleum exprimendum, ſed raro vel nunquam in alias transferuntur regiones: Depuratæ autem nuces mox lanci inponendæ ſunt, mercatorque, qui illas emit, curam gerere debet, ne per octo dies in promptuariis nulla calce obductæ deponantur, quum alias facile corrumpantur, præſertim ſi humido vel obſcuro deponantur loco, uti quoque, ſi in nudum projectæ fuerint ſolum. Calcis obductio ſequenti fit modo: ex tenui cribrata calce craſſior aqua calcis conficitur, quali utimur ad muros dealbandos, hæcque lacui vel cupæ infunditur, cui nuces corbulis inpoſitæ bis vel ter immerguntur, illasque concutiunt, ut aqua calcis omnes tangat nucum partes, tumque in promptuariis in acervum effunduntur nuces. Calx obducta nuces conſervat a putredine, nec noxam ipſi adfert, quum calx hæc exuratur ex mollibus albicantibusque corallii lapidibus ex mari adductis, qui paucam habent acrimoniam, qualibus etiam quotidie ad Pinangæ maſticationem utuntur. Sæpe etiam fit, ut hac calce obductæ nuces, quum in occluſo vel arcto loco fuerint ſibi invicem inpoſitæ, fervorem contrahant, ſique ignis ſcintilla in ipſas decidat, cito in fumum agitentur, unde etiam in navibus, quibus transvehuntur, tegmina non penitus occluſa ſunt, ut aëri ſint expoſitæ, quamvis illud periculum in navibus non tanti ſit momenti, quum, ſi

en vlakker takken, daar men beter op ſtaan kan, en is ook overvloedig met lange ryskens behangen, die men gemakkelyk kan na zig haalen, de geplukte en afgewaſſene Nooten laatenze ſlegts onder den boom nedervallen op de laage ruigte, dewelke men ook zoo precys niet ſchoon maakt, als onder de Nagelboomen, ja men moet zomtyts wel een kring van ruigte maaken op de eene zyde van de boomen, die aan 't hangen van 't gebergte ſtaan, op dat de Nooten niet te verre komen af te vallen. De geplukte Nooten werden ſtraks van de Slaaven met een mes geopent, en de buitenſte bolſter daar afgenomen, die ze dan in 't bos op hoopen laaten liggen verrotten, doch een Nieuweling, die de rype Nooten van de onrype niet ter deegen kan onderſcheiden, kan zig in 't openen derzelver wel dapper bezeeren, en 't mes door de onrype noot, die hy voor ryp aanziet, in zyn eygen hant ſlaan.

De ſchoongemaakte Nooten brengenze naar huis, en kluiven met een mesje ſtraks de Foely daar af, die ze zoo heel moeten laaten als het mogelyk is; tot dit werk zyn de Slaaven zoo afgerigt, dat het zeer behendig voortgaat; deze bloet-roode Foely wert als dan eenige daagen in de Sonne gedroogt, op zeekere vierkante gemetzelde plaatzen, gelyk groote breede Altaren, daar ze dan haar karmozyn koleur verlieſt en eerſt donker-root wert, ten laatſten in de Sockels hoog-geel, of oranje-verwig, gelyk ze tot ons wert overgebragt; maar de Nooten noch met haar ſwarte ſchaal omvangen zynde plagt men voor dezen ook een week lang op latte ſolderingen, van geſpleten bamboezen gemaakt, (die men Parre Parren noemt) in de Son te droogen; doch 't welk naderhandt niet goet gevonden is, vermits dezelve door de hitte der Sonne des daags gedroogt zynde, beginnen te ſcheuren, en, op de parre parren liggende, des nachts door de ſcheurtjes den dauw daar in dringt, en dezelve zeer licht doet bederven. En daarom doen andere beter die haar Nooten, zoo dra de Foely daar afgenomen is, niet boven drie daagen in de Son laaten droogen, en dezelve telkens 's nachts in de huizen bergen, of ſtraks op parre parren ſmyten, die in de digt toegemaakte of gepaggerde huizen onder het dak ſtaan, en daar ſmokent vuur onderſtooken, op dat de rook ter degen door de Nooten heen dringe. Alsze nu vier weeken aldus in den rook gelegen hebben, neemt men ze van de parre parren af, en ſlaatze of dorſtze met dikke ſtokken, of men rolt een ſwaare ſteen daar over, tot dat alle de houte ſchaalen in ſtukken raaken: en welke Nooten als dan vermolmt, en vergaan zyn, raaken door dit ſlaan of rollen mede in ſtukken, en zyn gevolglyk te ligter van de goede te onderſcheiden, insgelyks openbaaren haar dan ook de rompen, die men te vooren niet konde kennen.

De ſchoongemaakte Nooten werden dan met de handen uitgezogt, en in drie hoopen geſorteert, 't welk men Garbuleeren noemt. In de eerſte hoop zyn de grootſte en ſchoonſte Nooten, die men naa Europa voert: De middelſte zoorte van den tweeden hoop blyft meeſt hier in Indiën: in de derde hoop zyn de voornoemde rompen, die, hoewel ongezien en rimpelig, niet te min hart, vet, en durabel zyn. Deze werden meeſt gebruikt, om olye daar uit te ſlaan, maar weinig of niet om weg te voeren. De gezuiverde Nooten moet men ſtraks ter ſchaale brengen, en dien Koopman, dieze ontfangt, moet ze niet boven de agt dagen ongekalkt in de Pakhuizen laaten leggen: want ze bederven anderzints zeer ligt, en bezonderlyk als ze in een vochtige en bedompte plaats of op de bloote gront leggen. Het kalken geſchiet aldus: men maakt uit fyn gezifte kalk een dik kalk-water, (gelyk men gebruikt om te witten) in een groote bak of kuipe, en dompelt de Nooten met kleine mandekens, twee a drie maal daar in, dezelve ſchuddende, dat het kalkwater aan alle kanten raake, en ſtortze voorts in de Pakhuizen op een hoop. De aanklevende kalk bewaart de Nooten voor verrotten, hy geeft ook gansch geen ſchadelykheidt aan dezelve, want hy wert gebrant van weeke witte koraal-ſteenen uit de zee, daar weinig ſcherpheidt by is, diergelyke men dagelyks tot het Pinang eeten gebruikt. Het gebeurt zomtyds, dat deze gekalkte Nooten, als ze in een toegeſlooten en benaude plaats op malkander leggen, in haar zelfs verbroeyen, en als 'er een vonxken vuur opvalt, haaſtig beginnen te rooken en ſmooken, daarom men ook in de Schepen, waar mede men ze vervoert, de luiken niet al te digt moet toeleggen, op dat ze lucht mogen hebben, hoewel ze van 't voorſchreve ongeval in de Scheepen zoo grooten noot niet hebben, vermits in 't afſcheepen de meeſte kalk daar afvalt, 't welk een moeylyk ſtuiven geeft, de oogen zeer ſchadelyk zynde, en die

navi inmittantur, plurima decidat calx, quæ tædiosum caussat pulverem, oculis quam maximè noxium, quique in arctioribus navium locis hasce tractant, atque recipiunt, periculum subeunt suffocationis.

Siccata Macis similiter haud diu deponenda est, sed ponderata, magnis stramineis, Rottangaque supertextis inponitur saccis, *Sockels* dictis, qui quinque pedes sunt longi, sesquipedem vero lati, quorum pars interior conficitur ex quibusdam longis latisque foliis *Cocoja* vocatis, quæ in Bandæ montibus copiose crescit, sed non nisi hominum auxilio, qui, si folia hujus plantæ avulserint, reliquum stipitem pedibus ad terram proterunt, ut terram tangens de novo alias progerminet plantas: de qua *libr. 6.* ulterius agetur.

Antequam autem Macis istis inpingatur saccis, aqua marina prius adspergenda est, singuloque sacco binæ heminæ sufficiunt, unde macis comminutio inpeditur, ejusque pinguedo conservatur: Macis pedibus tam firmiter inpingitur, quantum fieri potest, denique saccus consuitur cum parva tabella, cui pondus talis sacci inscribitur, singulus vero talis saccus ponderat viginti octo Bandenses Catjes, h. e. centum & sexaginta unum pondo Hollandica, quilibet autem Cattu Bandensis $5\frac{1}{4}$ pondo Hollandicorum est: talibusque saccis Macis in Europam transfertur.

Nuciferæ silvæ hodie ab antiquis non possidentur incolis, quum hi ob plurima homicidia in natione Hollandorum perpetrata, præsertimque mense Majo anni 1609 in Archithalasso *Petro Wilhelmo Verhoeveno*, profligati sunt, totaque ista regio anno 1621 per summum ducem *Janum Petersen Coënum* armis devicta, inque fœderati Belgii Provinciam redacta fuit, quum ejus areæ quoque fuerunt divisæ civibus Belgicis atque Misticis, qui magnum servorum numerum quadraginta plerumque vel quinquaginta alere debent, & ad areas maximas quidem octoginta vel centum. Qui autem nullas harum areas possidebant, servos suos in silvas emittere poterant, qui delapsas colligebant nuces, atque tales nuces per maturitatem prolapsæ optimæ & maximæ sunt, optimamque habent circumjectam Macim. Per fortiores ventos vehementesque imbres plurimæ etiam dejiciuntur nuces, sed hæ cadavera sunt, quarum tamen macis bona est, atque divendi potest, ob quas tum temporis collectio illa in silvis erat concessa. Hoc autem hodie vetitum est, quum arearum domini conquesti fuerint, collectores illos, seu potius raptores modum excessisse, illasque ex arboribus avulsisse, ita ut jam quisque cum suis servis suam colat, atque tractet aream.

Putatum fuit antea, nuces non facile humana arte posse propagari, illudque tantum fieri per speciem quandam cœrulearum palumbarum, a Bandensibus *Falor*, Malaicensibus *Burong Pala*, & nostratibus *Noote-eeters*, seu nucum devoratores, vocatarum, quæ nuces hasce ex putamine exteriore rostro eximunt, totasque devorant, quarum macim tantum digerunt, totamque nucem cum putamine osseo per stercus rejiciunt, quæ in terram inter herbas prolapsæ, novas progerminant arbusculas, e contra vero, si homines maturas nuces inter herbas terræ committerent, vel in suis hortis pingui solo mandarent, nullas propullulare, cujus caussa est, quod nux, si per aliquod tempus in terra procumbat, facile cariosa fiat, atque corrumpatur. Dein autem anno 1662 semi-maturas adhibuerunt nuces, *Matta Puti* dictas, in quibus macis nondum rubebat, hasque inter plantas terræ commiserunt, quod bene successit; optimas enim producebant arbusculas, quæ pro lubitu transplantari poterant. Arbusculæ hæ anno quinto, sexto, septimove fructus producebant, semper autem sub herbis vel umbra locandæ sunt, quum solem non bene ferant, ita ut, si terra circa illas nimium depuretur, facillime pereant, immo adultæ arbores amant inter alias locari arbores, præsertimque silvestres ad maris oram desiderant arbores, ut & etiam in summa montium parte circa illos locentur, ut ab aëre marino, ventisque gracilioribus, qui maxime ipsis nocent, arceantur. Hancque ob causam nullas in Banda licitum est exstirpare arbores silvestres, nisi nimis opprimant nuciferas arbores, illasque obtegant. Quo in casu quasdam succidere licet, ut liberior arbori nuciferæ sit aër. Immo nuciferæ arbores ipsæ non ita arcte locentur, ut sese tangant, quum paucos tum producant fructus, atque instar Piceæ alias excrescant, uti

in de benaaude ruimen daar mede omgaan loopen gevaar om te verstikken.

De gedroogde Foely moet insgelyks niet lange liggen, maar gewogen zynde, in groote stroye en met Rottang omvlogten zakken gevult werden, (Sockels genaamt) dewelke vyf voeten lank, en $1\frac{1}{2}$ breet zyn, en het binnenste gemaakt werden van zeekere lange en brede blaaderen, Cocoja genaamt, die op Bandaas bergen overvloedig wasschen, hoewel niet zonder toedoen van menschen, dewelke de kruin van deze plante, alsze de blaaderen afgekapt hebben, met de voeten nedertrappen, op dat ze de aarde mogen raaken, en dies te lichter nieuwe planten voortbrengen, waar van lib. 6. nader gesproken zal worden.

Eer men de Foely in voorschreve zakken vult, zoo moet menze een weinig met zout water besprengen, nemende twee kannen tot yder Sockol, 't welk de Foely het verbryzelen belet, en onderhout derzelver vettigheidt. De Foely wert 'er digt ingetrapt, en zoo hart als men kan, op malkanderen gepakt, daar naa den Sockol boven toegenaayt, met een klein bordje boven op, daar 't gewigt van de Sockol opgeteykent staat, wegende yder Sockol netto 28 Bandaasche Catjes, zynde 161 ponden hollands, yder Catje Banda, voor $5\frac{1}{4}$ pont hollands gereekent, en met welke Sockels zy tot in Europa vervoert wert.

De Noote-bosschen werden hedensdaags niet meer door de oude Inwoonders bezeten, dewyle dezelve wegens haare menigvuldige moorderye aan de Nederlantsche Natie, voornamentlyk in May Ao. 1609. aan den Admiraal Pieter Willemsz. Verhoeven bedreeven, daar uitgejaagt zyn, en het geheele Landt Ao. 1621. door den Generaal Jan Pietersen Coen met de wapenen ingenomen, en tot een Provincie van de Vereenigde Nederlanden gemaakt is, als wanneer de Perken ook verdeelt zyn onder de Nederlantsche en Mistissche burgery, die een groot getal Slaaven daar op moeten houden, gemeynelyk 40 en 50 stuks: maar tot de groote Perken behooren wel 80 en 100. stuks. De gene, die geen van deze Perken bezat, vermochten voor dezen haare Slaaven naa 't bos te zenden, om de afgevallene Nooten op te raapen, dewyle zoodanige Nooten, die door rypheidt afvallen, de schoonste en grootste zyn, en ook de beste Foely hebben. Door de harde winden en sterke regen werdender ook veele afgeslagen, maar die worden rompen, waar van de Foely echter leverbaar is, en om welkers wille meest dit raapen wierd toegestaan. Maar hedensdaags is het verboden, dewyl de Perkeniers geklaagt hebben, dat de raapers wat te verre om zich quaamen te tasten, en moet nu een yder zyn Perk met zyn eigen Slaven waarneemen.

Men heeft voor dezen gelooft, dat de Nooten niet wel door menschen handen konden voortgeplant werden, en dat zulks alleene geschiedde door een zoort van blaauwe wilde duiven, by de Bandanezen Falor, by de Maleyers Burong Pala, en by onze Natie Noot-eeters genaamt, dewelke deze Nooten uit de buitenste bolsters pikken, en zoo geheel inslokken, waar van ze alleenig de Foely verteeren, en de geheele Nooten met de houte schaal door afgang weer van haar geven, die dan in de ruigte vallende, nieuwe plantjes voortbrengen, en dat daar en tegens, als de menschen de rype Nooten naamen, en die in de ruigte zaayden, of in haare thuinen, ja zelfs in een vette gront zetteden, daar niets van opkwam, waar van de oorzaake was, dat de Noot, alsze geheel, en een tydt lang op de aarde leyt, zeer ligt wormsteekig wert, en bederft. Doch daar naa heeft men omtrent het Jaar 1662. half rype Nooten beginnen te neemen, Matta Puti genaamt, dat is aan den welken de Foely noch niet ter degen root is, en dezelve in de ruigte gezaayt, en dat gelukte wel: want daar quaamen goede boompjes van op die men naa believen verplanten konde. Deze boompjes dragen in 't vyfde, zesde en zevende jaar vruchten, maar zy moeten geduurig in de ruigte, of onder de schaduwe der boomen staan, want zy willen niet veel Son hebben, zoo dat als men de plaats daar rondom zuivert, en al te kaal maakt, zy zeer ligt uitgaan, zelfs de oude boomen willen gaarne tusschen andere boomen instaan, en inzonderheidt willenze eenige wilde boomen na de zeekant hebben, en ook boven op de bergen rondom haar, op datze van de zeelugt, en schrale winden, die hun zeer schadelyk zyn, bevrydt mogen blyven. En om deze oorzaak mag men in Banda geen wilde boomen omkappen, het en zy dat dezelve te digt staan, en den Nooteboom te zeer bedekken, in welk geval men eenige mag omkappen, op dat de Nooteboom matelyk lugt he-

uti hoc in areis Lontoirensibus conspicitur, hæc autem arborum exstirpatio relinquitur judicio Inspectoris silvarum, sine cujus consensu nullam exstirpare licet arborem.

bekoome: Ja zelfs de Nooteboomen moeten zoo dicht niet staan, datze malkander raaken, want zy draagen anders weinige vruchten, en schieten zoo styl op als Sparren, gelyk men in de Lontoirsche *Perken ziet, welk omkappen en omvellen gestelt wort aan het oordeel van den Boswagter, zonder wiens toestaan men niet een boom mag omkappen.*

CAPUT SEPTIMUM.

Vires, & Usus Nucis Myristicæ.

Hic valet idem, quod de Caryophyllis fuit dictum, plus nempe hasce nuces adferre usus, atque utilitatis Europæis populis, præsertimque borealibus, atque Belgis, quam Indiæ incolis, unde de earum viribus atque facultatibus non multum dicemus, at generalia de illis notantes, plurimis notas commemorabimus earum utilitates. Quidam autem auctores narravere, nuces mares pluribus pollere viribus, quam feminas, atque a Javanis magis expeti; hoc autem est erroneum. Si vero per mares intelligant majores illas, oblongasque nuces aromaticas, pro vero accipi posset, quoniam vero supra notavimus, omnes nuces aromaticas feminas dici, hinc de silvestribus illud necessario intellexisse debuerunt, sed hac in re tamen decepti sunt. Licet enim Javani, atque Malaicenses a Bandensibus duos ex nucibus maribus manipulos petierint, neutiquam illud fecerunt, quod essent meliores, pluribusque pollentes viribus, sed quod ex iis medicamenta conficiebant, ad quæ vulgares erant inutiles. Vera autem Nux-Myristica si assumatur, omnem sedat dolorem, atque lancinationem ex frigida caussa ortam, ut & flatulentiam stomachi, intestinorum, atque matricis, ventriculumque corroborat frigidum, ac meliores caussat digestiones, vomitum sedat, ut & singultum; cum Baccis Lauri contusa atque commixta, vinoque potata urinam pellit, Dysuriam curat, bonumque præbet oris halitum. Convenit quoque colicis intestinorum doloribus, obstructumque aperit hepar, & lienem, dicto si usurpetur modo.

Ad ignem tosta quoque nux cum quodam mixta liquore adhibetur contra Diarrhæam & Dysenteriam. Arabici vero medici hoc in casu aliquid Opii admiscent, atque a certo cognovimus amico, qui hoc tanquam summum arcanum a Persicis dicebat didicisse Æthiopibus contra Dysenteriam, si nempe Nux Myristica tosta cum pauxillo Opii, magnitudine fructus Cadjang dicti, cum haustu vini rubri assumatur, vel si rubrum deficiat vinum, hoc cum molli ovi vitello fieri potest. Quum vero nostra natio non sit adsueta Opii usui, aliam didicimus curam, si nempe nux excavetur, frustumque Benzoes intrudatur, hæcque, si sub cineribus torreatur, atque cum pauxillo juris carnium assumatur, convenit matrici, doloribus abdominis, renum, & vesicæ. Quidam etiam dicunt, hanc valere ad Nephritidem pellendam, si antea maceretur in oleo Amygdalarum. Ab usu vero talium nucum sibi caveant tales, qui constipatam habent alvum, vel Hæmorrhöidibus laborant, crassumque & adustum habent sanguinem; si tum aliqua Zingiberis portio addatur, corrigitur, & penetrantem magis habet virtutem. Quotidianus vero nucum usus per pinguedinem ventriculum obducit muco, capitique vapores caussat graves, unde facile oritur Lethargus. Narratur quoque inprægnatam feminam esu decem, duodecimve nucum certo tempore insanivisse, atque, ut hoc confirmemus, duas tresve historias nostro tempore factas adducemus.

Anno 1655 quidam Germani panis infusionem edebant ex vulgari cerevisia & vino præparatam, cui ex eorum relatu nihil aliud miscuerant, nisi saccharum, septemque vel octo rasas Nuces Myristicas. Hi omnes altero die tantam pectoris patiebantur oppressionem fauciumque angustias, acsi suffocarentur, ipsorum ora admodum sicca erant, labia intumescebant, & quasi glutine obducta adhærebant, cum difficultate respirabant

VII. HOOFDSTUK.

Kragten, en Gebruik der Noote-Muffchaten.

Alhier gelt mede 't geen van de Nagelen gesprooken is, te weten, datze merkelyker en meerder nuttigheit geven aan de Inwoonders van Europa en andere koude Landen, inzonderheit aan de Duitsche Natie, dan aan die van Indiën, dierhalven wy van haare kragten en eigenschappen niet breet schryven zullen, en in 't generaal daar maar wat van zeggende, alleenlyk de meest bekende nuttigheden aanhaalen Zommige Autheuren hebben voorgegeven, dat de Mannetjes-Nooten krachtiger zouden zyn, en van de Javanen meer gezogt wierden, dan de Wyfkens; doch dat is een misverstant. Maar alsze door de Mannekens verstaan die groote lange specery-Nooten, zoo zoude dit zeggen noch konnen passeeren, maar dewyl wy hier boven gezegt hebben, dat alle specery-Nooten voor Wyfkens gehouden werden, zoo moetenze dit noodzakelyk van de wilde Nooten verstaan hebben, doch daar in zy echter bedroogen zyn. Want of wel de Javanen, en Maleyers voor dezen van de Bandaneezen een paar handen vol Mannekens Nooten verzogten, zoo hebbenze dat geenzints gedaan, om datze beter en krachtiger zouden zyn, maar om datze hun Medicyne daar uit wisten te maaken, daar toe de gemene onbekwaam waaren. De rechte specery-Noot genuttigt, verzagt alle pyn en steekinge veroorzaakt uit koude, en winderigheidt in de maage, darmen, en baarmoeder, versterkt de krop van een verkoude maage, en helpt dezelve aldus tot een beter kooking, stuit het braaken, en den hik, gestooten, en met Backelaaren gemengt, en in wyn gedronken zynde, zoo dryftze de uryne, geneest de koude pis, en maakt een goede aessem: Zy is mede goet voor kolyk en pyne der darmen, opent de verstopte leever en milt, op de voorgaande manier gebruikt wordende.

De Noot wert ook by 't vier gebraaden, geroost, en met eenige drank ingenomen om de buik-loop en 't roode melizoen te stoppen. De Arabische meesters mengen in dit geval een weinig amphioen daar by; en wy hebben van een zeeker Vrient verstaan, die dit voor een groot secreet van de Persiaansche Mooren zeide geleert te hebben tegens den bloetgang, te weten een gebrade Noot, met een weinig amphioen omtrent de grootte van een Kadjang, met een dronk rooden wyn ingenomen, en als men geen rooden wyn heeft, zoo mag men 't zelve met een week ey doen. Doch dewyl onze Natie aan 't gebruik van den amphioen niet gewent is, zoo hebben wy een betere Cure geleert, te weten, als men de Nooten wat uitholt, een broxken Benjoin *daar in steekt, in de heete assche braat, en zoo met eenig zop inneemt, is deze Noot inzonderheidt mede goet voor de moeder, buikpyn, nieren, en blaze. Zommige zeggen, datze ook dient om 't graveel af te dryven, weekende dezelve alvoorens in amandel-olye. Maar daar en tegen moeten haar van 't veel gebruik dezer speceryë wagten die gene, dewelke hartlyvig, of met de speenen gequelt zyn', en een dik, grof, verbrant, bloet hebben, dan wat gember daar by gedaan verbetertze, en maaktze doordringender. Het dagelyks gebruik der Nooten maakt de maage wegens haar vettigheidt slymerig, en vervult het hooft met swaare dampen, waar uit dan mede een slaapziekte voortkomt. Men verhaalt ook, dat op een tyt een swangere Vrouw door 't eeten van 10 a 12 Nooten was gek geworden, en om dit te bekrachtigen, zo zullen wy twee a drie Histoiren by onze tyden geschied, hier toe bybrengen.*

Ao. 1655 aten zommige Duitschen een koude schaal van slegt bier en wyn gemaakt, daarze naa haar zeggen niet anders hadden ingedaan dan zuiker, en 7 a 8 geraspte Nooten. Deze kregen des anderen daags zulken benauwtheyt op de borst en in de keel, als of zy verstikken wilden, de mont wiert hun zeer droog, de lippen geswollen, en aan malkander klevende, met moeyte haaldenze den aessem, in 't hooft voeldenze zulken swaarte, en draayingen,

bant ſumma, capitisque ſentiebant tantam gravitatem atque vertiginem, ut memoria deſtituti viderentur, ipſorum abdomen erat induratum & conſtipatum, ita ut magno labore, plurimiſque Julapiis hauſtis tandem curarentur, inſtitutis præterea venæ ſectionibus atque purgationibus. Alio tempore bini milites una ſub arbore nucifera per noctem dormiebant in *Manipa*, qui altero die ita vertiginoſi erant, ut ebrii, vel ſemi-inſani viderentur. Talia exempla in Banda quoque fuerunt obſervata; ibi enim anno 1650 duo erant milites, qui quinque ſexve nuces e manibus edebant, unde ſimiliter fatui & delirantes quoque fuere facti. Dein anno 1657 alius homo in lecto inveniebatur mortuus, ante cujus lectum corbis inveniebatur nucibus repletus, unde concludebatur, tantam ediſſe Nucum copiam, per quas in fatalem hunc atque ſupremum inciderat ſomnum.

gen, datze haare memorye ſcheenen quyt te zyn, de buik was hart en verſtopt, zoo dat men naa veele moeyte, en met Juleppen haar lieden eerſt wederom te regt konde helpen: aderlaaten en purgatien daar beneffens gebruikende. Op een andere tyt ſliepen twee Soldaaten onder eenen Nooteboom op Manipa *de geheele nacht door, die 's anderen daags zoo ſwaarhoofdig waren, datze dronken en half mal ſcheenen. Diergelyke exempelen heeft men ook in Banda gehat; want Ao.* 1650 *waren aldaar twee Soldaten die* 5 *of* 6 *Nooten uit de hant aten, waar van zy insgelyks gek en half zinneloos wierden. Daar naa Ao.* 1657 *vont men een ander Perſoon op zyn koy doot leggen, en voor dezelve ſtont een mandeken vol Nooten, waar uit men vaſt ſtelde, hy zoo veel gegeten hadde, dat hy daar door in een doodelyke ſlaap gevallen was.*

Quam noxam atque incommodum tales patiantur, qui domus inhabitant, vel cum navibus vehuntur, in quibus nuces calce obductæ ſunt depoſitæ, ſupra innuimus; unde patet, Nuces in India plus damni adferre quam utilitatis, & ſapientem Creatorem illas fabricaviſſe Boreali mundi parti, ubi ipſarum pinguedo per frigus concentrata, adeo mutatur atque corrigitur, ut non tantum ſint durabiliores, ſed etiam ſaniores, meliuſque ſpirantes, uti hoc quoque de Caryophyllis fuit dictum.

Wat voor ſchaade en ongemak die gene lyden, die in huizen woonen, of op ſcheepen vaaren, daar gekalkte Nooten in zyn, hebben wy hier boven vermelt, en waar uit blykt, dat de Nooten in Indiën meer ſchaade dan nut doen, en dat den wyzen Schepper dezelve gemaakt heeft voor de Noorder werelt, alwaar haar vettigheidt, door de t'zamentrekkende koude, zoodanig verandert, en verbeetert wert, datze niet alleen duurzamer, maar ook gezonder, en welriekender werden, gelyk zulx mede van de Naagelen gezegt is.

Virides nuces ſaccharo quoque condiuntur, & non tantum per totam Indiam, ſed in Europam etiam transferuntur; quod ſequenti fit modo; ſi nuces fere ſint maturæ, ita tamen, ut nondum fuerint fiſſæ, leniter de arbore decerpuntur, ne cadentes lædantur. Hæ aqua ebulliuntur, ſtilisque perforantur, inque recenti per octo decemve dies macerantur aqua, quæ quotidie effunditur, & renovatur, donec earum acerbitas ſit ſublata, dein Julapium conficitur ex dimidia, ſeu anatica aquæ & ſacchari quantitate, in quo coquuntur vel diutius, vel brevius, prout expetuntur; ſique duræ requirantur, quædam calcis quantitas additur, hæc autem aqua ſaccharata omni die effundenda eſt, calefacienda, denuoque nucibus ſuperaffundenda, quod fit per octo continuos dies, demumque nuces iterum ebulliunt in ſyrupo craſſiore ex ſaccharo confecto, inque lapideis bene obturatis conſervatur ollis, talique modo incorruptæ in Europam transferri poſſunt. Hac autem coctione Nucis putamen obſcure rubentem acquirit colorem, ſemi-pellucidum eſt, & adeo tenerum, ut non opus ſit, ut exterior pellicula tollatur, ſed in quinque ſexve partes conſciſſæ hæ eduntur nuces. Cum aliis plerumque tragematibus ſub finem menſæ, præſertim autem cum potu Thee inponuntur menſis, atque inter potandum convivis obferuntur. Si nuces nimis vetuſtæ ſaccharo condiantur, pellicula exterior, antequam edantur, decorticanda eſt, eo quod nimis ſit dura: Interior cum maci nucleus non editur, quidam vero macim circumrodunt, nucemque abjiciunt. Si conditum hocce quotidie uſurpetur, caput, cerebrumque vaporibus afficiuntur craſſis, dictumque generat Lethargum, vel homines inde fiunt obliviosi, & ſomnis maxime obnoxii, ventriculum quoque & appetitum proſternit. Quum autem ad hanc operationem multum requiratur ſacchari, quod in Banda, Moluccisque inſulis non eſt copioſum, hinc totas nuces ſolebant in vaſis vel ollis muria condire, talesque Bataviam mittere, ubi ſaccharum copioſius eſt.

De groene Nooten werden ook gekonfyt, en niet alleen door ganſch Indiën, maar ook in Europa vervoert, 't welk aldus geſchiet: als de Nooten ten naaſten by ryp zyn, zoo nochtans datze niet berſten, neemt menze zoetjes van de boomen af, op datze door 't vallen niet gekneuſt en werden; deze kookt men eens op in waater, en ſteektze dan met priemen, weektze 8 *a* 10 *daagen in vers waater, daagelyks het zelve vernieuwende, tot datze haare wrangigheidt verliezen, daar naa maakt men een Julep van half waater, half zuiker, en kooktze daar in lang of kort, naa dat menze hebben wil, en zoo menze hart begeert, dan doet men een weinig kalk daar in, dit zuikerwater moet men alle dagen afgieten, warm maken, en daar wederom opgieten, noch andere agt dagen lang, en eindelyk noch eenmaal opkooken, en een dikke ſyroop van zuiker gemaakt, en in ſteene potten wel toegeſtopt bewaren, alzoo kan menze onbedorven in Europa brengen. Door dit kooken krygt de Noote-ſchelle een donker-roode koleur, wert half doorſchynent, en zoo teer, dat men het buitenſte velleken daar niet en behoeft af te nemen, maar men ſnytze in* 5 *a* 6 *deelen, en eetze alzoo: men ſchaftze gemeynelyk op by andere banketten, op de naa-tafelen, en inzonderheidt by 't drinken van thee-water. Als men in 't konfyten al te oude Nooten neemt, zoo is het buitenſte velletje te hart, en men moet het voor 't eeten daar afſchellen. De binnenſte korrel met de foely eet men niet, doch zommige knauwen de Foely, en ſmyten de reſt weg; als men dit konfyt daagelyks gebruikt, zoo worden daar door het hooft, en herſſenen met dikke dampen vervult, en het genereert de voornoemde ſlaap-ziekte, waar door de Luiden droomen en vergeetachtig worden: het vervuilt mede de mage, en bederft den eetensluſt. Om dat nu dit werk veel zuiker koſt, waar van men in Banda, en de Moluxe Eilanden niet wel voorzien is, zoo pleegt men de geheele Nooten in vaatjes of potten in te peekelen, en zoo naa Batavia te verzenden, alwaar de zuiker overvloediger te bekoomen is.*

Chinenſes in Batavia aliam inſtituunt methodum ſaccharo condiendi nuces, quæ non ita operoſa nec pretioſa eſt, muria conditas ſumunt nuces, quas in recenti macerant aqua, donec ſalſedo diſpareat, ſemelque tantum ebulliunt cum ſyrupo, qui ſæpe non conficitur ex albo, ſed tantum ex nigro coquitur ſaccharo. Hæ quotidiano quidem inſerviunt uſui, ſed non diu conſervari poſſunt. Muria conditæ nuces uſque in Europam quoque transferri poſſunt. Ex nucis putamine, dicto modo præparato & contrito, Marmillada conficitur, quæ in quadratas effunditur ciſtas, uſurpaturque æque ad tragemata ac pro medicamento. Viridia ac recentia nucum putamina in Banda primum cum aqua ebulliuntur, ac dein cum vino & ſaccharo fricantur, quæ gratum dant cibum ſaporis acidi, inſtar frixarum Jamboſarum, vel Cydoniorum. Idem quoque putamen parum contuſum, quod ab aliis minutum conteritur, muriaque infuſum condimento, At-

jar

De Chinezen op Batavia gebruiken een korter en onkoſtbaarder manier, te weten, zy nemen de gepekelde Nooten, en weeken dezelve in vers water, tot datze de zoutigheit verliezen, en kookenze als dan ſlegts maar eenmaal op met ſyroop, dieze dikwils niet van witten, maar van ſwarten boom-zuiker maaken: en deze zyn wel goet tot het daagelyks gebruik, maar konnen niet lange bewaart werden. De gepeekelde Nooten kan men ook tot in Europa voeren; men maakt uit de ſchelle op voorige manier geprepareert en klein gevreeven, ook een Marmillada, die men in vierkante doosjes giet, en zoo wel tot banket, als Medicyne gebruikte. De groene ſchellen werden in Banda eerſt met water opgekookt, daar naa met wyn en zuiker geſtooft, 't welk als dan een aangenaame koſt is, ryns van ſmaak, gelyk geſtoofde Jamboezen of Queperen. De zelfſte groene ſchel een weinig gekneuſt, (zommige vryvenze klein) en in peekel gedaan, dient mede tot een Atjar voor ſlechte Luiden, (om als toeſpys te nuttigen, en appetyt te

maa-

jar dicto, inſervit plebejo populo, quod tanquam obſonium vel ad appetitum excitandum uſurpatur, quale etiam ad potum Thee adhibetur: Nucum putaminibus, quæ in ſilvis computreſcunt, increſcit certa Fungorum ſpecies, Latine *Boletus Moſchocarianus*, Malaice *Culat Pala* dicta, quæ in Banda pro delicato habetur cibo, de quibus ſuo loco *libro* 10. *cap.* 79 ulterius agetur.

Quum viliora, uti dictum eſt, cadavera, mercaturæ nullo modo inſerviant, atque inutilia ſint, hinc plurimum ad oleum exprimendum uſurpantur: Nuces autem primum in ſartagine torrentur, dein contunduntur, ac denuo calefiunt, inque ſaccis ex Runut (quæ textura eſt piloſa in Calappi vertice inter ramos excreſcens) confectis inter duos locantur aſſerculos, qui arctiſſime inſtrumentis ſibi apprimuntur, qua compreſſione fit, ut e nucibus craſſum profluat oleum inſtar liquefacti butyri, quod in quadratis recipitur formis, in quibus ſtatim condenſatur atque inſtar exunguiæ ſpiſſum eſt, coloremque habet butyri recentis, vel aliquando paulo magis album: Placentæ hæ palmæ habent longitudinem, quinque digitos latæ, pollicemque craſſæ ſunt, inque uſum Medicum æque per Indiam, quam in Europam transferuntur. Quondam hæ magni æſtimabantur, nunc autem ob copiam in tanto non habentur pretio, licet privatis non ſit licitum illas præparare, omnesque confectæ placentæ ſocietati vendantur.

Simili fere modo ex contuſa & calefacta maci oleum exprimitur, quod ſanguinei eſt coloris, ac ſemper molle eſt, ſique manui inſtilletur, inſtar flavi ſanguinis apparet; quod ſaporem habet pinguem, atque amaricans eſt inſtar Macis, ſine notabili calore: hac autem olei præparatione multum conſumitur Macis. Computantur enim tres Bandenſes aſtulæ, h. e. ſeptendecim cum quadrante pondo Macis requiri ad unam hæminam olei. Ex maci quoque ſimili modo, eisdemque inſtrumentis, quibus Arack conficitur, limpidum exuritur oleum, cujus pars prima, quæ in deſtillatione poſt aquam exſtillat, pellucida & tranſparens eſt inſtar vetuſtioris vini Rhenani, ac demum, ſi fortiori urgeatur igne, rufeſcit. Quum autem hoc oleum ob pelluciditatem vix ab aqua ſeu phlegmate ſit dignoſcendum, ac proinde difficulter ſeparandum hinc ſolebant quidam parum contritæ Macis Recipienti inponere, quo fit, ut inſtar vini rubri appareat, ac proinde oleum in ſeparatione ab aqua facilius diſtinguendum ſit. Utrumque hocce oleum easdem habet virtutes, ſubtile enim admodum eſt & penetrans, ita ut, ſi lagenulæ, quibus infunditur, non bene fuerint obturatæ, magna illius quantitas avolet, in deſtillatione autem decem Bandenſes ciſtulæ Macis ad unam requiruntur hæminam olei. Si oleum hocce per alembicos ſtanno obductos deſtillaretur, pretioſum eſſet, atque utile ad internum uſum, quum alias per cupreos deſtillatum alembicos rancidum ſit, caputque grave reddens: unde oleum expreſſum multo ſalubrius & gratius ad uſum habetur internum. Expreſſum nucis oleum, quod balſamum quoque vocatur, Arabibusque *Geuzi-ſemen* dicitur, virtutem putatur habere curandi omnes morbos renum & articulorum ex cauſſa frigida ortos, item conducere pectoris depurationi atque pulmonis, vocemque claram reddere, & cum aliquo cibo vel potu aſſumptum conceptui ſeu generationi prodeſſe, ſemenque maſculinum augere, hominesque pinguiores reddere, atque ſtomacho & abdomini illinitum omnes frigidos curare morbos & tormina, maculasque faciei pellere, Dyſuriamque inpedire. Ad eosdem quoque morbos oleum Macis expreſſum adhibetur, deſtillatumque interne aſſumitur, illi autem, qui hocce uſurpant oleum, capitis dolori non debent eſſe obnoxii, quum hunc ſæpe cauſſet & augeat. Expreſſarum nucum fæx plerumque ad Noſocomium mittitur, qua fricantur artus illorum, qui *Beri-beri*, ſeu Paralyſi Indica laborant.

Pala Pentsjuri, ſeu furum nuces dictæ interne contra Nephritidem aſſumptæ ſummopere laudantur, ſeroſusque liquor ſeu lac ex viridi profluens fructu, cum aqua mixtum, ſeu ejus putamen cum aqua contritum aphthas curat, ſi os faucesque hac colluantur & gargariſentur aqua.

maaken,) te gebruiken, gelykze zoodanig mede by het theewater opgediſt werden: Op de Nooten-ſchellen, die in 't bos blyven liggen verrotten, waſt een zeeker zoort van Kampernoelye, in 't Latyn Boletus Moſchocarianus, *op Maleyts* Culat Pala *genaamt, dewelke in Banda voor een groote lekkernye gehouden word, en waar van op zyn plaats* lib. 10. cap. 79. *breder zal geſproken worden.*

Adulta vero statim circumciditur, inque frusta dividitur, immo ad radices usque effoditur, binaque inferiora trunci segmenta optimam habent *Kilam*, coloris obscure fusci, adeo mollem ac pinguem, ut ungue digiti inprimi possit. Hæcque bina frusta soli servanda sunt Regi, qui dicitur frusta talia possidere magnitudine mediocris tabulæ; Reliqua *Kila*, quæ ex ramis & radicibus exciditur, bona quoque & mollis est, sed vilioris sortis & pretii, dividiturque inter magnates & dominos talis regionis: Quam primum autem fuerit cæsa; *Kila* est bona, nec opus est, ut iterum sepeliatur, quidam vero cæsores quædam sub terra abscondunt fragmenta, quæ tam diu relinquunt atque ibi deponunt, donec custos, qui inter cædendum circa arborem locatus est, abierit. Apud regem tum notatur, in quonam anno & mense arbor talis fuerit circumcisa, ut aliquot per annos cæsio ulterior differatur, nec mundus nimis copiose hocce conquirat lignum, ne ejus pretium & existimatio imminuatur: pretiosam enim cum hocce ligno exercent mercaturam, quod nostro tempore multo rarius ac pretiosius fuit, quam antiquioribus temporibus.

Si autem tale lignum modo nomine *Calambac* vel *Kilæ* dignum sit, quod unguibus intrudi potest, tum pauci revera sunt homines, qui illud viderunt, quum vulgares frustulæ, quæ pro *Calambac* venduntur, & exhibentur, illud experimentum vix subire possint, quamvis tamen nobilissimum & penetrantissimum dant odorem, si nempe carbonibus inponantur; nullum enim *Calambac* sua sponte tam fortis est odoris, nisi tam diu manibus conteratur & fricetur, donec incalescat. Alii e contra, præsertimque tales Sinenses, quorum *Coinama* est Patria, narrant, nullum veram cognoscere hanc arborem, sed varii generis esse arbores, quæ aliquando istum de se spargunt odorem, unde omnia *Calambac* frusta ignotarum sunt arborum, quæ superfluentes fluvii in cœno vel palude relinquunt, quæ forte fortuna inveniuntur, quorum lignum exterius si computruerit, interiora ac pinguia frusta remanent, quæ ita irregularia, & inordinata relinquuntur, uti fuere inventa, ac tantummodo ab adhærente depurantur terra. Hoc autem videtur contradictorium relationi isti, quod Rex nempe Coinamensis tam ingentia possit acquirere frusta, si modo illa cupiat.

Ve-

ken of deelen van de stam: en dewyl het nu zulk een woesten boom is, wassende in hooge en wilde Bossen, zo heeft men veele moeyten, om de teekenen te kennen, waar aan men afnemen kan, of hy ryp, en met dat hout swanger zy: dog de meeste Sinezen zeggen, dat dit teyken niemant weeten en kan: maar dat den eygenaar van het Lant, daar omtrent wandelende, zomtyds gewaar wert eenen zeer lieffelyken reuk, die hy dan met zyn Neus, en een van zyn vyf Zinnen zo lange vervolgen moet, tot dat hy bemerkt, by wat stam of tak dien reuk op het sterkste is: en daar uyt oordeelt hy dan, datter Calambac *in steeken moet:*

Dog andere zeggen ook, dat hy by nagt zoude konnen zien een vuyrigen glans of ligt, daar 't rype Calambac *verborgen is. Deze en diergelyke teykenen maakt den eygenaar als dan den Koning bekent, en die geeft hem dan voorts verlof, om dien boom te mogen kappen, want zonder zyn conzent is het een particulier Perzoon op lyfstraf verboden zodanigen boom om te vellen, en daar op moet den eygenaar dan voor eerst eenige Offerhanden voor dien boom doen, om de* Djing, *of geest, die na haar geloof den boom bewaart, te verzoenen, en te bidden, dat hy hun dit hout rykelyk wil mededeylen, en het welk dan geschiet met Koeyen, Verkens, of Bokken, daar na neemt hy ook een kom vol gekookte ryst, en dezelve zo effen, dat men niet een korreltje daar van kan nemen zonder zulks te merken, en daar by voegt hy nog een zout visje, 't welk hy, benevens de ryst, onder den boom zet, en gaat 's nagts daar by leggen slaapen; met die inbeelding, dat als den boom nu regte oude en volwassen* Kilam *heeft, hy zulks in den droom zien of gewaar worden zal: gaande daar op des morgens den ryst naau bekyken, en wanneer hy daar van bevint alleenlyk maar 3. a 4. korreltjes genomen te zyn, zo zegt hy, dat den boom volwassen en oud genoeg zy, maar zo daar meer uytgenomen, en een groote kuyl in den ryst is, zo zegt of gelooft hy, dat den boom nog te jonk zy, als hebbende nog te graagen appetyt om te eeten.*

Den volwassen boom nu wert terstondt omgevelt, en in stukken gekapt, ja zelfs tot de wortelen toe uytgegraven, en de twee onderste mooten van den stam hebben 't beste Kilam, *zynde van koleur donker-bruyn, ook zo week en vet, dat men met een nagel van een vinger daar in duwen kan: En deze twee stukken moet men alleenig bewaaren voor den Koning, die gezegt wert stukken daar van te hebben zo groot als een middelbare taafel: Het andere* Kilam, *dat men uyt de takken en wortelen kapt, is mede wel goet en zagt, dog wat slegter, en dat wert onder de Grooten en eygenaars van 't Lant verdeelt: zynde zo dra het gekapt wert goede* Kilam, *en het behoeft niet weder begraven te werden, dog zommige van de Kappers verbergen wel eenige stukken onder de Aarde, dieze daar laaten leggen, tot dat de Wagt, die in 't kappen ront om den boom staat, vertrokken is: en werd by den Koning dan opgeschreven, in wat Jaar en Maant dezen boom is omgekapt, ten eynde men eenige jaaren rusten, en de werelt niet te veel van dit hout bekomen mogte, op dat het zelve zyn groote agting niet quam te verliezen: Want zy dryven daar mede een duure Koopmanschap, zynde in onze tyd veel zeldzaamer en kostelyker, dan het in oude tyden is geweest.*

En zo maar alleen dat hout den naam van Calambac *of* Kilam *mag dragen, daar men met de nagel induwen kan, dan zyn daar in der daat weynige menschen, die zulks gezien hebben, nadien de gemeene stukjes, die men voor* Calambac *toont en verkoopt, die proef qualyk konnen uytstaan, hoewelze nogtans een zeer edelen en kragtigen reuk hebben, te weten als men het op koolen legt; want anders geen* Calambac *van zig zelfs zoo sterk riekt, ten zy dat men het zoo lang in de handen vryft, tot dat het warm werd. Andere daar en tegen, en daar onder eenige Sinezen, die in* Coinam *gebooren zyn, verhaalen, dat niemant den regten boom kent, maar dat het veelderley boomen door malkander zyn, dewelke zomtyds de voornoemde lugt van zig geven, en dierhalven dat de* Calambac *stukken zyn van onbekende boomen, dewelke de overvloeyende Revieren in den slyk of moeras zitten laaten, die men dan zo by geval vint, en waar aan al het buitenste hout verrot is, en de binnenste vetste stukken overschieten, dewelke men dan zo holbollig, of oneffen laat, als menze vind, haar slegts van de aankleevende aarde zuyverende. Dog dit schynt te stryden met het bovenstaande verhaal van die groote stukken, dewelke den Koning van* Cainam *krygen kan, als hy wil.*

Het

Verum ac vulgare *Calambac* seu *Agallochum* duplicis est coloris, primum enim obscure fuscum est cum cinereo mixtum, longisque nigricantibus striatum venis, vel si circa nodos fuerit collectum, talibus variegatum est venulis: sique hoc recens sit, atque ex arboribus veris & vetustis collectum, quasdam habet plagas tam pingues & molles, ut introtrudi possint, si autem per multos fuerit asservatum annos, indurescit, & grave est.

Alterum autem ex fusco magis cinereum est, crassioribus constans venis, per longitudinem striatum venis nigricantibus seu brevibus lineis, variisque foveis inpressum, vel foraminibus excavatum, in quibus quædam sæpe etiam invenitur terræ pars superstes: levius quoque est præcedenti, ac forte illud est, quod ex vero trunco ramisve colligitur, inque paludibus computruit. Quod enim circa nodos fuit, multo nigrius est, brevioribus constat fibris, & reliqua parte durius est: Omne autem, quod in flavum seu pallidum vergit colorem, maculasque gerit nigras, acsi resinam exsudaret nigram, pro *Gari* specie habendum est; Omnium *Agallochi* specierum odor homogeneus est, carbonibusque impositum lignum facile dignoscitur atque distinguitur ab omnibus reliquis lignis; peculiarem enim jucundum habet odorem, estque refocillans & quasi cor corroborans, quod melius sentiri quam describi potest, odorque vergit ad corticum Citri odorem siccatorum, sapor etiam quodammodo ipsis similis est, optimumque, si manducetur lignum, lentum est, instar ceræ duræ tenax, cum parva, sed grata & acri amaritie mixtus, totumque grato odore os replens: omnia vero ista ligna, quæ excellentem habent amaritiem pro *Agallocho* nec *Garo* habenda sunt, sed pro spuriis quibusdam harum binarum specierum.

Nomina: Latine *Agallochum Primarium* & *Xylaloe*, in Pharmacopæis *Lignum aloës* & hinc Belgice, *Aloës-hout* & *Paradys-hout*: Arabibus dicitur *Agalugin* & *Aud*, & hinc apud Guzerattenses *Ud.* Malaice *Calambac.* Sinaïce *Kilam* & *Hokilam*, unde forte nomen istud Malaicense derivatur, acsi diceres nodi seu medulla *Kilam*, *Bac* enim Sinenses non tantum gemmas, sed etiam nodos, ac maxime pingues arboris partes vocant, in quibus venæ sunt commixtæ, formamque oculi præbent. Hoc quoque idem est lignum, quod apud Hebraëos *Ahalim* & *Ahaloth* dicitur in numero plurali: uti omnia grate spirantia ac pretiosa ligna, quæ parvis frustis seu segmentis venalia sunt, ac venduntur, ipsis hoc indigitantur vocabulo. Istæ autem binæ denominationes ab interpretibus vario explicantur modo; *Divus* enim *Hieronimus* in vulgata *numer.* 24. *vers.* 6. interpretatur *tentoria. Psalm.* 45. *vers.* 9. *Guttam* & *Proverb.* 7. Aloë. Hodierni autem interpretes in *numer.* 24 Santalos; aliisque in locis *Aloës*, commentatoresque nihil nobis aliter commemorant, nisi quod grate spirans sit lignum, ad pretiosa suffimigia usitatum. Certum est, Hebræorum *Ahalim* seu *Ahaloth* nihil aliud fuisse, quam Græcorum & Latinorum *Agallochum* seu *Xylaloe*, quod ab antiquioribus jam temporibus ad suffimigium vestium fuit usurpatum, cui & hodiedum inservit usui. E contra lignum *Sandalum* veteribus fuit incognitum, nec ad ignis suffimigium usurpatur; parva autem difficultas superest, *Bileamum* nempe in memorato loco Israëliticum populum comparare cum arboribus *Ahalim*, quas Deus plantavit ad flumina: Cui suggerere vel opponere quis posset, qui fiat, ut *Bileam Calambax-arborum* cognitionem habuerit, quum hæ in Indiæ extremo crescant, quarumque species & forma in hunc usque diem adeo est obscura & incerta. Cui respondeo, veteres, præsertimque illos, qui *Mesopotamiam* & *Babyloniam* inhabitabant sub Monarchia florente, multo meliorem habuisse plurimarum Indicarum plantarum cognitionem, quam nos hodie, quum tum temporis regiones istæ melius peragrari poterant, ac Babylonica majestas majorem potestatem & conversationem in Indicis regionibus exercebat, unde *Bileam* etiam sine dubio potuerit scire, *Ahalim* ingentes esse & vastas arbores, in planis silvis & solitudinibus juxta fluvium Gangem aliaque flumina ibi crescentes, sesesque ramis suis latissime & luxuriose extendentes, quæque ad summam perveniebant senectutem, unde hoc odoratum lignum, (quod apud Assyriæ reges sine dubio satis usitatum & notum fuit) proveniebat. *Bileam* itaque pronunciare voluit, Israëliticum populum a Deo ita fuisse beatum, tot-

Het regte en het gemene Calambac *nu is tweederley van koleur, zynde het eerste donker-bruin, met graauw gemengt, en lange swarte aderen gestreept, of, zo het omtrent de knoesten gestaan heeft, met diergelyke adertjes gemarmert: En als dit vers is, midsgaders van regte oude boomen komt, dan heeft het zommige hoeken, die zo vet en week zyn, dat men daar in douwen kan, maar als men 't lange jaaren bewaart heeft, zo wort het hart en swaar:*

Het ander slag is uyt den bruinen wat graauwer, grofdraadig, in de lengte gestreept, met swarte aderen of korte linien, en met verscheyde kuyltjes, of gaten uytgeholt, daar men ook zomtyds nog eenige Aarde in vind steeken: Zynde mede ligter dan het voorgaande, en misschien het gene uyt den regten stam of de takken komt, en in de moerassen heeft leggen rotten; want het gene dat omtrent de knoesten gestaan heeft, is vry swarter, kortdraadiger, en harder als het andere: al het gene nu van dit hout meest na 't geele, of bleeke trekt, en swarte plekken heeft, als of het eenig swart hers uytsweette, moet men onder de zoort Garo *reekenen: De reuk van alle zoorten van* Calambac *is meest eenderley en op koolen gelegt zynde, zeer kennelyk en ligt te onderscheyden van alle andere houten, want het is van een byzondere liefelykheyt, zeer verquikkende, en hertsterkende, 't welk men beter gevoelen dan beschryven kan, en moet de reuk wat trekken na die van gedroogde Citroen-schellen: de smaak moet ook bykans daar na hellen; en 't beste valt in 't knaauwen wat taay, gelyk als hart wasch, met een kleyne, dog aangenaame scherpe bitterheyd gemengt, en den mond met zyn aangenaame reuk vervullende: dog men moet alle zodanige houten, die een uytnemende bitterheyd hebben, niet voor* Calambac, *nog voor* Garo *houden, maar wel voor basterden van een van die beide.*

Naamen: *In 't Latyn* Agallochum Primarium, *en* Xylaloe, *in de Apotheeken* Lignum Aloes, *en zo in 't Nederduyts* Aloës-hout *en* Paradys-hout, Arab: Agalugin, *en* Aud, *en daar van beyde Guzeratters* Ud: *Malleyers* Calambac, *Sineezen* Kilam, *en* Hokilam, *waar van misschien de voornoemde Maleytsche naam komt, als of men zeyde knoesten of 't hert van* Kilam, *want* Bac *noemen de Sineezen niet alleen ooge, maar ook de knoesten, en de vetste deelen van een boom, daar de aderen door malkander lopen, en de gedaante van een oog maaken: en dit is het zelfde hout 't welk by de Hebreen* Ahalim, *en* Ahaloth *genaamt word in 't meervoudig getal, gelyk alle welriekende en diere houten, die men met kleyne stukken of mooten te koop brengt, by hun lieden zo genoemt werden: dog voorgenoemde twee woorden werden van de Overzetters verscheydelyk uytgelegt, want* Divus Hieronimus in de vulgata, num: 24. vers 6. *zet het over* Tentoria: Psalm 45: vers. 9. Guttam: *en* Proverb. 7. Aloe. *De hedendaagsche zettent over in* Num: 24, Santalos, *en op andere plaatzen* Aloe, *en de Uytleggers weten ons anders niet daar van te zeggen, als dat het een welriekend hout zy, en tot kostelyke reukwerken gebruikelyk: Het is zeeker, dat der Hebreen* Ahalim *of* Ahaloth *anders niet geweest zy, dan 't gene de Grieken en Latynen* Agallochum *of* Xylaloe *noemen, 't welk al van oude tyden tot het berooken van klederen is gebruykt geweest, gelyk het ook nog doet: Daar en tegen is het* Sandelhout *de ouden onbekent geweest, en werd geenzints tot reukwerk op 't vuur gebruykt. Een kleyne swarigheyd is 'er nog over, namentlyk dat* Bileam, *aan de boven gemelde plaats, het volk van Israël vergelykt met de boomen* Ahalim, *dewelke Godt geplant heeft aan de Waterstroomen: waar op men inbrengen of vraagen mogte, hoe* Bileam *van* Calambax-boomen *kennis gehadt konde hebben, nadien die in het uyterste van Indiën wiesschen, en welkers gedaante tot heden toe nog zo donker of duyster bekent is: waar op ik antwoorde, dat de ouden, inzonderheit de genen, die in* Mesopotamie *en* Babylonie *woonden, onder die bloeyende* Monarchye, *veel beter kennisse gehad hebben van veele Indiaansche planten, als wy hedensdaags, om dat doenmaals de Landen gemakkelyker konden doorreyst werden, en de* Babylonische *Mogendheyd meer ontzag, en ommegang in de Landen van Indiën hielt, en waar uyt, buyten twyffel,* Bileam *heeft konnen weten, dat* Ahalim *groote boomen waaren, in de vlakke Bossen en Wildernissen, langs de Revier* Ganges, *en andere Revieren daar omtrent wassende, en hun met haare takken zeer ver en weeldrig uytbreydende, en tot een grooten ouderdom komende, en waar van dat welriekende hout ('t welk by de* Assyrische *Koningen buiten twyffel genoegzaam*

totque dotatum beneficiis, ut tam firmiter fundatus eſſet, ac viventes *Abalim* arbores, illorumque decus & ſplendorem ſimili quoque modo per totum mundum inſtar grate ſpirantis & jucundi odoris diffuſum iri.

Sic quoque judicandum eſt, *Caſſiam* & *Cinnamomum*, licet remotiſſime in Indiis creſcant, *Aſſyriis* & *Iſräeliticis* regibus tum temporis melius fuiſſe notas, quam ſubſequenti duorum millium annorum intervallo, donec aromata hæc iterum per navigationem Portugallorum & Belgarum detecta fuerint.

Unde autem lignum *Agallochum*, Belgis *Paradys-hout* ſeu *Paradiſiacum* lignum fuerit dictum, facilius & melius indagari poteſt, quum nempe ab antiquis jam temporibus ex illis tantum regionibus circa *Gangem* ſitis fuerit petitum, quod flumen ortum ſuum ducere putatur ex ipſo terreſtri Paradiſo. *Lignum Aloës* vocatum fuit non ita quidem ob amaritiem, quæ, uti dictum fuit, in vero acriter ſentitur, ſed potius a conſonantia vocabulorum *Abalim* & *Agaluchin*, in quibus Græci aliquam obſervarunt ſimilitudinem cum ipſorum Aloë, atque hinc illud *Xylaloë* vocarunt, h. e. Aloës lignum, ſimulque diſtinctione quadam, ut pro ligno, & non pro herbacea Aloë habeatur.

Loci. Verum Aloës lignum, quantum hodie notum eſt, creſcit, uti dictum eſt in *Tsjampaa*, Portugallis *Champaa*, & Sinenſibus *Tsjamſiaâ* dicta, quæ Provincia tributalis eſt ſub magno *Coinam* vel *Quinam* rege, quæ regio quoque *Cochin-China*, & Sinenſibus *Kautſchi* dicitur, quod denotat aliquem, qui pollicem pedis habet incurvum, uti hujus regionis incolæ & indigenæ ab antiquo jam tempore hacce nota fuerunt noti. Creſcit quoque in *Cambodja* & *Siama*, quæ regiones iſtis terris ſunt vicinæ & adjacentes, ac ſine dubio in pluribus aliis terris ipſi proximis, per quas ingens fluvius Ganges, aliique plures ex magno lacu *Kiambay* excurrentes, circumjacentes planas terras ſilvasque quotannis inundant, cœnoque replent, uti Nilus Ægyptiam, qua inundatione ſine dubio plures tales arbores eradicantur, cœnoque obteguntur, unde poſtea fruſta *Aloes ligni* inveniuntur, quum nempe exterior ligni pars computruerit, relictis interioribus maximeque pinguibus partibus, quæ putredini reſiſtere poſſunt.

Rex *Tsjampaæ* Regi *Coinamenſi* non tantum optima tamquam tirbutum fruſta debet ſolvere, ſed omnem reliquam ipſi vendere *Kilam*, quam ſolus in commercio habet, plurimamque ejus partem mittit in Japanam; Plebi pœna capitali vetitum eſt cum hocce ligno exercere mercaturam, ita ut omne ex Regis manibus ſit emendum, quumque magnus ſit Hollandorum hoſtis, hinc noſtra natio non multum ab ipſo congerere poteſt, unde & etiam noſtratibus tam parum notum eſt; alii autem putant, regem Tsjampanenſem Coinamenſi neutiquam maxima mittere fruſta, bene gnarus, ſi Coinamenſi ſemel tanta largiretur fruſta, talia ſemper ab ipſo petiturum eſſe, ita ut ſine dubio optima & maxima fruſta in *Tsjampaa* inveniantur: Hodiernum iſtius ligni pretium in *Tsjampaa* eſt triginta duo *Teyl* argenti, h. e. quadraginta inperialia (ryksdaalders) pro una ciſta *Catti* dicta, ſeu uno cum quadrante pondo, ſique in Japanam fuerit miſſum, centum quidem tales *Teylen* valet una ciſta *Catti*, noſtrates autem ibi carius illud emunt, & quidem ad auri pondus ſeu gravitatem: In Europam autem non, vel rariſſime, transfertur, quum Japanenſes, Sinenſes, aliique Indi maximo emant pretio, ac multo magis illud expetant, ac nos Europæi.

Uſus. Ad cuncta pretioſa ſuffimigia adhibetur, quum vero tam carum ſit, plurimum conſervatur a Regibus & Indiæ Magnatibus, qui illud cum aliis aromaticis corticibus & gummis groſſo modo contuſis commiſcent, atque ex illis parvos formant globulos inſtar ſclopeti globuli, ipſis *Dupa* dictos, quorum odore veſtes ſuas inprægnant, Regesque ſuffimentum hocce ſibi ſolis ſervant, ita ut, ſi privatus hoc ſuffimigio veſtes ſuas ſuffitas haberet, in periculum gratia excidendi veniret, ſi hoc animadverterent.

Vulgare hoc *Agallochum* revera vires habet cor cerebrumque odore ſuo refocillantes, tam, ſi cum iſta *Dupa*, quam ſi ſolum carbonibus imponatur, quem in finem cum fruſto fracti porcellani vel vitri de ligno ali-

zaam bekend was, voortquam: Hy wilde dan zeggen, dat het volk Iſraëls van Godt zodanig gezegent was, en zo vaſt gegrond, als de levende Ahalim-boomen, en haaren luyſter, als een koſtelyken reuk door de geheele werelt zoude gaan.

En zo moet men ook ordeelen, dat de Caſſia en Cinnamomum, (al waſſenze mede verre in Indiën) de Aſſyriſche en Iſraelitiſche Koningen als doen veel beter bekend zyn geweeſt, dan in de volgende twee duyzend jaaren, tot dat die Speceryen door de Scheepvaarden der Portugeezen en Nederlanders wederom zyn ontdekt geworden:

Dog waarom nu dit hout by de Duytzen Paradys-Hout word genaamt, dat is ligter te raaden, namentlyk, om dat het van ouds alleen gebragt wierd uyt de Landen en Havenen, die omtrent de Ganges lagen, welke Revier men geloofde zyn oorſpronk te hebben uyt het Aardſche Paradys: Aloes-hout is het genaamt, niet zo zeer van wegen zyne bitterheyd, dewelke (als gezegt) in 't opregte kleyn moet zyn, maar veel meer naa de gelykformigheid der woorden, Ahalim, en Agaluchin, waar in de Grieken eenige gelykeniſſe met haar Aloe gezien, en daarom het zelve Xylaloe genoemt hebben, dat is Aloes-Hout, en met een tot waarſchouwinge, dat men het voor een hout, en niet voor een kruytagtige plante, Aloe, moet aanzien.

Plaatzen: Het opregte Aloes-hout, voor zo veel het hedensdaags bekend is, waſt, als gezegt, in 't Tsjampaa, by de Portugeezen Champaa, en by de Sineezen Tsjamſiaâ genaamt, een Provincie ſtaande onder den grooten Koning van Koinam of Quinam, welk land men ook Cochin-China, en by de Sineezen Kautſchi noemt, 't welk beduyt ymand die een kromme toon heeft, gelyk de Inlanders dezes Lands van ouds gehad hebben. Het waſt mede in Cambodja en Siam, welke Landen met de voornoemde agter aan malkander paalen, en buyten twyffel in meer andere Landen daar aan grenzende, door dewelke de groote Revier Ganges, en meer andere, uyt het groote binnen-Meyr Kiamhay loopen, die de omleggende vlakke Landen en Boſſchen jaarlyks overſtroomen, en met ſlyk vervullen, gelyk de Nilus Ægypten doet, en waar door dan buiten twyffel veele van zodanige boomen ontwortelt, en in de ſlyk bedolven werden, waar van men dan naderhand de ſtukken Aloes-hout vind, te weeten na dat het buytenſte hout daar van vergaan is, agterlaatende de binnenſte en vetſte deelen, die de verrotting konnen wederſtaan:

Den Koning van Tsjampaa moet aan den Koning van Coinam niet alleen de beſte ſtukken voor tribuyt opbrengen, maar ook al het andere Kilam aan hem verkopen, daar hy dan alleene mede handelt, en wel het meeſtedeel na Japan zendt: Den gemeenen man is het op den hals verboden met dit hout te handelen, zo dat men alles uyt des Konings handen moet halen, en dezelve een groot vyand van de Nederlanders is, daarom kan onze Natie niet veel daar van krygen, en is derhalven by de onze ook zo weinig bekend: En andere meenen dat den Tsjampaar hem egter geenzints de grootſte ſtukken zend, als wel wetende, zo hy den Coinammer eens daar aan gewendde, dat hy altyd zulke ſtukken van hem zoude hebben willen: Zo dat buyten twyffel de ſchoonſte en grootſte ſtukken in Tsjampaa te vinden zyn: de hedensdaagſche prys van dit hout is in Tsjampaa 32. Teyl zilver, dat is 40. Ryksdaalders voor een Catti, of $1\frac{1}{4}$. pont, en in Japan gebragt werdende gelt het wel hondert Teylen het Catti: Doch de onze moeten het aldaar duurder, en tegens de ſwaarte van Gout betaalen: maar na Europa werd het niet of zeer zelden vervoert, dewyl de Japanders, Sineezen, en andere Indianen zeer veel daar voor geven, en merkelyk meer werks van maaken, als wy Europianen tot nog toe doen.

Gebruyk: 't Werd mede tot allerhande koſtelyk reukwerk gebruykt, dog dewyl het zo dier is, blyft het meeſt onder de Koningen en Grooten van Indiën, die 't met andere Speceryagtige ſchorſſen en gommen, allegaar grof gestooten of gekapt, weten te vermengen, en daar uyt kleyne bolletjes te maaken van gedaante en grotte als een pistool kogel, by haar Dupa genoemt, met dewelke zy dan hunne klederen berooken: En houden de Koningen dit reukwerk voor hare Perzoonen alleen zo eigen, dat een gemeyn perykel zoude lopen, zoo men het aan zyne klederen beſpeurde of gewaar wierd:

Hebbende de gemelde Calambac inderdaat een hert, en herſſen ſterkende reuk, zo wel onder 't voorſchreeven Dupa, als alleen op koolen gerookt, tot welken eynde men met een ſtukje gebrooken porcelyn, of glas van 't ſtuk wat af-

aliquid abraditur, quum ob pinguedinem suam convolvitur in formulas murium stercori similes: Malaicenses autem præferunt, si lignum in minora conscindatur frustula, deinque contundatur grosso modo, dicunt enim rasuram illam nimis tenue reddere suffimigium, & carbonibus inpositum nimis cito evolare, nec tam jucundum spargere odorem, quam si crasso modo fuerit contusum. Si Sinenses illud solum suffiunt, parum crasse contusi addunt *Unguis odorati*, ipsis *Hyole* dicti: si autem illius duros conquirere possint nodos, illos radunt in multos angulos & foveolas, donec pellicula terrea fuerit abrasa.

Rasura hac utuntur pro suffimigio, nodosque depuratos (qui speciem aliquando quorundam animalculorum præbent) ex flabellis faciunt dependere, quos continuo manibus fricant, atque subolfaciunt. Optimæ *Kilæ* seu *Agallochi* frustulum, quod ungue nempe digiti altius inprimi potest, portant in cingulis circa corpus, ut alvum servent constipatam, anique crepitum inpediant, si ante Magnatum oculos compareant, vel diu coram illis sedeant, quod illi nationi gravi, solemniaque lubenter exercenti magno est in usu; adhibetur porro in omni medicamento, quod componitur ad cor corroborandum, ejusque palpitationem inhibendam, ut & contra animi deliquia, & oppressionem pectoris, fauciumque angustias, quæ caussantur ex ardore ventriculi, unde & contra Cardialgiam quoque valet. Quidam etiam Sinenses interne illud usurpant contra Dysenteriam, quam vero ob caussam, me latet. Nullam enim vim habet adstringentem, sed potius exsiccantem, saltem quantum in ore percipere potui, nihil enim aliud observare potui nisi parvam amaritiem, instar Corticum Citri, sique deglutiatur, parvum in gula relinquit ardorem.

Aliquis jam mihi objicere posset, si Aloës Lignum tempore *Moysis* fuerit notum, tamque necessarium creditum ad cuncta pretiosa & perfecta suffimigia, qui fiat, ut non simul ad sanctum odoramentum in *Exodi capite trigesimo* descriptum, quod tamen acriter odoratum ingreditur *Galbanum*, fuerit usurpatum? respondeo, sanctum hocce odoramentum non ita inserviisse ad nasum reficiendum, quam ad sanctas & occultas res adumbrandas, uti nos doctus Judæus *Aben-Ezra* docet. Præterea potuit fieri, omniscium Deum lignum hoc in Templo suo non tolerare nec admittere voluisse, quum talibus idololatricis ceremoniis tanquam ex diaboli manibus emendicetur. Sinenses hoc quoque lignum contritum & cum debiliori Arack mixtum propinant contra abdominis tormina, & dolores ex frigida caussa ortos.

Verum *Agallochum* seu *Kilam* hoc experimento detegitur, quod supra politum lapidem fortiter contritum, rasuram suam convolvat instar parvorum vermiculorum, vel murium pilularum stercorariarum.

afschrapt, als wanneer het zig t'zaamen rold, als muyzekeuteltjes, en dat wegens zyne vettigheid; Dog de Maleyers houden 'er meer van, als men 't eerst in kleyne stukjes kapt, en daar naa grof stampt, want zy zeggen, dat het schrappen al het reukwerk te fyn maakt, en op koolen komende te haastig vervliegt, ook niet half zo lieflyk ruikt, als grof gestampt zynde. Als het de Sineezen alleen rooken, zo doenze een weynig grof gestampte Unguis Odoratus *daar onder, by hun luiden* Hyole *genaamt, maar alsze daar van harde knoestjes kunnen bekoomen, die schrapenze met veele hoeken en kuiltjes, tot dat 'er de aardachtige huit ter deegen afkomt.*

Het afschraapzel gebruikenze tot haar reukwerk, en de gezuiverde knoestjes (die zomtyds de gedaante van eenige gedierten hebben) hangenze aan haar waayers, om geduurig dezelve met haar hand te vryven, en daar aan te rieken. Van 't alderbeste Kilam, *daar men met de nagel van de vinger indouwen kan, draagenze een stukje in de gordel op 't lyf, om 't zelve geslooten te houden, tegens alle natuurlyke afgang, en lossinge van winden, als zy voor groote Heeren moeten verschynen, en lang stil zitten, 't welk by deze statige Natie in een bezonder gebruyk is: Voorts werd het in alle Medicynen gebruykt, die men maakt tot versterkinge des herten, als in flaauten en klopping des zelven, tegen benauwtheyd der borst en keele, die veroorzaakt word door brand in de krop van de mage zittende: Zommige Sineezen gebruiken het ook inwendig tegen de roode-loop, dog om wat reden, dat en kan ik niet gissen. Want het heeft gants geen t'zamentrekkende kragt, maar wel een opdroogende, immers voor zo veel men in de mond kan gewaar worden, want aldaar niet anders werd geproeft dan een kleyne bitterheyd, met een scherpheyd als die van Citroen-schellen, en het welke, als men het inswelgt, een kleyne brand in de keele nalaat.*

Nu mogt my iemant voorwerpen, als het Aloes-hout *ten tyde van* Moses *was bekend geweest, en zo noodzakelyk geagt tot alle volmaakte reukwerken, waarom het dan niet mede toegelaaten zy in 't heylig reukwerk in* Exodi Capittel 30. *beschreven, alwaar nogtans het sterkruykent* Galbanum *plaats gevonden heeft? Ik antwoorde, dat het zelve heylig reukwerk niet zo zeer diende, om de Neuze te vermaaken, als om een heilige en verborgen zaake af te beelden, gelyk ons den geleerden* Rabbyn Aben-Ezra *leert: Daar en boven kan 't ook wel zyn, dat Godt dit hout in zyn Tempel niet heeft willen gebragt hebben, om dat het met zulke Afgodise Ceremonien, als uit de handen der Duivelen, gebedelt wierde: De Sineezen gebruyken dit hout gevreeven, en met slappe Arak gedronken, tegen de krimping en buyk-pyn, uit koude ontstaande.*

Het opregte Kilam *moet deze proef houden, dat het, over een effene steen wat hart gevreven zynde, zyn afschraapzel t'zaamen moet rollen, als kleyne Wormpjes of muyse-strontjes.*

OBSERVATIO.

Plurimi auctores CALAMBAC & LIGNUM ALOES, seu AGALLOCHUM distinxerunt, atque pro diversis habuere lignis, ut patet ex *Ray. hist. pl. p.* 1808. & *Sam. Dale Pharmac.* in 4to. *pag.* 380. ubi omnino vide descriptiones, ut & *Parkins. Theatr. pag.* 1564. & *histor. general. Lugdun. libr.* 18. *cap.* 17. *p.* 1769. nec non ejus figuram in *Pomet histoire general. des Drogues livre* III. *Chap.* I. ubi DU BOIS D'ALOES exprimitur & describitur. vide & *Linschoteni Itinerarium cap.* 76. de *Ligno Calambac* seu *Aloës ligno.* & *Valent. Amboinæ descript. p.* 204. *cap.* IV. & *Valent. histor. simpl. reform. pag.* 179. *cap.* VI. & *p.* 591 *& sequent*, ubi elegans occurrit dissertatio de *Agallocho*, quod in subsequente describitur capite: vide porro *Rumphium* in *Miscell. Acad. Natur. curios. dec.* 2. *anni* 3. *observ.* 22. *p.* 79. & *Boneti medic. septentr. part.* 2. *libr.* 8. *p.* IV. *sect.* 3. ut & *Pauli Hermanni Mater. med. p.* 107. & *Jonst. Hist. nat. lib.* IX. *p.* 460 *& seq.* ac *Wormii musæum cap.* 16. *p.* 166. & *Sam. Dale Pharmac. p.* 379. nec non *Kemph. Amoen. exot. p.* 903. & *Ray tom.* 3. *app. p.* 87.

AANMERKINGE.

De meeste Schryvers hebben het CALAMBAC & LIGNUM ALOES, of AGALLOCHUM onderscheiden, en voor twee byzondere houten gehouden, gelyk blykt uit *Ray hist. pl. pag.* 188. en uit *Samuel Dale Pharmac.* in 4to. *p.* 380, alwaar vooral derzelver beschryving na te zien is, als mede *Parkins. Theatr.* 1569. en de *Histor. Lugd. general. p.* 1769. de Figuur van het *Aloes-hout* komt voor in *Pomet histoire general. de drogues* 3de *boek* I Hooftstuk: zie ook *Linschotens Reyze cap.* 76. over het *Calambac* of *Aloes-hout.* en *Valentyns beschryving* van *Ambon. p.* 204. *capitt.* 4. als mede *Valent. histor. simpl. reform. pag.* 179. *cap.* VI. en *pag* 591. en de volgende, alwaar een zeer fraaye Dissertatie gevonden wert over het *Agallochum*, het welk in het volgende Kapittel beschreven wert, en ook van *Rumphius* in *Miscell. Acad. Nat. curios. dec.* 3. *ann.* 3. *observ.* 22. en *Boneti medic. septentr. part.* II. *lib.* 8. *p.* 4. *sect.* 3. en *Herman. mat. med. p.* 107. en *Jonst. Hist. natur. libr.* 9. *p.* 460. en *Wormii Musæum cap.* 16. *p.* 166. als mede *Sam. Dale Pharmac. p.* 379. en *Kemph. Amoenit. exot. p.* 903. en *Ray tom.* 3. *app. p.* 87.

CAPUT DUODECIMUM.

Agallochum ſecundarium. Garo.

Michelia ? Ham.

A*Gallochum* hoc *ſecundarium* ſeu *vulgare* proximo gradu convenit cum raro & pretioſo Calambaco, illud autem in Patriam noſtram plurimum transfertur. Sinenſium autem relationes in eo potiſſimum quadrant, quod hoc lignum cum antecedenti ex una eademque proveniat arbore, cujus interiora, maxime pinguia & vetuſtiſſima fruſta verum præbent *Calambacum*, lignum autem, quod in ramis vel circa nodos occurrit, *Agallochum ſpurium* ſeu *Garo* eſt, vulgatiſſimum ac viliſſimum in exteriore tunci parte invenitur. Quum vero inter ligna, quæ pro *Garo* venduntur, maximam obſervaverim differentiam quoad odorem & colorem, hinc ulteriore indagine a Sinenſibus edoctus ſum, optimum *Garo* inveniri in una eademque cum *Calambaco* arbore, ſed alias inſuper eſſe arbores, a priori haud multum differentes, quæ peculiare quoque *Garo* ferunt: Pro vero etiam habetur *Garo*, quod ex *Malacca* venit, & in inſulis *Johor* & *Belitton* creſcit, quod autem a *Coinamenſi* differt. Verum itaque *Garo* in binas dividemus ſpecies, in Coinamenſem nempe & Malaicenſem.

Primum itaque ſeu *Coinamenſe*, *Thim* & *Thimbio* dictum, lignum eſt arboris cujusdam, ex genere *Mycrophylli*, *Garo* vero folia ſunt paulo longiora, inque his arboribus ſæpe obſervantur longiſſima flagella, quæ inſtar filorum ex ramis dependent, uti in *Mycrophylli* ſpeciebus id quoque invenitur, creſcuntque etiam in dictis regionibus *Tsjampaa* & *Coinam* ſeu *Quinam*: has autem quisque dominus pro lubitu exſtirpare poteſt, ſi modo bene gnarus ſit, arbores eſſe ſatis vetuſtas, cujus ſigna etiam certa habent, ſed non opus eſt, ut has ſacrificiis expient, uti antecedentem arborem. Atque hæc ſpecies potiſſimum ex nodoſis conſtat fruſtis, quæ, ut bona ſint, in aqua fundum petere debent, cujus *Catti* ſeu ciſtula a rege determinata eſt ad tres argenti *Teyles*.

Lignum hoc multo eſt durius, magis nodoſum, nec ita fuſcum, ac *Calambacum*, ſed magis in flavum tendit colorem, ac brevibus, nigris, vel fuſcis variegatum eſt venulis, aliquando etiam omnino cinereum cum atris venulis *Calambacum* proxime æmulans, ſed ſemper durius ac gravius. In magnis fruſtis hinc inde ad latera quædam nigræ apparent maculæ, acſi pice forent obductæ, quæ pinguedinem hujus ligni indicant, hæ autem maculæ potiſſimum in flavis apparent fruſtis, quæ circa nodos fuere diſſecta. Fruſta hæc per aliquod tempus reſiſtunt flammæ, & carbonibus ignitis, nec ita facile ignem concipiunt, ac *Calambacum*, ſique conceperunt, non diu continent ignem, quum lignum ſit magis ſolidum & durius; nihilominus tamen, ſi comburatur, parvam etiam olei præbet quantitatem, unde patet, plurimam partem *Agallochi*, quod in Europa ocurrit, hujus ſpeciei eſſe, omnes enim ſcriptores teſtantur, aliquod per tempus igni reſiſtere.

Lignum hoc carbonibus impoſitum maxime differt odore a *Calambaco*, eandem quidem odoris ſpeciem & qualitatem habet, ſed ex aromatico in acidum vergit, & aliquando cum Benzoino convenit odore, & lignum quoque tale magis albeſcit vel flaveſcit, eoque vehementius ejus fumus oculos vellicat, unde talia fruſta non multum ad ſuffimigia adhibentur: Sin radatur hoc lignum, multo magis tenue ac politum eſt, quam *Calambacum*, nec ejus raſura ita convolvitur.

Nomen. Latine *Agallochum ſecundarium Coinamenſe*, Malaice *Garo Cominjan*, quum ejus fumus *Cominjan* h. e. *Benzoin* ſpirat. Sinenſibus dicitur *Thim* & *Timbio*. Belgis *Agel-hout*, a Portugallico *Pao de Aquila*, quod ſine dubio derivatur ab Arabico *Agallugin*, ſeu Latino *Agallocho*, quod quidam non intelligentes ridiculo modo vocarunt *Lignum Aquilæ*, & Belgice *Arents-hout*.

Loci. Optimum lignum creſcit, uti *Calambacum* in *Tsjampahaa*, ſed in *Coinam* venale fertur in forum, ubi quoque creſcit, ſed vilius eſt quam Tsjampahenſe, ac

XII. HOOFTSTUK.

Agel-Hout.

D*E naaſte graat met het voorſchreve zeltzaame en duure* Calambac *behout het* Agallochum ſecundarium, *of het gemeene* Agelhout, *'t welk meeſt in onze Landen vervoert wort. De verhaalen van de Sineezen koomen meeſt daar in over een, dat dit met het voorgaande van eenen boom komt, in dewelke de binnenſte, vetſte, en outſte ſtukken 't opregt* Calambac *zyn, maar 't gene in de takken of omtrent de knoeſten zit, is* Garo *of* Agelhout, *en het alderſlegtſte zit buiten aan den ſtam: maar dewyl ik onder de houten, die men voor* Garo *verkoopt een merkelyk onderſcheit in de reuk en coleur hebbe gevonden, zo hebbe ik by nader ondervraging van de Sineezen geleert, dat wel de beſte* Garo *valt aan een en dezelfde boom met het* Calambac, *maar datter ook nog andere boomen zyn, van de voorige niet veel verſchillende, die mede een byzonder* Garo *dragen: ook zo wert het mede voor een opregt* Garo *gehouden, 't gene van Mallacca komt, en in de Eilanden van* Johor *en op* Belitton *waſt: Dog 't welk van 't* Coinamſche *wat verſchilt: Wy zullen dierhalven 't opregte* Garo *afdeelen in twee zoorten, te weeten in het* Coinamſche, *en in 't Maleidſche.*

Het Eerſte of eigentlyke Coinamſche, Thim *en* Thimhio *genaamt, valt mede aan een boom uit het geſlagte der klein-bladige Varingen, dog de* Garos-*bladeren zyn wat langer, en men vint ook aan dezen boom zulke lange draden, als garen van de takken afhangen, even gelyk aan de Varingen, waſſende mede in boven genoemde Landſchappen* Tsjampaa *en* Coinam *of* Quinam, *dog die mag een yder Eigenaar na zyn believen kappen, als hy maar weet, dat de boomen out genoeg zyn, waar van zy mede haar kenteekens hebben, en zy hoeven dezelve geen offerhande te doen, gelyk aan de voorige, beſtaande deze zoort meeſt in knoeſten of brokken, en zo ze regt goet zyn, moetenze in 't water zinken, waar van het* Katti *by den Koning op drie Teils zilver geſtelt is.*

Dit hout is veel harder, knoeſtiger, en zo bruin niet, als het Calambac, *maar wat na den geelen trekkende, en met korte, ſwarte, of bruine adertjes geſpikkelt, zomtyds geheel graauw, met ſwarte adertjes, het* Calambac *naaſt komende, dog altyd harder en ſwaarder: aan de groote ſtukken ziet men hier en daar aan de einden eenige ſwarte plekken, als ofze met pek beſtreeken waren, 't welk de vettigheit van dit hout is, dog deze plekken ziet men meeſt aan de geele ſtukken, en die omtrent de knoeſten geſtaan hebben: deze ſtukken wederſtaan de vlamme of glimmende koole een tyd lank, en vatten het vuur zo ligt niet, als het* Calambac, *en al gevat hebbende, houden 't zelve niet vaſt, om datze een harder en vaſter hout hebben; niet te min, in 't branden zo gevenze ook een weinig oly van zig, waar uit blykt, dat het meeſte* Agallochum, *dat men in Europa toont, van deze zoorte zy, want alle de Schryvers getuigen, dat het een tyd lang 't vuur tegenſtaat.*

De reuk van dit hout zynde op koolen gelegt, verſchilt merkelyk van het Calambac, *want het heeft wel dezelfde eigenſchap en aart, maar trekt van den* Aromatiquen *wat na den zuuren, en zomtyds een weinig na den* Benzoin, *en hoe meer wit of geel hout daar aan is, midsgaders hoe minder aderen men daar aan vint, hoe meer zy ook in de oogen byt, waarom men zodanige ſtukken ook niet ligt tot reukwerk gebruikt: In 't ſchrapen valt dit hout veel fynder en gladder, dan 't* Calambac, *en het ſchraapzel krult ook zo niet te zaamen.*

Naam: *In 't Latyn* Agallochum Secundarium Coinamenſe, *en op Malleits* Garo Cominjan, *om dat het in 't rooken naar* Cominjan, *dat is* Benjoin *riekt: Sinees* Thim, *en* Thimhio: *In 't Nederduits* Agel-hout, *van 't Portugeeze* Pao de Aquila, *'t welk klaarlyk afkomſtig is van het* Arabiſche Agallugin, *of Latyns* Agallochum, *het welk zommige niet verſtaande, belaggelyk in 't Latyn genoemt hebben* Lignum Aquilæ, *in 't Duits* Arents-hout

Plaatzen: *Het beſte waſt gelyk als het* Calambac *in* Tsjampáá, *maar wert in* Coinam *te markt gebragt, alwaar 't ook waſt, maar ſlegter, dan 't* Tsjampaſche, *heb-*

ac plerumque acidum ſpirat odorem: Ex iisdem regionibus vilius adhuc fertur lignum, ſed quod aquæ innatat, Sinenſibus dictum *Itthion* h. e. Agallochum ſimplex, cujus Catti ſeu ciſta conſtat uno taylo. Hoc lignum potiſſimum albicat, hinc inde fuſcis ſtriatum venis, & tam leve eſt, ut pro carioſo haberetur ligno, ubi autem pingues decurrunt venæ, gratiſſime ſpirat, tam carbonibus inpoſitum, quam ore contentum, unde omnino concludo, has exteriores & viliſſimas iſtius arboris eſſe partes, quæ *Calambacum* verum præbet, hincque etiam a Malaicenſibus vocari *Calambac Poeti*, & *Garo Timbol* h. e. album & fluctuans *Aloes-lignum*; e contra iſtud *Thim* puto provenire ex peculiari & alia arbore, uti ſtatim commemoratum fuit.

Uſus. Ambæ hæ ſpecies a Sinenſibus non ita ad ſuffimigia, quam ad medicamenta uſurpantur, ad eosdem nempe morbos, ad quos diximus conducere *Calambacum*, ac præſertim ex *Thim* pulvis ſubtilis præparatur, quem tres hujus ligni ſpecies ingredi dicunt, obſervaturque etiam dulcedo aliqua, acſi Liqueritia ipſi eſſet commixta.

Pulverem hunc vocant *Thimbion Saan*, acſi Latine diceretur *Trium Agallochorum Pulvis*, quem multum adhibent in omnibus talibus morbis, in quibus cor eſt confortandum. In febribus cum aqua pura aſſumitur, gratique ſaporis eſt. *Garo timbol fluctuans* ſolum etiam in medicina uſurpatur, contra cordis nempe palpitationem, magnamque anxietatem æſtus ventriculi, cum aqua contritum & potatum, quidam etiam corpus externe fricant contra ardorem.

In regione Tsjampaa prope Metropolim *Puri* arbor dicitur creſcere non procul a maris litore, quæ veram præbet *Thim*, hancque vaſtiſſimam eſſe arborem, quæ antiquioribus temporibus ſemel fuit detruncata, ſed ejus truncus ad quatuor ulnarum altitudinem erat relictus, multosque de novo progerminaverat ramos. Hujusque truncus ad inferiorem partem tres ulnas craſſus erat.

Hujusque folia omnino ſunt ſimilia minori Microphyllo, ſed haud multo longiora articulo digiti, nullos autem dat fructus uti Microphylli ſpecies, atque ex ramis quoque dependent talia craſſa fuſca fila ſeu flagella, ut ex Microphyllo. Ejus folia diffracta vel abrupta, cortexve ſauciatus lac quoque effundunt, ut Microphyllum.

Arbor hæc ſæpe de ſe ſpargit odorem jucundum Calambaccenſem, nemo autem audet hujus fruſtum decollare, ramulumve abrumpere, quum mox abdominis dolore vexetur, naſusque ejus ſanguinem effundat, qui illud perpetrat: quod incolæ credunt tali adferri a proprio genio hujus arboris conſervatore, unde illæſa ſtat cujusvis ſpectaculo.

Iſtis *Coinamenſis Agallochi ligni* ſpeciebus annumerari quoque debet tertia ſpecies, quæ vulgatiſſimum eſt Agallochum: hujusque ligni arbor per totam *Cautſchinim* & *Tsjampaam* vulgaris eſt. Arbores ſunt ingentes, quæ parva gerunt rotunda folia, ſtuvero minora, quorum plurima ſimul juncta parvis inſident petiolis. Arbores hæ cum ramis exſtirpatæ in minora cæduntur fruſta, quæ in ſilvis ad putrefactionem relinquuntur, denique internum odoratum reperitur cor. Lignum hoc potiſſimum ex duris conſtat nodis, iſtique ſupra memorato *Thim* adeo ſimile eſt, ut pro uno eodemque haberetur ligno; ſed hoc ultimum maculas non ita habet nigras, reſinoſasque quam *Thim*, cœterum odore fere convenit, & paulo magis ſiccum eſt; hocque lignum Sinenſibus *Sock* vocatur, quo nomine generaliter Lignum-Agallochum denominatur, uti quoque a noſtratibus pro uno eodemque habetur ligno. Pickol h. e. centum Catjes ſeu ciſtæ, ſeu 125 pondo Hollandica in *Tsjampaa* conſtant viginti quinque *Taylis*: hocque *Sockum* plurimum aquæ innatat.

Altera ſpecies eſt *Agallochum Malaicenſe*, quo omne denotamus, quod in Malaicis creſcit inſulis, uti circa Malaccam, in inſulis *Johor*, *Bintang* &c. ac præſertim in inſula *Belitton*, omnibus intra *Sumatram* & *Borneo* ſitis. Lignum hoc a Coinamenſi non multum differt, ejusque fruſta inveniuntur, quæ pro vero haberentur Calambaco, fuſca ſiquidem & ex cinereo mixta ſunt, craſſasque habent venas: ſatis leve eſt, dentibusque, ſi manducetur, cedens inſtar ceræ duræ,

hebbende gemeinelyk een ſuuren of gooren reuk: uit dezelfde Landſchappen brengt men nog een ſlegter zoorte, die meeſt op 't water dryft, by de Sineezen genoemt Itthion, *dat is enkel* Agel-hout, *waar van 't Catti een teil gelt: Dit hout is meeſt wit, hier en daar doorlopen met bruine aderen, en zo ligt, dat men 't voor vermolſemt hout zoude aanzien, dog daar de vette aderen zyn, ruikt het zeer lieffelyk, zo op koolen gelegt zynde, als in de mont, dierhalven ik ganſchelyk meene, dat dit de buitenſte en ſchraalſte deelen zyn van den boom, die het opregte* Calambac *geeft, en dat het daarom ook de Maleiers* Calambac Poeti, *en* Garo Timbol *noemen, dat is wit en dryvent* Aloes-hout; *daar en tegen, het voorſchreven* Thim *oordeele ik te koomen uit een byzondere boom, gelyk zo even gezegt is.*

Gebruik: *Deze beide zoorten werden by de Sineezen niet zo zeer tot reukwerk, als tot Medicyne gebruikt, te weten tot dezelfſte gebreeken, als het opregte* Calambac, *inzonderheit wert van het* Thim *een fyn wit poeder geprepareert, daarze zeggen drie zoorten van dit hout onder te koomen, en men gevoelt ook een zoetigheit, als van zoethout daar onder.*

Dit poeder noemen zy Thimhion Saan, *als of men in 't Latyn zeide* Trium Agallochorum Pulvis, *'t welk zy veel gebruiken in alle ziekten, daar men 't hert verſterken moet. In koortzen wert het met klaar water ingenomen, en het is lieflyk van ſmaak. Het* Garo-timbol fluitans *wert ook alleene tot Medicyne gebruikt, te weten tegen 't hert-kloppen, en groote benautheit van brant in de maage, met water gevreven en gedronken, zommige ſtryken 't ook van buiten op 't lyf tegens den brant.*

In 't Landtſchap Tsjampâa *by de hooft-ſtadt* Puri *wert gezegt een boom te ſtaan, niet verre van ſtrant, die het opregte* Thim *draagt, en dat het zoude zyn een zeer groote boom, die by oude tyden eens was afgekapt, dog den ſtam nog wel vier vademen hoog behouden, en vele nieuwe takken uitgeſchooten had: zynde den ſtam onder wel drie vademen in de ronte.*

De Bladeren zyn gants gelyk aan die van de kleine Varingen, dog niet veel langer dan een lit van een vinger, maar hy draagt geen vrugten, gelyk de Varingen, en van de takken hangen ook af zulke grote bruine draaden als van de gemelde Varingen. De bladeren afgebrooken, of de ſchorze gequetſt zynde geven insgelyks melk, als alle Varingen.

Dezen boom verſpreit wel van zig een aangenaamen Calambax-*reuk, maar egter derft niemant beſtaan een ſtuk daar van af te kappen, ofte een takjen daar van af te breeken, vermits hy ſtraks buik-pyn krygt, en de neuze hem bloet, die zulks beſtaat: 't welk de Inlanders geloven voort te komen van een byzondere geeſt, die dezen boom bewaart, en hy blyft dierhalven alzo onbeſchadigt ſtaan tot een ſpectakel.*

Onder de voorſchreven zoorten van Coinams-Agel-hout *moet men mede reekenen het derde geſlagt, zynde het gemeinſte* Agel-hout: *en dezen boom is door gantſch* Cautſchi *en* Tsjampaa *gemein. 't Zyn hooge boomen, hebbende kleyne ronde blaatjes, nog kleinder als een ſtuiver, die veele tegen malkander aan op kleine ryskens ſtaan: deze boomen werden omgehouwen, en de takken voorts aan ſtukken gekapt, die men als dan in 't bos laat leggen verrotten, en dan zo vint men 't binnenſte welriekende hert. Dit hout beſtaat meeſt uit harde knoeſten, en is het bovenſtaande* Thim *zo gelyk, dat men 't voor een en 't zelfde aanziet; maar dit laatſte heeft zo geen ſwarte hersagtige plekken, als het* Thim, *zynde anders van reuk bykans het zelve gelyk, of doorgaans wat drooger: en dit hout hiet by de Sineezen* Sock, *waar mede zy al het gemeene* Agel-hout *benoemen, gelyk het ook by de onze met het voorgaande voor eenderlei hout gehouden wert. De Pickol, dat is* 100. *Catjes of* 125. *Hollandſche ponden in* Tsjampaa, *gelt* 25. *Teil, en dit* Sock *dryft meeſt alle boven op 't water.*

De tweede zoort is het Maleydſche Agel-hout, *en zo noemen wy al het gene in de Maleidſche Eilanden valt, als omtrent Malacca, in de Eilanden van* Johor, Bintang &c., *en inzonderheit op het Eiland* Belitton, *alle tuſſchen* Sumatra *en* Borneo *gelegen. Dit hout verſchilt van het* Coinamſche *niet veel, en men vint 'er ſtukken onder, die men voor opregt* Calambac *zoude aanzien, te weten bruin met graauwe en grove aderen: redelyk ligt, in 't knaauwen de tanden wykende, als of het hart waſch is, en de reuk*

duræ, odor itidem *Calambaco* ſimilis eſt, ſed uno jucunditatis gradu differt, multoque minor & vilior eſt. Harum arborum optimæ & plurimæ creſcunt in inſula *Belitton*, quæ ſita eſt ſeptem octove milliaria ad orientalem partem *Banckas* plagæ borealis, uti quoque in aliis inſulis circa *Jabor* ſitis.

Arbor eſt alta, a maris litore diſtans, folia gerens inſtar *Microphylli*, minora vero quam *Tsjampacca*, vel uti mihi fuere demonſtrata, forma & magnitudine inſtar *Caju-Lacca*, quæ ſimilia ſunt *Lingoo*-foliis, ſed lacte carent tam folia quam truncus.

Ejus fructus eſt rotundus inſtar *Klitſi*, & nullius uſus: Arbores hæ ſuos habent dominos, uti aliæ arbores frugiferæ, ac quisque ſuas circumcidit Occidentalibus menſibus, quum maturæ ſint, illasque ita dejectas relinquit, usque in Orientales menſes, tumque pinguiſſimæ eliguntur partes, inque tres ſeponuntur acervos.

Maxima, pinguiſſima, & maxime fuſca fruſta *Garo-Capalla* vocantur, quæ in aqua fundum petere debent, unde & *Garo Tingelam* dicuntur, hæcque ſegmenta formam ſæpe habent piſcium, avium, glirum, &c. Secunda ſpecies minora exhibet fruſta, pinguia quidem & fuſca, omniumque formarum, ſed fundum non petunt, bonæ tamen ſunt notæ. Species hæc dicitur *Garo-ramas*, vel *Garo-Tenga-Tenga*, h. e. media ſpecies. Tertia autem ſpecies viliſſima eſt *Garo-Eckor* dicta, cujus lignum albo mixtum eſt colore, & aquæ innatat: ita ut hæ tres ſpecies una ex arbore proveniant. Pro prima in *Belitton* ſolvendus eſt pro una *Catti* ad minimum unus imperialis, in Java tres quatuorve pro duabus aliis inter ſeſe mixtis, in *Belitton* pro uno picoolo ſolvuntur a ſexdecim ad viginti imperiales, in Java vero a viginti quinque ad triginta: Europæi vero differentiam ignorantes tam caro ſolvunt has pretio, quam *Garo-Capalla*, uti quoque in Belitton hæ ſpecies inter ſeſe mixtæ plurimum ſunt emendæ. Mea autem experientia edoctus ſum, Agallochum Malaccenſe multo melius eſſe *Bellitonenſi*, arbor autem ibi formam quoque habet Microphyllorum, ſed lacte caret, radicibusque dependentibus, at multis contortis truncis, miro intricatis modo, ſibique invicem inplicatis conſtat; hujuſque quædam etiam in litore inveniuntur circa oram *Tanjong-tua*, & monticulum *Bukit-Sina*, hæ autem nullum præbent lignum *Agallochum*: E contra optimum hoc lignum reperitur in media regione ſilveſtrium populorum *Bunoang*, cujus quædam fruſta *Coinamenſi* quam maxime adæquant. Circa Malaccam autem quædam viliſſima occurrit ſpecies *Garo-Maſang* dicta, h. e. ſilveſtrium felium ſeu melium *Lignum Agallochum*, Sinenſibus *Batsjaa*, quod forma convenit cum bono *Agallocho* ſeu *Calambaco*, quod & noſtræ nationi ſæpe vendunt pro bono *Calambaco*, ipſique miſcent; virtute & viribus tamen multum differt; videtur enim quidem pingue, durum, & anguloſum, ſed revera tamen eſt leve & aſſulis plenum, carbonibusque impoſitum acrem dat odorem, oculosque vellicantem: iſti tamen homines ſilveſtres gnari admodum ſunt ad detegendum *Lignum Agallochum* in vetuſtis & dejectis arboribus, digitorum condylis illud ferientes, ſonoque diſtinguere poſſunt, & ſcire, an *Agallochum* lateat, nec ne.

Nomina. Hæc Agallochi ſpecies a Malaicenſibus proprie vocatur *Garo-Ramas*, exceptis tribus graciliorıbus ſpeciebus, quas *Garo-Eckor* dicunt: Sinenſes vero optima & maxime pinguia fruſta nominant quoque *Thimhio*, reliqua vero omnia *Sock* & *Söo*.

Uſus. Tota hæc ſpecies plurimum ad odoramentum *Dupæ* miſcetur, cujus ligna hæc ſunt baſes; viliores vero ſpecies per totam potiſſimum Indiam transmittuntur, & adhibentur ad conbuſtionem demortuorum corporum: Sinenſes peritiſſimi non omnibus *Agallochi* ſeu *Garo* ſpeciebus nomen tribuent *Thimhio*, ſed pro vero *Thimhio* habent lignum ſolidum, atrum vel fuſcum, & durum, quibusdam in locis ſeu plagis omnino nigrum, quodque igni expoſitum multum exſudat olei, ſed non facile ardet. Odorem quodammodo habet *Garo-Cominjan*, ſed non ita jucundum, ac vulgare; rariſſime invenitur in *Cambadja* & *Tsjampaa*; Sinenſes illud argento mutant, non ita quidem ob gratum odorem, qui non excellit, ſed ob vires ejus medicatas; Pro medicamento enim præparant cum aqua

reuk komt ook 't Calambac *naaſt, dog verſchilt wel een graat in lieflykheit. Van deze boomen waſſen de beſte en meeſte op 't Eiland* Belitton, *gelegen 7. a 8. mylen beooſten* Banckas *noort-hoek, als mede op andere Eilanden voor en omtrent* Jahor.

Het is een hooge boom, van Strandt afſtaande, hebbende bladeren als de Varinga, (Microphyllos), *en kleinder dan de* Tsjampacca, *of zo my getoont wierde, van gedaante en grootte als die van* Caju-lacca, *dewelke zyn als* Lingoo-*bladeren, dog zy zyn zonder melk, zo wel in de bladeren, als in den ſtam.*

De vrugt is ront als de Klitſi, *en zonder gebruik: De boomen koomen de Inlanders toe, als andere vrugt-boomen, en een yder kapt de zyne in de weſte moeſſon, als hy ryp genoeg is, en laat hem zo leggen tot in de ooſte moeſſon, als dan zoekt men de vetſte ſtukken uit, en ſorteertze in drie hoopen.*

De grootſte, vetſte, en bruinſte ſtukken noemt men Garo-Capalla, *die in't water moeten zinken, en waarom menze ook* Garo-Tingelam *noemt: hebbende deze ſtukken zomtyds de gedaante van Caimans, Vogels, Rotten &c., de tweede zoorte zyn kleinder ſtukken, ook bruin en vet, mede van alderhande fatzoen, maar zinken niet, dog zyn evenwel ook goet. Deze zoorte wert genaamt* Garo-Ramas, *of* Garo-Tenga-Tenga, *dat is middel zoorte. De derde zoorte is de alderſlegſte, genaamt* Garo-eckor, *met wit hout gemengt, en op't water dryvende: Zo dat deze voornoemde drie van een boom komen. Voor de eerſte zoorte moet men op* Belitton *betalen voor een* Catti, *ten minſten een Ryksdaalder, op Java 3. en 4., voor de twee andere, door malkander gemengt, geeft men op* Belitton *voor een Picool 16. a. 20. Ryksdaalders, op Java 25. a 30., dog de Europianen, het onderſcheit niet wetende, moeten het zo dier als* Garo-Capalla *betalen, gelyk men ook op* Belitton *deze zoorten onder malkander gemeenelyk koopen moet. Na myn onderzoek bevinde ik, dat het* Malaxe Agel-hout *veel beter is dan dat van* Belitton, *zynde den boom aldaar mede van gedaante, als de Varingen, dog zonder melk, en afhangende wortelen, maar met veele gedraaide ſtammen, wonderlyk verwerd en door malkander gevlogten, ſtaande daar van wel eenige aan het ſtrant, omtrent den hoek van* Tanjong-tua, *en het bergsken* Bukit-Sina, *dog die dragen geen* Agel-hout: *Daar en tegen valt het beſte Landwaart in, by de boſch-volkeren* Bunoang, *waar van zommige ſtukken het* Coinamſche *wel zouden durven tergen: dog valt omtrent Malacca mede een zeer ſlegte zoorte,* Garo-maſang *genaamt, dat is wilde katten* Agel-hout, *en by de Sineezen* Batsjaa, *zynde van gedaante het goede* Calambac *wel gelyk, en daarom aan onze natie voor goet* Calambac *daar ondergeſtooken en verkogt: dog in deugt veel van het zelve verſchillende, want het ſchynt wel vet, hart, en hoekig, maar is egter inder daat ligt, en ſplinterig, midsgaders, op koolen gelegt wezende, ſcherp ruikende of bytende: de voornoemde wilde Boſchmenſchen zyn zeer ervaren om in de oude en omgevallene boomen het* Agel-hout *te ontdekken, met de kneukels van den vinger daar op kloppende, als wanneerze aan de klank kunnen horen en weten, of 'er* Agel-hout *in zy, of niet.*

Namen: *Deze zoorte van* Agallochum *wert by de Maleiers eigentlyk genaamt* Garo-ramas, *behalven de derde ligte en magere zoort, dieze* Garo-eckor *noemen: En de Sineezen noemen de vetſte en beſte ſtukken ook* Thimhio, *maar de andere allegaar* Sock, *en* Sóó.

Gebruik: *Deze geheele zoorte wert meeſt tot reukwerk onder de* Dupa *gemengt, waar in deze houten de principaalſte* Ingredientia *zyn: en de ſlegte zoorten werden meeſt door ganſch Indiën vervoert, om gebruikt te worden tot het verbranden van de doode lighaamen: De ervarenſte Sineezen zullen niet allerhande zoort van* Agel-hout *of* Garo *de naam van* Thimhio *geven, maar houden alleene voor het eigentlyke* Thim *een maſſyf, ſwart, bruin, en hart hout, aan zommige plekken of plaatzen geheel ſwart, en 't welk aan 't vuur gehouden zynde, veel olye uitgeeft, dog niet ligt brant: Het ruikt eenigzints als* Garo-cominjan, *dog niet zo lieflyk als het gemeene, het valt zeer weinig in* Cambodja *en* Tsjampaa; *de Sineezen wegen 't tegen zilver op, niet zo zeer om zynen goeden reuk, die geenzints uitmunt, maar om zyne Medicinale*

qua, vel Aracka contritum contra tantam ventriculi anxietatem, acsi quis ſuffocaretur.

Malaccenſes ſuum adhibent *Agallochum* ad omnes morbos frigidos, flatus, tormina, artuum dolores vel aliarum partium, illudque cum Arack, ſeu ſpiritu vini conterunt, & propinant, atque cum pauxillo Nucis Myriſticæ mixtum externe illud illiniunt.

Quidam Sinenſes optimum *Garo*, quod *Calambaco* proximum eſt, vocant *Suſehion*, læviſſimumque *Garo* ſeu ſupra commemoratum *Itthion*, *Paſoc.* *Soc* illis audit durum, quum ſemper durius ſit *Kilam.* Ultima hæc ſpecies adhibetur ad parvas inde formandas candelulas, quas Idolis ſuis adponunt, & *Hio Soa* vocant. Illud in tenuem radunt pulverem, huicque miſcent pulverem *Santali* albi, aliaque odoramenta vilioris pretii, cum mucagine ex cortice arboris *Salampœë* ſtillante, ex quibus maſſam formant, ex qua parvas tenuesque componunt candelas ſtramineum culmum craſſas, quarum ſuperiora accendunt, laribusque adponunt, quibus per dies noctesque fumum & odorem ſpargunt.

Sic quoque legitur in libro Legationis Sinenſis a *Joanne Niebovio* conſcripto, Lignum Aventshout in quibusdam Zephyreis Sinæ locis, ac præſertim in *Quantung* creſcere, quum vero *pag.* 33 dicat, purpurei eſſe coloris ab Hiſpanis *Lacca* vocatum, ac per totam Sinam uſurpari ad Sericum tingendum, hinc dubito, an verum *Aquilæ lignum* ipſi fuerit notum, & an non potius intellexerit *Caju Lacca* proprie dictum, quod libro ſeptimo deſcribemus.

Cura atque auxilio reverendi Domini *Theodori Zas*, divini verbi Miniſtri in Batavia, anno 1690 ex Malacca accepi quædam ligni fruſta cum foliis & radicibus; quod ex eorum relatu, qui hoc miſerunt, verum eſſet Agallochum Malaccenſe, juxta quod adpoſitam delineari curavi figuram, quod ſequenti ſeſe offerebat modo:

Ramuli in tenues, rectos, & ſubtiliſſimos minores ramulos erant diviſi, ex quibus folia ſolitaria, ac vaga progerminabant, plurima autem deciderant: Folia autem proxime conveniebant cum illis *Varingæ Microphyllæ*, vulgaris nempe formæ cum oblongo apice, brevibusque petiolis, plurima tres, quædam quatuor longa pollices, unum cum dimidio, & quædam duos lata pollices, glabra, & tenuia.

Ad latera multæ decurrunt coſtæ transverſales, quæ ſuperius incurvantur, & prope oras ſinus eſt, in quem omnes terminantur. Siccata folia parum modo tractata ſecundum has coſtulas finduntur, ac lacerantur inſtar foliorum Muſæ, ita ut vix integrum occurreret folium, hiſce junctum erat fruſtum rami recti, duos digitos craſſi, lignoque erat fungoſo & levi, uti & Lignum Aquilæ, hoc quoque ſi ſiccum fuerit, ſubſtantiam internam habet albicantem atque poroſam, obductum autem illud fuit cortice tenui, glabro, & cinereo, cortices ſimul trunci erecti juncti erant, ſed tenaces, ita ut transverſaliter vix confringi poſſent, in tenuia autem parvaque fila duci poterant, qua in re etiam cum dicta Varinga conveniunt, quæ cinerea erant nigrisque maculis variegata. Radices arboris erant tenues & longæ, in plures tenuiſſimas diviſæ fibrillas: De Ligno annotabant, quod eſſet leviſſimum & fragile, nec transſplantari poterat, non additum fuit, an trunci cortex lacteſceret inſtar Varingæ, neque an fructus gereret, vel quanam in parte & loco Agallochi fruſta invenirentur; Sapor corticis trunci erat fatuus, in radicibus autem amaricans: ac porro ſingula carbonibus inpoſita nullum præbebant odorem ſaporemve aromaticum.

Anno dein 1693 cura Domini *Nicolai Schagen* gubernatoris noſtri ſummi ramos denuo Agallochi Malaccenſis conquiſivi, ut & ramulos cum foliis, quæ cum præcedentibus conveniebant, excepto quod paulo latiora & craſſiora eſſent, & quantum recordari poſſum, optime convenirent cum illis, quæ ante aliquot annos ex Bantama acceperam, quæ erant collecta ex duabus ingentibus Varingæ arboribus, quæ tum temporis locatæ erant ante palatium Regium, de quibus Sinenſes teſtabantur mihique confirmabant, Calambacum in hiſce latere, quod jucundus denotabat odor, qui aliquando circa illas obſervabatur, Rex autem nolebat illas exſtirpari, quamvis Sinenſes ipſi ſæpius pecuniam obtulerant.

Ulti-

nale kragten: want zy gebruiken 't tot Medicyne, met Water of Arack gevreven, tegens zodanigen benautheit in de krop der maage, als of ymant verſtikken wilde.

Die van Malacca gebruiken haar Agel-hout *tegens allerhande koude gebreeken, winden, en pyne in de leden, of waar 't mag wezen, 't zelve met Arack of Brandewyn vryvende, of innemende, ook, met een weinig Notemuscaten gevreeven, van buiten opſmerende.*

Zommige Sineezen noemen het beſte Garo, *dat naaſt de* Calambac *komt* Suſehion; *en het ligte* Garo *boven genaamt* Itthion; Paſoc. Soc *is by hun lieden gezegt hard, om dat het altyd harder is dan* Kilam. *Deze laatſte zoorte werd gebruikt om de kleine kaarsjes daar van te maken, dieze voor haar Afgoden zetten, en* Hio-ſoa *noemen. Zy ſchrapen het tot een fyn poeyer, daar onder doende poeyer van witte zandel, en eenige andere reukwerken van kleine prys met lymagtigheit uit de ſchorſſe des booms* Salampoeë *druipende, waar van zy een maſſa maken, daar uitze kleine en dunne ſwarte kaarsjes formeeren in de dikte van een ſtroo-halm, die zy aan 't bovenſte eind aanſteken, en voor haare Huisgoden zetten, daarze dag en nagt rooken.*

Zo vint men ook in het boek van de Sineeze gezantſchap door Joan Niehov *beſchreven, dat het zo genoemde Avents-hout in zommige zuider Provincien van Sina, inzonderheit van* Quantung *waſſe, dog dewyl hy pag.* 33. *zegt, dat het purper-verwig moet zyn, van de Spanjaarden* Lacca *genaamt, en door gantſch Sina tot de zyde te verwen gebruikt werde, zo twyffele ik, of hy het opregte Arents-hout gekent, en niet veel meer daar door verſtaan hebbe het eigentlyke* Caju Lacca, *'t welk wy in 't zevende boek beſchryven zullen.*

Door voorſchryven en hulpe van den Eerwaardigen Heer Theodorus Zas, *Dienaar des Goddelyken woorts tot Batavia heb ik A.* 1690. *van Malacca bekomen eenige ſtukjes met hout, bladeren, en wortelen, naar haar lieden ſchryven van 't Malacze Agel-hout. Waar na ik de nevenſtaande figuur heb laten maken, en waren aldus:*

De takjes waaren in regte, dunne, en zeer fyne ryskens verdeelt, daar aan de bladeren enkelt, en wat ydel geſtaan hadden, dog waren allegaar afgevallen. De bladeren quamen naaſt over een met die van Varinga Microphyllos, *te weten van een gemeene fatzoen met een langagtige ſpits en korte voetjes, de meeſte* 3. *zommige* 4. *duimen lank, van* 1½. *en* 2. *duimen breet, glat en dun.*

Ter zyden lopen veele dwers-ribbetjes, die zig na voren krommen, en digt langs de kant loopt een zoompje, daar in zy eindigen. De gedroogde bladeren ſlegts een weinig gehandelt ſcheuren langs deze ribbetjes gelyk Piſſang-bladeren, zo datter qualyk een geheel bladt te vinden was, hier by was gevoegt een ſtuk van een regten tak, twee vinger dik van een ligt en voos hout, gelyk als hier het drooge Aarent-hout van binnen wit en poreus is, bekleet met een grauwe, effene, en dunne ſchorſſe, daar by waren de ſchorſſen van een regten ſtam, niet dik, maar zeer taay, en qualyk over dwers te breeken, latende zig in taaye hairtjes trekken, waar inze ook met de voornoemde Varinga overeenkomen, graauwagtig met ſwarte ſpikkels. De wortelen waren dun en lank, verdeelt in veele dunne vazelingen: Van 't hout wierd geſchreven, dat het zeer ligt en bros was, geenzints om te verplanten, daar was niet bygevoegt, of de ſchorſſe des ſtams melkagtig was, gelyk aan de Varinga, nog of hy vrugten droeg, en waar men de regte ſtukjes van 't Agel-hout vint: De ſmaak in de ſchorſſe des ſtams was laf, maar in de worteltjes bitter: Voorts allegaar nog op de koolen, nog in de mont met eenigen ſpeceryagtigen reuk of ſmaak.

Daar na A. 1693. *door voorſchrift van den Edelen Heer* Nicolaas Schaghen *onzen tegenwoordigen Heer Gouverneur, heb ik nogmaals de takken van het Malacze Agel-hout bekomen, te weten, alleenlyk de takskens met bladeren, dewelke met de voorgaande meeſt overeenquamen, behalven datze wat breeder en dikker waren, en na myn onthout beſt overeenquamen met de geene, welke ik eenige jaaren te voren van Bantam bekomen hebbe, zynde genomen van twee groote Varinga-boomen, dewelke doenmaals ſtonden voor 's Konings Paleis, en waar van my de Sineezen verzekerden, datter Calambac in ſchuilde, uitwyzende den goeden reuk, denwelken men zomtyds daar omtrent beſpeurde, dog den Koning wilde haar niet laten omkappen, hoewel hem de Sineezen gelt daar voor geboden hadden.*

By

Ultimis istis ramis ex Malacca delatis fructus quidam erant juncti, sed ramulis non adhærentes, hique magnitudinem habebant parvi Pruni, inferius rotundi, superius acuminati, pyriformes, omnesque in bina segmenta separata prolapsa divisi erant. Exterius putamen habebant lignosum, crassum, saporis valde amaricantis, leve, & fungosum, in quoque segmento interne apparebant binæ oblongæ cavitates, seu cellulæ, in quibus ossicula locabantur minora Baccis Lauri, atque in quibusdam bina, in aliis quatuor inveniebantur, externe mollia, lanuginosa, parum ab utraque parte acuminata, sub lanugine hac nigra erant, sed interior illorum pars potissimum erat exsiccata; unde edoctus fui, ab omnibus Varingæ fructibus maxime differre.

In Rumphii *Auctuario hæc subjunguntur.*

Dapperus in *Madagascaræ descriptione pag.* 29. arborem describit *Tetech*, ejusque lignum pro *Aloës ligno*, vel saltem ejus specie nobis obtrudit, ejus vero descriptio est valde obscura, ac proinde incerta, præsertim quum verum *Aloës lignum* ex Orientali tantum India adducatur.

By de laatst genoemde takken van Malacca waren eenige vrugten gevoegt, dog niet aan de takjes vast, dezelve waren in de grootte van een kleene pruim, van voren ront, en agter wat toegespitst, Peereformig, en allegaar in twee deelen van malkander gevallen. Van buiten haddenze een dikke houtagtige schaal, zeer bitter van smaak, ligt en voos, binnen zag men in yder deel twee langwerpige holligheden, en daar in de Zaat-korrels, kleender dan Bakelaar, in zommige twee, in zommige vier, van buiten wat zagt als wol, agter en voren met een spitze, onder de wolagtigheit warenze swart, dog van binnen meest uitgedroogt. Waar uit ik bemerkte, datze van alle Varingas-vruchten veel verschillen.

In het *Auctuarium* van *Rumphius* wert dit 'er bygevoegt.

Dapper *in de* Beschryving *van* Madagascar pag. 29. *beschryft den boom* Tetech, *en wil ons deszelfs hout voor* Aloës-hout, *of immers een medezoort daar van verkopen, doch de beschryving is duister, en by gevolg onzeker; dewyl men het regte* Aloës-hout *alleen uit de Oost-Indische Landen brengt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ,

Exhibentis ramum Agallochi *secundarii Malaccensis*: quod *Garo Malacca* incolis vocatur.

A. Ejus *folium* sistit.
B. *Fructum integrum*.
C. & D. *Fructum* in *binas* & *quatuor celulas* distinctum.
E. & F. *Dimidiam fructus partem apertam*, dimidiam vero *occlusam* & *integram*.
G. & H. H. *Involucra seminalia*.
I. *Semina ipsa*.

UITLEGGINGE

Van de tiende Plaat,

Verbeeldende een Tak van het *tweede* of *Malacce Agel-hout*, *Garo Malacca* by de Inwoonders genaamt.

A. Vertoont des zelfs *bladt*.
B. De *geheele vrucht*.
C. en D. de *Vrucht* in *twee* en *vier kamertjes* verdeelt.
E. en F. de *halve vrucht geopent*, de andere helft *gesloten*, en in zyn *geheel*.
G. en H. H. het bekleedzel der *Zaad-korrels*.
I. Het *binnenste zaad*.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Agallochum Veteribus notum fuisse; & quo modo in India adulteretur.

Agallochum ab antiquis jam temporibus fuisse notum & usitatum supra innuimus, diximusque *Ahalim* in sanctis Bibliis memoratum, nihil aliud potuisse esse quam hodiernum *Agallochum*, quod potissimum concluditur ex Psalmorum quadragesimo quinto, & Proverbiorum septimo, ubi distincte dicitur, *Ahalim* ad suffitum pretiosarum vestium ac cubilium fuisse usurpatum: Aliquis autem objicere posset, & interrogare, qua ratione *Salomon Ahalothi-arbores*, quæ descriptæ inveniuntur *Cantic.* 4. *vers* 14. in suo prædio potuerit conquisivisse & coluisse? Ad quod respondeo, non necessario requiri, omnes illas aromaticas arbores, cum quibus sponsa in illo loco comparatur, revera in Salomonis horto locatas fuisse, quamvis & illud facile concedi posset: Quid enim obstitisset, potentem illum, perque totum mundum celebrem Regem, cui rarissima ac pretiosissima quævis ex media Æthiopum terra suppetebantur & adducebantur, non potuisse classibus suis ex *Ophyre*, ubi *Ganges* fluit, arcescere sibi plantulas quasdam *Ahalims*-arborum, æque ac *Calamum* & *Cinnamomum* ex Zeylana, ut & *Myrrham* ac *Thus* ex *Arabia felice*, quæ omnia in eodem horto celebrantur & commemorantur. Apud posteriores scriptores tam Græcos, quam Latinos, ab illo tempore nulla hujus ligni fit mentio usque ad *Dioscoridis* tempus, qui sub Augusto Cæsare vixit: sine dubio, quod adeo rarum atque carum esset, plebi vel privato non fuit notum vel utilitatem ad usum medicum. Ex *Dioscord.* autem *libr.* 1. *cap.* 21. quædam suboriuntur difficultates, an ipsi verum *Agallochum* jam fuerit notum, primum, quum *Agallochum* suum dicit esse *maculosum*, vel potius punctatum, seu maculatum, quod subsequentes & recentiores scriptores non commemorant, unde & *Matthiolus* in suis Com-


XIII. HOOFDSTUK.

Dat het Agallochum de Ouden zy bekent geweest, en hoe het in Indiën vervalst wort.

Dat het Agallochum *al van oude tyden is bekent, en in gebruik geweest, hebben wy hier boven aangeroert, en gezegt, dat het* Ahalim, *in de Bybel vermelt, anders niet kan geweest zyn, dan het hedensdaagsche* Agallochum, *het welke voornamentlyk volgt uit den* 45. *Psalm, en Proverb.* 7. *alwaar wel duidelyk gezegt werd, dat het* Ahalim *tot het berooken van kostelyke klederen, en betsteeden zy gebruikt geweest: Doch men mogt hier tegens inwerpen en vragen, hoe* Salomon *de* Ahaloths-boomen, *die beschreeven staan* Cantic. 4. *vers* 14. *in zyn lusthof konde gehadt hebben? waar op ik antwoorde, niet nootzakelyk te volgen, dat alle die specery-boomen, met welke de Bruid op die plaatze vergeleeken werd, inder daat in* Salomons *hof moeten gestaan hebben, hoewel men zulks egter mede ligtelyk kan toestaan: want wat zou 'er aan geschort hebben, dat dien magtigen en door de wereld zoo beroemden Koning, die men de allerraarste kostelykheden uit het binnenste van Mooren-lant toevoerde, ook met zyne vlooten uit* Ophyr, *daar de* Ganges *afstroomt, niet mede zoude hebben doen overbrengen eenige plantjes van* Ahalims-*boomen, zo wel, als* Calmus, *en* Caneel *uit* Ceilon, Myrrhen *en* Wierook *uit* Arabia felix, *die al mede in den zelfden hof werden geroemt en uitgedrukt. By de navolgende Schryvers zo onder de Grieken, als Romeinen, vind men van die tyd af geen gewag van dit hout gemaakt, tot* Dioscorid. *tyd toe, die geleeft heeft onder den Keizer* Augustus: *buiten twyffel om dat het, wegens zyne raarheit en duurte, weinig onder de gemeine man in de Medicyne is bekent geweest, maar uit gemelde* Dioscord. lib. 1. cap. 21. *ryzen dan wederom eenige twyffelingen, of hem het regte* Agallochum *al zy bekent geweest, ten eersten, om dat hy zyn* Agallochum *zegt te zyn* Maculosum, *of veel meer* Punctatum, *dat is geplekt of gespikkelt, het geen de*



Agallochum officinarum. Ham.



Commentariis istud verbum in aliud voluit mutare, meo autem judicio subsistere potest; puto enim *Dioscoridem* verum neutiquam Agallochum, Calambacum dictum, sed solummodo vulgare Garo, seu Agallochum spurium vidisse, quod revera brevia potius habet punctula, quam venas vel lineas, quæ in una ligni parte frequentiores & magis compactæ sunt, quam in alia, ubi maculas quasdam repræsentant & exhibent. Ipsum porro *Agallocho* pelliculam & non corticem adscribere, quoque verum est; vetustos enim & tuberculosos nodos Agallochi, ex cœno & fluminibus productos, terrestri quasi pelle obductos esse, apud omnes constat, quæque sæpe relinquitur, ut, si vendantur frusta, gravius exhibeant pondus, hæc autem sæpe abraditur, & depuratur, ut instar recentis ligni appareat, uti illi faciunt, qui illud sibi servare student: Hocque depuratum Agallochum sine dubio *Nicolaus Mirepsicus* intellexit, quum in compositionibus suis *Agallochum crudum* præscribat. *Dioscoridem* porro Agallochum suum ex Arabia producere, ita intelligendum est, quod ex India in Metropoles Arabiæ, ad mare rubrum sitas, translatum fuerit. Quid denique *Dioscorides* per Agallochi radices intelligat, divinare nequeo, quum hodie frusta arboris & radicis distingui non facile possint, nec intelligo ejus sententiam, quum dicat Agallochum loco Thuris usurpari, nisi voluerit, Agallochum eodem adhiberi modo, quo Thus, ad suffimigium nempe. Cæteroquin comperio, Sinenses in hunc usque diem ligna ista eosdem ad morbos in usum vocare, ad quos Dioscorides scribit, Agallochum suum suo tempore fuisse usitatum.

de volgende Schryvers niet getuigen, en waarom ook Matthiolus *in zyne* Commentarien *'t zelve woort in een ander wil verandert hebben; Dan mynes oordeels mag het zelve blyven: want ik houde het daar voor, dat* Dioscor. *geenzints het regte* Calambac, *maar alleen 't gemeine* Garo *of* Agel-hout *gezien heeft, 't welke inderdaat veel meer korte spitsjes, dan aderen ofte linien heeft, dewelke op de eene plaats van 't hout veel digter by malkander staande, dan op andere, daar door eenige vlekken schynen te vertoonen. Dat hy verders zyn* Agallochum *een huit, en geene schorsse toeschryft, is ook waar, want de oudbollige of holbollige knoesten van 't* Agel-hout, *zo alsze uit de slyk en Revieren komen, met een aardagtige ruigte als een huit bedekt zyn: en die men ook zomtyds daar aan laat, om in 't verkopen te swaarder te wegen, en ook zomtyds wel afschraapt, en zo schoon maakt, als of het een vers hout was, gelyk die gene doen, die 't voor haar zelve bewaren willen: en dit schoon gemaakt* Agelhout *moet buiten twyffel* Nicolaus Mirepsicus *gameent of verstaan hebben, als hy tot zyne* Compositiones *het* Agallochum Crudum *wil genomen hebben. Dat wyders* Dioscor. *zyn* Agallochum *uit* Arabien *voortbrengt, moet men zo verstaan, dat het uit Indiën in de groote steden van* Arabien, *aan 't roode meir gelegen, gebragt zy: En wat voorder* Dioscorides *door de wortel van* Agallochum *verstaan of zeggen wil, dat en kan ik niet wel raden, alzo men hedensdaags de stukken van den boom en de wortelen niet onderscheiden kan, ook versta ik zyn zeggen niet, dat men* Agallochum *in plaats van Wierook gebruikt, 't en waar zyne meining geweest was, dat* Agallochum *op de zelfde manier als Wierook, te weten tot reukwerk gebruikt wierd. Anderzints bevinde ik, dat de Sinezen nog te dezer tyd die houten tot dezelfde gebreken meest gebruiken, daar* Dioscor. *van schryft, dat zyn* Agallochum *nut en dienstig toe was.*

In *Plinii libr.* 12. *cap.* 20 certum occurrit lignum, *Tarum* ipsi dictum, quod omnino puto esse hodiernum *Garo*, ac forte olim scriptum fuit *Jarum*, quod dicit adductum fuisse a *Nabatæis Trogloditis*, per quos sine dubio intelligit *Cinghalenses*, dicit enim ibi crescere, ubi *Cassia Cinnamomum* provenit, ita ut per hoc intelligenda sit vilior species *Garo* seu *Agallochum*, quod *Serapio Alcumericum*, & Portugalli hodie *Aquila Brava* nominant. Difficile porro est dictu, quasnam *Serapio libr. simpl. cap.* 197. quatuor Agallochi species intellexerit, ac describere voluerit, quas nominat: 1°. *Indum*, quod est optimum & gravissimum, in insula crescens *Fiuma* seu *Fimua*. 2°. *Mondunum*, ita dictum a *Mondelo* Indiæ urbe. 3°. *Seificum*. 4°. *Alcumericum*, quod vilissimum est, quamvis dicat, *Seifi* non amplius quam trium dierum spatio ab *Alcumeri* distare. Nisi quis cum *Garzia ab Horto libr. primo Arom. cap.* 16. per *Seifi* intelligat *Zeylanam*, & per *Alcumeri* Caput *Comorin*, ubi dicit *Agallochum silvestre* seu *Aquila brava* crescere. Per *Mondelum* autem intelligo *oram Cormandelensem*. Verum est, *Clusium* correxisse tria hæc nomina in *Mondelinum*, *Seneficum* & *Alcumericum*, in ultimis suis adnotationibus, opinioni confidentem *Geographi Nubiensis*, qui scribit *Part.* 9. *climat. prim.* & dicit insulam *Tenumam* quinque dierum spatio distare ab insula *Cumar* seu *Camar*; ab hac autem insula lignum dictum est *Eleumeri* quod ibi celebre est & etiam optimum, excepto, quod Lignum *Essenesi* sit melius. In hac quoque insula *Sandalum* crescit. Prope hanc insulam *Cumar* ad litoris partem sita est insula *Senef* trium dierum spatio, inque hac insula invenitur Lignum *Seneficum*. Quænam hæ sint regiones, si non de tribus istis intelligatur, incertum est definire.

Nu vind men by Plinius, *in 't 12 boek, cap.* 20. *een zeker hout, 't welk by* Tarum *noemt, dat ik volkomentlyk houde voor het hedensdaagse* Garo, *en is misschien eertyds geschreven geweest* Jarum, *'t welk hy zegt door de* Nabatæos trogloditas *aangebragt te zyn, en waar door hy buiten twyffel verstaat de* Singaleesen, *want hy zegt, dat het wast, daar de* Cassia Cinnamomum *valt, zo dat daar door moet verstaan worden de slegte zoorte van* Garo *of* Agel-hout, *'t welk* Serapio Alcamericum, *en de Portugeezen hedensdaags* Aguila Brava *noemen: wyders is het donker te raden, wat* Serapio, Lib. Simplic. Cap. 197. *voor vier geslagten van* Agallochum *wil beschryven, dezelve noemende:* 1. Indum, *het swaarste en beste, wassende in 't Eiland* Fiuma *of* Fimua: 2. Mondunum, *zo genaamt van* Mondel, *een stad in Indiën.* 3. Seificum: 4. Alcumericum: *zynde het slegte, hoewel hy zegt, dat* Seifi *niet meer als drie dagreizens van* Alcumeri *afgelegen was: ofte men moest met* Garzias ab Horto Lib. 1. Arom. Cap. 16. *door* Seifi *verstaan* Ceilon, *en door* Alcumeri *de Caap* Comorin, *alwaar hy zegt* Agallochum Silvestre, *of* Aquila Brava *te wassen: en door* Mondel *versta ik de kust van* Coromandel. *Het is waar, dat* Clusius, *in zyn laatste* Annotatien, *de drie naamen heeft laten veranderen in* Mondelinum, Seneficum, *en* Alcumericum, *steunende op 't gene den* Geographus Nubiensis *schryft*, Part: 9. Cliemat: prim:, *daar by zegt, van 't Eiland* Cumar, *of* Camar, *van dit Eiland is het hout* Elcumeri *toegenaamt, 't welk aldaar vermaart is, en 't is zeer goet, behalven dat het hout* Essenesi *beter is. Maar op dit Eiland valt ook* Sandalum. *By dit Eiland* Cumar *aan de zyde des strants leit het Eiland* Senef, *op de distantie van drie dagreizen, en in 't zelve Eiland vind men 't hout* Senesi. *Maar wat dat alweer voor Landschappen zyn, indien men 't niet van de drie voornoemde verstaat, is wederom niet ligt te raden.*

Quod porro *Serapio* dicto loco scribat, optimum Agallochum debere esse durum, grave, aquæve fundum petens, & flammæ diu resistens, indicium est, ipsi verum *Calambacum* non fuisse notum, sed solummodo vulgare *Garo* seu *Agallochum*; Calambacum enim est quidem durum, ac quodammodo fundum petit, sed adeo molle est, ut pinguissimum, uti fuit dictum, digiti ungui, & manducantibus dentibus cedat, flammamque facillime concipiat per oleosam & pinguem materiam; *Garo* autem semper durius est, solidius, & flammis duplo vel triplo diutius & fortius resistit quam *Calambacum*: Quum

Voorts het gene dat Serapio *op gemelde plaats schryft, als dat het beste* Agallochum *hart moet zyn, swaar, en in 't water zinken, ende ook de vlammen hart tegenstaan, bewyst al wederom, dat hun lieden het regte* Calambac *niet zy bekent geweest, maar enkelyk het gemeene* Garo, *ofte* Agelhout, *want het* Calambac *is wel swaar, en zinkt eenigzints in 't water, maar het is zo week, dat men in 't vetste, als gezegt, met een nagel douwen kan, en in t' knauwen wykt het de tanden, ontfangt ook zeer ligt de vlamme, wegens zyne vettigheit, maar* Garo *is altyd harder, digter, en wederstaat de vlamme wel twee a driemaal harder of langer dan het* Calambac. Aan-

Quum itaque *Calambacum* cariſſimum ſit & rariſſimum, hinc ſolebant Sinenſes, quæ natio eſt aurum ſitiens, plures exercere artes, ut verum fingant *Calambacum*, ad quod imitandum ſubſequens adulteratio toleranda eſt. Optima *Garo Ramas* fruſta ita norunt præparare, ut verum referat *Calambacum*: Radunt nempe fruſta illius per totam ſuperficiem, atque hæc fumo exponunt ex pauxillo raſuræ veri *Calambaci*, quod in olla efficiunt, ne quid fumi pereat, illamque in hunc finem obturant, hocque bis terve inſtituunt, perque totum menſem in illa occluſa ſervant fruſta, unde Agallochi partes molleſcunt parum, odoremque jucundum ſpirant inſtar *Calambaci Tsjampaënſis*; quod alias paulo magis cinereum eſt, & levius quam præparatum iſtud *Garo*. Fictus vero hic odor intra duorum triumve menſium ſpatium iterum diſparet & abit, intra quod tempus ſubdolus Sinenſis iſte navigium ſuum ſolvit, aliaſque petit terras: Hacque fictitia arte non tantum primores harum regionum fallunt, ſed etiam prudentiores Japanenſes.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Agallochum ſpurium, Garo Tsjampacca.

QUum in præcedentibus duobus capitibus binæ primariæ veri *Agallochi* ſpecies ſint deſcriptæ, reſtat, ut enumeremus alia inſuper ligna, quæ æque in India ac Europa pro illo vendantur. Quum autem tota Orientis ſeu Indiæ natio odoramenta continuo cupiat, nec verum *Agallochum* ſufficienti copia conquiri poſſit, alia in ejus locum ſuccedere & ſufici debent, prout quævis Regio ligna hæc producat, quæ cum Agallocho aliquam ſortiantur ſimilitudinem. Propoſitum autem mihi non eſt nec mens omnia illa enumerare ligna, ſed tria tantum illorum allegare, ea conditione, ut primum lignum *Agallochum ſilveſtre Garziæ libr.* 1. *cap.* 16. & Portugallis *Aquilabrava* dictum, ſciens prætercam, aliiſque illud ulterius deſcribendum relinquam, quum mihi hactenus ſit ignotum. Secundam ſpeciem, quam *Agallochum ſpurium* voco, hoc in capite pro virium ratione deſcribam, tertiam vero in ſubſequente capite, quum nimium a præcedentibus & etiam hoc differat Agallocho.

Agallochi ſpurii, ſeu *Garo Tsjampaccæ* ingentia ſane inveniuntur fruſta, quæ aliquando irregularis etiam ſunt formæ inſtar Agallochi veri, quædam ſemi-exeſa ac terreſtri obducta cruſta; Lignum ipſum eſt croceum, obſcuris inſignitum maculis, non autem veris pertextum venis, externe ſi ſiccum ſit, colorem inbibit obſcure fuſcum & nigricantem, ſi manducetur, molle eſt, & dentibus cedit, ſapor cum Chamomælo convenit, ſed in fine magis amaricat. Vetuſtiſſima fruſta ſunt duriora reliquis, atque in parva franguntur fruſta, quæ quum admodum ſint pinguia, ignitis inpoſita carbonibus copioſum exſudant oleum. Odor maxime differt ab omnibus reliquis Agallochi ſpeciebus: Nihil enim habet commune cum Citri Corticibus, ſed magis ad Chamæmeli odorem accedit. Atque hiſce in terris dicitur convenire cum floribus celebris *Tsjampaccæ*, unde & nomen ſuum ſortitum fuit hocce lignum, ac fortaſſe ejus ſpecies eſt. Arbor enim eſt alta, foliaque habet Tsjampaccæ foliis ſimilia, ſed ſunt majora & latiora, a quibuſdam comparata cum Canari-foliis, ab aliis autem cum dimidia & ſuprema parte folii Aurantii Pompelmoes dicti. Multos itidem gerit flores *Tsjampaccam* referentes; Truncus corticem gerit craſſum, arbor autem ipſa non exſtirpatur, ſed relinquitur, donec vetuſta ſponte decidat, cujus tum exterius lignum ſponte computreſcit; Alias ſæpe etiam vetuſtiſſimæ arbores in fruſta conſcinduntur, quæ per ſemi-annum vel paulo diutius abſconduntur in locis paludoſis, donec exterius lignum computruerit, ac pinguiſſima ſuperſint fruſta.

Quidam tamen incolæ præ avaritia arbores circumcidunt, antequam ſatis vetuſtæ & maturæ fuerint, dictoque fruſta ſepeliunt modo, hæcque fruſta quidem ſunt ingentia & ſatis ſolida, valde pinguia, &, ſi manducentur, mollia, neutiquam tamen odore ita præſtan-

tia

Aangezien dan het Calambac *zeer dier, en ook weinig te vinden is, zo plegen de Sineezen, als zynde een geltgierige Natie, veelderlei konſtjes in 't werk te ſtellen, om opregte* Calambac *na te bootſen, onder welke het navolgende wel het verdraaglykſte is: De beſte ſtukken van* Garo Ramas *weten zy zodanig te prepareren, dat het opregt* Calambac *gelykt: namentlyk zy ſchrapen de ſtukken over 't geheele lyf, en beroken die met een weinig ſchraapzel van opregt* Calambac, *te weten in een pot, op dat niets van den rook verlooren en ga, dezelve digt toeſtoppende, en dit doenze een reis of twee, en laten 't alzo een geheele maand in de zelve geſlooten pot ſtaan, waar door de ſtukken Agel-hout een weinig week en welriekende worden als* Calambac *uit* Tsjampaa: *'t welk anderzints wat graauwer en ligter is, dan 't gemelde* Garo. *Maar deze gemaakte reuk verdwynt wederom binnen 2 a 3 maanden, in welke tyd den Sinees giſt, dat hy zig met zyn Vaartuig weder van daar kan pakken: en met deze konſt bedriegenze niet alleenig de Grooten van deze Landen, maar ook zelfe de gaauwe Japanders.*

XIV. HOOFTSTUK.

Baſtert Agel-hout.

I*N de voorgaande Kapittelen de twee hooftzoorten van 't regte* Agallochum *beſchreven hebbende, zo reſteeren nu nog eenige houten, die men, zo hier in Indiën, als in Europa daar voor verkoopt: want, alzo den geheelen Orient of de Ooſt-Indiaanſche natie tot reukwerk gedurig genegen is, en men opregt* Agallochum *in geen genoegzaame quantiteit bekomen kan, moeten 'er andere houten opkoomen, om deszelfs plaats te vervullen, na dat een yder Landſchap by der hant heeft dat geen, 't welk met het* Agallochum *eenige gelykeniſſe heeft: myne meining of voornemen niet zynde alle dezelve zoorten op te haalen, maar alleenlyk drie daar van aan te roeren, dog met dat beding, dat ik de eerſte zoorte, zynde het* Agallochum Silveſtre, *by* Garzias, *in 't eerſte Boek,* Cap. 16. *aangeroert, en by de Portugeezen* Aguila Brava *genaamt, hier voor by ga, en 't zelve voor andere nader te beſchryven overlate, als zynde my nog onbekent. De tweede zoorte, dat ik* Agallochum Spurium, *of baſtart* Agel-hout *noem, zal ik in dit Kapittel, en de derde zoorte in het volgende Kapittel, als te veel verſchillende van deze* Agelhouten, *na vermogen beſchryven.*

Agallochum Spurium, *of* Garo Tsjampacca, *daar van vind men al vry groote ſtukken en zomtyds ook van een zeldzame gedaante, gelyk het Agel-hout eenige half door vreeten, en met een aardagtige huit bedekt: Het hout is hoog-geel, met donkere plekken, en geen eigentlyke aderen, van buiten beſterft het donker-bruin en ſwartagtig, in 't knaauwen valt het ook week, en wykt de tanden, de ſmaak trekt ſterk na de* Camillen, *dog is in 't laatſte merkelyk bitter. De oudſte ſtukken vallen wat harder als de andere, en breeken kort af, en in allen deelen zeer vet zynde, zo dat het, op glimmende koolen gelegt, een overvloedige olye uitſweet. De reuk verſchilt ook merkelyk van alle andere Agel-houten: want hy heeft niets gemeen met die van Citroen-ſchellen, maar trekt meer naar de Camille: En hier te Lande zegt men, datze ook wat overeenkomt met die van de bloeme* Tsjampacca, *daar het hout mede de naam van heeft, en miſſchien ook een zoorte van is. Want het is een hooge boom, en de bladeren gelyken wel wat na die van Tsjampacca, dog zyn groter en breder, by zommige vergeleeken met die van Canari, en weder by andere met het voorſte deel van een Pompelmoes-blad: Hy draagt ook veele bloemen, die van de* Tsjampacca *mede wel wat gelykende, de ſtam heeft een dikke ſchorſſe, men kapt hem niet om, maar laat hem van zelfs oud werden en omvallen, daar dan 't buitenſte hout van zelfs afrot: Of men kapt zodanige oude boomen in ſtukken, en begraaftze een half jaar, of wat langer, in eenige moeraſſige plaatzen, tot dat het buitenſte hout verrotte, en de vetſte ſtukken overſchieten.*

Evenwel zommige Inlanders, uit gierigheit, kappen de boomen om, eerze ter degen ryp zyn, en begraven de ſtukken als vooren, en daar van komen ook wel groote en maſſive ſtukken, zeer vet en week in 't knaauwen, maar aan reuk op verre na zo goet niet, als het oude,

dat

ita quam vetusta, quæ in brevibus inveniuntur nodis, & quæ ad adspectum multo magis flava & sterilia apparent.

Nomen. Latine *Agallochum spurium* h. e. *Bastaart Agel-hout.* Malaice *Garo-Tsjampacca*, quum odorem ejus floris æmuletur, in Bangay *Angaro.*

Locus. Lignum hocce in *Borneo* invenitur, in regionibus *Sambas* & *Succadana*; item in *Palimbana*, quæ sita est in ora Orientali Sumatræ, quædam etiam hujus arbores inveniuntur in insula *Bangay*, sita in Orientali ora Celebes, non autem in tota insula, sed in minima ejus parte, *Gape* dicta, circa Pagos *Bancalang* & *Labo*; Arbores autem ipsæ incolis potissimum sunt ignotæ, quum putrefacta tantum ligna in silvis inveniant. *Kelangerenses* dicunt, in sua quoque occurrere insula, ipsisque dici *Bakewe*, ac pro silvestri *Tsjampaccæ* specie haberi: Inventæ quoque fuerunt hæ arbores in *Xulabessi*, & in Ternata, atque ubique folia Tsjampaccæ foliis similia gerentes.

Usus. Lignum est vilissimi pretii, in Java enim *Pickol* venditur pro nummo, *Reaal van Achten* dicto, neque ibi alium in usum adhibetur, nisi ad suffitum ædium: quidam etiam miscent vulgari *Dupæ*, non ut odorem reddant magis gratum, sed ut molem augerent, non autem multum pro hac compositione valet, quum alios adulteret odores.

In transitu jam etiam quædam dicere debemus de altera rara specie, quæ *Calambac puti*, seu *Agallochum album* vocatur, per quod non intelligimus supra memoratum leve lignum *Itthion* seu *Agallochum simplex*, sed alteram rarissimam speciem, cujus in *Coinama* unica tantum hodie invenitur arbor, ejusque lignum adeo carum est, ut conquiri nequeat, licet centum Tayles pro una Catti seu cista quis solvere vellet: Istam enim arborem circumcidi Rex non vult permittere, quum nullæ plures inveniantur, diciturque, si horum folia duo triave in aquam decidant, illamque quis potet, talem correptum iri ardenti febre, quæ non remittit, nisi Rex huic arbori sacrificium instituat; multi autem subsequens *Lignum Moschatum Calambac Puti* quoque vocant, sed hæc peculiaris est arbor.

Tertia *Agallochi spurii* species frequens est in hisce insulis Orientalibus, provenitque ex *arbore*, *Excæcans* dicta, quæ suo loco *libro* 3. *cap.* 37. describetur, atque ad *Calambaci* speciem refertur, immo pro genuino Calambaco habetur illud, quod invenitur in vetustis *Ligulariæ Lacteæ* truncis, de quo suo quoque loco *libr.* 6. *cap.* 46 ulterius agetur.

N. B. *Agallochi veri* & *spurii* icones exhibentur in *Ephemer. Germ. dec.* 2. *ann.* 1. ad *p.* 55.

dat men in korte knoesten vind, en in 't aanzien geelder, en dorder is.

Naam. *Latyn* Agallochum spurium, *dat is* Bastart Agel-hout, *op Maleyts* Garo Tsjampacca, *om dat het den reuk van die bloem wat na by komt, op Bangay* Angaro.

Plaats. *Dit hout valt op* Borneo, *in de Landschappen van* Sambas, *en* Succadana, *als mede op* Palimban, *gelegen op de Oost-kust van Sumatra, men heeft ook weinig boomen daar van op 't Eiland* Bangay, *gelegen aan de Oost-kust van Celebes, dog niet op 't geheele Eiland, maar op 't kleinste deel,* Gape *genaamt, omtrent de Negory* Bancalang *en* Labo; *de boomen by de Inwoonders meest onbekent zynde, om datze de verrotte stukken maar alleen in 't Bos vinden. De* Kelangers *zeggen, datze mede op haar Eiland wassen, by haar lieden* Bakewe *genaamt, en voor een zoorte van wilde* Tsjampacca *gehouden werden: men heeftze ook gevonden op* Xulabessi, *en in Ternate, doch over al met bladeren als die van de Tsjampacca.*

Gebruik. *Het is een hout van zeer kleine waardye, want men kan op* Java *het Pickol kopen voor een* Reaal van Achten, *en het werd aldaar niet anders gebruikt als tot het berooken van hare huizen: zommige doen 't ook wel onder de gemeene* Dupa, *niet om den goeden reuk, maar om de klomp te vermeerderen, want het deugt daar niet veel toe, om dat het de andere reuken vervalst.*

Nu moeten wy ook in passant aanroeren nog een andere raare zoorte, genaamt Calambac Puti, *of* Agallochum Album, *waar onder wy niet verstaan het boven genoemde ligte hout* Itthion *of* Agallochum simplex, *maar een andere zeer zeldzaame zoorte, waar van men in* Coinam *hedensdaags alleenlyk maar een boom heeft, en het hout daar van is zo duur, dat men 't niet bekomen kan, al wilde men ook hondert Tayl voor een Catty geven: want den voornoemde boom wil den Koning niet laten kappen, om dat 'er niet meer te vinden zyn; en men zegt, zo van deze bladeren twee of drie in 't water vallen, en ymant van 't zelve drinkt, dat die een heete koorts zal krygen, dewelke niet en vergaat, voor dat den Koning voor dezen boom een Offerbande gaat doen, dog veele noemen het navolgende* Lignum Moscatum *ook* Calambac Puti, *maar het is zeker, dat dit een byzondere boom is.*

De derde zoorte van 't bastart Agel-hout valt overvloedig in deze Oosterze Eilanden, en komt van den boom Arbor Excæcans, *dewelke op zyn plaats in 't derde Boek,* Kap. 37. *beschreven zal worden, en ze werd ook onder de zoorte van Calambac gereekent, ja voor goet Calambac gehouden, 't gene men vind in de oude stammen van de* Ligularia Lactea, *van 't welke mede op zyn plaats, in 't zesde Boek* Kap. 46. *wat nader gesproken zal worden.*

N. B. de Figuuren van het *waare en bastert Agelhout* werden gevonden in de *Hoogduytsche Ephemer. dec.* 2. *ann.* 1. by *p.* 55.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Lignum Moschatum, Caju Casturi.

Ex *Tsjampaa*, *Coinama*, & *Pegua* lignum quoddam albicans adfertur Sandalo omnino simile, sed non ita durum, quodque venas aliquot habet longitudinales fere instar ligni Abietis, illiusque tres inveniuntur species.

Primum ac maxime politum lignum Sandalo candido simile est, sed est mollius, interioresque partes magis flavescunt, odorem Sandali habens, sed magis Moschatum, ac contritum, carbonibusve inpositum jucundissimum spargit odorem ad Moscum accedentem. Odor autem partium externarum sensim perit, ita ut obvolutum vel occlusum sit servandum, hocque optimum atque carissimum est, nec istius reperiuntur frusta majora palma manus.

Secunda species magis notabiles gerit venas longitudinales, magisque intensi est coloris, fere hepatici, venæque in fuscum tendunt colorem, bonumque itidem spirat odorem, sed præcedenti debiliorem; hujus frusta inveniuntur instar cruris longa & crassa, videnturque esse cor seu interna arboris substantia.

Tertia species russa fere est, aliquando autem lævi ter rubet instar *Lingo-Batu*, strias tenues habens fere instar ligni Fagi, externe tam fuscum gerens colorem, ut pro Sandalo rubro vendatur, est autem solidius ac durius quam præcedens, hocque vilissimum est, quum

XV. HOOFDSTUK.

Muskeljaat-Hout.

Men brengt ook uit Tsjampaä, Coinam, *en* Pegu *een wit hout, het Sandel gants gelyk zynde, doch zo hart niet, en 't welk mede eenige aderen in de lengte heeft bykans als Dennen-hout, en waar van men ook driederley zoorten vind.*

Het eerste en fynste is het witte Sandel-hout gants gelyk, dog veel weeker, de binnenste deelen zyn wat geelder, de reuk met die van 't Sandel-hout ook meest over een komende, dog wat naar de Muscus trekkende, en gevreven of op koolen gelegt zynde, zo ruikt het zeer lieflyk naar den Muscus: Maar den reuk in de buitenste deelen vergaat metter tyd, dies men het wel bewonden, en opgeslooten bewaaren moet, en dit is het beste en duurste, en men heeft daar van geen grooter stukken als maar een hant lank.

Het tweede geslagt heeft schynbaarder aderen in de lengte, is ook booger van coleur, of leververwig, de aderen trekken wat na 't rosse, en mede goet van reuk zynde, doch veel slapper dan het voorige: hier van heeft men stukken zo lang en dik als een been, en gelyken wel het hert van een boom te zyn.

Het derde trekt wat na den rossen, en is zomtyds ligt-root, gelyk Lingo - Batu, *met fyne streepjes, by na als het Beuken-hout, van buiten zo bruin bestervende, dat men 't voor root Sandel-hout verkoopt, zynde digter en harder, dan het voorgaande, en dit is het slegt-*

quum facillime suum amittat odorem, hujusque sat crassa inveniuntur segmenta ac frusta. Si de prima ligni specie aliqua abscindatur pars, ejus ramenta instar vitri dissiliunt minuta, quoque minora sunt, eo tenuior ac melior habetur ejus substantia.

Nomen. Latine *Lignum Moschatum* juxta Malaicense *Caju Casturi*; Casturi enim vocant Malaicenses Moscum, quidam illud nominant, sed male, *Calambac Puti*, quod nomen binis aliis competit lignis, prioribus in capitibus descriptis.

Usus. Plurimum adhibetur ad unguenta odorifera, quæ supra lapidem minuta conteruntur, & quibuscum corpus illinitur jucundi odoris gratia, sicuti & ad Dupam usurpatur. A Sinensibus quoque ad medicamenta præparatur, cumque debiliori Araca propinatur, ut corpus modice calefiat.

Quamvis vero raro inveniatur, non tamen cari est pretii, quum odorem suum cito amittat: Ut vero hunc recuperaret, quidam illud obvolvunt foliis Musæ, illudque sepeliunt circa latrinam; quod tamen compertum fuit non bene succedere, sed melius esse, si talibus in locis suspendatur per aliquod tempus, uti id cum Mosco etiam fit & instituitur. Prima species aliquando est ita mollis & sicca, ut pro carioso habeatur ligno, quod tamen non ideo minoris est notæ: Talia enim frusta Sinensi chartæ involuta multos per annos suum servant odorem, illumque aliis adjacentibus communicant rebus.

slegtste, zynen reuk zeer ligt verliezende, en hier van vind men al redelyke dikke blokken: als men van het eerste geslagt wat afkapt, dan springen de stukken daar zoo kort af als glas, en hoe korter het afspringt, hoe beter en fynder de stoffe is.

Naamen: *Latyn* Lignum Moschatum, *na 't Maleyts* Caju Casturi, *want Casturi hieten de Maleyers Muskeljaat, zommige noemen 't (dog qualyk)* Calambac Puti, *'t welk de twee andere houten toekomt, die in de voorgaande Kapittelen beschreven zyn.*

Gebruik: *Het werd meest gebruikt onder de welriekende zalven, dewelke op een steen fyn gevreven worden, en waar mede men 't lyf bestrykt om de goede reuks wille, als mede onder de Dupa: Het word ook by de Sinezen gebruikt onder hun Medicyne, en met slappe Arack ingedronken, om 't lyf matelyk te verwermen.*

En hoewel het weinig gevonden werd, zo is het nogtans niet duur, nadien het zyn reuk zo haast verliest: Dog om dezelve weder te krygen, zo begraven het zommige, in pissang bladeren gewonden, omtrent een secreet, dog 't welk egter bevonden is niet te deugen, maar beter te zyn, dat men 't slegts in diergelyke plaatzen een tyd lang ophangt, gelyk men zulks met de Muscus mede doet: De eerste zoorte is zomtyds zo zagt en droog, dat menze voor vermolzemt hout aanziet, doch het welkze daarom niet te slimmer maakt: Want zodanige stukjes in Sinees pampier gewonden, behouden lange jaren haren reuk, en delen dezelve ook mede aan andere omleggende dingen.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Sandalum, Tsjendana.

Quamvis aromatica hæc arbor extra Amboinense & Moluccense territorium crescat, nec talibus arboribus plantisve opus meum ampliare est animus, necesse tamen habui Sandali descriptionem hic simul inserere, sed non ampliorem, quam potui experiri, hocque potissimum hanc ob rationem; primo, quum nondum cognoverim Sandalum arborem ab ullo Europæorum plenarie hactenus esse descriptam: secundo; quum quædam insuper in Amboina crescant arbores, quæ gloriari possent, ex Sandali arboris familia, ipsique affines esse, ac tertio, quum lectoribus & amatoribus aliquid monendum habeam, quod hactenus erronee de Sandalo fuit creditum. Et licet pro perfecta descriptione non sit habendum, saltem pro accurata inservire poterit adnotatione, reliquumque æquo lectoris animo ac posteriorum diligentiæ committam, ut defectum suppleré, erroresque, si forte suborti fuerint, corrigere velint.

Ut itaque descriptio hæc majoris sit fidei, lector sciat, hanc non quidem exaratam esse ad ipsum arborum adspectum in Timora crescentium, sed tamen ad quosdam ipsarum ramos, frusta ligni, & radices, cum brevi Sandali Lignique Colubrini descriptione, mihi anno 1680 transmissa per curam *Antonii Hurtii*, ordinarii Indiæ Senatoris, & emeriti Amboinæ gubernatoris, nec non per *Jacobum Wyckerslootum*, Timoræ supremum. Quibus utrisque viris tribuendus est honos ulterioris harum arborum notitiæ, quæ in hisce elucescet scriptis. Juxta illos autem ramos adjecta figura est depicta, ac primo tollendus mihi est vulgaris error, quod nempe Sandalum album, citrinum, & rubrum ex iisdem credatur provenire arboribus: Satis enim inquisivi, quid de hac re esset verum; atque intellexi album & citrinum ex affinibus quidem produci arboribus, sed non ex una arbore, quamvis utræque in una eademque crescant insula: Rubrum vero Sandalum ex longe alia penitus provenit arbore, ab altera nimium diversa, atque in longe aliis crescens insulis, ita ut colligere nequeam, quam ob rem præcedentes scriptores adeo dissimiles hasce arbores sub uno comprehenderint nomine: unde & rubrum in peculiari describam capite.

Sandalum album & citrinum haud multum differt, aliquando in una eademque, aliquando autem in diversa reperitur arbore: Omne enim Citrinum albo obvol-

XVI. HOOFTSTUK.

Sandel-Hout.

Hoewel *deze speceryachtige boom buiten het Amboins, en Molukze distrikt wast, en ik met diergelyke planten niet geerne myne geschriften zoude vergrooten, zo heb ik egter nodig geacht, de beschryving van de Sandel-boom alhier mede in te voegen, doch niet meer daar van, dan ik hebbe kunnen ervaren; en dat meest om deze redenen: eerstelyk om dat my niet bewust is, dat de Sandel-boom tot nog toe by eenige Europianen ten vollen beschreven is: ten tweeden, om datter nog eenige boomen in Amboina wassen, die haar zouden konnen beroemen te zyn van de Sandel-booms maagschap: en ten derden, om dat ik de Leezers en Liefhebbers te waarschouwen, en iets naders te berigten heb, aangaande het gene men tot nog toe qualyk van 't Sandel-hout heeft gelooft. En schoon dit voor geen volkomen beschryving konde verstrekken, zoo mag men het ten minsten voor een aanteekening houden, en onderwylen zal ik het aan de bescheidenheid van den Leezer, en de naarstigheid van den nakomeling aanbevoolen laten, het gebrek te vervullen, en de fouten (die daar in mogten zyn) te verbeeteren.*

Om nu deze beschryving meer geloof te doen hebben, zo zal den Leezer believen te weten, datze wel niet gemaakt is, na den oogenschyn of het gezigt der boomen op Timor wassende, dog evenwel na eenige takken, stukken van hout, en wortelen, beneffens een korte beschryving, zo van de Sandel- als Slangen-hout boom, my A. 1680. toegezonden, en bezorgt door den Heer Antonius Hurt, *ordinaris Raat van India, en oud Gouverneur van Amboina, en den E.* Jacob van Wyckersloot, *Opperhooft op Timor: welke beide Heeren dan ook toekomt de eere van de nader kennisse dezer boomen, die in deze myne schriften gegeven zal werden: En na welke takken ook de hier bygevoegde figuur is opgemaakt, en voor eerst moet ik dan wegnemen het algemeene misverstant, namentlyk, dat men het wit, geel, en root Sandel-hout gelooft of meent voort te komen van eenderlei slag van boomen: Want, genoegzaam ondervraagt hebbende, wat daar van mogte wezen, zo moet ik zeggen, dat het witte en geele Sandel-hout wel voortkomt van eenderlei boomen, doch niet altyd van eenen boom, hoewel t'zamen op een en 't zelve Eiland wassen: Maar het roode Sandel-hout is een gants andere boom, van de voorgaande te veel verschillende, en ook in gants verscheide Landen wassende, zo dat ik niet bezeffen kan, waarom de voorgaande Schryvers deze malkander zo ongelyke boomen onder eenen naam begrepen hebben: en zal daarom van het roode een byzonder Kapittel maken.*

Het witte en geele Sandel-hout verschilt niet veel van malkander, zomtyds wassende aan een en dezelfde, en zomtyds weder aan een andere boom. Want alle het geele

volvitur nunc majore nunc minore quantitate, ita ut citrinum nihil aliud sit nisi cor & interna arboris substantia, e contra occurrunt quoque arbores, quæ nihil aliud nisi album ferunt lignum, nullumque vel parum admodum citrini in meditullio.

Exterius hæ arbores nullam habent differentiam, unde & incolæ illas dignoscere nequeunt, licet eradicentur vel amputentur; sed compertum est locum natalem maxime differre. Sandalum autem e longinquo non distingui potest ab aliis silvestribus arboribus, excepto, quod ejus cortex sit cinereus cum pauxillo ruffi mixtus, tenuis, ac durus, & in junioribus arboribus ligno firmissime nexus, in vetustis vero lamellatim dissilit, unde plurima trunci pars nuda apparet, altitudinem habet Juglandis, ramique sese distinguunt in multos tenues & minores ramulos, in quibus folia cruciatim sunt opposita.

Quæ vulgaris sunt formæ, fere instar illorum *Varingæ* seu *Microphylli*, sed non ita sunt crassa, quatuor transversales digitos longa & tres lata, oris æqualibus, multisque parallelis venulis, uti in Varinga, ab utraque parte protuberantia; in junioribus arboribus intense viridia sunt, in vetustis vero pallida vel flavescentia. Ramuli copiose hisce gaudent foliis, comamque formant densam: De floribus mihi non constat, vel quicquam est memoratum, natique Timorenses de illis mihi nil certi dicere norunt, quum in tam altis & silvestribus arboribus haud multum appareant; juxta vero Garziæ relationem ex cœruleo essent nigricantes.

Fructus sunt instar curtarum Olivarum, quales sunt, quæ circa Algieream & in Barbaria crescunt, vel instar baccarum Lauri, diversi coloris juxta illorum maturitatem, primo enim virescunt, ac dein ex cœruleo nigri sunt. Siccati hi fructus ore manducati, illud obscure rubro seu purpureo tingunt colore, rari autem ad maturitatem perveniunt, nec facile conquiri possunt, quum facile decidant, atque ab avibus certis, quæ sturnorum est species, avide comedantur; quosque hinc inde cum fimo per silvas ferunt, unde de novo arbusculæ progerminant, uti arbores Nucis Myristicæ in Banda per nucum devoratores propagantur.

Sandalæ hæ arbores ita crescentes, si in ligno recenti & sicco nullum præbent odorem, tum relinquendæ sunt, donec penitus sint vetustæ, cujus indicium est, uti dictum fuit, quum folia incipiant flavescere, ac cum plurimis decidant rachibus, ac trunci cortex discedat, quo lignum albicans apparet, tumque etiam hæ arbores rarum præbent odorem, quemque nullus facile percipere potest, nisi indigenæ, qui a juventute illi adsueti sunt, hasque tractavere arbores, hincque peregrinis mercatoribus persuaserunt, omne Sandalum non bonæ fore notæ, si a peregrinis cæderetur, in qua sententia illis esse conceditur, quum peregrinis difficile foret silvestres illos ac vastos permeare montes, illaque reducere ingentia frusta, unde, quum cum peregrinis mercatoribus pactum inierunt, ut ipsis navem hoc ligno plenam tradant (quod singularibus & irregularibus fit ceremoniis & officiis) gregem sui populi in silvas mittunt ad arbores cædendas: Hujus natu maximus per horam in silva placide sese sistit, oculos in altum attollens, dein incipit arborem cædere, sique bonum observet odorem, tum reliqui omnes arboris cæsionem promovent, sin vero ille in arbore non gratum percipiat odorem, tum per illum diem cæsionem differt, illud vero plerumque instituitur luna non lucescente.

Incolæ antea solebant radices cum trunci parte duos tresve supra terram pedes longa relinquere, an vero talis truncus de novo progerminet, nostrates cognoscere non potuerunt, quum diverso illud retulerunt modo, quod forte Portugallis notum erit, quum hi sint magis vicini illi loco, in quo Sandalum plurimum crescit.

Arbores ipsæ binas sæpe ulnas sunt crassæ in diametro, atque harum sæpius per depurationem tanta consumitur pars, ut vix ulnæ crassities supersit, quæ fatis magna tamen exhibet frusta. Hodie autem nostrorum rogatu totam cum radicibus exstirpant arborem, quum

le Sandel-hout heeft mede het witte om zig; het eene min, het andere meer, zo dat het geele anders niet en is, als het hert van den boom: daar en tegen vind men ook boomen, die anders niet en hebben dan het witte, met geen of weinig geel in de midden.

Van buiten hebben de boomen gansch geen onderscheit, en daarom konnenze de Inlanders in 't kappen ook niet onderkennen, maar men heeft ervaren, dat de plaatzen, daarze groeyen, wel het meeste verschil maken. Den Sandelboom en is van verre niet wel te onderscheiden van andere wilde boomen, dan alleen daar aan, dat zyne schorsse ligt-graauw is met wat ros gemengt, dun, en hart, midsgaders aan de jonge boomen vast aan 't hout klevende, dog aan de oude met lappen afspringende, waar door men dan het meeste van den stam bloot ziet: Hy heeft de hoogte van een Ocker-noote-boom, de takken verdelen hun in veele dunne en korte ryskens, daar aan de bladeren in 't kruis tegens malkanderen overstaan.

Dezelve zyn van gemeene gedaante en schier als die van Varinga *of* Microphyllos, *doch zo dik niet, vier dwersvingers lank, en drie breet, met effene kanten, en veele fyne parallele adertjes, gelyk dezelve Varinga, te wederzyden uitsteekende: Aan de jonge boomen zynze hoog-groen, en aan de oude bleek, of wat na den geelen trekkende: De ryskens zyn vol met deze bladeren, en maken een digte kruin: Van 't bloeizel is my niets voorgekomen, nog overgeschreven, en de naturelle Timoreezen weten daar van ook niets te zeggen, om dat het aan die hooge en wilde boomen niet wel te kennen is: Dog zo* Garzias *schryft, zouden dezelve uit den blaauwen swartachtig zyn.*

De vruchten zyn als korte Olyven, te weten de gene die omtrent Algiers, *en in* Barbarien *wassen, of als Baakelaren, verscheiden van koleur, na haar rypheit: want eerst zynze groen, en ten laatsten blaauw-swart: De gedroogde, in den mont geknaut wordende, verwen denzelven met een bruin-purpere of paarze coleur, doch weinige daar van komen tot perfectie, en men kanze niet wel bekomen, om datze te ligt afvallen, en van het gevogelte, (zynde een zoorte van Spreuwen) zo graag gegeten worden: En dieze dan daar na door den afgang hier en daar in 't Bosch zaayen, waar van jonge boompjes voortkomen, gelyk de Nootemuscaat-boomen in Banda door de Noot-eeters voortgeteelt werden.*

Dewyl de voornoemde Sandelboomen nu zoo groeyen, hebbende aan haar hout, nog vers en droog zynde, geen de minste reuk, zo moet men ze dierhalven laten staan, tot datze volkomen oud werden, waar van het teeken is, gelyk gezegt, als de bladeren beginnen geel te werden, en met de meeste ryskens afvallen, midsgaders de schorsse van den stam afwykt, waar door dezelve witachtig en kennelyk werd, doch als dan hebben deze boomen nog al weinig reuk, dewelke ook niemant anders ligt gewaar worden kan, dan de Inboorlingen, die van jongs af daar mede omgegaan hebben, en hierom hebbenze de vreemde Koopluiden ook wys gemaakt, dat al het Sandel-hout niet deugen zoude, dat van ymant anders dan de eigenaars, en inboorlingen gekapt wierde, in welk gevoelen men haar laat blyven, om dat het de vreemde doch beswaarlyk zoude vallen, in dat woeste gebergte te gaan, en die sware moten af te slepen, weshalven zy lieden met de vreemde Koopluiden het verding gemaakt hebbende, om een scheepslading hout aan dezelve te leveren (het welk ook met zeldzaame, en stuurze complimenten toegaat) zo zenden zy een troep van haar Volk in 't Bosch, om de boomen te vellen: En wanneer dan den oudsten onder den troep een uur in 't Bosch stil gestaan heeft, met zyn oogen opwaarts ziende, zo begint hy aan een boom te kappen: En zo hy 'er een goede reuk by vind, dan gaan alle de andere met kappen mede voort, maar zo de oudste aan de eerste boom geen goede reuk en vind, dan scheiden zy 'er voor dien dag uit, en gemeenlyk geschiet dit kappen met een donkere maan.

De Inlanders pleegen ook van ouds de wortel te laten staan met een stuk des stams, twee en drie voeten boven de aarde, doch of die weder uitgroeit, zulks hebben de onze niet konnen te weten komen, om dat verscheidentlyk daar van gesproken werd: Doch 't welk misschien de Portugeezen niet onbekent is, als wonende nader aan de plaats, daar het meeste Sandel-hout valt.

De boomen werden wel twee vaademen dik in de ronte, en daar van werd in het schoonmaken wel zo veel afgekapt, dat 'er maar schaars een vadem overblyft, 't welk dan ook al grote stukken zyn: hedendaags kappenze, op het verzoek van de onze, den boom met de geheele wortel uit, om

quum compertum sit ad radicum partem magnam ligni citrini esse copiam, ut & circa nodos: Recens cæsum lignum nullum vel parvum admodum habet odorem; is enim solummodo percipitur, quum sit siccum. Ad ligni centrum seu lignum citrinum semper extremum seu pallidum lignum relinquendum est, ut odorem diutius retineat & conservet, quum enim album circumcidatur, odor facillime avolat: Citrinumque aliquando tam intensi fit coloris, ut ad vitellinum accedat, ruffasque sæpe per longitudinem exhibet venas, unde quidam illud erronee Sandalum rubrum vocant, atque tale Sandalum citrinum pro optimo habetur.

Secundum locum tenet album, quod circa medium paucam citrini habet quantitatem; vilissimum autem est, quod omnino album est, nec circa medium citrino gaudet ligno. Scire vero oportet, omnes Sandali arbores in juniore ætate nihil omnino citrini habere, qualia erant mihi missa frusta, crus fere crassa & omnino albida, sine ullo quoque odore, parvamque tantum habebant dulcedinem in tenui, sicco, & duro cortice: Unoque testantur ore Timorenses citrinum cor in adulta tantum gigni & provectiore ætate in talibus nempe arboribus, quarum natura illud producit. Depuratum jam Sandalum in litus deductum in congeriem acervatur longam & quadratam, quæ plerumque in longitudinem & amplitudinem formatur navis, qua transvehendum est, quamque opplere promiserant: In tres porro species dividitur, quæ a mercatoribus vocantur: prima crassa, secunda tenuis, tertia mixta, prima continet optima maxima frusta, altera autem tenuissima, & ramorum sunt frusta, quæ vilissima; Primæ speciei Timorenses solebant quatuor Pickols (singulus autem Pickol est centum & viginti quinque pondo) una in farcina inpingere & tradere, secundæ vero speciei sex, tertiæ autem octo Pickols, pro quadraginta inperialibus singula farcina; Hasque tantum vendebant Portugallis Macou-navigatoribus, quum hi ipsis mutuum dabant aurum, aliaque necessaria, aliis autem mercatoribus pro tali pretio quatuor tantum ligni Pickols vendunt, nec illud sortitum, sed sibi invicem mixtum.

Nomen. Latine *Sandalum*, hujusque flavum & optimum *Sandalum pallidum* seu *Citrinum*, pallidum seu externum *Sandalum album. Garzias libr.* 1. *Aromat. cap.* 17. citrinum vocat cor, & album, lignum; In Pharmacopæis & apud hodiernos Latinos *Santalum* vocatur, præcedens autem melius est. Arabica enim vox est *Sandal*, ac forte originem habet a Malaicensi & Macasserensi *Tsjendana*, quod Portugalli scribunt *Chandana*, ambæque flavæ & albæ species sub hoc comprehenduntur nomine; Antiquis Græcis scriptoribus hoc lignum ignotum fuit, ideoque non probabile, veteribus, multo minus Israëlitis fuisse cognitum, licet neoterici translatores hoc nobis persuadere velint, quum supra nemoratum *Abalim numer.* 24. *versu* 6. *Santalum* interpretentur. Hocque minus vero simile videtur, quum *Sandalum* non sit vasta vel extensa arbor, nec ad flumina vel ripas crescens, sed in montibus apricibus soli expositis.

Prima ejus mentio fit apud *Avicennam* & *Mesuam*, apud quos optima species cognominatur *Makassari*, quod interpretes maxime vexavit, *Garzias* enim hoc corrigere vult in *Masafrani*, quod flavum denotat. Alii putant, idque majori jure nomen esse loci, quod verum est; Macassara enim ab antiquis jam temporibus metropolis fuit, ac promptuarium Orientalium aromatum, ac præsertim Sandali, quod ex Timora transferebant, in qua insula natio ista nostris etiam temporibus mercaturam exercuit. Ita ut *Macassari* nihil aliud denotet, quam Sandalum e Macassara delatum. Mercatoribus enim persuadebant in sua id crescere Patria, uti supra diximus, Javanos de nucibus & Caryophyllis id jactavisse: Timorenses illud vocant *Aycamenil*, Amboinenses *Ayasru*, Sinenses *Bythoa*: In Canara vero Decana, & Guzeratta *Sercanda* vocatur, ut *Garzias* testatur.

Locus. Utrumque Sandalum, album nempe & citrinum, in insula tantum crescit magna Timora, & adjacentibus quibusdam insulis, uti in occidentali plaga Souw, (nostratibus Sandali silva dicta) & Nomba, item in Zephyrea Endenæ parte, sed ibi non æstimatur.

om dat men bevonden heeft, dat aan de wortel veel geel hout is, gelyk ook om de quasten: Het vers gekapte hout heeft geen of weinig reuk, want die krygt het eerst als het droog werd: Aan 't hert ofte 't geele hout moet men altyd het buitenste of witte laten, op dat het zynen reuk te langer mogte behouden, anders wanneer men 't witte rondom daar afkapt, vervliegt dezelve zeer ligt: en werd het geele Sandel zomtyds zo hoog van coleur, dat het al na het doyer-geele trekt, vertoonende ook eenige rosse aderen in de lengte, 't welk zommige dan ook abuzieflyk root Sandel-hout noemen, en werd dit geele Sandel ook voor het alderbeste gehouden.

De tweede plaats bekleet het witte, omtrent het hert een weinig geel hebbende: En 't alderslegste is het gene, 't welk doorgaans wit is, en omtrent het hert gants geen geel en heeft. Ook moet men weten, dat alle Sandel-boomen in haar jonkheid niets geels aan haar hebben, gelyk zodanige waren de aan my gezondene stukken, byna een dye dik zynde, doorgaans wit, ook zonder eenige reuk en alleenlyk hebbende een kleine zoetigheit in de dunne, droge, en harde schorsse: Verklarende de Timoreezen eenparig, dat het geele hert eerst in den ouderdom komt, te weten aan zodanige boomen, welkers aart is het zelve te krygen. Het schoon gemaakte Sandel-hout nu op strant gebragt zynde, werd aldaar opgestapelt tot een lange vierkante hoop, zynde gemeenelyk zo lang en breet, als het Schip over zyn geheele steven is, welkers lading zy belooft hebben te zullen leveren: Voorts werd het gezorteert in drie deelen, 't welk de Koopluiden noemen 1. grof, 2. Corent, 3. Carep; De eerste zyn de beste en grootste stukken, maar Carep de dunste, en van de takken, dierhalven het slegtste: Van de eerste zoorte pleegen de Timoreezen vier pickols (een pickol is 125. ponden) in een baar te leveren, van de tweede zes, en van de derde acht, voor 40. Ryksdaalders de baar: En dat maar alleenig aan de Portugeze Macous-Vaders, *om datze van dezelve met schuim-gout en andere noodwendigheeden gerieft werden, maar aan andere Handelaars willenze voor die prys niet meer geven, als vier Pickols hout, en dat niet gezorteert, maar door malkander gemengt.*

Naam. *Latyn* Sandalum, *en daar van het geele of beste* Sandalum Pallidum, *of* Citrinum, *het witte of buitenste hout* Sandalum Album. Garzias, Lib. 1. Aromat. Cap. 17. *noemt het geele* Cor, *dat is hert, en het witte* Lignum, *dat is hout; In de Apotheeken en by de hedensdaagsche Latinisten werd het genaamt* Santalum, *doch het vorige is beter: Want het Arabisch woord is* Sandal, *en misschien afkomstig van 't Maleydsche, en Maccassaarsche* Tsjendana, *het welk de Portugeezen schryven* Chandana, *en werden beide de geele en witte zoorten onder dien naam begrepen: By de oude Griekze Schryvers is dit hout onbekend, en daarom geenzints waarschynelyk, dat het aan de oude, en veel min aan de Israeliten, zy bekend geweest: Gelyk nogtans de nieuwe overzetters ons willen wys maken, het boven genoemde* Ahalim, Numer. 24: vers 6. *overzettende* Santalos: *zynde zulks te minder gelooflyk, om dat den Sandal geen groote en uitgespreiden boom is, ook niet aan de water-stroomen wassende, maar in 't gebergte, op opene en ligte plaatzen.*

De eerste mentie daar van werd dan gemaakt by Avicenna, *en* Mesue, *alwaar de beste zoorte bygenaamt werd* Makassari, *het welk de Overzetters machtig gequelt heeft, want* Garcias, Lib. 1. Cap. 17. *wil het gecorrigeert hebben in* Masafrani, *het welk zoude geel hieten: Andere gissen, en zulks met beter reeden, dat het de naam van een plaats zy, 't welk waar is: Want Macassar is al van oude tyden af een stapel geweest van de Oosterfche speceryen, en inzonderheid van den Sandel, die zy van Timor overbragten, en op welk Eiland die Natie nog al diep in onze tyden genegotieert heeft: zo dat Maccassari niet anders te zeggen is, als Sandel-hout dat van Macassar komt: Want zy maakten de Koopluiden gewys, dat het in haare Landen viel, gelyk wy boven gezegt hebben, dat de Javanen met de Nooten en Nagelen gedaan hebben: De Timoreezen noemen het* Aycamenil, *op Ambons* Aysaru. *Sienees* Bythoa: *In Canara, Decan. Guzeratte* Sercanda, *zo* Garzias *zegt.*

Plaats. *Beide het geele, en witte Sandel-hout, wast alleen op het groote Eiland* Timor, *en eenige omleggende Eilanden, als, na het Westen op Souw. (by de onze 't Sandel-bosch genaamt) en* Nomba, *item op de Zuit-zyde van Ende, dog werd aldaar niet geacht: men vind ook*

tur. Raræ etiam occurrunt arbores in Madura, & Orientali Javæ plaga, hoc vero lignum suum cito amittit odorem, nec magni æstimatur: In Baleya, & *Tatæ* regione circa Bassagium, qui altus est mons, Sandalum quoque reperitur, hoc autem tantum cæditur, quum reges suos crement, neque hoc in alias mittitur regiones, quique hoc cædet, prius sacrificium arbori instituere debet cum alba gallina, ac pauxillo Thuris, alias enim dicunt lignum non esse præstans odore. In Timora ipsa non omnibus crescit in locis, nec ubique æque bonum est. In ejus enim plaga occidentali, quam Belgæ inhabitant & possident, circa sinum Cœpan, non crescit, sed plurimum ad Zephyream illius insulæ partem non prope litus, sed in montibus remotis, ita tamen, ut quædam arbores in proximis montibus e mari distincte dignosci possint, hocque ex albicantibus vetustorum truncorum corticibus. In omnibus quoque ejusdem plagæ portibus non æque bonum est, illud enim *Amarissi* plurimum albicat, quod a *Garzia* lignum vocatur. Optimum ab antiquis jam temporibus deductum est ex *Batumeana*, *Tireisi*, & *Amanubana*, in eadem Zephyrea plaga sitis.

In boreali parte optimum crescit ad portus Menæ, quod plurimum citrinum est, qui locus hodie a Portugallis occupatur, Macassarenses autem & Rex Samboppæ sibi ab antiquis jam temporibus jurisdictionem arrogant Timoræ plagæ borealis, certumque est, hos brevi post illius loci destructionem, quæ per Belgarum arma anno 1667 molita est, tributarios emisisse imperatores per multos ejusdem oræ locos, immo quos Portugalli jam inhabitabant. Hæcque omnia enarrare in hoc Herbario non opus fuisset, nisi hoc ipsum confirmaret explicationem istius nominis *Macassari*.

Loci a *Garzia l. c.* Sandalo tributi sunt sequentes, sed plurimum corrupta nomina, *Mena*, *Matonea*, *Camanasa*, *Serviago*, quæque vocanda sunt *Mena*, *Batumeana*, *Amarassi*, & *Serviana*. Metropolis Javæ *Verbali* dicta, quænam sit, nescio. In Nassuasensibus itineribus legitur in binis insulis *Ilba d'Fernandes* in Tsjilesensi mari sitis, ad triginta tres gradus in latitudine Zephyrea, Sandalum album quoque crescere, sed odoris debilioris, puto autem hoc aliud esse lignum; nostri enim Europæi facile talia confundunt. In Malabaræ ora in *Balagatæ* montibus Sandalum quoque album reperitur, inque Zephyrea *Masulipatnamæ* parte rubrum crescit: puto autem pro Sandalo albo haberi lignum *Sambaranæ* dictum, quod Sandalo simillimum, sed durius est.

Usus & vires. Sandalum æque album ac citrinum temperatam admodum habet qualitatem, partibus subtilibus ac mollibus constans, plerumque tamen citrinum majorem caloris gradum putatur possidere, uti penetrantem magis habet odorem. Lignum hoc per totam Indiam majore in usu est quam in nostris frigidioribus terris, unde quoque minima ejus pars in Europam transfertur; quum enim temperatam habeat qualitatem, modice refrigerat, spiritusque perditos maxime restituit, hinc melius hisce in regionibus conducit, unde & per totam Indiam multum in usum vocatur rapsatum, vel cum aqua in tenuem contritum pultem, qua Indi corpus illiniunt, tam pro refrigerio, quam jucundo odore, quodque non tantum calidis instituunt diebus, sed etiam in febribus, quum refrigerantes addunt flores, interne autem non, vel raro usurpatur.

Jucundus ligni odor in crudo magis observatur, quam si carbonibus fuerit inpositum, unde & nulli suffumigio additur; licet *Benjanenses*, aliique Indiæ gentiles magis ex luxuria, quam ob gratum odorem hoc ligno utantur ad cremandos mortuos, nec inservit operi scriniario ob pallidum atque inelegantem colorem, licet parvæ quædam cistæ inde formentur, hisque citrinum adhibeatur, quæ brevi suum tamen amittunt odorem: Quidam etiam mercatores adeo sagaces sunt, ut ex colore dignoscere possint, ubinam Sandalum creverit. Sandalum album contritum, ac per multos dies cum aqua propinatum curavit æque in feminis ac viris *Gonorrhœam virulentam*. Sandali rasura in linteis consuta pulvillis, vestibusque apposita, ipsis gratum conciliat odorem, qui illis diu inhæret: Macassarenses vero ac Malaicenses, nescio ob quam caussam, non amant purum Sandali odorem in suis vestimentis, forte

ook eenige weinige boomen op Madura, en het Oostelyke deel van Java, doch dat zelve hout verliest zyn reuk haast, en werd mede weinig geacht: op Baly, in 't Landschap Tata, *omtrent* Bassagie *(zynde een hoogen berg) vind men ook Sandel-hout, doch dit werd maar gekapt, als zy haare Koningen verbranden, en niet, om uit te voeren: En die dat afkappen wil, moet eerst Offerhande doen by den boom, met een wit Hoen, en een weinig reukwerk, of zy zeggen, dat anders het hout niet wel rieken en zoude. Op Timor zelfs en valt het ook niet op alle plaatzen, nog over al even goet: want op desselfs West-hoek, die de Hollanders bezitten, omtrent de* Baay Coepan, *valt het niet, maar meest op de Zuid-zyde van dat Eiland, niet digt op strant, maar verre in 't gebergte, zo nogtans, dat men zommige boomen op de naaste bergen bescheidelyk in Zee bekennen kan, en dat aan de witte schorsse van de oude stammen. Het is ook niet even goet in alle Havenen van de zelfste zyde, want dat van* Amarassi *is meest wit, 't welk* Garzias *hout noemt: Het beste heeft men al van oude tyden gehaalt van* Batumean, Tireis, *en* Amanuban, *aan dezelfste Zuitzyde gelegen.*

Aan de Noort-zyde valt het beste in de Havenen van Mena, *'t welk meest geel is, zynde die plaats hedensdaags door de Portugeezen bezeten, doch de Macassaren, of den Koning van* Samboppo *eigenen zig toe al van oude tyden de* Jurisdictie *over* Timors *Noort-kust, en het is zeker, datze nog korts na haare destructie, dewelke door de Nederlandsche wapenen Ao. 1667. geschiet is, door haare uitgezondene Bevelhebbers tribuit geëist hebben, op veele plaatzen van de zelfde kust, ja zelfs daar de Portugeezen wonen: En ik hadde dit alles in dit Kruydboek niet hy te doen, indien het niet en diende tot bevestiging van de uitlegging des voornoemden naams Macassari.*

De Sandel-plaatzen van Garzias loco citato, *zyn deze, doch meest bedorven naamen,* Mena, Matonea, Camanasa, Serviago, *en moeten heeten* Mena, Batumean, Amarassi, *en* Servian*: De Koopstad* Verbali *op Java kan ik niet raaden, wat het voor een zy. Men leest in de* Nassausche *voyagie, dat in de twee Eilanden,* Ilha d' Fernandes, *gelegen in de* Tsjileesse *Zee, op* 33. *graaden Zuider breedte, ook wit Sandel-hout zoude vallen, doch slegter van reuk, en ik geloove, dat het een ander hout zal zyn, want onze Europianen vermengen licht zodanige dingen. Op de kust van Mallabaar in 't gebergte van* Balagatæ *valt mede wit Sandel-hout, en op de Zuitzyde van* Masulipatnam, *ook 't roode: Doch ik gelove, datze voor dit wit nemen het hout* Sambarane, *het welk het Sandel-hout zeer gelykt, doch harder is.*

Gebruyk *en* Kragten*: Het Sandel-hout, zo wit als geel, is van een regt getemperde hoedanigheid, lugtig, en fyn van deelen, doch in 't gemeen werd het geele een graat meer hitte toegeschreven, gelyk het ook sterker van reuk is. Dit hout is doorgaants in Indiën in veel meer gebruik, dan in onze koude Landen, daarom ook het minste deel in Europa vervoert werd: Want dewyl het een getemperde eigenschap heeft, matelyk verkoelt, en de vermoeide geesten merkelyk verquikt, zo komt het in deze Landen veel beter te pas, in voegen het door geheel Indiën gebruikt werd gemalen, of met water tot een fyne pap gevreeven zynde, waar mede de Indianen het lyf bestryken, zo om te verkoelen, als om de goede reuk, en het welk zy niet alleen doen in heete daagen, maar ook in koortzen, als dan eenige verkoelende bloemen daar by doende, inwendig werd het niet, of zelden gebruikt:*

De lieflykheid van den reuk is by het raauwe hout meer, dan op glimmende koolen gelegt zynde, en waarom men het ook onder geen reukwerk gebruikt: Hoewel de Benjanen, *en andere Indiaansche Heidenen, meer uit overdaat, dan om des goeden reuks wille, dit hout tot het verbranden van haare dooden gebruiken: Het dient ook niet tot eenig Schreinwerk, wegens zyne bleeke en ongeziene coleur, hoewel zommige kleine Kantoirtjes daar van gemaakt werden, en waar toe men dan het geele neemt, doch die egter haaren reuk in korten tyd komen te verliezen: en zyn zommige Koopluiden zo sneedig, datze aan de coleur konnen zien, waar het Sandel-hout gewassen is. Het witte Sandel-hout gevreeven, en veele dagen naar malkander met water ingenomen heeft geneezen, zo in Vrouwen als Mannen, de* Gonorrhæa Virulenta. *Het zaagzel van Sandel-hout in linne kussentjes genaait, en by klederen gelegt, geeft dezelve een goede reuk,* die

forte quum cadavera illo conſpergunt, unde & mortuorum illum vocant odorem. Antea, uti *Garzias* ejusque commentator *Cluſius* teſtantur, Sandalum citrinum tam raro occurrebat, ut inter quinquaginta fruſta vix unum inveniretur verum citrinum, unde ambo hi viri dubitabant, an hoc quidem in Portugalliam & Europam tranſportaretur, dum omne, quod in Pharmacopæis venale proſtaret album, & odoris fere expers eſſet, citrinumque ipſum in India pluris conſtaret, quam in Europa vendi poſſet. Poſtquam vero Belgæ hocce negotium tractare cœperunt, in majorem perventum eſt notitiam; majorique conquirendum quantitate, ſique in Europam delatum de odore ſuo amiſerit, hujus cauſſa tribuenda eſt incuriæ mercatorum vel nautarum, qui hoc navi inpoſuerunt, quum non debeat obſcuris locis vel aliis graveolentibus rebus apponi vel inpingi.

die daar lange by blyft, doch de Macaſſaren, en Maleyers, (ik en weet niet, om wat reden) willen de puere Sandel en reuk aan haar klederen niet hebben, miſſchien om datze de doode lichaamen daar mede beſtrooyen, en noemen 't dierhalven een doode reuk. Voor dezen (gelyk Garzias, *en zyn* Commentator Cluſius *zelfs getuigen) wierd het geele Sandel-hout zo weinig gevonden, dat men onder vyftig mooten pas een opregte geele bekomen konde: weshalven die beide Heeren twyffelden, of het zelve wel in Portugaal en Europa overgebragt wierd, dewyl meeſt alle 't gene men in de Apotheeken verkogte, wit en van weinig reuk was, en het geele zelfs in Indiën meer koſtte, dan het in Europa konde verkogt werden. Doch zedert de Nederlanders die Negotie mede by der hand hebben genomen, is het zelve in beter kennis geraakt, en ook in meerder quantiteit te bekomen, en indien het dan, in Europa gebragt zynde, wat van zyn reuk mogte verlooren hebben, zo moet men de oorzaak daar van toeſchryven aan de kleine zorge die de Koopluiden, of Schippers dikwils dragen, omtrent de Inlading van het zelve, want het wil in geen bedompte ruimten, nog by andere ſterk riekende waaren gepakt zyn.*

Avicenna libr. de viribus cordis dicit, Sandalum cor maxime corroborare & exhilarare, unde optime illis miſcetur rebus, quæ contra cordis palpitationem propinantur. Cum aqua Roſarum contritum, hincque fomentum compoſitum ac ventriculo inpoſitum, tollit ejus æſtum atque ardorem, ac præſertim in febribus ardentibus: Tenuis trunci cortex ac radicum ad medicinam etiam ſervatur, quamvis non niſi brevibus conſtans fragmentis acquiri poſſit: Ore manducatus dulcem præbet ſaporem, Sandalum ſpirantem; & contritus, cumque liquore quodam propinatus menſtrua provocat. Contritum lignum capiti totique faciei illinitum Cephalalgiam tollit, ex ardore ortam, faciemque præſervat a Solis uſtione.

Avicenna, Lib. de Viribus Cordis, *getuigt, dat het Sandel-hout het herte merkelyk verſterkt en verblyd, dierhalven bequamelyk gemengt werd onder die dingen, die men ingeeft tegens de kloppinge van 't hert: Van 't gevrevene, met Rooze-water, een overſlag gemaakt, en op de maage gelegt zynde, beneemt de verhitheid, en brant deſſelfs, inzonderheid in de heete koortzen: De dunne ſchorſſe van de ſtam en wortelen werd ook bewaart tot Medicyne, hoewel menze niet dan met korte ſtukjes kan afſnyden: In de mont gekaaut, valtze zoet van ſmaak, en na Sandel riekende: Gevreven, en met eenig nat ingenomen, bevordertze de Vrouwen haare tyd: Het gevrevene hout op het hooft en over het geheele aangezigte geſmeert, beneemt de hooftpyn, die van hitte voortkomt, en bewaart het aangezigte voor de Zonne-brant.*

In Celebe ad ſinus *Cajeeli* alia Sandali ſpecies occurrit, quæ *Tsjendana Ackar*, h. e. *Sandalum radicis* vocatur, quum lignum arboris illius non uſurpetur, ſed tantum ejus radices, quæ odoratæ ſunt, Sandalumque ſpirant, lignum autem colore & odore cum vulgari Sandalo convenit, ſed odor ejus eſt fortior: Creſcit quoque in ſinu *Tominenſi* circa pagum *Parigi*, plurimumque adhibetur rapſatum, quo cadavera in Sandapilis conſpergunt, quem in finem vulgare album quoque uſurpatur. Macaſſerenſes enim omne Sandalum ita mortuis dedicant, ut nullis aliis lignis, quæ in quotidianum adhibent uſum, apponant; ita quoque abhorrent, & averſantur Sandali odorem, ut illum percipere nolint niſi apud demortuos, vel ad ſepulturas, uti noſtra natio *Benzoin* illos in uſus advocat. Iſtius Sandali ſpeciei quædam mihi ex Macaſſara transmiſſa fuere ſegmenta, quæ pro vero habui Sandalo, quum eundem ſpirabant odorem, coloremque habebant Sandali pallidi, ſique cæderentur, ramenta eorum inſtar vitri diſſiliebant minuta, ita ut nullum obſervare poſſem diſcrimen inter hoc atque radicem veri Sandali.

Op Celebes in de bogten van Cajeeli *heeft men nog een andere zoorte van Sandel-hout, 't welk men* Tsjendana Ackar, *dat is* Sandalum Radicis, *noemt, om dat het hout van dien boom niet gebruikt werd, maar wel de wortelen, die welriekende zyn, en na den Sandel trekkende, zynde het hout van coleur en reuk den gemeenen Sandel zeer gelyk, doch wat ſterker van reuk: Het waſt ook in de bogt van* Tomini *by de Negory* Parigi, *en werd meeſt gebruikt, geraſpt zynde, om daar mede de doode lichaamen in de kiſten te beſtroyen, waar toe ook het gemeene wit Sandel-hout gebruikt word: Want de Macaſſaren eigenen al het Sandel de dooden zodanig toe, datze het zelve by geen andere houten, dieze dagelyks gebruiken, zullen leggen: Zy zyn ook afkeerig en ſchrikachtig voor den Sandel-reuk, datze denzelveu niet willen lyden, dan by dooden, of begraaffeniſſen, gelyk onze Natie met de* Benjoin *doet. Van de voornoemde zoort van Sandel zyn my eenige ſtukken van Macaſſar toegezonden, en die ik voor regt Sandel hebbe aangezien: want zy waren van den zelfſten reuk en verwe, als bleek Sandel, in 't kappen ſprong het zo kort af als glas, zo dat ik geen onderſcheit konde vinden tuſſchen het zelve en de wortel van den regten Sandel-boom.*

Notandum quoque eſt & attendendum, plurima odorata ligna a ſcriptoribus denotari Sandali denominatione, uti inter alios *O. Dapperus* in Africæ deſcriptione dicit, in regno *Anſiko*, quæ media eſt Africæ regio, binas inveniri magna copia Sandali ſpecies, rubrum nempe, ibi *Tawille*, & album *Zikongo* vocatum, hocque tanquam optimum in pulverem contuſum & cum oleo Palmæ mixtum ab incolis adhibetur ad corpora ſua inungenda ad ſanitatem conſervandam.

Ook moet men weten, en daar op verdacht wezen, dat veele welriekende houten by de Schryvers bekend ſtaan, met de naam vvn Sandel-hout, gelyk onder andere ook O. Dapper, *in zyn beſchryving van Africa zegt, dat men in 't Koninkryk* Anſiko *(een Middellandſchap van Africa) een meenigte van tweederlei Sandel-hout heeft, te weten; root, daar te Lande,* Tawille, *en wit* Zikongo *genaamt, met welk laatſte (als 't beſte) tot ſtof geſtoten, en met olie de* Palma *gemengt, de Inwoonders hun lichaamen ſmeeren tot behoudeniſſe van hun gezondheid.*

Ad præcedentium explicationem ſubjungam quædam, quæ Archithalaſſa *Cornelius Speelman* in Celebes deſcriptione notavit ſequenti modo:

Tot verklaringe van het naaſt voorgaande, zal ik hier byvoegen het geen de E. Heer Admiraal Cornelis Speelman *in zyne Land-beſchryving van Celebes ter nedergeſtelt heeft, luidende als volgt:*

Elegans ac grave hic præterea occurrit Sandalum in regione nempe Keyely: Parvum eſt odoris expers, grave autem fortius ſpirat quam Timorenſe, nondum inde tranſportatum eſt, ſed inveniri certum eſt, Incolæ cædere recuſarunt præ timore, ipſis in Regis favorem fore noxium atque adverſum, unde quum rex quidquam Sandali peteret, ipſi donabant leve atque inodorum Sandalum, ut inturbatos illos ſineret. Factum tamen aliquando fuit, ut privato quid vendiderint bonæ notæ,

Daar en boven valt hier ſchoon ſwaar Sandel-hout in dat Landſchap, te weten Keyely. Het kleene is reukeloos, het ſwaare weder ruim zo krachtig als het Timoreeſe, maar 't iſſer niet van daan getrokken tot nog toe, maar 't iſſer, dat ſtaat vaſt. De Inwoonders hebben 't gedeclineert te hakken, uit vreeze, dat het haar in faveur van den Koning tot beſwaarniſſe zoude ſtrekken. Daarom als nu en dan de Koningen wat vorderden, gavenze licht en reukeloos goet, zulx zy verders daar van ongemoeyt bleven.



Santalum album. L.

notæ, indicio, cupidos esse ejus exercendi mercaturam, quod ulterius confirmatur experientia Chinensis Medicinæ Doctoris *Entje Sabban*, soceri *Intje Soulangh*, qui ambo habitant in regno Regis Ternatensium, quibus ob curas institutas in domo Regis Macasserensis licitum fuit ante aliquot annos iter ad illum instituere, quum Sandali sarcinas quasdam inde deduxerunt, inque Macassera vendiderunt, ibi quoque non deficiet copia vel melior ejus species, quam tum temporis accipiebat, si sciant hi homines, illud cum lucro vendi posse, nec illis fore gravamini: natio autem hæc est maligna, cædis avida, ac plurimi sunt gentiles.

ven. 't Is egter wel gebeurt, datze nu en dan aan particuliere wel wat verkogt hebben dat goet was, dienende tot blyk, datze niet ongenegen zyn daar in te handelen, 't gunt nader bevestigt werd door de bevinding van den Sineezen Doctor Entje Sabban, *Schoon-vader van* Intje Soulang, *beide woonagtig in 't quartier van den Koning van Ternaten, denwelken over gedaane genezing in den huize des Konings van Macasser, eenige jaren geleden vergunt is geweest, een reys derwaarts te doen, wanneer hy eenige baaren daar van daan medebragt, en hier op Macassar tegens 60. Maas de Baar verkogt, 't zal 'er ook aan meenigte of beter zoorte niet mankeeren, als hy doen kreeg, zo de lieden maar weten, dat het tot voordeel en geen beswaarnis kan dienen, maar dit Volk is quaadaardig, moordadig, en meest Heidenen.*

OBSERVATIO.

Sandalum album & *citrinum* ex una eademque arbore colligi & produci testatur quoque *Samuel Dale in Pharmac. p.* 355. ubi dicit, Corticalis arboris pars *Santalum album* dicitur, medullaris vero *Citrinum.* &c. & *Valent.* in *histor. simpl. reformata p.* 186. scribit: *Album Citrinumque Sandalum* ab uno arboris caudice proficiscuntur, quæ in India Orientali *Sarcanda* vocatur, & in Timora insula totas replet silvas, diciturque Fraxino similis, & fructus proferre instar Cerasorum rubros primum, dein per maturitatem nigros, insipidos tamen inutilesque, quæque exteriore sua parte sub cortice album in medio citrinum lignum habet &c. vide porro *Pomet. histor.* de *Drogues. Livre* III. *chap.* 3. *pag.* 107 & 108. ac *Valent. Indiæ litter. epist.* 2. *p.* 386 ut & *Ray hist. plant. p.* 1804. *Park. Theatr. p.* 1604. *Chabr.* 36. *Jonst. dendr. p.* 455. & *J. Bauh. tom.* 1. *p.* 486. *C. B. Pin. p.* 392. & *Histor. gener. Lugd. lib.* XVIII. *cap.* XI. *p.* 1768. &c. a *Breyn.* in *Prodr.* 2. *pag.* 99. *novæ edit.* vocatur SANTALUM verum ligno citrino & albo, foliis Laurinis, cujus Figuram vide *Tab.* V. *Fig.* 1. & *pag.* 19 descript. & in *Ray tom.* 3. *append. pag.* 68. & *Herm. Mat. med. pag.* 85. *cap.* 3. *part.* 1. &c.

AANMERKINGE.

Dat het *wit* en *geel Sandel-hout* uit een en dezelfde boom vergadert wert, getuigt ook *Samuel Dale* in zyn *Pharmac. p.* 353. alwaar hy zegt, het gedeelte van de bast wert het *witte*, dog het mergagtige het *geele* genaamt. en *Valentyn* in zyn *Historia simpl. reformat. p.* 186. schryft, het witte en geele Sandel-hout komt uit een en dezelfde stronk van een boom, die in Oost-Indien *Sarcanda* genaamt wert, en op het Eilandt Timora geheele bosschen beslaat, en gezegt wert aan den Essche-boom gelyk te zyn, en vruchten te draagen als Karssen, eerst wit, daarna door rypheit swart, dog onsmakelyk, en van geen gebruik, welke boom in zyn uitwendig gedeelte onder de schorse het witte, dog in 't midden het geele Sandel-hout geeft &c. verders zie *Pomet histoire* de *Drogues. livre* III. *chap.* 3. *pag.* 107 en 108. en *Valent. India litterat. tweede brief pag.* 386. als mede *Ray histor. plant. p.* 1804. *Parkins. Theatr. p.* 1604. *Chabr.* 36. *Jonst. dendr. p.* 455. en *J. Bauh. tom.* 1. *pag.* 486. en *C. B. Pin. p.* 392. en *Histor. gener. Lugd.* XVIII. *boek. cap.* XI. *pag.* 1768. &c. van *Breynius* in de 2*de Prodr. pag.* 99. van de nieuwe druk wert ze genaamt *Santalum verum ligno citrino & albo, foliis Laurinis*, waar van de *Figuur* ziet *Tab.* V. *Fig.* 1. en *pag.* 19. de beschryving, als mede in *Ray tom.* 7. *append. pag.* 68. en *Herman. Mater. med. pag.* 85. *cap.* 3. *part.* 1. &c.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Sandalum rubrum. Tsjendana Djingi.

NOminis similitudo cum antecedente requirit, ut jam etiam agamus de Sandalo rubro, ac potissimum, quum ab antiquis temporibus & etiamnum plurima Europæ pars in eo versetur errore, quod album, citrinum, & rubrum Sandalum ex similibus proveniant arboribus, & in una eademque crescant regione: Cujus tamen contrarium fuit compertum a ducentis circiter abhinc annis, quum Europæi navigationibus Indias peragrarunt, mihi tamen extra potestatem est aliquid certi de Sandalo rubro describere, quum hæc arbor longe extra territorium disquisitionis meæ crescat, prætereaque tot mihi obvenere rubra ligna, quæ pro Sandalo rubro habentur, ejusque adeo differentes relatæ sunt narrationes, ut in hac remota ora vix aliquid certi concludere possim. Subjungam itaque hic postea verosimiles maxime de eo relationes, illarum verificationem relinquens illis, qui mecum has communicarunt, ulterioremque disquisitionem talibus, qui meliorem hujus nacti fuere occasionem. In antecessum itaque rejicio illorum opinionem, qui sustinent cuncta talia rubra ligna, præsertim in Orientali India crescentia, ad unum Sandali rubri genus esse redigenda, uti tales omnes quoque succos rubros inspissatos pro sanguine Draconis habent; De quibus opinionibus semper putavi chaos oriri, anfamque præbere magnorum errorum, uti de ancilla quadam legitur, quæ Domino suo in cibo exhibuerat Cicutam pro vero Chærepholio. Necesse itaque duco cuique speciei suum tribui nomen, hocque describi, & ne species inutiliter multiplicentur, annotari facile potest, qua in parte una cum altera conveniat, quique affinitatis characteres sint observandi.

Ut

XVII. HOOFDSTUK.

Roodt Sandel-hout.

Pterocarpus santalinus. Willd.

DE *gelykheid des naams met het voorgaande, zoude wel vereisschen, dat wy nu ook spraaken van het roode Sandel, te meer, dewyl men van ouds, en by 't meestedeel van Europa nog in dat misverstant is, dat geel, wit, en root, eenderlei slag van boomen zyn, en op een en 't zelve Land groeyen: Doch waar van men egter het tegendeel ervaren heeft, te weten, t'zedert* 200. *jaren herwaarts, dat de Europianen met haare Scheepvaarten Indiën bevaren hebben, doch voor my valt het onmogelyk, iets zeekers van het roode Sandel te beschryven, dewyl dien boom groeit verre buiten het district van myn onderzoek, en daar en boven zyn my zo veelderhande roode houten voorgekomen, die men aanziet voor roode Sandel, en daar van zodanige verschillende verhaalen gedaan, dat ik aan dezen afgelegen Oort my zeer qualyk daar door kan redden. Ik zal dierhalven alhier vervolgens, of na malkander opstellen, eenige van de waarschynlykste der gemelde verhalen, de verantwoordinge daar van latende aan de gene, dieze my gegeven hebben, en het nader onderzoek aan de zodanige, die beter gelegentheid daar toe hebben. En voor af verwerp ik dan de meeninge der gener, dewelke sustineeren, dat men alle diergelyke roode houten, inzonderheid in Oost-Indiën groeyende, onder een geslagt van root-Sandel behoorde te brengen, gelyk zy luiden ook alle roode en ingedroogde zappen voor Draaken-bloed houden; van welke stellingen ik altyd in dat gevoelen ben geweest, datze verwerringen maaken, en oorzaak geven van groote abuizen, gelyk men leest van een Dienst-meid, dewelke haren meester in de kost dolle kervel, in plaats van regte kervel, te eeten gaf. Ik achte dierhalven nodig, dat men een yder zoorte met haare byzondere naam beschryft, en egter, om de species of geslagten niet onnodig te vermenigvuldigen, kan men daar by wel aanwyzen, waar in het eene met het ander overeenkomt, en wat voor kenteekenen van maagschap daar aan zyn.*

Om

Ut omnia itaque rubra ligna, quæ mihi pro Sandalo fuere obtruſa, ordine recenſeam, primum excludo rubrum *Lingoo-lignum* hiſce in orientalibus regionibus vulgatiſſimum, quodque puto nullam cum Sandalo rubro habere convenientiam, excepto tantum colore; uti & ubivis notum lignum *Sapan* dictum, reliqua, quæ pro Sandalo rubro habentur, in tres divido ſpecies, uti primo Sandalum rubrum uſuale, ſeu vulgare Sandalum rubrum, quod pro Pharmacopæis in Europam transfertur, atque vetuſtiſſimo tempore notum eſt; ſecundum eſt Malaicenſe, quod a vulgaribus incolis pro Sandalo habetur; Tertium eſt Portugallicum, quod cariſſimum & rariſſimum eſt.

De primo vulgari ſeu Uſuali Sandalo rubro nil certius proferre poſſum, quam quod mecum communicavit peritiſſimus Botanicus *D. Herbertus de Jager*, qui teſtis fuit ocularis illorum; quæ mihi retulit, qui ipſe illas peragravit regiones, in quibus illud creſcit; quique adfirmat, omne vulgare Sandalum rubrum noſtræ nationi notum, ac continuo in Europam delatum ex una eademque provenire arbore, ex qua lignum Caliatour dictum habetur; quod lignum eſt duriſſimum, ſolidum, & obſcure rubens, quod hodie magna copia in borealibus partibus oræ Cormandelenſis conquiri poteſt, ex quo varia ſupellectilis genera, uti ſcamna, ſedes &c. eleganter fabricantur; quamvis non omnes hujus ligni arbores verum præbeant Sandalum, ſed vetuſtæ tantum illarum, hocque demonſtrat potiſſimum in litteris anno 1689 ad me datis, quarum textus ſubſequitur.

Vulgare Sandalum rubrum, quod in re Medica adhibetur, atque ubique in Pharmacopæis Perſiæ, Arabiæ, Turciæ, & Europæ proſtat; de hoc dico unum idemque eſſe cum ligno Caliatour dicto, nec ab hoc differre, quodque pro Sandalo diſtrahitur, quum ſit vetuſtum, uti plurimæ Indiæ arbores odoratum producentes lignum, ultimis ſuis annis penetrantiſſimi ſunt odoris & efficaciſſimæ virtutis, quod & in Sandalo citrino itidem obſervatur. Illud autem verum eſſe Uſuale rubrum Sandalum, nomen declarat, uti *Brahmanes* aliique oræ Cormandelenſis gentiles, qui arborum iſtius regionis ſunt gnari, uno teſtantur ore atque conſentiunt; qui lignum hoc Caliatour lingua Santskrietenſi *Rakta-Tsjandanam*, h. e. Sandalum ſanguineum vel rubrum, & in lingua *Decana*, quæ ordinaria Indiæ lingua eſt, ſed decanico flexu *Reket-Tsjandan* eadem ſignificatione vocant: Hos autem fidem mereri oportet in denominatione & notitia ſimplicium, quæ ipſa illorum terra ſubminiſtrat, quæque tot populis inſerviunt. Nomen porro *Tsjendan*, ab Arabibus in *Tsjandal* converſum, ab ipſis proprie ſuam habet derivationem, ſimulque cum ipſo ligno per Indiæ frequentationem, & inde primum in *Perſiam*, *Basram*, *Arabiam* transfertur, ſicque primum in iſtis regionibus, ac dein quoque in Europa ad uſum medicum aliaque fuit adhibitum. Hujus autem nullum notitiæ veſtigium reliquerunt veteres. Cauſſa vero, ob quam inter Sandalum hoc lignum numerant, eſt, quum hoc ipſum, præſertim ſi ſit vetuſtum, ſiccumque contritum, donec incaleſcat, Sandali odorem de ſe ſpargat, qui fortior eſt, ſi eo tempore lamella ejus tenuis abſcindatur, ipſoque momento illud ſubodoretur lignum. Si vero hæc arbor recens cædatur, eo tempore, ſenſibilem admodum ſpirat Sandali odorem, quoque arbor ſit vetuſtior, eo odor eſt penetrantior, qui tamen non diu perdurat: Quumque hujus ligni odor eſt adeo debilis, & cito evaneſcens, hinc apud gentiles illud non eſt in tanta æſtimatione ac Sandalum citrinum, hincque pro vili acquirendum pretio, uti & hoc ob illam rationem nunquam, vel ſaltem rariſſime, ad corporis inunctionem, quam tantum ob gratum inſtituunt odorem, ob quem & aliud potiſſimum adhibetur, uſurpant, hincque huic rubro ligno ob debilem præſertim odoris virtutem nomen tribuunt *Koe Tsjandanam*, quod in Doctorum Brachmanenſium lingua vile Sandalum denotat. Hæcque cauſſa *Matthiolum* in illam induxit ſententiam, Sandalum rubrum odoris penitus eſſe expers, ſique hic in ligno perciperetur, per participationem ipſi acceſſiſſe ab albo vel citrino Sandalo, cui appoſitum forte fuit. Paulo

Om nu alle de roode houten, die my voor Sandel in de hand geſtooken zyn, ordentelyk te verhandelen, zo ſluit ik voor eerſt daar buiten het roode Lingoo-hout, *in deze Ooſterſche Quartieren zeer gemeen, en het welk ik oordeel geen gemeenſchap met eenig root-Sandel te hebben, behalven alleen de coleur; als mede het bekende* SAPAN-*hout; de andere, die men voor root-Sandelhout, verdeel ik in drie zoorten, als: Eerſtelyk* Sandalum Rubrum Uſuale, *of het gemeene roode Sandel-hout, 't welk men voor de Apotheken na Europa vervoert, en wel het oudſte in kennis is: Ten tweede het Maleydze, 't welk onder de gemeene Inlanders daar voor gehouden werd: En ten derden het Portugeeſſe, het welk het dierſte en zeldzaamſte is.*

Van het eerſte gemeene of Uſuale *roode-Sandel weet ik niet zeekerders voort te brengen, dan het gene my medegedeelt is door den ervaren* Botanicus, *de Heer* Herbert de Jager, *zynde een oog-getuigen geweeſt van het geene hy daar van voorgeeft, als hebbende perzoonelyk de Landen doorreiſt, daar het groeit: en houd dezen Heer ſtaande, dat al het gemeene roode-Sandel by onze Natie bekend, en van tyd tot tyd na Europa gebragt, van een en dezelve boom komt, waar van men het zo genoemde Kaliatours-hout heeft; een zeer hart, maſſyf, en donker-root-hout zynde, 't welk men hedensdaags met groote meenigte in de noorder deelen van de kuſt Coromandel bekomen kan; en waar van ook veelderlei ſchoon huisraat van ſtoelen, en banken word gemaakt: Hoewel niet alle de boomen van dat hout het opregte Sandel uitleveren, maar alleen de oude boomen, en zulks bewyſt hy in een brief, Ao: 1689. aan my geſchreven, waar in de woorden aldus luiden:*

Het gemeene roode-Sandel-hout, dat in de Medicyne gebruikt werd, en overal in de Apotheeken *van* Perſie, Arabien, Turkyen, *en* Europa *gevonden werd, daar van zeg ik nogmaals, dat het zelve met het Kaliatours-hout een is, en daar van niet en verſchilt, werdende di dan eerſt voor Sandel-hout gezogt, wanneer het oud is, gelyk de meeſte boomen van Indiën die een welriekend hout hebben, op haare laatſte jaren alderkrachtigſt van reuk en effect zyn, zodanig als van het geele-Sandel-hout ook kenbaar is: En dat het zelve nu het regte* Uſuale *roode-Sandel-hout is, wyſt de naam aan, gelyk de* Brahmanes, *en andere Heidenen van de kuſt Cormandel (die in de gewaſſen van dat Land ervaren zyn) hier in overeenkomen, die dit Kaliatours-hout in het* Santskriers, Rakta-Tsjandanam, *dat is bloet-Sandel, of root-Sandel, en in het Decanys, dat is in de ordinariſſe Indiſche taal van* Decan, *by de draaying van die hooft ſpraak,* Reket-Tsjandan, *in dezelve beteekenis, noemen: Moetende zy immers geloof verdienen in de benaminge, en kenniſſe van de drooge, die haar Land zelve opgeeft, en waar van zig zo menigvuldige dienen; te meer de naam van* Tsjendan, *door de* Arabiers *in* Tſandal *verandert, van haar eigentlyk afvloeit, en te zamen met dat hout, door de ommegang van India, van daar eerſt in* Perſia, Baſra, *en* Arabien *overgebragt, en aldus in die Landen doen, en daar na ook in Europa in het gebruik van de Medicyne, als anders, geraakt is: waar van de ouden ons geen het minſte teeken van kennis nagelaten hebben. De oorzaak nu, waarom zy het zelve onder het Sandel-hout reekenen, is om dat het zelve voornamentlyk, wanneer het oud is, droog gevreeven zynde, tot zo lange het werm werd, dan een Sandel-reuk van zig uitgeeft, die nog ſterker is, wanneer men op die tyd een fyn dun ſpaantjen daar afſnyd, en dan op dat ogenblik aan dat hout riekt. Dog wanneerze die boom omkappen, zo geeftze op die tyd een zeer doordringende Sandelreuk van zig, hoe meerder van jaren, hoe krachtiger; dieze egter niet lang behoud: En om dat de reuk van dit hout zo ſwak en flaauw is, zo en is het zelve by de Heidenen ook nergens na in zo groote agting, als het geele-Sandel-hout, en aldus mede voor een geringe prys te bekomen, gelyk zy het zelve ook om die reeden nooit, of ten minſten zeer zelden, tot de beſtrykinge van het lichaam, alleen om de lieflyke reuk wille, gelyk als meeſt altoos het ander, gebruiken, en daarom mede aan dat roode-hout, om haare zo ſwakke kracht van reuk, de naam van* Koe Tsjandanam, *gegeven hebben, dat in de geleerde* Brachmaniſe *taal ſlegte Sandel betekent; hebbende deze oorzaak ook* Matthiolum *in die meening gebragt, dat het roode-Sandel-hout in zig zelfs geen reuk zoude hebben, en by aldien men het zelfde daar aan al bevond, dat die by mededeeling aan het zelfde zoude toegekomen wezen, van het witte of geele-Sandel-hout, daar het by gelegen zoude gehad hebben.* Een

Paulo autem ulterius addit D. *de Jager*, lignum hoc apud omnes Tsjolias seu Oræ Cormandelensis Æthiopes, ibique natos, ubi Caliatour-lignum ipsum crescit, ut & apud omnes eorum descendentes, ipsisque affines, atque hic apud Malaicenses, aliosque generali nomine *Chadja* optime esse notum.

Ita ut mihi, (pergit ille porro,) omnes assentiant illi, quos ego & alii hac de re interrogavimus, unoque ore testentur, Caliatourense lignum ipsissimum ex Sandali rubri arbore provenire, nec ullum aliud præter hoc demonstrare possunt; Quibus itaque tanquam sagacibus & subtilibus mercatoribus, omnium simplicium generum peritis, testibusque rei in ipsorum Patria adeo vulgaris fides deneganda non est, præsertim quum ipsis inde nullum redundet commodum vel lucrum. Simili quoque modo *Garzias ab Horto libr. primo aromat. cap.* 17. distinctis indicat terminis, Sandali rubri arborem in Cormandelæ ora crescere, & sicuti nullum aliud lignum rubrum nisi Caliatourense, quod Sandali odorem etiam spirat, ibi invenitur, quodque sub nomine Sandali rubri ibi apud Herbaristas occurrit, qua in & ego are rei medicæ istius regionis expertis quoque certior sum factus: sic itidem evidens est, cor arboris Caliatourensis unum idemque esse cum Sandali rubri ligno.

Ulterius porro scribit Dom. *de Jager* sequentem in modum:

Caliatourense lignum, quod solidum, durum, & satis grave est, plurimum ad tinctoriam adhibetur artem, ex hoc quoque scamna, sedes, aliaque fabricantur, ac parva ejus pars in medicina usurpatur, quæque in hunc ultimum desideratur finem, neutiquam magnam exhibet quantitatem respectu amplitudinis & latitudinis regionum, ex quibus per totum orbem hunc in usum distrahitur, in quem plerumque illud eligunt, quod vetustius est, & intensum atque obscure rubentem habet colorem, unde & fortius Sandalum spirat, quam vulgare Caliatourense lignum, qui odor frictione, ut supra indicatum est, tantum percipitur: *Armeniique* hoc utuntur in *Syraaza* & *Spahana* ad destillationem spiritus vini, cui elegantissimum dat intense rubentem colorem & tincturam, quamvis sapor ejus mihi non multum placet.

Hæc est Sylloge illorum, quæ Dom. *de Jager* mecum communicavit de Sandalo rubro, quibus lubenter assentio, in quantum respiciant ad Usuale seu vulgare Sandalum rubrum, ac præsertim illud, quod in Europam transfertur: Semper autem in ea fui sententia, a qua non facile decederem, Arabes, a quibus in Europa nobis prima redundavit istius rubri ligni notitia, illud deduxisse ex regionibus ad Africæ Orientales oras sitis, seu insulis ante ipsas positis, uti ex *Lanzybara*, *Madagascara* &c., quas regiones mercatores Arabes ab antiquis jam temporibus frequentaverunt, quamvis potuisset fieri, illud ipsis temporibus ex India quoque fuisse translatum, in hanc veni sententiam, quum non tantum in diversis variæ nationis itinerariis legerim, ista loca gaudere totis Sandali rubri silvis, sed multo magis, quum ab omnibus harum Orientalium regionum incolis, cum quibus versatus fui, Sandalum rubrum audivi denominari *Tsjendana Djingi*, quod Æthiopum Sandalum denotat. Notum enim est *Zingi* & *Zangi*, vel uti nostri Malaicenses illud pronunciant, *Djingi* origine sua tam apud Hebræos quam Arabes denotare Æthiopem crinibus circinnatis ornatum, ac præsertim talem, qui Africæ oram Orientalem inhabitat, quæ regio in hunc usque diem *Sanguebaer* vocatur, in qua *Ptolomæus* quoque *Promontorium Zingis* ponit. Concedo quidem D. *de Jager* in quadam Indostanorum lingua idem quoque nomen significare nigrum, ex quo is dicit *nigros Myrobalonos Zengi Hararab* dici, sed neminem audivi Sandalum rubrum cognominasse nigrum. Nec consequens est Malaicenses, Javanos, aliosve Indicos mercatores navigiis suis Africanas petiisse insulas, ut inde lignum simulque nomen reportarent: hoc autem nomen sive commercio, sive alio quodam casu accipere potuerunt, quod hallucinari nequeo, attamen credere

volo

Een weinig verder getuigt by Heer de Jager, *dat het by alle de* Tsjolias, *of Kust-Mooren, alle in het Land van Cormandel, daar het Kaliatours-hout zelfs groeit, gebooren, of daar van afkomstig, en ook derwaarts geweest zynde, als mede alhier onder de Maleyers en andere, met de generale naam van* Chadja *best is bekent.*

Zoo dat ik haar (zegt zyn E.) mede op myn zyde heb, die alle, zo veel ik, en ook andere, haar daar na gevraagt hebben, eendragtelyk het Kaliatour-hout voor dat van den Sandel-boom erkennen, en gene andere buiten dat kunnen aantoonen; aan dewelke men immers, als doorsleepe Negotianten en Koopluiden, in alle soorten van waaren wel ervaaren, en als getuigen van een drooge, die in haar Land zo gemeen is, en waar by zy geen het minste intrest of belang hebben, ten vollen geloof moet verdienen. Insgelyks Garzias ab Horto, Lib. I. Aromat. Cap. 17. *schryft in zeer klaare termen, dat de roode Sandel-boom op de kust van Cormandel wast, en gelyk geen ander root-hout, als het Kaliatoursche, dat een Sandel-reuk heeft, aldaar te vinden is, en het aldaar onder de naam van root-Sandel, by de* Herbaristen *bekend is, zodanig als ik, by de ervarene van dat Land in kennisse van de Medicynalen, ten vollen verzeekert heb; zo is mede zonne klaar, dat het hert van den Kaliatour-boom even het zelfde met het roode-Sandel-hout zy.*

En nog verder schryft by Heer de Jager *aldus:*

Het Kaliatours-hout, dat vry vast, massyf, en tamelyk swaar is, werd meest tot het verwen gebezigt, ook tot banken, zetels, en stoelen verarbeid, midsgaders een klein gedeelte daar van in de Medicyne gebruikt, makende al het geen, dat tot dit laatste, de geheele werelt door gedistraheert werd, in proportie van die zo groote, uitgestrektheit dier Landen, gants geene groote meenigte uit, kiezende daar toe van dit hout gemeenlyk het geen dat ouder, hooger, en donkerder-root van coleur, en dienvolgens ook sterker van Sandel-reuk, als het ordinaris Kaliatours-hout is, die men by het vryven, in maniere als boven, eerst regt gewaar werd: bedienende de Armeniers *tot* Sjiraaz *en* Spahan *zig daar van meest in haar disteleeren van Brandewyn, waar aan het zelve een zeer schoone hoogroode coleur komt te geven; hoewel de smaak my niet zeer aanstaat.*

Dit is in't kort by malkander getrokken, het gene de E. Heer de Jager *my van het roode-Sandel medegedeelt heeft, waar mede ik my gaarne conformere, zo veel het gemeene en* Usuale *Sandel aangaat, en inzonderheid het gene men na Europa voert: doch ben ik altyd van gevoelen geweest, en als nog beswaarlyk daar af te brengen, dat de Arabiers, van dewelke wy in Europa de eerste kennisse van dat roode-hout gekregen hebben, het zelve oorspronkelyk gehaalt hebben uit de Landen geleegen aan de Oost-kusten van Africa, ofte de Eilanden daar voor geleegen, als* Lanzybar, Madagascar, *&c. welke Landen de Arabische Koopluiden al van oude tyden bezogt hebben, hoewel het zyn kan, dat het zelfs in die oude tyden mede uit India gebragt is, hier toe werd ik bewoogen, niet alleen, om dat ik in verscheide Reis-boeken van verscheide Natien gelezen heb, dat de voornoemde plaatzen geheele bosschen van root-Sandel hebben, maar nog veel meer, om dat ik by alle de Inlanders dezer Oostersche quartieren, waar mede ik omgegaan hebbe, het roode-Sandel heb hooren noemen* Tsjendana Djingi, *'t welk immers Moors* Ethiops *Sandel wil zeggen: Want het is bekend, dat* Zingi, *en* Zangi, *oorspronkelyk zo in het Hebreeuws, als* Arabies *een krul-haairigen Moor of* Ethiopier *beduit, inzonderheid die de Oost-kust van Africa bewoonen, welke Land-streek tot heden toe* Sanguebaar *genaamt werd, en alwaar* Ptolomæus *ook het* Promontorium Zingis *stelt: Ik sta den E.* de Jager *wel toe, dat in eene van de Indostaansche taal het zelve woord ook swart beduit, waar van zyn E. zegt de swarte* Myrobalanen Zengi Hararah *genaamt te zyn, maar ik heb nog niemant gehoord, die het roode-Sandel den toenaam van swart geeft; het volgt ook juist niet dat onze Maleyers, Javanen, of andere Indiaansche Koopluiden met haare vaartuigen in de Africaansche Eilanden moeten geweest zyn, om dat hout en dien naam, of door Commercie of door eenig ander ge-*

val

volo, quæ D. *de Jager* in iſtis indicat litteris de Javanorum magna navigatione ab antiquis jam temporibus in ipſas Africæ regiones. Sic quoque D. *de Jager* demonſtrat, quam diu homo vivit, addiſcendum ſibi aliquid eſſe, in iſtis enim litteris ipſe fatetur, ſeſe in ultimo ſuo itinere cum honorifica legatione anno 1684 in Perſiam inſtituto, propria edoctum fuiſſe experientia, quod meæ reſpondet dictioni, cujus lectori ipſa ſua ſubminiſtrabo ſubſequentia verba.

Uti autem India cum ſuis inſulis maxima ex parte easdem producit plantas, quas Africæ ora Orientalis uti Madagaſcar &c., ſic & mihi (uti meæ litteræ ipſi datæ hoc demonſtrabunt) a vero non alienum videtur, Sandali rubri arborem in Africa & circa eam creſcere & reperiri, uti illud ab aliquo tempore ex illis etiam deductum fuit oris, quum cognoverim ultima vice, cum in *Gamrona* eſſem, hiſce temporibus Sandalum rubrum plurimum ex Africæ oris tranſportari, ac ita porro in Arabiam, Perſiam, ac forte in ipſam quoque Zurattam ob facilem iſtius navigationis aditum, quam certis anni temporibus ultro citroque brevi abſolvunt, quodque inſuper pro parvo vendunt pretio: Forte & evenire poſſet, ſicuti ſolum aërque multum contribuat ad virtutem vel vitium cujusdam plantæ, ſic quoque hoc lignum ibi eſſe efficacius ac melius, quod tamen mihi nondum apparuit, quum inter unum alterumve nondum magnam obſervare potuerim differentiam.

Hiſce addo ex iisdem litteris locum Caliatour quondam dictum, hodie in ora Cormandelenſi hoc nomine non amplius eſſe notum, ſed tempore mutatum fuiſſe in *Krusjua-Patanam*, ſeu *Kisjua-Patan*, ita ut primi nominis memoria inter Europæos tantum conſervetur.

Sub Malaicenſi rubro Sandalo, quod juxta prædictam diviſionem ſecunda ſpecies eſt, diverſa intelligo fruſtula, quæ mihi per intervalla fuere demonſtrata, & ex intuitu a Caliatourenſi ligno differunt, quæ externe nigricantis quoque ſunt coloris ſeu obſcure rubentis, interne vero ſanguinei, per longitudinem tenuibus conſtantia fibris, pondere vero ligno Caliatourenſi cedentia: De hiſce autem nihil certi notare poſſum, quum ipſa inter ſeſe differant fruſtula, ac indigenæ de eorum ortu diverſo loquantur modo, uno tamen ore dicentes, non eſſe ex ligno Caliatourenſi. Nullum notabilem habent odorem, excepto quod carbonibus ignitis inpoſita parum dent odoris Allii toſti, acrique fumo oculos vellicent, e contra lignum Caliatourenſe ſemper comperi jucundum ſpirare odorem: Quidam indigenæ hæc ex *Siama* peti affirmant, alii ex *Cambodja*, & alii iterum ex *Ternaſſeri* ad *Malaccæ* partem borealem ſita, & inperio regis Siamæ ſubjecta: D. autem *de Jager* dicit in ultimum locum illa deferri ex Cormandelenſi ora, ac porro per totam Siamam deduci, atque æque ac lignum Caliatourenſe uſurpari ad ſuppellectilem aliaque ſupra memorata. Hæc autem relinquo iis, qui terras peragrant, nec aliquid certi vel demonſtrati ulterius de iis commemorant.

Erythroxylum monogynum Rxb.

Lignum præterea occurrit obſcure rubens, quod Sinenſes *Tsjidji*, *Tſidju*, & *Tsjudi* vocant, nusquam niſi in *Quantunga*, *Siama*, & *Cambodja* creſcens, quod multi pro ſpecie Sandali rubri habent, ex quo Sinenſes ſuos *Sompits*, h. e. fuſtes, quibus in menſa ad cibum capiendum utuntur, & caliculos, ex quibus potant, conficiunt. Huic ligno virtutem adſcribere volunt veneno, quod talibus caliculis infunditur, vires ſuas adimendi, ulteriore autem indagine compertum eſt diſcrimen inter *Tsjidji* & Sandalum rubrum, quod ex eorum relatu magnos exhibet ſtipites, quum *Tsjidji* ſit parvus, & incurvus truncus, ex quo nil niſi Arack-caliculi, vel tales fuſtes eſorii confici poſſunt: In illo autem Sandalo rubro, quod ex *Tsjampa* & *Cambodja* transfertur, & intenſum, ac magis rubentem habet colorem quam illud, quod ex Cormandela defertur, aliquando molle invenitur cor coloris obſcure fuſci, multos habens pectines, ac ſplendens inſtar *Sanguinis Draconis*, quod ſi manducetur vel radatur,

val gekreegen hebben, 't welk ik niet raaden kan, en egter wel gelooven wil, het gene voorſchreven de Jager *in de zelfde brief daar nederſtelt, van de groote vaart der Javanen, in oude tyden zelfs na de Africaanſche Landen. Zo bewyſt de Heer* de Jager *mede, dat een menſch zo lang hy leeft, leeren moet, want in de voornoemde brief bekend hy zelver, dat hy op zyn jongſte togt in een aanzienlyke Commiſſie, Ao.* 1684. *naar Perſien gedaan, door eigene ervaring bevonden heeft, het gene met myn zeggen overeenkomt, en waar van ik den Lezer de navolgende zyn eigene woorden mededeele.*

Doch gelyk India met zyne Eilanden zeer na, of ten minſten in 't gros, dezelve planten voortbrengt, als de Ooſt-kuſt van Africa, Madagaſcar, &c. alzo dat my (zo als myne brieven aan zyn E. zullen uitwyzen) het niet waarſchynelyk is, dat de roode-Sandel-boom mede wel in Africa en daar omtrent mogte gevonden werden, gelyk dezelve t'zedert daar ook uitgevonden is, hebbende ik nu op myn jongſte aanweezen in Gamron *mede vernomen, datze in deze tyden het roode-Sandel-hout nu meeſt van de Africaanſche kuſt haalen, en voorts zo in* Arabie, Perſie, *en miſſchien ook zelfs in* Soeratte *vervoeren, mits de gereetheid van die vaart, dieze op zyn mouſſon in zeer korte tyd gints en weder afleggen, behalven datze het zelve ook voor een civile prys afſtaan; zoudende het mede kunnen wezen, dat gelyk de gront en de lugt tot de deugt of ondeugt van een plant zeer veel toebrengt, aldus dit hout aldaar kragtiger, en beter voortquam, als wel in India, en in zyn Eilanden, 't geen my egter nog niet gebleeken is; kunnende ik voor als nog tuſſchen het een en 't ander niet veel onderſcheid maken.*

Hier voeg ik nog by uit den zelfden brief, dat de plaats Kaliatours hedensdaags op de kuſt Cormandel met die naam niet meer bekend, maar metter tyd verandert is in Krusjua-Patanam, *of* Kisjua-Patan, *blyvende de gedagte van de eerſte naam nu maar alleen onder de Europianen bewaart.*

Onder 't Maleytſe roode-Sandel, zynde volgens myne voornoemde afdelinge de tweede zoort, verſta ik dieverſe kleine ſtukjes, dewelke my van tyd tot tyd getoond zyn, en na oogenſchyn van het Kaliatours-hout verſchillen, zynde van buiten mede ſwartachtig of donker-root, van binnen bloet-root, in de lengte fyndraadeg, doch in ſwaarte het Kaliatours-hout wykende; dan hier van kan ik niet zeekers ſchryven, dewyl de ſtukjes onder malkander zelfs verſchillen, de Inlanders van hun oorſpronk verſcheidentlyk ſpreken, en nogtans eenparig ſtaande houden, dat het geen Kaliatours-hout zy. Zy hebben geen merkelyken reuk, behalven datze op glimmende koolen gelegt zynde, een weinig na gebraade Ajuin-ſchellen ruiken, met een ſcherpen rook in de oogen bytende, daar en tegen bevind' ik het Kaliatours-hout altyd lieflyker van reuk te zyn: zommige Inlanders willen dit uit Siam *haalen, andere uit* Cambodja; *en wederom andere uit* Ternaſſeri, *benoorden* Malacca *gelegen, en mede onder den Koning van* Siam *ſtaande, doch onzen Heer* de Jager *zegt, dat het op de laaſt genoemde plaats gebragt werd van de kuſt Cormandel, en voorts door geheel* Siam *vervoert, als mede, zo wel als het gemeene Kaliatours-hout, gebruikt tot huisraat, ende hier boven genoemde dingen, doch ik laate dit over aan die gene, die de Landen doorreizen, zonder verder iets ſtelligs of zekers daar van te ſchryven.*

Daar is nog een donker-root-hout, 't welk de Sineezen Tsjidji, Tſidju, *en* Tsjudi *noemen, nergens dan in* Quantung, Siam, *en* Cambodja *waſſende, 't welk veele voor een zoorte van root-Sandel aanzien, en waar van de Sineezen haare* Sompits, *dat is Eet-ſtokjes, en Drinkkopjes maken. Dit willenze mede de krachten toeſchryven van het venyn, dat men in zodanige kopjes doet, krachteloos te maken, maar by nader onderzoek bevind men een verſchil tuſſchen* Tsjidji *en het roode-Sandel, 't welk na haar zeggen in groote blokken valt, daar het* Tsjidji *een kleine kromme ſtam blyft, daar men niets dan Araks-kopjes, en eetſtokjes van maken kan. In dat roode Sandel-hout, 't welk uit* Tsjampa, *en* Cambodja *komt, en hooger-root van coleur is dan het Cormandelſche, vind men zomtyds een week hert, van coleur donker-bruin, met veel kammetjes, en blinkende als* Sanguis Draconis, *in 't kaauwen en ſchraapen week als waſch, op de tonge ſcherp bytende, en op koolen gelegt, riekende als het vetſte* Lingoo, *of nog wel zo lieflyk, en gants verſmel.*

tur, inſtar ceræ molle eſt, linguam acriter vellicans, ac carbonibus inpoſitum odorem ſpirans pinguiſſimi ligni *Lingoo*, ſed multo jucundiorem, totumque deliqueſcit; Adeo molle eſt hoc lignum, ut plurimis in partibus ungue digiti introtrudi poſſit, in quibusdam vero durius eſt, in quo convenit cum vero *Kilamo* ſeu *Agallocho primario:* Magni habetur pretii & æſtimationis, inque vetuſtis truncis rariſſime occurrit, in Cormandelenſi autem nunquam, ſique manibus fricetur ſeu ſiccum ſeu aqua mixtum, manus rubro inficit colore.

Quod *Portugallicum* ſeu rubrum *Timorenſe* Sandalum attinet, quod juxta diviſionem meam tertia eſt ſpecies, hujus nunquam certam acquirere potui relationem, atque ex diverſis fruſtulis, quæ ex Batavia a variis accepi amicis, non ſum certus, unum ſubeſſe, quod ex Timora venit. Indigenæ Timorenſes hic habitantes uno negant ore, rubrum aliquod lignum Sandalo rubro æmulum in ſua inveniri patria, excepto rubro ligno *Lingoo* dicto, nihilominus tamen a fide dignis hominibus accepi, Portugallos rarum ac pretioſum poſſidere lignum, quod pro Sandalo rubro habent, ac notabiliter differt a vero ligno Caliatourenſi, quod ipſis non eſt ignotum, hocque ex eorum relatu in magna inſula Timora creſceret, alii autem putant, apud Portugallos in Timora habitantes conquiri poſſe, licet in ipſa Timora non proveniret, ſed illud ex *Siama*, *Macoua*, vel aliis Portugalliæ locis deferri: Tandem mihi *Radja Amaſſili-Saban*, nunc cognominatus *Salomon Speelman*, & Rex *Ademantutu* ſubſequentem dedit relationem, rubrum ſeſe vidiſſe lignum, quod pro Sandalo rubro habebat, in *Samorro* creſcens, quæ *Timoræ* regio eſt, ſitaque in altiſſimo & horribili monte in media terra, cujus litus *Lacolo* in Zephyream vergebat partem, atque ex hocce ligno incolas ſuas fabricare tibias Sandali quodammodo ſpirantes odorem, nec niſi parvis fruſtis hoc lignum deferri poteſt ob vias inpeditas; Rubrum hoc ita vocatum Timorenſe Sandalum præter colorem a Cormandelenſi ſuis quoque differt qualitatibus. Revera enim magis refrigerat, nec ita oculos vellicat, vel faucium ardorem excitat, ſed tam parva tantum ejus acquiri poteſt copia, ut vix experimentum cum eo inſtitui poſſit.

Nomen. Latine *Sandalum rubrum*, Malaice *Tsjendana Djingi*, h. e. uti dictum fuit, *Sandalum Æthiopicum*, vel magis proprie *Trogloditicum* dictum, quum Arabes omnes incolas Orientalis Africæ partis tam in continenti quam in inſulis *Zangi* ſeu *Zingi* vocant, ex quorum regionibus, uti ſupra dictum fuit, lignum hoc ortum, fuit deductum: Item *Tsjendana mera* vocatur.

Uſus. Sandalum rubrum nunquam ad ſuffimigium adhibetur, vel unquam carbonibus inponitur ad exhalationem, ſed tantum ad uſum medicum. Eſt refrigerantis & exſiccantis naturæ ſine ulla adſtrictione. Indi plurimum uſurpant contra febres contritum, & cum aqua propinatum, atque etiam exterius corpus illiniunt, ut febrilem reſtinguant ardorem, & cor confortent: Febrim enim ipſam tollere nequit, niſi eſſet Ephemera. Sandali rubri raſura cum Oryzæ aqua adſumpta Dyſenteriam curat: Vulgaris porro opinio eſt, quod Sandalum rubrum omni venenorum generi hauſto reſiſtat, ita ut hoc detegatur, ſi alicui vaſi ex hoc ligno confecto indatur, unde multi Indiæ primores Pinangæ ciſtas & calices potorios ex hoc ligno fabricatos ſumant, ut tali modo venenum, ſi forte ſubeſſet, detegerent; hoc autem nondum experientia comprobatum eſt, ſed quidem, quod multum valeat contra aſſumptum toxicum, ad ejus vim inhibendam. Magnatibus quoque Malaicenſium & Ternatenſium tanquam ſecreta ars & remedium contra hauſtum venenum habetur Sandalum rubrum, album *Calbahaar* ſeu Corallium album Indicum cum *Calappa Laut* ſupra porphyritim trita, ſi per aliquot continuos propinantur dies, ſi autem *Calappa Laut* non ſit ad manus, bina alia æque bona ſunt & ſummi uſus. Quod anno 1677 in Ternata tentatum & boni ſucceſſus compertum fuit in mercatore Belga & ejus uxore, quibus toxicum ex araneis confectum ancilla miſcuerat.

ſmeltende: Het is zo week, dat men op de meeſte plaatzen met de nagel van een vinger daar in duwen kan, doch op zommige weder niet, waar in het overeenkomt met het opregte Kilam, *of* Agallochum Primarium; *Het werd dier en koſtelyk gebouden, en men vind het in oude ſtammen zeer weinig, maar in het Cormandelſche nooit; en als men het in de hand vryft, het zy droog of met water, zo verft het de handen root.*

Het Portugeeze of root Timorſche *Sandel-bout aangaande, zynde volgens myne afdeling de derde zoort, daar van heb ik insgelyks nooit zeeker berigt kunnen krygen, en zelfs van de verſcheidene ſtukjes, die ik van* Batavia, *en andere vrienden bekoomen heb, ben ik niet verzeekert, dat 'er een onder is, het welk van* Timor *komt. De regte* Timoreezen *hier zynde, ontkennen eenſtemmig, datter eenig root-hout, na 't vertoonde root-Sandel gelykende, op haar Land gevonden werd, behalven het roode* Lingoo-*hout; Doch des niet tegenſtaande, zo werde ik van geloofwaardige perzoonen berigt, dat de Portugeezen onder haar hebben een raar en dierbaar hout, 't welkze voor root-Sandel houden, en merkelyk zoude verſchillen van het Kaliatours-hout, dat by haar luiden niet onbekend is; en dit zoude, na haar voorgeven, op het groote Eiland* Timor *vallen, doch andere meenen, dat het wel by de* Portugeezen, *op* Timor *woonachtig, te bekoomen is, hoewel zy het op* Timor *zelfs niet en kreegen, maar van* Siam, Macou, *of andere Portugeeſſe plaatzen bequamen: Eindelyk heeft my* Radja Amaſſili-Saban, *nu hernaamt* Salomon Speelman, *Koning van* Ademantutu, *het naarvolgende berigt daar van gegeven; namentlyk dat hy een roothout gezien heeft, 't geen hy voor root-Sandel hielt, vallende op* Samorro, *een Landſchap van* Timor, *gelegen op een yſſelyk hoog, en akelig gebergte, middens Lands, welkers ſtrant,* Lacolo, *aan de Zuid-zyde was uitkomende, en dat uit het zelve hout de Inlanders haare fluiten maakten, mede wat na Sandel ruikende; en men kan het niet dan met kleine ſtukken afbreeken, wegens de moeilykheit der wegen; Dit zo genaamde* Timoreeſſe *root-Sandel verſchilt, (behalven de coleur) van het Cormandelſche ook in eigenſchappen; want inderdaat het verkoelt merkelyker, byt zo zeer niet in de oogen, en brand niet in de keel: maar wy konnen zo weinig daar van krygen, dat men geen regte proef daar van neemen kan.*

Naam. *Latyn* Sandalum Rubrum, *op Maleyts* Tsjendana Djingi, *dat is, als gezegt,* Sandalum Æthiopicum, *of nog eigentlyker* Trogloditicum, *om dat de Arabiers alle de Iuwoonders van 't Ooſterſche deel van Africa, zo op 't vaſte Land, als de Eilanden* Zangi *of* Zingi *noemen, uit welkers Landen, als boven gezegt, men dit hout oorſpronkelyk gebragt heeft: ook hiet het* Tsjendana Mera.

Gebruik. *Het roode-Sandel-hout werd nooit tot reukwerk gebruikt, nog ook om het raauw op koolen te rooken, maar alleen tot Medicyn: Het is koel en opdroogende van aart, zonder eenige adſtrictie. De Indianen gebruiken het meeſt tegen alderhande koortzen, gevreeven, met water ingenomen, en van buiten het lyf mede geſmeert, om ſlegts de koortſige brand wat te bluſſen, en het hert te verſterken; want de koortze zelfs kan het niet beneemen, of het moeſte een* Ephemera *zyn; het ſchraapzel van 't gemelde Sandel met ryswater genuttigt, geneeſt de roode-Loop: Nog is het een gemeen gevoelen, dat het roode Sandel alderhande ingenoomen venyn tegenſtaat, ja zodanig, dat het zelve zig openbaart, als het in eenig vat van dit hout gemaakt gedaan werd; zulks veele Grooten van Indien haar Pinang-doozen, en drink-koppen van dit hout laaten maken, om het daar ingedaane venyn te verklikken; doch dit is nog met geen ondervinding beveſtigt ondervonden, maar wel dat het, ingenomen zynde, veel vermag om het woeden van eenig ingegeven venyn te breken: ook werd het by de grooten van de Maleyers en Ternatanen voor een geheime konſt, en remedie tegens ingekregen vergift gehouden: namentlyk dat men root-Sandel-hout, wit* Calbahaar, *of Ooſt-Indis wit Coraal, met* Calappa Laut, *alles op een ſteen gevreven, eenige dagen naar malkanderen inneemt: dog wanneer men juiſt de Calappa Laut niet en heeft, zo zyn de andere twee evenwel goet en dienſtig: 't Welk Ao. 1677. in Ternaten geprobeert en bevonden is aan een Nederlands Koopman, en zyn Vrouw; dewelke door haar Meid met Spinnekoppen vergeven waren.*

Sandalo hoc rubro Javani quoque utuntur contra mictionem cruentam, quod ab illis cum aqua ſupra porphyritim conteritur, per noctem rori exponitur, ac cum Roſarum aqua aſſumitur: item contra ſanguinis vomitum non ex pulmonis morbo ortum, ſed ex crudo ſanguine per ruptam venam vel aliud quoddam accidens productum. Arabes Sandalum rubrum frigidum & ſiccum dicunt, ſaltem frigidius ac ſiccius reliquis omnibus Sandali ſpeciebus, affirmantque illud cum aqua Roſarum contritum capitisque temporibus illinitum Catharros tollere & exſiccare, qui ad oculos & dentes defluunt, atque cum ſucco Solani, Sedi, & Portulacæ mixtum & illinitum, dolorem mitigare Arthritidis, Podagræ, aliarumque inflammationum; In Cormandelæ ora ex hoc ligno formant alveos luſorios, diſcos, aliaque tornionum opera, quæ omnia externe glabra ſunt, manentque ex fuſco nigra ac polita, cæterum apud illos non magno eſt in pretio vel uſu Medico, niſi quod in febribus corpus hoc illiniant ligno, atque ex majoribus fruſtis forment imagines idolorum ſuorum, uti & poſtes & trabes ſuorum templorum: Saltem hoc Portugalli præ ſe ferunt, quodque neceſſario de prima ſpecie ſeu Caliatourenſi ligno intelligendum eſt, dum ex teſtimonio laudati D. *de Jager* nullum aliud rubrum in Cormandelæ ora ſit notum: Arabes nobis quoque perſuadere cupiunt, Sandalum rubrum odoris expers ac dulci deſtitutum eſſe ſapore, quod vero de excellenti odore & ſapore intelligendum eſt. Non enim credo, ullum inveniri rubrum Lignum, quod contritum non aliquem odorem ſaporemve de ſe exhiberet, atque ore manducatum, ſalivam non aliquo inbueret colore. Ipſum enim *Lignum Braſilienſe* ex *Piſonis* relatu contra febres, oculorumque inflammationes in Braſilia uſurpatum, dulcem præbet ſaporem; ſæpiusque optavi, hoc mihi ad manus eſſet, ut loco vulgaris Sandali rubri id in uſum vocarem, ut enim inter omnia illa, quæ nobis pro Sandalo obtruduntur, tale invenirem, quod juxta Arabum relationem frigidæ ac ſiccantis eſſet naturæ, non facile fieri poſſe videbatur; ex omnibus enim fruſtis, quæ mihi hactenus pro Sandalo transmiſſa ſunt, hinc inde in variis Indiæ locis producta, nullum invenire potui, quod dictas iſtas poſſidebat virtutes, ſaltem contrarium ſemper in iis obſervavi. Anno enim 1680, quum magno vexarer dolore ex oculorum inflammatione atque tumore orto, optimum iſtius ligni in tenuiſſimum contrivi pulverem, quo oculos illinivi, parumque in illos inſtillavi, reliquam inbibi partem, quo comperi illinitum loco, quod refrigerium oculis adferret, illud hos vellicare, aſſumptum fauces arrodere, acrisque eſſe qualitatis, quamvis tamen poſtea parum refrigerabat, quod alii mecum etiam teſtabantur, qui tum temporis hoc fuere uſi; Quidam vero erant, qui præ ſe ferebant, nihil aliud niſi refrigerationem ſenſiſſe, quum inbiberent: Portugalli, quum illud ad refrigerandum & exſiccandum interne volunt aſſumere, hæc tria conjungunt, *Sandalum* nempe *rubrum*, *Pedra Cananeor*, & *Coquinho*, ſeu parvum *Calappa-Laut*, quæ ſimul conterunt, cumque aqua propinant. Si autem *Coquinho*, quod raro comparari poteſt, non ſit ad manus, duo reliqua nihilominus bonæ ſunt notæ: Si vero ad ſudores provocandos, venenumque expellendum in uſum adhibeant, tum conterunt, ſimulque jungunt *Sandalum rubrum*, *Caliga-Kackaa*, h. e. *Lapidem Bezoardicum*, vel vulgarem *Bezoar*, qui pro Simiarum lapide ab illis habetur, & *Culiga Landa*, ipſis *Pedra de Porco* ſeu lapidem porcinum dictum, hæcque ſimul inbibunt.

Macaſſerenſium Reges patinas Pinangæque ciſtas habuerunt, quæ ex eorum relatu formatæ eſſent ex rubro Sandalo, quod ibi ex Timora erat tranſlatum, in fruſtis tres quatuorve pedes longis, & ſemi-pedem craſſis, externe nigricantibus, interne tenuibus & longitudinalibus, conſtantibus fibris ſanguineis, æqualis coloris, ſique radebatur vel ſecabatur, gratum quodammodo præbebat odorem, recenter cæſo rubro *Lingoo* non diſſimilem; a ligno autem Caliatourenſi diverſum erat, quia hoc altiorem habet colorem internum, magisque fuſcum & durius quoque eſt, nec per longitudinem fiſſuram admittens, ac carbonibus inpoſitum, mox acrem diffundit fumum, quum rubrum Sandalum quodammodo gratum ſpargat odorem.

Het roode-Sandel-hout gebruiken de Javanen ook tegens het bloed piſſen, werdende by haar op een ſteen gevreven met water, een nagt in den douw gezet, en dan met roozen-water ingedronken: item tegen het bloed ſpouwen, van geen longe-ziekte voortkomende, maar van raauw bloed uit een geborſten ader, of eenig ander accident; de Arabiers houden het roode-Sandel voor kout en droog, immers kouder en droger dan alle Sandel-zoorten, en zeggen ook dat het zelve, met roozen-water gevreven, en aan de ſlaap van 't hooft geſmeert zynde, opdroogt de Catarren, die op de oogen en tanden vallen, als mede dat het gemengd zynde met Zap van Solanum, Sedum, *en* Portulaca, *en dan opgeſtreeken, verzagt de pyne van de Jigt, Podagra, en andere ontſteeking. Op de kuſt Cormandel maakt men daar van ſchoone Tictakborden, Schyven, en ander draayers werk, 't welk alles van buiten glad is, en ſwart-bruin komt te beſterven: anders is het by hun lieden in geen byzonder waardye, nog veel in Medicynaal gebruik, dan datze in de koortzen het lichaam daar mede beſtryken, en uit de grootſte ſtukken maken ze haare beelden, Afgoden, als mede de ſteilen, en balken in derzelver Tempelen: Immers zo de Portugeezen voorgeven, moet het ook noodzakelyk van de eerſte zoorte, of het Kaliatours-hout verſtaan werden, dewyl na het getuigenis van den gemelde E.* de Jager *geen ander rood-hout op de kuſt Cormandel bekend is. De Arabiers willen ook zeggen, dat het roode-Sandel van genen reuk, nog zoeten ſmaak zoude zyn: Doch 't welk men van een uitnemenden reuk en ſmaak verſtaan moet: want ik gelove niet, dat men eenig root-hout vinden zal, 't welk gevreven zynde niet eenigen reuk of ſmaak van zig geeft, en in de mond gekaauwt, het ſpeekzel min of meer komt te verwen. Want zelfs het* Braſilien-hout, *na* Dr. Piſonis *ſchryven, tegens de koortzen en verhitheid der oogen in* Braſil *gebruikt wordende, is van een zoeten ſmaak; en ik heb dikwils gewenſt het zelve hout by der hand te hebben, om het in plaats van het gemeene roode-Sandel te konnen gebruiken; want om onder alle die houten, die ons voor Sandel werden opgediſt, zodanig eene te vinden ('t welk na het voorgeven der Arabiers kout, en opdrogende van aart zoude zyn) daar ſchynt weinig apparentie toe; want onder alle de ſtukken, die my tot nog toe daar voor toegezonden zyn (hier en daar in Ooſt-Indiën groeyende) heb ik niet een konnen vinden, dat die voorgenoemde krachten heeft, immers ik heb het tegendeel bevonden: Want Ao. 1680., als ik groote pyn van een ontſteeking, en opſwelling der oogen had, heb ik het beſte daar van fyn gevreven, op de oogen geſtreeken, en een weinig daar in laten komen, midsgaders de reſt ingedronken, waar op ik bevond het opgeſmeerde, in plaats van te verkoelen, in de oogen te byten, het ingedronkene in de keele wat te jeuken, en ſcherp te zyn, hoewel het daar na een weinig verkoelde, het welk andere nevens my ook getuigden, die het doenmaals mede gebruikten; Doch eenige waaren 'er ook, die ſtaande hielden, anders niet dan verkoeling onder het indrinken gevoelt te hebben; De Portugeezen, alsze het tot verkoelen, en verdroogen binnens lyfs willen gebruiken, zo nemenze deze drie dingen t'zaamen, root-Sandel,* Pedra Cananeor, *en* Coquinho, *of kleine Calappa-laut, het welkze te zamen wryven, en zo met water indrinken; Doch als men de* Coquinho, *dewelke zelden gevonden wert, niet hebben kan, zo zyn de twee eerſt genoemde niet te min goet: als zy het om te ſweeten, en tegens ingekregen venyn gebruiken willen, zo wryven en mengenze t'zaamen,* root-Sandel-hout, Caliga Kackaa, *dat is* Pedra Bezoar, *of gemeene* Bezoar, *dieze voor een* Ape-ſteen *houden,* en Culiga Landa, *by hun luiden* Pedra de Porco *genaamt, en nemen dat zo te zamen in.*

De Koningen van Macaſſer hebben ſchootels, en pinang-doozen gehat, dewelke na haar eigen zeggen gemaakt waren van een root-Sandel-hout, 't welk daar van Timor *was aangebragt, in mooten van 3. a 4. voeten lang, en* $\frac{1}{2}$ *dito dik: Van buiten ſwart beſtorven, van binnen fyn en langdraadig, hoog en bloet-root, eenparig van coleur, en, als men het ſchrapte het roode* Lingoo *niet ongelyk; doch van 't Kaliatours-hout verſchillende, dewyl het zelve hooger-root en bruinder van binnen is, als mede harder, en niet wel in de lengte ſplytende, ook op koolen zynde gelegt, ſtraks een ſcherpen rook van zig gevende, daar 't roode-Sandel eenigzints welriekt.*

Experimenta quædam subjungam, quæ institui in omnibus, quæ habebam, frustis, cum illinita calce ad detegendum naturalem eorum colorem & speciem, ut & tincturas, quas spiritui vini infusa hæc frusta exhibebant, &c. Vulgare ac notum Lignum Caliatourense est obscuri sanguinei coloris, quamvis & hoc in sedibus & scamnis ex illo fabricatis etiam læte rubens observaverim, grave porro est, solidum, sed non longitudinales gerens fibras, ac difficulter per longitudinem findendum. Illinita calx per aliquod tempus alba manet, sed dein est læte purpurascentis, vel carnei coloris. Inter frusta pro Sandalo rubro mihi transmissa quædam læte vel instar Minii rubebant interne, externe autem ex nigro fusca erant, omniaque longitudinales habebant fibras. Illinita calx in pluribus apparebat læviter purpurascens uti supra, excepto quod in binis frustis, quorum unum læte rubebat, alterum autem sanguinei erat coloris interne, calx conspiceretur flava: Inter hæc etiam erat frustulum, quod perfricatum distincte Sinapios odorem referret, alterum languidum Sandali spirabat odorem, plurima autem nullum dabant.

In Rumphii Auctuario hæc addita sunt.

DAPPERUS utraque *Sandali* ligna in Africa sese invenisse putat, narrat enim in *Ansiko pag.* 180. „ Ingens Sandali copia hic occurrit, *rubrum* nempe „ quod *Fawille*, & *album*, quod *Sikongo* incolis dici- „ tur; quo posteriore tanquam optimo in pul- „ verem contuso, & cum oleo Palmæ mixto incolæ „ suum inungunt corpus ad sanitatis conservationem. Amicus quidam ex Batavia anno 1697. mihi misit frustum rotundum rubri ligni *Caliatour* dicti, cum altero oblongo frusto; cum relatione, primum illud pro *Sandalo rubro* ibi vendi, quod odorem *Sandali* etiam quodammodo spirabat, altera autem minor & oblonga pars odore erat destituta. Utrumque in Java crescit, in parte ejus australi, sed raro occurrit, & non nisi apud Primores. Segmentum vero illud rotundum a præfecto Baleyensium dono datum fuerat *Pangorang* Bantamensi, in cujus venditione emptum erat pro quindecim inperialibus, ponderabat vero libras decem. Juxta relationem istius amici ejus segmentum in Patriam seu Hollandiam secum ducturus est, ut exploret, an illud, quod ex Indiis Occidentalibus transfertur, & nomine Sandali rubri magna copia Ratisbonæ secatur, inque Pharmacopæis venditur, ejusdem esset notæ, seu cum illo conveniret.

Ik zal hier nog byvoegen eenige preuven van alle de stukjes, die ik gehat heb, aangaande haar naturlyke coleur en vertoonig met opgesmeerde kalk, als mede de tincturen, die zy in de Brandewyn van haar geven &c. Het gemeene en bekende Kaliatourshout is donker-bloetroot, hoewel ik aan stoelen en banken het zelve ook lichtroot bevonden heb, voorts swaar, massyf, doch niet regtdradig en moeyelyk in de lengte splytende. De opgesmeerde kalk blyft wel een tyt lank wit, maar wert daar na licht-paars, of Appel-bloeizel. Onder de stukjes my voor root-Sandel toegezonden, waren zommige licht, of Menyroot van binnen, maar van buiten swart-bruin, en alle regtdraadig: De opgesmeerde kalk vertoonde zig meest aan alle licht-paars, als boven, behalven dat aan twee stukken, waar van het een licht-root, en het ander bloetroot van binnen was, zig de kalk geel vertoonde: Daar was ook een stukjen onder, het welk gevreven zynde, kaarlyk na mostaart rook, het ander had een slappen Sandel-reuk, en de meeste gants geen.

In de vermeerdering van *Rumphius* is dit 'er bygevoegt

DAPPER *wil mede de beyde* Sandel-houten *in Africa vinden, want hy beschryft in zyn* Ansiko pag. 180 „ *Men heeft 'er meenigte van* Sandel-hout, *te weeten* „ rood, *daar te Landt* Fawille, *en* wit, Sikongo *ge-* „ *naamt; met welk laatste als het beste tot stof gestooten,* „ *en met* Olie de Palma *gemengt, de Inwoonders hun* „ *lichaam smeeren tot behoudenis van gezontheit. Zeeker Vriendt heeft my van Batavia in January* 1697 *een rond schyfje van rood* Kaliatour-hout, *nevens nog een langwerpig stukje gezonden, met berigt, dat het eerste aldaar voor* roodt Sandel-hout *verkogt wert, hebbende eenigzints een reuk na* Sandel-hout *trekkende, dog het kleyne langwerpige stukje had geen reuk: Het valt beyderzyds op Java na de zuyd-kant, maar is weinig en maar by de Grooten te bekomen. Daar die ronde schyve afgezaagt was, hadde toebehoort den Kapitein van de Baliers, die het van een* Pangorang *van Bantam tot een vereering bekomen hadt, en op wiens verkoping het verkogt is tot* 15 *ryksdaalders, wegende omtrent tien ponden. Volgens schryven van dezen Vriendt zoude hy diergelyke schyve mede na 't Vaderlandt neemen, om te zien, of het geen uit de West-Indiën komt, en onder de naam van* roodt-Sandel-hout *in overvloet tot Straasburg gemalen, en in de Apotheken verkogt wert, daar mede overeen komt.*

OBSERVATIO.

De SANDALO RUBRO vide porro *Valent. histor. simpl. reform. p.* 186. & *Indiæ litter. epist.* 2. *p.* 387. & *Sam. Dale Pharmac. p.* 376. qui varios collegit auctores. ut & *Ray hist. pag.* 1805. *Park. Theatr. p.* 1605. *J. Bauh.* 1. *p.* 489. & *Chabr.* 37. nec non *Jonst. dendr. p.* 456. ut & *Ray tom.* 3. *append. p.* 84. & *Herman. Mat. med. p.* 89. qui dicit esse arboris siliquosæ, floribus papilionaceis.

Tria hæc *Sandali* ligna descripta quoque occurrunt in *Valent. Amboniæ descript. pag.* 206. & 207. qui & præcedentia *Agallochi veri* & *spurii* ligna breviter quoque descripta exhibet.

AANMERKINGE.

Over het *Roode Sandel-hout* ziet verders *Valent. histor. simpl. reform. p.* 186. en de tweede brief van het *gelettert Indie p.* 387. als mede *Samuel Dale Pharmac. p.* 376. die verscheide Schryvers aanhaalt. en *Ray hist. p.* 1805. en *Parkins Theatr. p.* 1605. als ook *J. Bauh.* eerste deel *pag.* 489. en *Chabr. p.* 37. en *Jonst. dendrol. p.* 456. en de *append.* van *Ray* derde deel *pag.* 84. en *Herman Mater. med. p* 89. die zegt dat het een boom is met Peulagtige vruchten, en Kapels-vormige bloemen.

De drie zoorten van *Sandel-houten* werden mede beschreven gevonden by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon pag.* 206. en 207. die de voorgaande *Calambac* en *Agel-houten* ook kortelyk beschryft.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Pſeudo-Sandalum Amboinenſe: Saſuru.

HÆc non alta ſed craſſa eſt arbor in ſummis Amboinæ montibus, ſed rariſſime obveniens, quæ rectum gerit truncum, formamque majoris Jamboſæ præ ſe fert, folia autem ejus ſunt ampla, ſimilia *Bancudu*, vel inſtar *Mangæ fœtidæ*, pedem ſeu quindecim pollices longa, ultra octo digitos & amplius lata, glabra, intenſe viridia, flaviſque parallelis ac transverſalibus coſtis pertexta, juniora vero folia ad oras parum ſunt dentata breviſſimis ac raris dentibus, quorum veſtigia in vetuſtis etiam apparent. Folia hæc ſine ordine rotundis, firmis, ac ſpithamam longis inſident petiolis ad ramorum ſummum, ex rotundo quaſi caliculo ortum ſuum ducentibus, qui ramo ipſi adnectitur, cumque ipſo decidit folio, binas gerens auriculas acutas, contrita vero folia odorem præbent & ſaporem gratum & acidulum.

Flores in amplis proveniunt umbellis in circulo extenſis inſtar amplæ patinæ, qui ex craſſis & longis formantur pedunculis in centro conjunctis, inſtar radiorum rotæ: Quiſque autem radius pedem circiter eſt longus, vel paulo magis, eſtque in ſummo tripartitus in minores petiolos, quorum quiſque ad ſummum extenſus eſt inſtar orbis, atque huic inſident multa albicantia granula, primo paulo majora granis Milii, dein autem excreſcunt in baccas inſtar Piſorum, vel parvorum Ceraſorum nigrorum, hactenus albicantes & coronula ornatas, ſi capitula hæc ſeparentur, formam præbent quodammodo florum Limonum, uti quoque ſenſim tales excreſcunt, ſed multo ſuccoſiores ſunt, nec ita albi ac flores Limonum; quinam ſubſequantur fructus, me latet, hæc enim capitula tarde ſeſe aperiunt, nec in fructus excreſcunt, ſed fruſtra decidunt: Non ſimul quoque excreſcunt in orbiculis iſtis, ſed unus poſt alium aperitur flos. Hæcque umbella optime ornatam refert coronam, qualis nuptiarum feſtivitate ſuſpenditur, quem in uſum etiam adhibetur, in nuptiis nempe quorundam Amboinenſium Principum.

In ramis quoque apparent veſtigia orbicularum, ex quibus foliorum petioli excrevere, illi autem medullam intus habent fungoſam inſtar Sambuci, ſed magis aquoſam: Trunci cortex eſt glaber, cinereus, cum fuſcis maculis & verrucis, intus autem eſt fungoſus, mollis, & flavis pertextus lineis, ſaporis aciduli ingratique odoris: In vetuſtis arboribus cortex exſudat flavum & tenax gummi, quod in nigricantem & obſcure fuſcam exſiccatur reſinam, ſed non magna copia: Recens arborum lignum eſt album & molle, ſiccum vero in ruffum vergit, fere inſtar flavi *Lingonis* ligni, aliquando etiam eſt ex ruffo cinereum, plurimis venulis intricatis conſtans, unde difficile ſecatur, quum per longitudinem non bene poſſit findi, reſina autem, uti dictum eſt, non niſi in vetuſtiſſimis reperitur arboribus, nec niſi in quibuſdam trunci locis, qui ſponte fiſſuram fecerunt vel inciſi ſunt: Recens lignum nullum ſpirat odorem, ſed ſiccum præſertim, quod ex vetuſtis & ſponte delapſis collectum eſt arboribus, odoremque habet *Lingoi-ligni* ſed, multo fortiorem, odorque vergit in Roſmarinum, vel Oleum Spicæ. Reſina recenti utuntur Amboinenſes pro ſuffimigio, lignum autem carbonibus inpoſitum ingratum ſpirat odorem: Flores autem plerumque menſibus Septembri & ſubſequentibus apparent.

Nomen. Latine *Pſeudo-Sandalum Amboinenſe*; Amboinenſibus in Leytimora dicitur *Saſuru*, in Hitoë vocatur *Tonokuko*, h. e. lignum ſuffitus, noſtraque natio ipſi nomen tribuerunt Roſmarini ligni, ſeu Sandali Amboinenſis.

En hoewel nu deze drie boomen groote gemeenſchap met malkander hebben, zo waſſenze nochtans niet op eene plaats, maar in zeer verſcheide Landen: Als de Kaneel in 't Weſten op Ceilon, de Caſſia lignea in 't ooſten van de Phylippynſe *Eilanden aan, door* Celebes, Borneo, *tot in* Cambodja, *en* Toncking, *meeſt benoorden de linie: Want men ook eenige weinige boomen vint op Celebes Zuider-zyde in 't Boegiſche gebergte, en by* Balante: *De* Culitlawan *bezit deze Ooſterſche Eilanden bezuiden de linie: Doch dit heeft al mede zyn uitzondering, want op* Mindanao *'t Zuidelykſte van de Phylippinen heeft men* Caſſia lignea, *en* Culitlawan *op een en 't zelfde Eiland, en als men 'er naauw op let, zo kan men twee onderſcheiden vinden, aan de Amboinſche* Culitlawan, *te weten, witte en roode: De witte ſchorſſe gelykt na een raauwe moppe, is vochtiger, tayer, ook dikker, en laat haar dierhalven met lange ſtucken van den boom ſchillen, 't welk den Koopluiden aangenamer is: De roode is roſſer van coleur, te weten, als een half gebakken ſteen, ook dunder, en brokkeliger, waar van men geen lange ſtukken krygen kan, dog beide even goet en ſpeceryachtig:*

De

bonus atque aromaticus est: Alba species istos fert fructus, qui dehiscentes sebum illud exhibent flavum: Fructus vero rubræ speciei instar parvarum sunt Olivarum, sed sunt magis oblongi, nec dehiscunt, saltem non ita ac in alba specie, utriusque enim fructus ac folia fere nullum habent discrimen, fructus quoque aliquando in tantam excrescunt magnitudinem, ut tres simul quatuorve glebæ uvarum racemos referant, qui fissi flavum quasi exsudant sebum, siccum, & mucosum, sub quo sicca instar spongiæ locatur substantia saporis aromatici, in centro harum glebarum officula seminalia reconduntur & inveniuntur.

Arboris lignum est albicans & fungosum, ædificiorum usui ineptum, sed optimum ad focum exstruendum: Radicum cortex maxime differt a trunci cortice quoad saporem, præter istum enim aromaticum saporem multum quoque participat de Foeniculi sapore, qui cum illo *Sassafras Occidentalis* adeo convenit sapore, colore, & substantia, ut a Medicis nostris & Chyrurgis in Batavia ab anno 1676. in usu medico pro vero ligno Sassafras coeperit usurpari, in quantum vero differat ab Occidentali ista arbore, in Florida & Virginia crescente, quæ verum dat Sassafras, videri potest apud *Nicol. Monardum cap.* 24. ubi in totius arboris forma nihil occurret, quod cum *Culitlawan* nostra conveniat, excepto Foeniculaceo odore & sapore corticis: Meo autem judicio Occidentale Sassafras saporem istum multo gerit penetrantiorem & jucundiorem, gradumque minorem caloris habet quam Culitlawan.

Nomen. Latine *Cortex Caryophylloides*, Malaice *Culilawan*, quasi diceres *Culitlawan*, per abbreviationem *Culit-Buguliwan*, h. e. *Cortex Caryophylleus*, ob odorem, quem fert. Amboinice dicitur *Salackal* & *Salackar*, quidam Javani hanc quoque vocant *Sindoc*, quam diversum puto corticem, & sequenti describam Capite, cæterum *Tedjo* vocatur a *Ceram - Lauwerensibus*, & *Eyck* in *Aru-Haumo*.

Nescio, unde affinitas enata sit inter vocem *Salackal*, & Arabicam *Salicha*, qua Arabes Cassiam odoratam vocant a spoliandi significatione, nam Arabicum *Salaha* significat *Detraxit pellem*, quia omnis Cassia a suo cortice quasi spoliatur. Non abs re hinc suspicari licet, antiquos Amboinæ incolas quædam stirpium & animalium nomina ex Arabico olim per Orientem universali idiomate desumpsisse, & hanc *Salackal* denominasse a similitudine Salichæ veræ, id est Cassiæ ligneæ, velut & *Alhalla* descendit ab Alhanna, id est, Cyprus & Moluccus. Senya sive Sunya, spinosissimus frutex, alias Sappan dictus, ab Arabico *Sent*, id est, Rubus Caninus, quod porro venit ab Hebræo Seneh, id est Rubus, sic Schid, id est Rubus, & quoque Schid, id est Nugæ silvarum, ab Hebræo Schayth, id est vepres.

Locus. Arbor hæc diffuse admodum per orientales insulas, optima autem in Amboina reperitur, sed non in hac tota insula, & tantum in Leytimora circa pagos *Saya*, *Rutton*, & *Ema*, ubi ejus copia jam quoque minuitur, quum anno 1664. ejus corticis magna satis quantitas pro specimine in Europam fuerit mittenda, quo plurimæ vetustarum arborum decorticatæ perierunt. Damnum autem facile intra aliquot annos resarcient de novo propullulantes arbusculæ: In parte australi magnæ Ceramæ in sinu *Elipaputi* usque ad *Keffing* hæ quoque occurrunt arbores, quarum tamen cortex non ita præstans est ac Amboinensium: In insula quoque Molucca, *Batsjan* dicta, crescunt, ut & in *Papuanis* insulis, quarum cortex Amboinensi prævalet fervore. Magna autem copia inveniuntur arbores in insulis *Key* & *Aru*, unde totæ hoc cortice repletæ naves deduci possent, cum Pupuano conveniente, sat magna in quantitate reperitur quoque in ora boreali *Celebis*, in tractu *Caudipan*. Item in *Sumatra* circa *Palimbangh*, & in *Borneo* circa *Succadana*, ex Java itidem Culilawan advehitur, sed puto corticem esse *Sindoc*. In Solora inventus quoque fuit hic cortex, sed sapore itidem differens ab Amboinensi, ut & in *Mindanau*, uti supra dictum fuit.

De witte zoorte draagt de voornoemde vruchten, dewelke openberstende, dat geele ongel uitgeven: Maar de vruchten van de roode zoorte blyven als kleine Olyven, doch wat lankwerpiger, en bersten niet open: Immers zo veel niet als aan de witte zoorte, want de vruchten en bladeren van beiden hebben bykans geen onderscheit, ook werden de vruchten zomtyds zo groot, dat die 3. *en* 4. *klontjes vertonen als een trosje druiven, de geborstene van coleur botter-geel, droog en smeerig, en daar onder een drooge substantie als een spongie, speceryachtig van reuk, in 't grootste van deze klontjes vint men de zaat-korrels.*

Het hout is witachtig en voos, tot het timmeren niet bequaam, maar geeft goet brantbout: de schorsse der wortelen verschilt aan smaak merkelyk van de schorsse des stams, want zy heeft, behalven de voornoemde speceryachtigheit, een Venkel-achtigen smaak, dewelke met die van 't West-Indische Sassafras *in smaak, coleur, en substantie zo na over een komt, dat menze by onze Doctoren, en Chyrurgyns op Batavia, t'zedert het jaar* 1676, *in de Medicyne voor opregt* Sassafras *heeft beginnen te gebruiken, doch hoe veelze verschilt van dien West-Indischen boom in Florida en Virginia groeyende, waar van het originele Sassafras komt, kan gezien worden by* Nic. Monardus, Cap. 24., *alwaar men aan de gedaante van den geheelen boom schier niets zal vinden, dat met onze* Culitlawan *overeenkomt, behalven den Venkel-achtigen reuk en smaak van de schorsse: Na myn oordeel heeft het West-Indische Sassafras den voornoemden smaak veel duidelyker, en lieflyker, ook is 't wel een graat minder in hitte dan de Culitlawan.*

Naam. *In 't Latyn* Cortex Caryophylloides, *in 't Maleyts* Culitlawan, *als of men zeide* Culitlawan, *zynde verkort van* Culit-Buguliwan, *dat is Nagel-schorsse, na den reuk, dien ze heeft. In 't Amboins* Salackal *en* Salackar: *zommige op Java noemenze ook* Sindoc, *het welke ik voor een byzondere bast aanzie, en in 't volgende Cap. beschryven zal, anders hietze* Tedjo *by de* Ceram-Lauwers: *en* Eyck *op* Aru-Haumo.

Ik weet niet, waar van de overeenkomst is tussen het woort Salackal, *en het Arabische* Salicha, *waar mede de Arabiers de* ruikende Cassia *benoemen, afkomstig, en betekenend rooven of spolieren, want het Arabische* Salacha *betekent,* hy heeft het vel afgestroopt, *om dat al die* Cassia *van al zyn schorsse meest berooft wert. Waarom niet buiten reden men gissen mag, dat de oude Inwoonders van Ambon eenige namen van gewassen, en beesten ontleent hebben, van de Arabische buiging toenmaal door het geheel Oosten gebruikelyk, en dat deze* Salackal *genaamt zy van de gelykenisse met de waare* Salicha, *dat is de* Cassia lignea, *gelyk* Alhalla *afstamt van* Alhanna, *dat is de* Cyprus *en* Moluccus: Senya *of* Sunya *betekent een zeer doornagtige struik, die anders* Sappan *genaamt wert van het Arabische* Sent, *dat is* Rubus Caninus, *ofte honds braam, welk woort verders ook afkomstig is van het Hebreeuwsche* Seneh, *dat is* Rubus *ofte* Braam, *gelyk ook* Schid *betekent* Braam, *en* Schid *de* Nugæ silvarum *van het Hebreeuwsche* Schajith, *dat is* Vepres, *ofte doorens.*

Plaats. *Deze boom wast zeer verspreit door de Oosterlyke Eilanden, de beste vint men in Amboina, doch niet over het geheele Eiland, maar alleenlyk op Leitimor, omtrent de dorpen* Saya, Rutton, *en* Ema, *alwaar hy nu ook begint te minderen, om dat men Ao.* 1664. *een redelyke partye van die schorsse tot een proef na Europa moeste zenden, waar door de meeste oude boomen geschilt wierden, en uitgingen: Doch die schaade zal men in korte Jaaren, door de nieuw opschietende boompjes, wederom vergoet zien: op de Zuid-zyde van groot Ceram, in de bogt* Elipaputi, *tot* Keffing *toe, vint men die boomen mede, doch haar bast is zo goet niet als den Amboinschen: zy groeyen ook op het Moluxe Eiland* Batsjan, *en de Papoese Eilanden, welkers bast, als gezegt, de Amboinsche in hitte overtreft: In grooter menigte vint menze op de Eilanden van* Key *en* Aru, *alwaar men daar van wel een geheele Scheepslading zoude kunnen krygen, met de Papoese overeenkomende, by valt ook in redelyke menigte op de Noort-kust van* Celebes, *by de Negory* Caudipan. *Als mede op* Sumatra, *by* Palimbangh, *en op* Borneo, *omtrent* Succadana, *van Java brengt men ook wel Culilawan, maar ik meene, dat het de schorsse* Sindoc *zal zyn: men heeft hem ook op* Solor *gevonden: Doch almede in smaak van de Amboinsche verschillende, en insgelyks ook op* Mindanau, *als boven is gezegt.*

Usus. Cortex hic quoad sensum externum Massoy corticem superat calore, ita ut ultra tertium gradum sit calidus, est quoque magis penetrans, sed ejus vires quoque citius pereunt, uti fervor Piperis multo citius penetrat quam Zingiberis, non autem tam diu durabilis est; Non ita multum usurpatur quam Massoy, & maxima ex parte in insula Baleya, & dimidium tantum valet pretium corticis Massoy. Communis vero ejus usus est ad præparationen famosi unguenti Bobori, quod duplex plerumque est: Primum autem componitur ex variis lignis odoriferis, corticibus, & floribus, quæ omnia in pultem conteruntur subtilem, qua indigenæ mulierculæ suum inungunt corpus, tam ad modicum celorem, quam ob præstantem odorem: Alterum seu secunda species præparatur ex Massoy, Culilawan, Caryophyllis, & similibus ferventibus corticibus ac fructibus, simul ut supra contritis, ut corpori frigidioribus diebus majorem adferant calorem: Ac porro ut cuncta abdominis tormina, dolores, & Cephalalgias, ex caussa frigida ortas, tollant, hunc in finem binos istos cortices manducant non subtiliter, sed grosso modo, sive cum Siri Pinanga & pauxillo Caryophyllorum, hacque masticatione conspergunt ventrem vel frontem ægri, qui mox ardorem vel cutis titillationem sentit, quo obstructi frigidi flatus extrahuntur, atque evanescunt. Hæcque actio Malaicensibus *Sumbor* seu irroratio dicitur, quæ fastidiosis hominibus obstat, sed compertum est, hæc medicamenta tali modo masticata & irrorata penetrantiora ac magis præsentia esse, quam si supra porphyritim fuerint contrita, horum autem vires sine dubio exaltantur dentium ruminatione & oris calore.

Baleyenses & quidam Javani Culitlawan quoque utuntur, uti supra de cortice Massoy fuit dictum, loco aromatum in cibo. Ore manducatus sive solus, sive cum Pinanga, bonum dat oris halitum, & coctionem ventriculi promovet.

Compertum quoque fuit, si gravidæ hoc utantur cortice, sive in cibo, sive cum Pinanga manducent, foetum quam maxime confortari, nec ita facile abortum illas pati, quod & etiam de Rosmarino testatur: Notandum porro est, crassiorem corticem externe adhibendum esse ob acrimoniam, tenuem vero ac mediocrem interne, talis autem, qui cultri habet crassitiem, nimiam inter edendum dat mucositatem: Unde medius eligendus est; arte Pharmaceutica ex hoc cortice Oleum quoque extrahi potest, licet rarum inde proveniat, indicio paucum in hoc latere cortice: Oleum hoc est tenue, flavum, bonum spirans odorem, & corroborans, simulque in eo detegitur odor & aroma Caryophyllorum, & Nucis moschatæ, sed cito avolat, ut Oleum Cinnamomi.

Ex foliis aqua destillatur odoratæ Cinnamomi aquæ æmula, sed paulo debilior est; Quædam hujus corticis frustula ollulis indita repletis *Bocassam* seu Garo Amboinensi, illud conservant, gratumque ipsi præbent saporem & odorem. In cunctis aromatum cistis, quæ in Java venduntur, quædam hujus corticis semper inveniuntur frustula, atque Sinenses hunc in Sinam devehere jam incipiunt, & in usu Medico adhibere; In Hollandiam, uti dictum fuit, pro specimine anno 1664. transmissus est, sed ibi non fuit ulterius expetitus præ ignorantia forte. Hujusque arboris radices hodie loco Sassafras occidentalis usurpari, supra quoque dictum fuit.

Anno 1691. Ex Batsjam mihi transmissi fuere varii hujus Culitlawan tenues cortices, colore & substantia haud multum ab Amboinensi differentes, sed maxime sapore diversi, qui dulcis & perfecte Anisatus erat, uti in vero Sassafras, præsertim tenues cortices, qui pro diversa haberi possent specie, sed juxta relationem ex una eademque erant arbore, cæterum ordinarius Culitlawan odor aderat, sed debilis; folia autem non erant addita: Oleum destillatum nullo modo aromaticum præbebat odorem, qui in Amboinensi observatur. In Javæ montibus Culitlawan quoque crescit, sed ejus cortex est tenuis ac mucosus, unde non æstimatur, optimus vero ex Borneo adfertur nomine *Sindock*, qui maxime tamen ab hoc *Culit-lawan* differt, quum sit siccior, & amaricantis saporis.

EXPLI-

Gebruik. *Deze bast overtreft na 't uiterlyke gevoelen, de Massoy in hitte, zo dat hy tot over den derden graat komt, is ook wat doordringender, doch zyne krachten verdwynen ook lichter, even gelyk de hitte van den peper wel scherper en heeter aankomt, dan die van de Gember, doch weder zo lange niet en duurt, hy wert ook zo veel niet gesleeten als de Massoy, en wel voor 't merendeel gebruikt op het Eiland Baay, en mag omtrent de halve prys halen van den Massoy; in 't generaal wert hy gebruikt tot het bereiden van de vermaarde Bobori-zalve, dewelke meest twederlei is: Als werdende de eerste gemaakt van alderhande welriekende houten, schorssen, bloemen, &c. en gezamentlyk tot een fyne pap gevreeven, waar mede de Inlandsche Vrouwen haar lyf bestryken, zo om 't zelve matiglyk te verwermen, als om den goeden reuk: De andere of tweede zoort wert gemaakt uit Massoy, Culilawan, Nagelen, en diergelyke heete schorssen, en vruchten, mede als vooren gevreven, om het lyf by koude dagen wat meerder warmte toetebrengen: Maar om voorts allerhande buik-pyn, krimping en hooft-sweer, uit koude voortkomende, te verdryven, zo kaauwenze de twee voornoemde basten niet heel fyn, maar wat groffelyk in de mont, 't zy alleen, of met een Siri Pinang, en wat Nagelen, daar mede uit haar mont besproeyende de buik, of het voorhooft van den Patient, dewelke straks eenigen brant of tinteling op de huit gevoelt, waar door de ingeslootene koude dampen uitgetrokken werden: En deze actie hiet in 't Maleyts* Sumbor, *dat is, besproeyen, het is voor vieze luiden wel een afzienelyk werk, maar men heeft evenwel bevonden, dat die Medicamenten, op zodanige manier gekaaut en opgesproeit zynde, krachtiger werken, dan dat menze op een steen wryft, buiten twyffel opgewekt, door het malen der tanden, en de hitte des mondts.*


De Baliers, en zommige Javanen gebruiken ook de Culilawan, gelyk boven van de Massoy is gezegt, in plaats van specerye, in haare kost. In den mont gekaaut, of alleen, of met Pinang, maaktze een goeden aassem, en bevordert de kooking des maags.

Men heeft ook ervaren, dat wanneer een swangere Vrouw dezen bast zo nu en dan, of in de kost, of met Pinang eet, de vrucht daar door merkelyk gesterkt, en vast gehouden wert, gelyk men ook zegt, dat de Roosemaryn doet: Nu staat nog aantemerken, dat men den dikken bast uitwendig dient te gebruiken, om zyne scherpigheit, maar de dunne of middelmatige inwendig, doch die gene die maar een mes dik is, geeft in 't kaauwen te veel slymerigheit: Dierhalven men de middelmatige verkiezen moet: men kan ook door Apotheekers *konst uit dezen bast een* Olie *trekken, hoewelze wat schaars daar uit komt, een teeken zynde, datze zeer mager is: Dezelve* Olie *is dun, geel, zeer welriekende, en hertsterkende, en men wort te gelyk gewaar de reuk, en specery achtigheit van Nagelen, en Note-muschaten, maar dezelve vervliegt ook zo ligt, als die van de Caneel-olie.*

Uit de bladeren komt een welriekent water, 't welk wat na het Kaneel-water gelykt, doch is wat slapper. Eenige kleine stukjes van deze bast gedaan in de potjes, die met Bocassan *gevult zyn, houden dezelve goet, en geven haar een aangename geur. In alle kruit-doozen, die men op Java verkoopt, vint men van deze bast altyd eenige stukjes, en de Sineezen beginnen dezelve nu ook na* Sina *te voeren, en in hun Medicyne te gebruiken; Naar Holland, als gezegt, is hy mede Ao.* 1664. *tot een proef gevoert, maar aldaar niet getrokken geweest, misschien door onkunde. En dat men de wortelen van dezen boom hedensdaags mede in plaats van 't West-Indische Sassafras gebruikt, is hier boven gezegt.*

Ao. 1691. *Zyn my van Batsjam toegezonden eenige dunne schorssen van Culit-lawan aldaar groeyende, aan coleur en substantie niet veel van de Amboinse verschillende, maar merkelyk in de smaak, dewelke duidelyk zoet en Anysachtig was, gelyk in 't opregt Sassafras, byzonderlyk de dunne schorsse, dewelke men voor een byzondere zoorte zoude aangezien hebben, doch volgens aanschryven warenze van eenderlei boomen, anders den gewoonelyken reuk van Culit-lawan was 'er mede by, doch slap, en de bladeren wierden 'er niet by gezonden. De gedistilleerde Olie hadde ook op verre na zo een aromatiquen geur niet, dan die van de Amboinse gemaakt wert. Op de bergen van Java valt ook een Culit-lawan, doch die is dun van schorsse en slymerig, wert dierhalven niet geacht, maar de beste komt van Borneo, onder den naam van* Sindock, *dog wantze is merkelyk van onze Culit-lawan verschillende, drooger en wat bitter van smaak.*

UIT-





Cinnamomum Culitlawan. Nees.

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Quartæ.

Quæ exhibet Laurum *fructu monstroso & spongioso, cortice aromatico Caryophyllæo*; Culitlawan a *Rumphio* dictam.

A. *Fructum* denotat *spongiosum* ac *tumidum*.

OBSERVATIO.

Arbor hæc proxime convenit cum *Cinnamomo*, *Lauro*, & similibus, sed fructu abortivo & fungoso ab iis differt, flores cæterum, foliatura, immo & tota forma ipsis simillima est. Unde & Laurum fructu abortivo, cortice Caryophyllæo hanc vocavi.

Hic porro cortex descriptus occurrit in *Valent. Indiæ litteratæ Epist.* XXIV. *p.* 450. & *seq.* ut & in *Ephem. Germ. Acad. nat. curios. dec.* 2. *ann.* 3. *pag.* 53. ubi & ejus delineatio, & sub nomine *Coelit-lawan-arboris* describitur, in *Valent. Amboinæ Descript. pag.* 210 No. XXXVII.

In *Valent. histor. simpl. reform p.* 172. interrogatur, an hic cortex idem sit, eademque ex arbore collectus, ex qua Cassia Caryophyllata, ubi dubitat auctor, quum prior multo sit crassior cortice *Cassiæ Caryophyllatæ* quod & ego in medio relinquo, quum *Rumphius* hujus nullam faciat mentionem. Cæterum *Cassiæ Caryophyllatæ* synonyma & descriptio, ejusque virtutes occurrunt in *S. Dale Pharm.* in *4to. pag.* 323. ut in *Cl. Paul. Herman. mater. med. part.* 1. *Cap.* 2. &c.

UYTLEGGINGE

Van de veertiende Plaat,

Dewelke vertoont een Lauwrier-Boom met een *monstreuse en spongieuse vrucht*, met een *speceryachtige en kruidnagelachtige bast*; Culitlawan van *Rumphius* genaamt.

A. Toont aan de *opgeswollene spongieuse vrucht.*

AANMERKINGE.

Deze boom komt het naast aan de *Caneel* en *Laurier-boom*, en diergelyke, doch verschilt daar van door het misgewas van de swellende vrucht, anderzins zyn de bloemen, bladen, en ook de gansche gedaante aan de voornoemde zeer gelyk, waarom ik ze ook genaamt heb *Laurus* of *Lauwrier* met een miswassende en swellende vrucht, en met een Nagel-en speceryachtige schorsse.

Deze schorsse wort verder beschreven in *Valent. Ind. Litterat.* XXIV. *Brief. p.* 50. en de volgende, als mede in de *Ephemer. Germ. Acad. natur. curios. dec.* 2. *ann.* 3. *pag.* 53. en onder den naam van *Coelit-lawan-boom* by *Valent.* in de beschryving van *Amboina p.* 210. No. XXXVII.

In *Valent. histor. simpl. reform. pag.* 172. wert gevraagt, of deze bast dezelfde is, en uit een en dezelfde boom vergadert wert, waar van de Cassia Caryophyllata komt, waar aan de Schryver twyffelt, om dat de Culitlawan dikker is dan die van de *Cassia Caryophyllata*, het geen ik onbeslist laate, wyl *Rumphius* hier van niets melt. Verders zyn de benamingen, Schryvers, en de kragten van de *Cassia Caryophyllata* te vinden by *Sam. Dale* in zyn *Pharmac.* in *4to pag.* 323. als mede in de *Mater. Medic.* van de vermaarde *Paul. Herman. eerste deel*, *Capittel* 2. &c.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Sindoc.

IN *Borneo* & *Java* alius occurrit cortex *Sindoc* vocatus, quem vulgus cum *Culitlawan* confundit: Sed puto diversum esse corticem ex diversa arbore, licet arboris formam nemo mihi indicare potuerit. Atque hic cortex maxime a *Culitlawan* differt; est enim solidior, durior, & magis fuscus, externe glaber, & quasi raspatus. Sapor primo quidem accedit ad Culitlawan, sed dein amarities subsequitur cum adstrictione, quæ tanta in Culitlawan non occurrit, nec in *Sindoc* detegitur mucosum illud, quod in Culitlawan latet.

Nomen. Nullo alio hactenus nomine nisi *Sindoc* innotuit.

Locus. Crescit in *Borneo*, circa *Succadanam*, & in *Sumatra* circa *Palimbang*.

Usus. Usurpatur contra vermes abdominis, item ad ictus & morsus venenatorum animalium, prius autem vulnera sunt irritanda & pungenda duris Tamaryni filis, ut ater exstillet sanguis, ac dein contritus *Sindoc* his inponendus est, porro tam interne quam externe usurpatur instar *Culit-lawan*.

OBSERVATIO.

Sindoc a *Valent.* in *Amboinæ descript. p.* 217. quoque commemoratur & describitur.

XXIII. HOOFTSTUK.

Sindoc.

Cinnamomum Sindoc Bl.

OP Borneo, *en* Java, *valt nog een ander bast*, Sindoc *genaamt*, *die de gemeene man met* Culitlawan *confundeert: Maar ik oordeele dat het een verscheide bast*, *en van een byzonderen boom is*, *hoewel my de gedaante des booms tot nog toe niemant heeft konnen beduiden: En zekerlyk deze bast verschilt ook merkelyk van de Culitlawan; Want hy is dichter*, *bruinder*, *en vaster*, *van buiten effen*, *en als geschaaft. De smaak trekt in 't eerst wel klaarlyk na Culitlawan*, *maar men wert daar op straks een bitterheit gewaar*, *met een adstrictie*, *dewelke zo groot in geen Culitlawan gevonden wert*, *en in de* Sindoc *vint men ook de slymerigheit niet*, *die in de Culit-lawan is.*

Naam. *Hy is tot nog toe met geen ander naam*, *dan* Sindoc *bekend.*

Plaats. *Hy valt op* Borneo, *omtrent* Succadana, *en op* Sumatra, *omtrent* Palimbang.

Gebruik. *Hy wert gebruikt tegens de wormen des buiks*, *als mede tegens de steeken*, *en beeten van venynige gediertens*, *doch men moet de wonden eerst stooken of prikkelen*, *met de harde draaden van Tameryn*, *op dat het swarte bloet daar uitloope*, *en dan de gevreeven Sindoc daar op leggen: voor het overige hy wert meest zo inwendig als uitwendig gebruikt*, *als de* Culit-lawan.

AANMERKINGE.

De *Sindoc* wert by *Valent.* in de *Beschryving* van *Amboina p.* 217. vermelt en beschreven.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Lauraſter Amboinenſis: Leytun.

HÆc pro ſpuria Lauro habenda eſt, quæ arbor excelſa & ſilveſtris eſt, mediocri trunco, folia Lauri referunt folia, ac quoque illam Nucismoſchatæ ſpeciem, quæ oblongas fert nuces, ſed ſunt anguſtiora & firmiora utriſque, longo apice, paucisque conſtant coſtis tranſverſalibus, ſuntque porro pallide virentia, ſique tangantur, rugoſiora ſunt utriſque, ſed magnitudine differunt, quoad duplicem hujus arboris ſpeciem.

Prima ſeu maxima *Leytun* ſpecies folia gerit palmam longa, immo longiora, duos cum dimidio digitos lata, ſine ordine locata, ſolitaria.

Fructus ex brevibus dependent pedunculis ex foliorum alis progerminantibus, primo obſcure virides, dein nigricantes, magnitudine ovorum columbinorum vel inſtar Sorbi, ſed pyriformes ſunt, externe rugoſi, parvisque notati foveolis, exterior gluma binos cultros craſſa eſt, ſicca, fragilis, & arenuloſa, acſi præparata calx ipſi foret mixta; Interior nucleus magnitudinem habet oſſiculi pruni rotundi, atque in bina facile dividitur ſegmenta, quorum unum plerumque minus eſt altero. Nucleus hic aliquando eſt oblongus, & magnitudinis nuclei glandis ac ſubſtantiæ ſiccæ. Si recens aperiatur, intus croceum habet colorem inſtar *Curcumæ*, ſed ſiccatus eſt pallidior, odoris fortis & aromatici Lauri baccis ſimillimi, Amboinenſi naſo grati, ſed non ita Europæo. Sapor amaricans eſt, ſed ſine notabili acrimonia.

Altera, ſeu parva *Leytun* ſpecies, præcedenti ſimilis eſt, ſed ejus folia ſunt minora, & uno pollice breviora, tres quatuorve pollices longa, ultra duos digitos lata, paucis obliquis admodum coſtis diſtincta, ſuperne adeo glabra atque æqualia, ut medius nervus ſeu ſulcus tactu non obſervetur, inferne ſunt glauca, odoris reſinoſi. Fructus duplo ſunt minores, quidam pyriformes, alii rotundiores ac rugoſi, nigricantes, ſi ſint maturi: Internus nucleus aliquando Lauri oſſiculis ſimilis eſt, aliquando latior eſt ac rotundior, in bina quoque diviſibilis ſegmenta, ejusdem coloris & ſubſtantiæ, odor vero ac ſapor in hac parva ſpecie fortior eſt quam in priori, in utriſque gratior quam in Lauro, cum parva tamen acrimonia ſine adſtrictione. Odor aromaticus in ſiccis quodammodo diſparet, exaltatur autem & redit iterum, ſi fricentur fructus.

Nomen. Latine hæc arbor mihi dicitur *Lauraſter Amboinenſis* ob ſaporem & odorem fructuum, qui Lauri baccis ſimiles ſunt. In *Hitoe* vocatur *Leytun*. In Leytimora *Hiber* vel *Hiyr*. In Oma una Uliaſſenſium inſularum *Ittir* & *Ayhoo - Ittil*. In Hoea-Mohel *Ley-itir*.

Locus. Raro occurrit, & tantummodo in Amboinenſibus altis montibus, circa arbores *Dammaras*, quæ ſemper in regionis hujus altiſſimis creſcunt locis, item in *Omaſenſibus* montibus; aliis autem populis, quantum novi, ignota hactenus eſt.

Uſus. Arboris hujus fructus aromatici tantum ſunt in uſu, haud tamen familiari. Mulierculæ Amboinenſes recentes ſumunt nucleos, quos cum pauxillo Curcumæ, cum farina Oryzæ, & Culit-lawan ſupra porphyritim conterunt, & poſt balnea ſuum hac mixtura inungunt corpus, ut gratum ſibi concilient odorem ſuæque nationi, quamvis & alii dicant, hanc inunctionem corporis vitiis itidem prodeſſe; verum enim eſt, tales aromaticos fructus in re medica boni uſus ac virtutis eſſe, ac forte convenire cum Lauri baccis. Haud tamen expertum eſt, quum hæ arbores tam raro occurrant. Palumbæ hos quoque edunt fructus, interioresque nucleos per ſeceſſum iterum ejiciunt, qui in terram prolabentes arbuſculas emittunt, quas aliquando in hortis plantavi, ſed ibi non ita facile progerminant, uti & reliquæ aliæ arbores ſilveſtres ſolitudinibus ac deſertis deſtinatæ.

Ma-

XXIV. HOOFTSTUK.

Wilde Amboinſche Lauwrier-boom.

D*Eze mag men voor een baſtert-ſlag van den* Laurier-*boom houden: Zynde een hooge wilde boom, met een middelmatige ſtam, de bladeren gelyken ook wat na de* Laurier-*bladeren, en zo mede na dat ſlag van den Noote-muſſchaten-boom, die lange Nooten draagt, doch zyn ſmalder, en ſtyver, dan die beide, met een lange ſpits voor aan, en weinige dwers-ribben, voorts bleek-groen, en in 't aantaſten ruiger dan die beide, van grootte zynze na de twee zoorten dezes booms, ook tweederlei.*

Het eerſte of het grootſte Leytun *heeft bladeren van een hant lank, en ook wel meer, $2\frac{1}{2}$. vingeren breet, ſtaande zonder ordre, en ydel aan de ryskens.*

De vruchten hangen op korte ſteelen, uit den ſchoot der bladeren voortkomende, eerſt donker-groen, en ten laatſten ſwartachtig, in de grootte van Duiven eyeren, of als een Sorbum, *doch peers-gewyze geformeert, van buiten zynze wat rimpelig, en met kleine kuiltjes bezet, de buitenſte bolſter is twee meſſen dik, droog, bryzelig, en zandig, als of 'er toegemaakte kalk onder was; De binnenſte korrel heeft de groote van een ronde pruime-ſteen, en laat zig in tweeen deelen, zynde de eene helft gemeenelyk kleinder dan de andere. Zomtyts is deze korrel lankwerpig, en zo groot, als de korrel van een Eykel, als mede van een drooge ſubſtantie: Vers opgebrooken zynde is hy van binnen hoog-geel, als de* Curcuma, *maar de gedroogde zyn wat bleeker, van reuk ſterk en ſpeceryachtig, de Bakelaaren zeer na by komende, voor een Amboinſche neus aangenaam, maar niet zeer voor een Europiaanſche. De ſmaak is wat bitter, doch zonder ſcherpigheit.*


Het tweede of kleine Leytun *is de voorige gelyk, maar de bladeren zyn wat kleinder, en wel een duim korter, drie en vier duimen lank, ruim twee vingeren breet, met weinige zeer ſchuinze ribben, van boven zo effen, dat men ook de middelſte vooren niet en voelt, van onderen blaau-groen, en van reuk herſtachtig. De vruchten zyn wel de helft kleinder, zommige peers-gewys, zommige ronder, en mede rimpelig, en ſwart, alsze ryp zyn: De binnenſte korrel is zomtyts de Bakelaaren gelyk, zomtyts wat breeder en ronder, ook in tweeen verdeelt, van de zelfſte coleur en ſubſtantie, maar den reuk en ſmaak is in dit kleine ſlag ſterker dan in 't groote, en in beide aangenamer dan in de Bakelaaren, doch met een kleine ſcherpigheit, zonder adſtrictie. De ſpeceryachtige reuk vergaat in de drooge wat, doch wert weder levendig, als menze vryft.*

Naam. *In 't Latyn heb ik hem* Lauraſter Amboinicus *genaamt, naar de ſmaak en reuk van de vruchten, die de Bakelaaren naaſt by komt. Op* Hitoe *hiet hy* Leytun. *Op Leytimor* Hiber, *of* Aiyr. *Op* Oma, *een van de Uliaſſerſche Eilanden*, Ittir, *en* Ayhoo-Ittil. *Op Hoea-Mohel*, Ley-itir.

Plaats. *Men vint hem weinig, en dan nog maar alleenig in 't Amboinſche hooge gebergte, en omtrent de* Dammar-*boomen, dewelke altyd op 't hoogſte van 't Land ſtaan, als mede in 't* Omaſche *gebergte; doch by andere Natien, zo veel ik bemerke, is hy onbekent.*

Gebruik. *De ſpeceryachtige vruchten van dezen boom zyn maar alleen in gebruik, 't welk ook noch niet groot is. De Amboinſche Vroutjes nemen de verſche korrel, vryven die met een weinig* Curcuma, *Rys-meel, en* Culit-lawan *op een ſteen, en beſtryken daar mede na 't baden hun lyf, om een aangenaame reuk by haare Natien te hebben, hoewel zommige voorgeven, dat zulk beſtryken ook tegen eenige gebreeken dient: Want het is zeeker, dat zulke ſpeceryachtige vruchten in de Medicyne goede kragten, en miſſchien met de bakelaaren in veelen eenige overeenſtemminge hebben. Maar het is tot nog toe niet onderzogt, om dat men zo weinige van die boomen vint. De wilde Duiven eeten mede deze vrucht, en geven de binnenſte korrels door den afgang weder van haar, die dan op de aarde vallende, nieuwe boompjes voortbrengen, en die ik zomtyds in de hooven geplant hebbe, doch daarze niet wel willen opkomen, gelyk andere diergelyke boomen, die aan en tot de wilderniſſen gewent zyn.*

Het





Laurus!

Majoris speciei lignum est album, nec durabile, minoris vero, si ex truncis vetustioribus sit, rubet, durum est, ac durabile, unde ad ædium postes adhiberi potest. Bonum quoque spirat odorem, si elaboretur. Trunci cortex ac præsertim radicis aromaticum quoque dat odorem & saporem linguam urentem, Amboinensibus in usu est tam ad vestes quam corpora lavanda, ut gratum spirent odorem: Latifolia species satis frequenter occurrit circa *Tiel*, ut & in *Hoeamobel*.

Cortex igneus, Malaice *Culit Api* dictus, est cortex tenuis & glaber, *Cassiæ ligneæ* similis, sed pallidior & crassior est, atque ore manducatus fervidissimum dat saporem, cum notabili amaritie, Massoy & Culit-lawan superans fervore. Hujus arbor mihi hactenus ignota est, crescit autem in *Key*, ac quibusdam ad Eurum sitis insulis, raræque hujus arbores inventæ fuere in regione *Hoeamobel*, in montibus *Wey-poeti*: Ex facie externa ac sapore putarem ad *Laurastri* genus pertinere: Cortex hic medicinalibus virtutibus prægnans vulgo habetur, præsertimque utilis est, si fuerit contritus, ac cum debili Arack propinetur ad tormina doloresque abdominis, ex frigore ortos profligandos. Item cum aliis temperatioribus lignis mixtus atque externe illinitus ad artus refocillandos, quum vero hic cortex raro & pauca tantum quantitate conquiri possit, illius usus vix dimidius notus est.

Laurafter Minor firmissima habet folia instar pergameni, cum oblongo ac firmo apice, quæ solitaria locantur, uti porro supra in textu commemoratum fuit.

Flores ex brevibus propullulant racemis, vix digiti articulum longis, inque his plurima apparent viridia capitula instar seminis sinapios, singulum autem suo insidet petiolo & caliculo. Flosculus minimus est ex binis pallide albicantibus petalis formatus, quorum unum instar Lilii dependet & reflectitur, alterum vero erigitur, bonumque sed debilem spirat odorem. In singulo racemo unus alterve tantum provenit fructus, quorum quidam magnitudinem Lansiorum habent, alii vero instar *Sorbi* vel paulo minores ac pyriformes: Parva hæc species in imis crescit montibus prope *Dammar*-arbores: Major vero species folia gerit quinque pollices longa & binos lata, verum non ita firma ac minoris speciei, at magis vicina crescit Æthiopum tractui, in apertis montibus circa *Caju-Poeti*: Parva species flores dat Septembri, fructusque maturescunt cum *Canari Barat*.

Het hout van 't groote geslagte is wit, en niet durabel, maar het kleine, als het van oude stammen is, heeft een rootachtig hout, is hart en durabel, en daarom tot stylen van huizen gebruikelyk. Het heeft ook een goede reuk, als het bearbeit wort. De schorsse van den stam, maar inzonderheit van de wortel, is mede specery achtig van reuk en smaak, wat heet op de tonge, by de Amboineezen gebruikelyk, zo om haare kleeden, als lichaamen mede te wassen, en daar door een goede reuk te bekomen: Het breet-bladige vint men redelyk veel omtrent Tiel, *als mede op* Hoeamohel.

Cortex igneus, *in 't Maleyts* Culit Api *genaamt, is een dunne, effene schorsse, de* Cassia lignea *zeer gelyk, doch bleeker en dikker, en zynde in de mont gekaauwt, zeer heet van smaak, met een merkelyke bitterheit, beide de Massoy en Culit-lawan overtreffende. De boom hier van is my nog onbekent, want hy groeit op* Key, *en zommige Zuit-ooster Eilanden, zynde ook weinige daar van gevonden op het Land* Hoeamohel, *in 't gebergte van* Wey-Poeti: *en na 't uitterlyke aanzien, midsgaders de smaak, zo zoude ik oordeelen, dat hy onder de geslagten van* Laurafter *behoort: Deze schorsse wert zeer medicynaal gehouden, en byzonder dienstig om gevreeven, en met slappen Arack ingenoomen zynde, te verdryven de buik-pyn, en krimping, die uit koude ontstaat. Als mede met andere getemperde houten gemengt, en van buiten opgesmeert, om de leden te verwarmen, dan dewyl men van dezen bast maar weinig kan vinden, zo is deszelfs gebruik ook maar half bekent.*

Laurafter Minor *heeft zeer styve bladeren, als* pergament, *met een lankachtige styve spits, zy staan enkelt, &c. zo als verders hier boven vermelt is.*

Het bloeizel komt voort op korte trosjes, schaars een lit van een vinger lank, en daar aan veele groene knopjes, als mostert-zaat, yder op een byzonder voetje. Het bloempjen is zeer klein, gemaakt van twee bleek-witte blaatjes, waar van 't eene afhangt, als een lelie, 't ander staat overendt, of wat over gebogen, goet, doch wat slap van reuk: Aan een trosje komen maar een of twee vruchten voort, zommige zo groot als Lanssen, zommige als Sorbus, *of de Suip-peeren, of wat kleinder, en peer-vormig: Dit kleine slag groeit ver in 't gebergte by de* Dammar-*boomen: Het groote slag heeft bladeren van 5. duimen lank, en 2. breet, doch zo styf niet als de voorgaande, en groeit nader aan de Negoryen op lugtige gebergten, omtrent de* Caju-Poeti: *Het kleine bloeit in* September, *en de vruchten rypen met de* Canari Barat.

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Quintæ.

Exhibentis ramum Laurastri Amboinensis, *Leytun* incolis dictæ.

A. *Fructus* integros, *oblongum* & *rotundum* denotat.

B. Vero *apertum*, seu dissectum.

UITLEGGINGE

Van de vyftiende Plaat,

Verbeeldende een Tak van de wilde Amboinsche Lauwrierboom *Leytun* van de Inlanders genaamt.

A. Wyst aan de *geheele vruchten*, een *langwerpige*, en een *ronde*.

B. Een *geopende*, ofte *doorgesnedene*.



CAPUT XXV.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Arbor alba. Caju Puti.

SUbſequentes hæ tres arbores maxime Myrto affines ſunt, nec inproprie Indicæ Myrti dici poſſent: Lectorem autem non offendat, quosdam frutices ac herbas Europæas in India excreſcere in arboris formam, uti hoc poſtea, ac præſertim de Filicibus, indicabitur.

Arboris hujus *albæ* tres obſervavi ſpecies, quarum prima ac maxima hoc in capite deſcribitur: Arbor alba major eſt arbor perfecta, ſimplici, non admodum erecto, at arcuoſo gaudens trunco, qui plerumque hominem craſſus eſt, quidam etiam duorum & ultra craſſitiem habent. Raros gerit & incurvos ramos, qui comam conſtituunt raram & incomptam: Folia peculiarem dant formam, a cæteris ſeſe diſtinguentia arboribus; primo enim formam habent foliorum ſalicis, vel ex Indicæ plantæ comparatione, inſtar foliorum Dammaræ, ſed multo majora ſunt & æqualia, per longitudinem nervos habentia novem decemve, quorum quatuor quinqueve præ reliquis eminent, ac plurima ad finem ſunt incurvata fere inſtar acinacis, ſex, ſeptem, octove pollices & ultra longa, pollicem lata, firma, glabra, coloris pallide viridis, fere glauci, ſique conterantur, ſicca apparent & fragilia, odoris fortis quodammodo aromatici, ſed & ſimul aciduli: Illorum ſapor reſinoſus quoque eſt cum parva adſtrictione, ad Myrti folia accedens, vel potum quendam ſpirans in India *Kilang* dictum. Ab utraque parte fere ſunt æque acuminata, ubi quatuor quinqueve majores nervi concurrunt. Sine ordine in ramulis locantur fere ſeſſilia.

In ramulorum extremitatibus, atque ex proximorum foliorum alis lignoſi pregerminant petioli, ſemi-pedem longi, qui uibique obſeſſi ſunt oblongis viridibuſque capitulis, ſuperius albicantibus, ſeſeque aperientibus in floſculos albos ex quinque anguſtis petalis conſtantes, repletis plurimis longis, flaccidis, & albicantibus ſtaminibus villoſis, anthera albicantia gerentibus. Stamina hæc in medio ſeu centro piſtillum viride recondunt, quod poſt flores delapſos, in parvo concavo perſiſtit quaſi cyatho vel caliculo. Caulis hic florifer ſpicam refert albicantem, quæ fortem ſpirat odorem, ſed quodammodo acidulum, nec admodum jucundum. Poſt flores delapſos capitula remanent bina ternave ſimul juncta, adeo firmiter & proxime cauli annexa, acſi agglutinata forent, quæ magnitudinem circiter habent ſeminis Coriandri, ſed ſuperius aperta ſunt forma caliculi, in quo piſtillum viride coronatum remanſit, ac demum etiam decidit: Capitula hæc optime referunt acetabula, quæ in cirvis *Sepiæ* apparent, primo viridia, dein ex cinereo nigricantia, terrei quaſi coloris, quæ in cauli ſeſſilia manent, licet penitus ſint matura: Huncque ſervant ordinem, ut ſi ab hac caulis parte tria ſimul locentur, ab altera caulis parte tria ſubſequentia appareant, ita ut alternatus eorum ſit ſitus. In hiſce caliculis tenue reconditur ſemen, acſi palea eſſet, vel quod formam habet abruptorum ſpinæ acuminum, parum incurvum, ac pallide fuſcum, quod demum decidit, ſi baccæ diu in arbore ſuperſint.

Truncus molli obducitur cortice, digitum circiter craſſo, ex innumeris tenuiſſimis ac tenerrimis pelliculis conſtructo, uti in Betula conſpicitur arbore, quæ arcte ſibi invicem incumbunt, & cinereæ ſunt, quæque facile ſeparari poſſunt, ſed adeo teneræ ſunt, ut, ſi ſimplices tractentur, ſtatim frangantur.

Inferior hujus trunci pars ſemper nigricans apparet, acſi combuſta eſſet, in qua omnia etiam exuſtionis ſigna conſpiciuntur, quodque mirabile eſt, nemo unquam hanc ardentem conſpexit arborem, quique non accurate attendunt, putarent a prætereuntibus forte ignem in hunc truncum fuiſſe conjectum, qui facile in hoc ſicco fovetur cortice, at lento ſerpit gradu. Sed hæc nequit eſſe cauſſa ſaltem in omnibus, nec in iis, quæ a via remotæ ſunt, arboribus. Si hic enim cortex ignem concepiſſet, ac re vera flammam ex-

XXV. HOOFTSTUK.

Witte-Boom.

DEze drie navolgende boomen hebben groote gemeenſchap met de Myrten, en zouden ook wel niet oneigentlyk Indiſche Myrten-boomen mogen genaamt werden: Doch moet zig den Lezer daar niet aan ſtooten, dat zommige heeſters en kruiden, in Europa bekent, in Indiën tot boomen opgroeyen, gelyk wy zulks hierna, en wel bezonderlyk van de Vaaren, zullen zeggen.

Van de Arbor Alba *heb ik drie zoorten geobſerveert, waar van de eerſte en grootſte in dit Kapittel beſchreven wort:* ARBOR ALBA MAJOR *is een volſlagen boom, met een enkelde, doch niet zeer regte, maar bogtige ſtam, gemenelyk hebbende de dikte van een man, zommige ook van twee mannen en meer. De bladeren hebben mede een byzondere gedaante, van andere boomen eenigermaten verſchillende, zy gelyken voor eerſt de Wilge-bladeren, of (na de Indiaanſche gelykeniſſe) de Dammar-bladeren, doch zyn veel grooter, hebbende effene kanten, in de lengte met 9. en 10. zenuwen geſtreept, waar van 4. a 5. boven de andere uitſteeken, meeſt alle van vooren een weinig gekromt, bykans alle in de gedaante van een Sabel: Ses, ſeven, en acht duimen, of wat meer lank, een duim breet, ſtyf, glat, van een dootze groente, wat na 't Spaanſch-groen trekkende, in 't vryven droog, bryzelende, en van een ſterke reuk, dewelke wat ſpeceryachtig is, doch ook na den ſuuren trekkende: De ſmaak is insgelyks hersachtig, met een kleine zamentrekking, en wat na de Myrten-bladeren hellende, als mede na een zeekeren drank, die men in Indiën* Kilang *noemt. Van achter en vooren zynze bykans even ſpits, daar de vier of vyf groote zenuwen t'zamen ſtooten. Zy ſtaan zonder ordere rondom de takjes, bykans zonder ſteelen.*

Aan de einden van de ryskens, en uit den ſchoot van de naaſte bladeren, komen houtachtige ſteelen voort, een halve voet lank, rondom bezet met lankwerpige, groene knopjes, die boven op wit zyn, en haar openen in kleine witte bloempjes, gemaakt van vyf ſmalle blaatjes, en vervult met veele lange ſlappe, en witte draatjes of vlakken, daar witte noppen aanhangen. Deze draaden verbergen in haar midden een groen hoorentje, 't welk na het afvallen van 't bloeizel in een hol bekertje ſtaan blyft. Deze bloeiende ſteel gelykt wel na een witte Aire, en geeft een ſterken reuk van zig, doch wat zuur, en niet zeer lieflyk. Na het afvallen van dit bloeizel blyven de knoppen zitten, twee en drie tegen over malkander, en zo digt tegen de ſteel aan, als ofze daar aangelymt waren, zynde omtrent zo groot als een Coriander-zaat, doch van voren open, in de gedaante van een bekertje, daar het voorſchreeve groene horentje nog in ſtaat, en ten laatſten ook uitvalt: Deze knopjes gelyken beſt na de holle vratten, dewelke men ziet aan de baarden van de Zee-kat, eerſt groen, daar na uit den graauwen ſwart-achtig, of aartverwig, blyvende tegens den tak aan zitten, al zynze geheel ryp, zy houden ook meeſt die ordre, dat als 'er drie aan eene zyde van den ſteel ſtaan, de naaſtvolgende drie aan de andere zyde ſtaan. In deze kelkjes legt beſlooten een fyn zaat, als of het kaf was, of als afgebrookene ſpitzen van doornen, een weinig gekromt, en ligt-bruin, het welk daar mede metter tyd uitvalt, als de bezien lange aan den boom hangen blyven.

De ſtam is bekleed met een zagte ſchorſſe, omtrent een vinger dik, uit ontelbare zeer dunne en teere velletjes gemaakt, gelyk men aan onze Berke-boomen ziet, digt op malkander leggende, vuil-wit, of vaal, men kanze wel van malkander ſcheiden, doch zyn zo teer, datze, als men de enkelde handelt, terſtont breeken.

Het onderſte van dezen ſtam ziet men altyd meeſt ſwart, als of het verbrant was, daar aan men ook alle de teekenen van brant bemerken kan, en dat te verwonderen is, niemant heeft ooit dezen boom zien branden, die 'er minſt op letten, meenen dat 'er zomtyds door de voorbygaande eenig vuur tegen deze ſtam geworpen wiert, 't welk in deze drooge baſt zeer ligt komt te vatten, en al ſmeulende voort te eeten. Maar dit kan niet zyn, immers niet aan alle, en die verre van den weg afſtaan. Want zo de baſt het vuur gevat, en inderdaat gebrant had-

excitasset, tum herbæ adstantes quoque combustæ fuissent, hocque non in omnibus, sed in quibusdam tantum apparet arboribus, quod contrarium observatur: Unde puto, ardentibus diebus æstivis hunc siccum & tenerum corticem, qui ignis fomitem tantum refert, per ardentem Solis fervorem incendi, non tamen eo usque, ut flammam concipiat, sed quidem ita exuri, ut combustus quasi videatur: Hinc meæ sententiæ favet, quod semper hæ arbores solitariæ, nec aliis silvestribus mixtæ inveniantur, & sibi quasi solis in altis ac ventosis montibus locum occupent, nec multas circa sese admittant herbas silvestres, excepto carice, aliisque repentibus Filicibus. Hæ quoque arbores semper vagæ ac remotæ ab aliis crescunt, ita ut harum silvæ semper sint apertæ & ambulationibus faciles, sed radiis solaribus admodum expositæ.

Si calidioribus diebus hasce perambulemus silvas, odor percipitur resinosus, nec umbras facile dant delassatis atque anhelosis ambulatoribus, vespertino vero tempore, vel si nullos emittat Sol radios, gratæ hæ admodum sunt silvæ, atque adeo jucundum dant prospectum, ut quidam cum Hagana illas comparent silva: Ex albo seu cinereo colore hæ arbores e longinquo facile dignosci possunt, ac plerumque solo crescunt rubro, pingui & argilloso, alba mixto terra atque lapillis, quod haud facile alias producit plantas.

Baccæ maturæ seu fructus resinosum dant saporem, ad Myrtum accedentem, cum notabili adstrictione sine ullo calore; vetustæ vero baccæ admodum sunt siccæ, fragiles, ac fere fatuæ & insipidæ.

Folia quoque adeo sicca sunt, ut ex contritis vix ullus elici possit succus. Lignum satis durum ac grave est, longitudinalibus constans fibris, nec elegantem dat colorem, ex cinereo enim albicat fusco mixtum, per longitudinem facile finditur, immo fere sponte, si soli fuerit expositum, ejus medulla est mollior, fungosior, ac plurimum rimas agit. Ædificiorum operi nullo modo inservit, quum non bene poliri possit, facile findatur, ac cito cariosum fit: Lignum enim hoc spurias ac malignas habet maculas, quæ cariosæ apparent, & facile vermes seu cossos admittunt, quod autem plerumque in arboribus observatur sponte prolapsis: Econtra in aqua marina satis durabile est, sed tum non prolapsæ sed recenter cæsæ eliguntur arbores, ex quibus costæ navium vel asseres formantur. Si secetur hoc lignum, gratum sed debilem præbet odorem fere instar Sandali, sique majora hujus ligni frusta levigentur, fibræ apparent tenues, ipsa autem haud facile poliri possunt.

Arbor ipsa per fortiores facile disjicitur ventos ac imbres, quum solitaria sit locata, nec profundas admodum ac raras agat radices, atque projecta cito per aërem ac pluvias corrumpitur.

Anni tempus. Flores dat Januario, ac quædam mense Martio; fructus maturescunt ab Augusto in Novembrem, nec facile progerminant, ita ut raro ex his arbusculæ propullulent, quæ neque transplantari vel ab hominibus coli possunt.

Nomen. Latine *Arbor Alba major.* Communi Malaicensi nomine *Caju-puti*, uti & nostræ nationi dicitur *Witte-boom*; quidam *Kilang-arbores* vocant, ob foliorum odorem: Alii *Brant-boomen* seu exustas nominant arbores, quum incendii signa ad truncum appareant: Verum nomen Malaicense est, *Caju-Gelam* ac fructus *Gelam*: In Java & Baleya fructus vocantur *Bollong* & *Bobolong*. Paleosum semen ex caliculis separant ac colligunt, vocantque *Sari-bollong*. Ternatensibus dicitur *Hate-kelang* & *Badjule*. In lingua Amboinensi varias habet denominationes juxta varia, in quibus crescit, loca. Vulgo vocatur *Ay-puti*, sed proprie *Kilam*, *Ilan*, & *Elan*: In Hitoë *Camelan*, acsi dicerent *Comal-Ilan* seu *Dammar-Ilan*, quum hujus arboris folia magnam habeant similitudinem cum *Dammar-arboribus*. In Cerama a *Luhunensibus* vocatur *Sakelan*, in Banda *Kelan*, quæ omnia nomina sine dubio ortum habent a Malaicensi *Gelâm*: In Macassara vocatur *Baru-Gallam* & quoque simpliciter *Gelam*.

Locus. In omnibus fere occurrit insulis Archipelagi hujus Moluccensis, a Celebes parte Orientali per Moluccas, Ceramam, & Amboinam, plurimum vero per

hadde, zo zoude de naast omstaande ruigte mede gebrant hebben, en zulks dan ook niet aan alle, maar alleen aan zommige boomen gezien werden, van 't welke beide men nu het tegendeel ziet: Zynde daarom myn gevoelen, dat by heete Zoomer-dagen, deze drooge en teere bast, die enkel tontel gelykt, door de brandende Zonne-hitte wert aangesteeken, doch echter niet in een ligte brant komt te raaken, maar wel zodanig verzengt wert, dat hy daar door als verbrant komt te droogen: Hier toe, namentlyk tot dit myn gevoelen, helpt ook, dat deze boomen altyd by malkander, en nooit onder andere Bosch-boomen vermengt staan, maar als voor haar zelver op hooge lugtige bergen een plaats innemen, en niet veel ruigte onder haar lyden, behalven het Sny-gras, en alderhande zoorten van kruipende Vaaren: Staande zelfs ook ydel en wyt van malkander, zo dat het in deze Bosschen altyd ligt en wel te wandelen is, maar zyn gevolglyk voor de Zonne-straalen ook openstaande.

Als men ook by heete dagen door deze Bosschen wandelt, zo wert men een hersachtige reuk gewaar, en men kan daar qualyk schaduwe vinden, om wat onder te rusten, of zyn aassem te verhaalen, maar als 'er geen Zon en is, of by avont-stonden, dan gevenze zo een aangenaame uitzigt, datze zommige by het Haagse-bosch komen te vergelyken: Aan haare witte verruwe of coleur, kan menze van verre wel bekennen, en zy staan gemeenlyk op een roode vette klei-gront, met witte aarde en steentjes vermengt, zynde een harde gront, die niet ligt andere planten kan voortbrengen.

De rype bezien of vruchten hebben een hersachtigen smaak, al mede na de Myrten trekkende, met een merkelyke zamentrekking, en egter zonder hitte, doch de oude bezien werden zeer droog, bryzelig, en bykans zonder smaak.

De bladeren zyn ook zo droog, dat men uit de gevrevene qualyk eenig zap krygen kan. Het hout is redelyk hart en swaar, langdradig, en van geen mooye coleur, te weten uit den witten na den graauwen trekkende, daar wat ligt-ros onderloopt, het splyt gaarn in de lengte, en dat van zelfs, als 't in de Zonne legt, het hert is weeker, vooser, en meest gescheurt. Tot den huis-bouw deugt het niet, om dat het zig niet glat laat werken, ligt scheurt, en de worm baast daar in komt, want dit hout heeft van binnen valsche plekken, die haar als vermolzemt vertoonen, en daar ook de worm inkomt, doch 't welk men meest ziet aan boomen, die van zelfs omvallen: Daar en tegen is het in Zee-water redelyk durabel, maar als dan neemt men geen omgevallene, maar vers gekapte boomen, die men dan in houten, of planken afzaagt. In 't zagen geeft dit hout een aangename, hoewel slappe reuk van zig, schier als Sandel-hout, en als men goede massyve stukken daar van krygen kan, en die opgeschaaft werden, dan vertonenze haar fyn geadert, doch laten zig niet polysten.

De boom wert door sterke winden ligt omgeworpen, om dat hy zo ydel staat, en weinige wortelen heeft, daar hy dan door regen en lugt in weinig tyd bederft.

Saysoen. *Zy bloeyen in Januari, en zommige in Maart; de rype vruchten ziet men in Augustus tot in November, en teelen zo qualyk voort, dat men zeer zelden daar van jonge boompjes vint, en die en laaten zig ook door geen menschen handen verplanten.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Alba major. *In 't gemeene Maleyts* Caju-Puti, *en zo ook by onze Natie* Witteboom, *zommigen noemenze* Kilang-boomen, *na den reuk der bladeren: Andere Brant-boomen, om datze altyd eenige teekenen van brant aan den stam hebben: De regte Maleytsche naam is* Caju-Gelam, *en de vruchten* Gelam, *op Javaans en Balys, de vruchten* Bollong, *en* Bobolong. *Het kafachtige Zaat uit de kelkjes vergaderense in 't byzonder, en noemen 't* Sari-bollong. *Op Ternataans* Hate-Kelang, *en* Badjule. *In 't Amboins heeft hy verscheide namen naar de plaatzen, daar hy wast. In 't gemeen noemenze hem* Ay-puti, *maar eigentlyker* Kilam, Ilan, *en* Elan: *Op Hitoë:* Camelan, *als ofze zeiden* Camal-Ilan, *of* Dammar-Ilan, *om dat dezes booms bladeren en reuk groote gelykenisse hebben met de Dammar-boom. Op Ceram by de* Luhuneezen Sakelan, *op Banda* Kelan, *alle welke namen waarschynelyk afkomen van 't Maleytsche* Gelâm: *Op Macassar* Baru-Gallam, *en ook slegts* Gelam.

Plaats. *Men vintze schier in alle Eilanden van dezen Moluxen* Archipelagus, *van Celebes Oostgedeelte, door de Moluccos, Ceram, en Amboina, doch meest door alle* de

per insulas ad Eurum sitas ac forte usque ad *Novam Guineam*, in Boero & Cerama totos occupat montes, ac vix ullam in suo districtu admittit arborem, excepta *Casuarina Montana*, aliisque similibus siccis arboribus, quas circa sese tolerat, præsertim in Leytimoræ montibus post Castellum Victoriam: Atque uti dicitur, pagus *Kilang* nomen ex hac arbore traxit, quum sit exstructus in colle, qui antea totus occupatus erat ab hisce arboribus, uti hic tractus plures tales profert arbores. Raro prope litus occurrit, sed in montibus ad Bombardæ distantiam a litore sese offert: In altissimis ac frigidis montibus non læte germinat, sed locis ipsis vicinis ac radiis solaribus melius expositis.

Usus. Hujus arboris cortex plurimum in usu est saltem Amboinensibus, & in omnibus Moluccis ad obturanda eorum navigia, qui juncturis interponitur, si unus alteri nectitur asser, siccus enim hic ac tener cortex in aqua Marina intumescit, unde navigia arctissime obsolidat, ita ut Indis loco stupæ inserviat. Illud autem habet vitium, ut juncturis inditus sese contrahat atque excidat, quod picando tamen satis prohibetur. Cortex hic generali nomine vocatur *Baru*, quod nomen commune est omnibus rebus, quæ adhibentur ad navigia obsolidanda: Et licet hic cortex decorticetur, arbor hæc eodem in loco novum iterum producit corticem, vulnusque intra aliquot annos iterum concrescit, uti in Subere fit.

Fructus vel Baccæ Amboinensibus nullo sunt in usu, quod magis ipsorum ignorantiæ adscribo, quam quod minoribus valerent virtutibus quam Javanenses, in Amboinensibus enim major vis aromatica percipitur, vel saltem sapor penetrantior est quam in iis, qui in Javanorum cistis aromaticis transferuntur, qui plurimum insipidi sunt, quum in Java ipsa non crescant, sed in Borneo.

In sapore tamen aliqua est differentia, in Amboinensibus enim baccis magis est resinosus & fortior, cum majori adstrictione, in Javanis vero, si recentes sint, sine dubio magis aromaticus est, in utrisque tamen sine aliquo fervore, unde concludo, Javanas ac Borneas has baccas non fuisse decerptas ex Caju-Puti latifolia, sed ex subsequenti angustifolia, unde ulteriores harum virtutes ad subsequens defero caput.

Cortex tener cum pauxillo *Curcumæ* & *Tamaryn* masticatus, & apertis inpositus aposthematibus, pus extrahit, illaque depurat. Folia si aquæ incoquantur cum illis *Lagondi*, hisque corpus lavetur, difficilem tollunt pruritum.

Lignum hucusque raro fuit in usu: Amboinenses, ac præcipue Uliassenses ex hoc asseres formare solebant pro minoribus navigiis, quodque etiam nunc adhibent, si aliud deficiat lignum, quum illud quidem sit durabile, sed nimis grave nec adeo minoribus aptum navigiis; E contra natio nostra post annum 1670. in magnum illud advocavit usum, quodque non tantum ad ædium adhibet exstructionem, ad quam, uti dictum est, non admodum est durabile, nec valet, sed etiam ad costas & fulcra majorum navium, ad quæ bonum ac durabile observarunt, unde & plurimæ silvæ harum arborum circa Castellum Victoriam jam sunt excisæ.

Caju-Kelam in Occidentalibus crescens insulis, uti in Java, Borneo, & Malacca, graciliorem habet truncum, non ultra crus crassum, qui instar Piceæ erigitur, ad altitudinem quinque sexve ulnarum. Ejus folia sunt pinguiora ac latiora, & lignum quoque durum est ac grave: Ibi crescit non in montibus, sed in planis campis & juxta fluminum ripas in argilla rubra. Ejus lignum ibi inservit ad postes & costas, quæ grave sustinere debent pondus, propter solidum ejus robur, unde & pontibus inservit, qui ab una Calappo arbore ad aliam extenduntur, quos Tiffadores transeunt, binosque tales connectunt pontes, uti alias cum Bambosis fit. Hujus cortex siccus seu Baru adhibetur non tantum juncturis navium, sed etiam cum pingui Oleo *Minjac-Caju* mixtus, ad faces & candelas formandas, quod oleum ex arbore *Koring* elicitur, quæ folia habet instar *Mangii albi*, sique hujus truncus incidatur, vel foramen in illo perforetur, atque ignis huic substruatur lentus, tum Oleum hoc exstillat

Dipterocarpus laevis. Ham.

de Zuit-ooster Eilanden, en misschien tot Nova Guinea *toe, op Boero en Ceram bekleet hy geheele lange gebergten, qualyk een ander boom in zyn district lydende, behalven* de Casuarina Montana, *en andere diergelyke drooge bomen, die hy aan de kanten by zig lyt, inzonderheit op het gebergte van Leytimor, achter het Kasteel Victoria: en zo men zegt, heeft de Negory* Kilang *haar naam hier van gekreegen, om datze gebouwt is op een heuvel, die te vooren vol van deze boomen was, gelyk het district van de Negory nog is. Digt aan strant ziet men hem niet of zelden, maar in 't gebergte omtrent een Kanon-schoot daar van afgelegen, begint hy zig te zertoonen: Op zeer hooge en koude bergen wil hy ook niet voortkomen, maar wel op plaatzen, die daar naast onder aan leggen, en daar de Zonne-straalen beter vatten kunnen.*

Gebruik. *De schorsse van deze boom is meest in gebruik, immers by de Amboineezen, en in alle de Moluccos, te weten, tot het digt maken van hare vaartuigen, werdende tusschen de voegen gelegt, als men de eene plank op de andere wil zetten, want deze drooge en teere bast swelt in het Zee-water op, en maakt de vaartuigen zeer digt, zo dat hy by deze Indianen voor werk dient. Dog hy heeft wederom die foute, dat hy in de voegen inkrimpt, en uitvalt, 't welk egter genoegzaam belet wort door 't kalefateren. Deze bast wert met een generalen naam genaamt* Baru, *een naam gemeen aan al het geen men gebruikt tot het stoppen, en breeuwen van vaartuigen: Hoewel hy eigentlyk tot breeuwen niet dient, en al wert deze bast afgetrokken, zo krygt den boom al wederom een nieuwe op dezelfde plaats, en de wonde groeit in eenige jaren wederom toe, gelyk aan den Kork-boom geschiet.*


De vruchten of bezien hebben by de Amboineezen geen gebruik, het welk ik meer haar onwetenheit toeschryve, dan datze minder van kragten zouden zyn, als de Javaansche: want men bevint in de Amboinsche meer specery achtigheit, of immers merkelyker smaak dan in de gene, die in de Javaansche Kruit-dozen overkomen, dewelke meest zonder smaak zyn, om datze op Java zelfs niet wassen, maar op Borneo.

Daar is echter nog een klein onderscheit in de smaak, want in de Amboinsche bezien is hy hersachtiger, en sterker, met meerder zamentrekking, maar in de Javaansche, (zo zy vers zyn) is hy buiten twyffel speceryachtiger, doch in beide zonder eenige hitte, waar uit ik gisse, dat de Javaansche en Borneesche niet van deze groot-bladige Caju-Puti *komen, maar van 't volgende klein-bladige, dies ik de verdere kragten tot dat Kapittel uitstelle.*

De jonge schorsse met een weinig Curcuma *en* Tamaryn *gekauwt, en op opene Aposteunen gelegt, trekt den etter uit, en zuivert dezelve. De bladeren in water gekookt met die van* Lagondi, *en daar mede gewassen, verdryven het moeyelyk jeuken.*

Het hout is tot nog toe ook in klein gebruik geweest: De Amboineezen, inzonderheit in de Uliassers pleegen daar wel planken van te maken tot kleine vaartuigen, en 't welk zy ook nog al doen, by gebrek van ander hout, om dat dit hout wel durabel is, maar daar by swaar, en tot kleine vaartuigen niet zeer bequaam; Daar en tegen onze Natie hebben het na 't jaar 1670. in grooter gebruik gebragt, nemende 't zelve niet alleen tot den huisbouw, waar toe het echter, als gezegt, zo wel niet deugt, maar ook tot inhouten en ribben van groote vaartuigen, daar zy 't goet en durabelder toe bevonden hebben, en waar door de meeste Bosschen rondom het Casteel Victoria nu ook al uitgekapt zyn.

De Caju-Kelam *in de Westersche Eilanden vallende, als op Java, Borneo, en Malacca, is wat ranker van stam, niet boven een dye dik, zo regt als een sparre, en vyf en zes vademen hoog. De bladeren zyn wat vetter en breder, en het hout is mede hart en swaar: Het wast aldaar juist niet op de bergen, maar op de vlakke velden, en langs de Revier-kanten, daar het roode klei heeft. Het hout is aldaar gebruikelyk tot sparren en ribben, die eenige swaarte moeten dragen, wegens hare stevigheit, als mede om de bruggen van de eene Calappus-boom tot den anderen te maken, daar de Teifferaers overlopen, dezelve twee nevens malkanderen bindende, gelyk men anders met de Bamboezen doet. De drooge bast of Baru wert gebruikt niet alleen, om in de voegen van de vaartuigen te leggen, maar ook om met de dikachtige Olie* Minjac-Caju *gemengt zynde, toortzen of kaarssen daar van te maken, werdende dezelve Olie getapt uit den boom* Koring, *dewelke bladeren heeft als die van 't* Mangium album, *en als men den stam kapt of een gat daar in boort, en*





Melaleuca Leucadendron. DC.

lat primum molle inſtar olei Calappi, dein autem adeo durum & album, acſi ſebum foret.

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Sextæ,

Exhibentis Myrto-Leuco-dendron *foliis integris, lanceolato inflexis, floribus ſtaminoſis & fructibus urceolatis*, quæ Arbor alba ſeu Caju-Puti a *Rumphio* vocatur.

A. *Florem.* B. *Fructum* denotat.

OBSERVATIO.

Hujus arboris ramum jam ante aliquot accepi annos a D. *Garcin* nomine Myrto-Leuco-dendri Indici, incolis Caju-Puti dicti, cujus deſcriptionem nuperrime mecum communicavit idem Cl. D. Garcin, quam in B. L. & Botanophilorum gratiam hic ſubjungo.

Arboris hujus Moluccenſis, 50. immo 60. pedes nonnunquam altæ, trunci verticem rami occupant, qui plerumque unam alteramve ulnam longi ſunt, & quorum bipedalis utplurimum eſt circumferentia; tortuoſa cæterum hæc arbor eſt, quæ candido gaudet cortice, quem Betulæ cortici haud immeritò comparaveris, eo licet multo craſſior ſit, pluribuſque idcircò conſtet membranulis, quarum exteriores ſecedunt & temporis tractu veteraſcentes, in minutas diſſciſſæ particulas, atque in ſpiram circumvolutæ (ut fit in Betulâ) ſpontè cadunt. Arboris noſtræ corticem vermium quoddam genus, quorum ibi indies augetur numerus, ſæpè infeſtat; ejuſque pluribus in locis, in labyrinthi formam, cuniculos agit.

Rari, nudi, tortuoſi, tenues, & fragiles exiſtunt excelſiores *Rami*; tenuique, nec hujus, qui in trunco diſſimili, ac proin candido, ut truncus, teguntur cortice (unde arbor hæc *Caju-Puti Malaicenſe* nomen obtinuit.) bis aut ter bipartiti hi ramuli ad extremum ſuum tantum divergunt. Circa ramorum partem ſuperiorem nati *Ramuli* alterni, rotundi, tenues, fragiliores quam lentiores, duplici teguntur membranulâ; Externâ tenui, griſeâ illi Betulæ ſimili; craſſâ & virideſcente internâ: Horum quilibet ex folii ala prodit, & in longiſſimas, floribus & fructibus per totam ſuam longitudinem refertiſſimas ſpicas, omnes abeunt.

Folia ſunt integra, longa, craſſa, in acuminatum apicem, nonnihil tamen obtuſum, deſinentia, paululum ſicca & fragilia, ex virideſcente lutei parum obſcuri coloris; figurâ & nervis ad *Bupleuri latifolii* folia utcumque accedentia, modò recta, modò falcata; pedunculo inſiſtunt (ut in *Dammar-Pouti*) plano, per 4. linearum ſpatium in folio pergente, & in nervos 4. ad extremum uſque folii pertingentes deinceps abeunte (quemadmodum in *Plantagine* anguſtifolia id conſpicitur,) tenues, ex virideſcenti albeſcentes; hiſque caracteribus facilius quam tactu, (quo vix in folii dorſo percipiuntur) diſtinguendos.

Quæ mox prodiêre folia, ſunt pallidiora, tenera, flexilia, tangenti non ingrata, trinervia; tritu odorem fundunt fortem, aromaticum. Ampliſſima verò, conſtantiſſima, maximè fragilia, quæ vetuſtiſſima. Quatuor vel quinque pollices longa, duodecim vel quatuordecim lineas lata, & in ramulis alternatim ſunt poſita.

Flores perfecti, pentapetali, regulares, hermaphroditi, ovarium coronant, multiſque gaudent ſtaminibus, annuli formâ unitis in baſi, in 5. partes plerumque diviſâ, quarum nonnullas 8. vel 9. alias 10. aut 11. ſtamina alba ſuſtinent: ſtaminum quæ media ſunt, circumpoſitis longiora exiſtunt. Horum antheræ ſunt exiguæ, ſubflavæ, petala minima, alba, in cochlearis formam excavata, ſeſqui-lineam ad maximum longa. Calix in 5. ſegmenta ovarium quoque coronantia dividitur. Tuba ex medio ovario ſurgens, ſimplex, recta, albeſcens, ubique æqualiter craſſa, & rotunda eſt.

Ovarium, cui hæc omnia inſident, ſemi-ſphæricum, adeoque latius quam altum, ſtilo deſtitutum, in medio ſuæ circumferentiæ ſpicæ ramuli fortiter adhæret. Maximus ejus diameter in parte ſuperiore, lineam æquat cum dimidia. Ad glandis calicem figura externa accedit, interna autem uſque ad oras ſemine repletur.

Alternatim diſponuntur flores & fructus in ſpicæ formam diſpoſiti, qui inſiſtunt ramulo tenui, flexiliſſimo, ſemi-pedalis quandoque longitudinis, ubi præſertim cuncti ejus flores prodierunt; creſcere non deſinit.

NB. Fructum, quum maturum non viderim, haud deſcribo.

en een klein vuur daar onder ſtookt, dan komt daar een Olie uit, die eerſt week is als Calappus-olie, maar metter tyd zo hart en wit wert als ongel.

UITLEGGINGE

Van de zeſtiende Plaat,

Welke verbeelt een Myrte-Witte-Boom *met hangende en heele bladeren, die Lanzets-gewyze omgebogen zyn*, met veezelachtige bloemen en kruik-vormige vruchten, Witte-Boom of Caju-Puti van *Rumphius* genaamt.

A. Vertoont de *Bloem.* B. De *Vrucht.*

AANMERKINGE.

Ik heb van deze boom al voor eenige jaren van den Heer *Garcin* een takje ontfangen met de naam van Myrto-Leuco-dendron *Indicum*, by de Inlanders Caju-Puti genaamt, welkers beſchryving ik ook onlangs van dezelve Heer *Garcin* ontfangen heb, welke ik hier nevens aan de Lezers en Beminnaars van deze ſtudie mededeele.

Aan deze Moluccíſe-boom, die 50. en zomtyds 60. voeten hoog is, zyn veele takken in de kruin geplaaſt, welke doorgaans de lengte hebben van een of twee vademen, en de dikte van twee voeten in den omtrek, zynde deze boom zeer bogtig en krom, die een witte ſchorſſe draagt, welke gelyk is aan de ſchorſſe van de *Berken-boom*, ſchoon hy veel dikker is, en daarom ook uit meer velletjes beſtaat, waar van de buitenſte afſchillen, en door de tyd verouderende, in zeer kleine ſtukjes verdeelt werdende zig omkronkelen (gelyk in de Berken-boom gezien wert,) eindelyk ook van zelfs afvallen; De ſchors van deze boom wert dikmaals door een zoort van wurmpjes, die van tyd tot tyd zig vermeerderen, geſchonden, en die op zommige plaatzen zelfs heele hollen als een doolhof formeeren.

De *bovenſte takken* zyn weinig, bloot, krom, en ligt brekende, en zyn omvangen met een dunne en witte ſchors, zo als aan de ſtam, waar van ook de Malytze benaming van *Caju-Puti* aan hem gegeven is, zynde twee of driemaal verdeelt, en deze takjes gapen van elkander. De *takjes* die boven de grootere takken uitwaſſen, ſtaan over en weer, zyn ront, dun, bryzeliger, en niet buigzaam, en werden met een dubbeld vlies bekleet, waar van het buitenſte is dun, en grys, aan dat van de *Berkeboom* gelyk, het binnenſte is dik en groen. Elk takje komt uit de ſchoot der bladeren voort, en eindigt in een zeer lange ſpits, overal bezet en beladen met bloemen en vruchten.

De *bladeren* zyn heel, lang, naauw, en dik, eindigende in een puntige ſpits, doch eenigzints ſtomp, zynde wat droog en broſch, van coleur groen, met wat donker-geel gemengt, in de gedaante en met zenuwen als van het *Bupleurum latifolium*, zynde dan eens regt, dan krom als een ſyſe, en ſtaan op een plat ſteeltje, als die van de *Dammar-Pouti*, het welk in het bladt loopt ter ſpatie van vier linien, die in 4 zenuwe eindigen, (zo als in het ſmalbladige weegbree-bladt gezien wert) die dun zyn, uit den groene-witachtig: en door welke kentekens zy beter als door het gevoel, waar doorze naauwlyks van onder aan het bladt te onderſcheiden zyn, werden ontdekt.

De jonge bladen zyn bleek, teer, buigzaam, en niet onaangenaam in 't aantaſten, met drie zenuwen doorweven en gevreven, geven zy een ſterke en ſpeceryachtige reuk, doch de breedſte en oudſte zyn bryzelig, echter langduurende, vier of vyf duimen lank, twaalf of veertien linien breet, ſtaande over en weer aan de takken.

De *bloemen* zyn volmaakt, vyfbladig, regulier, en hermaphroditen, die den Eyerſak omvangen, met zeer veel vezels bezet, die vereenigt zyn op de gront, als in een ring in de ronte, welke doorgaans in vyf deelen verdeelt is, waar van zommige door 8. of 9. andere door 10. of 11., aan de vezels bezet zyn, doch de middelſten van deze vezels zyn de langſte, en der zelver nopjes zyn klein, en geelachtig. De bladeren van de bloemen zyn zeer klein, wit, en als een lepel uitgeholt, op zyn grootſte anderhalve linie lang. De kelk wert in vyf deelen de Eierſak mede omvangende verdeelt. De pyp uit het midden van de Eierſak voortkomende, is eenvoudig, regt, witachtig, overal egaal, dik, en ront.

De *Eierſak*, waar op al de voorgaande deelen geplaatſt zyn, is halfront, en derhalven breeder als hoog, zonder ſteil, en zit zeer vaſt aan het takje in zyn omtrek, en zyn grootſte uitgeſtrektheit is van anderhalve linie, en zyn uitwendige gedaante gelykt wel na een kelk, ofte dop van een Eikel, dog van binnen is ze gevult met zaat.

De bloemen en vrugten ſtaan over en weer als een korenhelm, op een dun takje, dat zeer buigzaam is, en de lengte heeft van een of een halve voet, alwaar voornamentlyk al de bloemen voortkomen, want zo lang als de bloemen uitſchieten, zo groeit het takje ook.

NB. Wyl ik de vrucht niet ryp gezien heb, zo beſchryf ik die niet.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Arbor alba minor: Caju puti, Daun Kitſjil, ut & Caju-Kilan.

CAju-puti minor ſpecies præcedenti quoad externam faciem in omnibus ſimilis eſt, excepto quod omnes ejus partes ſint minores; nec adulta & perfecta ſit arbor, & aliquando pluribus exſurgat ſtipitibus, ita ut fruticem referat.

Stipites hi raro ultra pedem, ac rariſſime crus ſunt craſſi, tenui, gilvo, ac multiplici obducti cortice, uti in præcedente, ſed multo tenuior eſt, rugoſior, magisque laciniatus, ita ut ineptus ſit fiſſuris obſolidandis. Folia prioris ſunt ſimilia, ſed dimidio minora, tres quatuorve pollices longa, vix minorem digitum lata, parvique Salicis foliis ſimilia, ac parum reflexa, trinervia, quæ parvas quaſdam atque incurvas tranſverſales gerunt venulas, coloris præcedenti ſimilis, ſed non ita pallidi, ac magis herbacei, ſuntque firma, ſicca, ac fragilia, odoris grati aromatici ad Cardamomum accedentis, ita ut ignari pro Cardamomi foliis hæc habeant.

Fructus ſeu baccæ ſunt quoque multo magis aromaticæ & ſaporis calidioris quam præcedentis, cum parva itidem adſtrictione, unde ſaporem baccarum Myrti æmulantur: ſi trunci ſint craſſiores, infima eorum parte nigri & aduſti etiam apparent, uti in præcedente. Radices ſæpe arcuatim ſupra terram ſemi-denudatæ decurrunt, paucisque fibrillis terræ infiguntur, unde nec facile tranſplantari poteſt. Lignum durius eſt quam præcedentis, magis ad ruffum tendens & longe durabilius eſt; ſed raro adhibetur, quum non ſit craſſum.

Nomen. Ubique idem ſortitur nomen ac præcedens, excepto quod cognominetur parvum ſeu parvifolium, ſic Latine dicitur *Arbor alba minor*, & Malaice *Caju-puti*, *Daun-Kitſjil*, ſic & *Caju-Kilan* vocatur.

Locus. In Amboina creſcit, ſed non ita frequenter ac præcedens, terramque amat ſicciorem & ſcopuloſiorem, cui ingentes & acuti mixti ſunt lapides, qualis in magna reperitur Amboina poſt pagum *Suly*, uti & in promontorio *Nuſſanive*, in inſulis *Manipa* & *Boero*, ubique non procul a mari, aërem enim marinum plus amat quam præcedens: Copioſe etiam creſcit in auſtrina *Borneæ* parte, putoque ex hoc arborum genere produci aromaticos *Bollong* fructus, qui in aromaticis ciſtis inveniuntur, & in forum venales adducuntur in *Banjer Maſſing*, ac inde porro deferuntur ad omnes Javæ metropoles, licet hæ arbores quoque creſcant in *Crimata* & *Madura*: in Baleya vero & Java non progerminant, harum tamen fructus ubique venduntur.

Uſus. Cortex hic uſurpari nequit ad navium futuras obturandas, quum ſit adeo lignoſus ac fragilis: Fructus & folia, quæ multo magis vim habent aromaticam & uno gradu calidioris ſunt naturæ ac præcedentis, multo quoque majorem rei medicæ præbent uſum; ex hiſce enim Bollongh, quos cum Javanis eosdem habeo, multæ præparantur potiones Medicinales, Javanis & Baleyenſibus *Dju-Djambu* dictæ, quas autem tot aromata ingrediuntur, atque in tam variis ac diverſis propinant morbis, ut vix dijudicari poſſit, quas vires quodvis exerceat: Potio autem iſta, cujus baſis eſt *Bollong*, comperta fuit valere ad debilem corrigendum ac confortandum ventriculum, ſimulque propinatur puerperis ex lecto convaleſcentibus, ut internæ corroborentur & coarctentur partes; quidam etiam contra Cephalalgiam laudant, ſed hujus nondum certi obſervati ſunt ſucceſſus.

Amboinenſes hujus quoque adhibent folia, quæ cum floribus in recenti macerant oleo, quod dein cum Benzoin aliorumque ſuffimigiorum fumo inpprægnant, atque ex hoc ſuum *Minjac Mony* h. e. oleum odoratum præ-

XXVI. HOOFDSTUK.

Kleine witte-Boom.

DE kleine zoorte van Caju-puti *is de voorgaande aan uitwendige gedaante in alles gelyk, behalven datze aan alle haar deelen kleinder is; ook geen volſlaagen boom word, en zomtyds met meer ſtammen opſchiet, zo datze wel een ſtruik gelykt.*

De ſtammen zyn ook niet boven een been, of zeer zelden een dye dik, met een fyne, vale en veelvoudige baſt bekleet, gelyk als de voorige, doch veel dunder, rimpeliger, ook meer geſcheurt, en onbequaam tot het ſtoppen van de voegen. De bladeren zyn mede als aan de vorige, maar wel de helft kleinder, 3. en 4. duimen lank, ſchaars een kleine vinger breet, en de kleine Willige bladeren gelyk, ook een weinig voorwaarts gebogen, met drie zenuwen in de lengte geſtreept, dewelke eenige kleine en kromme dwers-adertjes hebben, van coleur insgelyks als de voorgaande, doch zo bleek niet, maar na den geel-groenen trekkende, ſtyf, droog, en bryzelig, midsgaders van een aangenaame ſpeceryachtigen reuk, zeer na by den Cardamom komende, zo dat ze de onwetende voor Cardamom bladeren houden.

De vruchten of bezien zyn ook ſpeceryachtiger, en beeter van ſmaak dan de voorgaande, nog al met een kleine zamentrekking, en dierhalven den ſmaak van Myrten bezyen nabykomende: De ſtammen, zoze wat dik zyn, ziet men aan 't onderſte ook ſwart en verbrant, gelyk de voorgaande. De wortelen leggen zomtyds met bogten op de aarde half bloot, en hangen met weinige vezelingen in de aarde vaſt, waarom men hem ook niet wel verplanten kan. Het hout is harder dan dat van de voorgaande, meer na den roſſen trekkende, en duurzamer; doch wert weinig gebruikt, om dat het niet dik is.

Naamen. *Hy heeft overal dezelfde naam, als de voorgaande, behalven dat men den toenaam van klein of kleinbladige daar by doet, als in 't Latyn* Arbor alba minor, *en in 't Maleyts* Caju-Puti, Daun-Kitsjil, *en zo wort hy ook* Caju-Kilan *genaamt.*

Plaats. *Hy waſt in* Amboina, *doch zo veel niet als de voorgaande, en vereiſt een drooger en klippiger gront, daar groote en ſcherpe ſteenen onderlopen, gelyk men vint op groot Amboina, achter het dorp* Suly, *als mede op den hoek van* Nuſſanive, *op de Eilanden* Manipa *en* Boero, *overal niet ver van Zee, want hy bemint de Zee-lucht meer dan de voorgaande: men heeft hem ook overvloedig op de Zuit-zyde van Borneo, en ik houde het daar voor, dat van deze zoort van boomen voortkomt de ſpeceryachtige* Bollong, *in de kruit-doozen gevonden wordende, en die men op* Banjer Maſſing *ter markt brengt, en van daar voorts vervoert na alle de Koop-ſteeden van Java: hoewel die boomen ook waſſen op* Crimata, *en* Madura: *Maar op Baly en Java heeft menze niet, en echter werden de vruchten overal verkogt.*

Gebruik. *Dezen baſt en kan men niet gebruiken, om in de voegen van de vaartuigen te leggen, om dat hy zo houtachtig en bryzelig is: De vruchten en bladeren, als zynde veel ſpeceryachtiger, en wel een graad beeter van natuur dan de voorgaande, zyn in meerder gebruik tot de Medicyne: Want uit deze Bollonghs, (die ik met de Javaanſche voor eene en dezelfde houde) werden veele Medicinale dranken gemaakt, by de Javanen en Baliers* Dju Djambu *genaamt, doch daar in zy zo veel ſpeceryen onder malkanderen mengen, en die tot zo verſcheiden ziektens gebruiken, dat men daar uit qualyk oordeelen kan, wat kragt een ieder heeft: Evenwel die drank, daar de Bollong het meeſte in is, heeft men bevonden goet te zyn, om een onwillige of quade maag te verbeteren en te verſterken, werdende mede ingegeven de vrouwen, die van hun kramen opſtaan, om de inwendige leden wederom te verſterken, en te ſluiten: Zommige gevenze ook in tegens de hooft-pyn, doch daar van heeft men geen zekere ſucceſſen gezien.*

De Amboinezen gebruiken ook deze bladeren, en weeken dezelve met andere bloemen, in verſche Olie, dieze dan daar na met Benzowin, en andere reukwerken berooken, en daar uit haar Minjac Mony *(dat is welriekende*






Fig. 1. Melaleuca trinervis. Ham.

— 2. Metrosideros saligna. Sm.

præparant, quo ſuum illiniunt caput; Quidam Javani & Malaicenſes his quoque foliis ſua inplent pulvinaria jucundi odoris gratia, ſed qui noſtræ nationi nimis gravis foret. Eadem hæc folia ſereno collecta die, atque in aperto aëre parum exſiccata, ciſtisque inpoſita, per gravem odorem varia arcent inſecta, quædam autem folia aliquando manibus conterenda ſunt, ut hinc odor Cardamomi penetrans magis excitetur. Diciturque pulvinaria hiſce inpleta foliis cimices ex cubiculis fugare.

Sari ſeu paleoſum ſemen ex fructibus decidens ſeparatim colligitur ac venditur in aromaticis ciſtis, quod medicinalibus quoque inſervit potionibus *Dju-Djambu* dictis, ſed aliis ſemper mixtum ingredientibus.

Arbuſculæ juniores prudenter effoſſæ in hortis transplantari poſſunt, ubi etiam progerminant, uti bis experti fuimus.

Folia calidiore collecta die, licet penitus ſicca inponantur ſacco, ita ſponte incaleſcunt, ac humida ſunt, acſi in aqua forent macerata. Si hæc diſſecentur, & aquæ infundantur, ut per noctem fermentent, ſique dein deſtillentur, oleum extrahitur ex his tenue, pellucidum, ac ſubtile, ſed parva tantum quantitate, ita ut ex duobus ſaccis, his foliis inpletis, vix tres Olei iſtius Drachmæ eliciantur, quod fortiſſimum Cardamomi ſpirat odorem, ſenſim autem jucundius eſt, ſed facillime avolat. Hujus olei binæ guttæ cum cereviſia vel vino propinatæ ſudores excitant vehementes, cui fini apta medicamenta India exhibet perpauca.

de Olie) maaken, waar mede zy het hooft beſtryken: Zommige Javanen en Malyers vullen ook haar ſlaap-kuſſens met deze bladeren, om des goeden reuks wille, doch die voor onze Natie te ſwaar zoude zyn: Dezelfſte bladeren by een helderen dag vergadert, in de lucht wat gedroogt, en dan in kiſten of kaſten gelegt, beletten met haar ſterken reuk, datter geen Kackerlakken, of ander ongedierte in en komen, doch men moet zomtyds eenige bladeren met de hant aan ſtukken vryven, op dat daar door de Cardamoms reuk werde opgewekt: En men zegt ook dat de kuſſens, met deze bladeren gevult, de weeg-luizen uit de bedſteden verdryven.

Het Sari, *of kafachtige Zaat uit de vruchten vallende, wert afzonderlyk vergadert, en in de Kruit-doozen verkogt, dienende al mede tot Medicynale drankjes, of* Dju Djambu, *doch altyd met andere dingen gemengt.*

De jonge boompjes voorzigtig uitgegraven, kan men in de Thuinen verplanten, en daarze ook opkomen, gelyk my tot tweemaal toe gebeurt is.

Deze bladeren, op een heeten dag gants droog vergadert, en in een zak gedaan, zullen zodanig broeyen, datze heet worden, en 's anderen daags zynze zo nat, als ofze in 't water gelegen hadden. Kapt deze in ſtukken, giet water daar over, en laatze eenen nagt fermenteren, en diſtilleertze daar na, zo krygt gy een dunne klaare en ſubtyle Olie, hoewel zeer weinig, en van twee zakken vol bladeren, qualyk drie Drachmas, *riekende zeer ſterk naar Cardamom, doch wert metter tyd lieflyker, en verrookt of vervliegt ook licht. Van dezen Olie een paar droppen met Bier of Wyn ingenomen, doet geweldig zweeten, waar toe men anders in Indiën weinige bequame Medicamenten heeft.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Septimæ.

Quæ binas exhibet Arboris albæ minores ſpecies; quarum *Figura prima* illam denotat, quæ Caju Kilan incolis vocatur, a me autem Myrto-Leucodendron *foliis lanceolatis, incurvis; fructus in inferiore ramorum parte gerens.*

Figura ſecunda illam, quæ Daun Poëti Kitsjil incolis vocatur. Hanc nomino Myrto-Leuco-dendron *foliis lanceolatis acutis, floribus & fructu ſpicatis.*

UYTLEGGING

Van de zeventiende Plaat.

Dewelke vertoont twee kleine zoorten van de Witte Boom, waar van de *eerſte Figuur* verbeeldt die geene die Caju Kilan van de Inlanders genaamt wert, doch van my Myrte-Witte-Boom *met Lanzets-gewyze kromme bladeren: dragende zyn vrugten aan het onderſte gedeelte der ſteelen.*

De *tweede Figuur* de andere, dewelke Daun Poëti Kitsjil van de Inwoonders genaamt wert. Deze noem ik Myrte-Witte-Boom, met puntige Lanzets-gewyze bladeren, met vruchten, en bloemen als een koorn-helm groeiende.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Myrtus Amboinenſis. Hurong.

HÆc minima Caju-Puti ſpecies eſt, forma & ſapore Myrtum anguſtifoliam æmulans: neque in adultam excreſcit arborem, ſed truncum dat parvum, immo ſæpe humiliorem, quam præcedens. Truncus hic plerumque pedis craſſitiem habet, raro cruris, qui obducitur quoque tenui, rugoſo, ſicco, & fiſſo cortice: Rami plurimum eriguntur, inque minores diviſi ſunt tenues ac lignoſos ramulos, qui comam conſtituunt elegantem, ita ut e longinquo ingentem referat Rosmarinum: Folia irregulari ordine locata ſunt, atque adeo arcte ramulos ambiunt, ut eos tegant, quæ tranſverſalem circiter digitum longa, culmum vel pennam lata ſunt, ab inferiore parte magis acuminata quam ſuperiore, ſeu ad finem, ubi ſubrotunda ſunt, quædam autem apicem gerunt ſubtilem, ac notabilem nervum habent intermedium, cum binis aliis lateralibus, medio multo minoribus, coloris læte virentis, ſaporis ex acido aromatici, cum parva adſtrictione, nec adeo acria ſunt quam præcedentium, ſed magis grata: Si inferiora ramulorum foliola decidant, quod menſibus Septembri & Octobri obſervatur, ſuperiora racemoſa quaſi perſiſtunt, cum minoribus quibusdam intermediis, ſicque omnia ſimul floris formam exhibent.

Flores ſunt parvi, Alcannæ floſculis ſimiles, unguis digi-

XXVII. HOOFDSTUK.

Amboinſche Myrte-Boom.

DIt is het kleinſte ſlag van de Caju-Puti, *in gedaante en ſmaak de* Myrtus Anguſtifolia *naaſt by komende: Het wert mede geen volwaſſen boom, maar blyft een kleine ſtam, en zomtyds nog laager, dan de voorgaande. De ſtam heeft gemeenelyk de dikte van een been, zelden van een dye, en mede met een dunne, ruige, drooge, en geſcheurde ſchorſſe: De takken ſtaan meeſt overeinde, en zyn verdeelt in zeer dunne en houtachtige ryskens, makende een cierlyke kruin, zo dat het van verre een groote Roſemaryn-boom gelykt. De bladeren ſtaan zonder ordre, en zo digt om de ryskens, datze dezelve bedekken, omtrent een dwers-vinger lank, en een ſtroohalm of ſchaft breet, van achter ſpitzer dan van voren, alwaarze meeſt ront zyn, zommige met een zeer kleine ſpitze, midsgaders een merkelyke middel-zenuwe, en nog twee andere, die langs de zyden loopen, veel ſubtylder dan de middelſte, van coleur blyd-groen, van ſmaak uit den zuuren ſpeceryachtig, met een kleine zamentrekking, en zo ſcherp niet als de voorgaande, maar wat lieflyker: Als de achterſte blaatjes van de ryskens afvallen, 't welk geſchiet in September en October, zo blyven de voorſte in troſjes ſtaan, met eenige kleindere blaatjes daar tuſſchen, en maken alzo gezamentlyk de gedaante van een bloem.*

Het bloeizel zyn kleine bloempjes, die van de Alcanna *ge-*

digiti magnitudinem circiter habentes, ex quinque albicantibus subrotundis & parum rugosis constructi petalis, in quorum centro viginti & viginti quinque stamina apparent, atque in horum centro erigitur pistillum erectum acuminatum.

Fructus sunt rari, hinc inde brevissimis insidentes pedunculis, solitarii, magnitudine Pisi vel Myrtilli, persistente pistilli apice in foveola inpressa, fructus hi formam habent rotundam, qui rugosi sunt, in quinque sulcos divisi, coloris nigricantis, suntque sicci ac resinosi, intus in quinque cellulas divisi; in quibus singulis semen reconditur parvum, fuscum, paleaceum, instar fili dissecti. Baccæ hæ saporem habent aromaticum, sed debilem, Myrti baccis accedentem, semen autem insipidum est: Singula bacca rotundo ac plano disco, percarpio puta, inponitur, persistenti nec facile deciduo, sed diu in arbore remanet, cumque pedunculo tandem decidit, sed raro vel nunquam semen hoc novas progerminat arbusculas: Baccæ hæ arbori junctæ per maturitatem in quinque dehiscunt partes, semen suum projicientes.

Arboris hujus trunci plurimum in altum eriguntur, lignumque dant durum, per longitudinem facile findendum; Mense aprili flores proveniunt, fructusque mensibus pluviosis conspiciuntur, qui tam diu supersunt, donec alii iterum prodeant flores.

Nomen. Latine *Myrtus Amboinensis*: Amboinice *Hurong* & *Hulong*, in Luhoe *Lele*, quidam Malaicensi vocabulo hanc vocant *Caju-Puti*, seu *Camelan-Daun Kitsjil*, quod nomen cum præcedenti commune est.

Locus. In humilibus ac sterilibus crescit montibus, æque ad litus quam in media regione, qui humilibus gaudent plantis, & Soli bene expositi sunt: Solum quoque amat nigrum, hinc inde majoribus mixtum lapillis. Optimas ac sapore fortissimo refertas inveni in montibus, ad borealem *Lucielæ* partem sitis, æque ad litus, quam in collibus humilioribus prope *Lielam*, quæ ambo sunt loca parvæ *Ceramæ*: In Amboina quoque occurrit, sed altiorem ibi erigit truncum in media regione plerumque in illustribus & apertis silvis, in quibus Dammar-arbores crescunt, vel aliquando etiam Kilang-arbores inveniuntur, uti in *Ennæ* montibus, & ad promontorium *Nussanive*; In *Keya* & insulis ad Eurum sitis hæc quoque reperitur arbor.

Usus. Medicinales ejus virtutes ab Amboinensibus nondum sunt exploratæ, recti tantum ejus trunci adhibentur ad tectorum fulcra, quum lignum ejus sit durum ac durabile, ut & ad manubria securium & cultrorum majorum: Elegans hujus arbusculæ forma digna est, ut ipsa in hortis transplantetur & colatur, quod fieri quoque potest, si adhuc tenera prudenter effodiatur cum adhærente nigricante terra, nec ejus radices lædantur, raræ enim, quibus gaudet, siccæ admodum sunt, ac sæpe ad truncum supra terram arcuatæ sunt. Sique tali modo mensibus pluviosis transplantetur, elegantiorem in hortis format comam, quam in silvis, & ad horti ornamentum solummodo inservit: Ex deciduis seminibus nullas observavi propullulare arbusculas, nec rami facile etiam radices agunt, quum aridi admodum sint.

In *Alangh* montibus hæ arbores repertæ fuere ad hominis crassitiem, sed detectum fuit ex variis concretas fuisse truncis, qui labore parvo separari poterant, ac quisque tenui obductus erat cortice, lignum autem adeo durum erat, ut secures recusaret, hasque frangeret, ita ut non nisi magna vi findi hoc lignum ac vix posset.

gelyk, en omtrent zo groot als de nagel eens vingers, gemaakt van vyf witte, ronde en wat rimpelige blaatjes, en daar binnen twintig en vyf en twintig witte draatjes, midsgaders in de midden een groen heuveltje, met een regte spitze daar op.

De vruchten zyn weinig, hangende hier en daar enkelt op korte steeltjes, van de grootte als erwten of Myrtille-kraack- *bezien, met het voornoemde spitsje daar boven op, staande in een kuiltje, zy hebben een ronde gedaante, doch zyn niet effen, maar rimpelig, en in vyf voorens of ribben verdeelt: Van coleur rookachtig-swart, of donker-bruin, droog, en hartachtig, van binnen mede in vyf Celletjes verdeelt, en daar in een klein, bruin, en kafachtig Zaat, als gaaren dat in stukken gesneden is. De bezien hebben een specery achtigen, doch geen scherpen smaak, zeer na by de Myrte komende, maar het Zaat niet: Yder bezie staat op een ront en plat schyfje, dat niet ligt afvalt, maar lang aan den boom blyft, en eindelyk met steel en al afvalt, doch zelden of gene jonge boompjes voortbrengt: Nog aan de boom hangende splytenze haar in vyf deelen, en werpen dan zo hun Zaat uit.*

De stammen wassen meest regt op, en hebben een hart hout, dat echter in de lengte ligt splyt, de boom bloeit in April, en de vruchten ziet men in de regen Moussons, dewelke daar aan zo lange hangen, tot datze wederom bloeit.

Naam. *In 't Latyn* Myrtus Amboinica, *in 't Amboins* Hurong *en* Hulong, *op* Luhoe Lele; *zommige noemenze in 't Maleyts* Caju-Puti, *of* Camelan-Daun Kitsjil, *een naam met de voorige gemeen.*

Plaats. *Zy wast op laage en kaale bergen, (zo op strant, als landwaart in) die laage ruigte hebben, en wel ter Zonne staan: Wil ook wel een swarte gront hebben, hier en daar met groote steenen gemengt, de beste en sterkste van smaak heb ik gevonden op de bergen, die benoorden* Luciela, *aan de strant leggen, en ook op de laage heuvelen by* Liela, *beide plaatzen op klein* Ceram: *Op Amboina vint menze mede, doch hooger van stam, ook heel landwaart in, en gemeenelyk in ligte Bosschen, daar Dammar-boomen staan, of zomtyds ook Kilang-boomen, als op het gebergte van* Enna, *en op den hoek van* Nussanive: *Op* Key *en in de Zuit-ooster Eilanden heeft men al mede dezen boom.*

Gebruik. *Zyne Medicynale kragten zyn tot nog toe by de Amboineezen niet onderzogt: Alleenlyk werden de regte stammen gebruikt tot sparren aan de daken, en ook om dat het hout hart en durabel is, tot steelen van bylen, en hegten van boumessen: De fraaye gedaante van dit boompje verdient wel, dat men 't in de hoven verplant, en 't welk ook wel geschieden kan, als menze kleen zynde, voorzigtig uitgraaft met hun naaste swarte mulle aarde, en geen wortelen daar van komt te quetzen, want de weinige, dieze hebben, zyn dor, en maken zomtyds aan den stam boven de aarde een bogtje: en zynde aldus in de regen-maanden verplant, zo schiet het ook op met een cierlyker kruin, dan in de wildernissen: Dienende alleenlyk tot cieraat van een thuin: Van de afgevallene Zaatjes heeft men nog geen boompjes zien voortkomen, en de takken laten zig ook niet verplanten, om datze zeer droog zyn.*

In 't gebergte van Alangh *heeft men deze boomen gevonden, zo dik als een man, doch men bevont, datze uit verscheide stammen t'zamen gegroeit waren, die men na eenige moeite van malkander konde scheiden, en ieder stuk was met een dunne schorsse bekleet, zo hart van hout, dat de bylen daar van in stukken sprongen, en met een groote moeite nauwlyks konde doorgezaagt werden.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Octavæ.

Exhibentis ramum *Myrti Amboinensis montanæ*, Hurong vocatæ.


UYTLEGGINGE

Van de achtiende Plaat,

Verbeeldende een Tak van den Amboinschen *Myrten-Boom* Hurong genaamt, en op de bergen groeiende.

CAPUT XXVIII.





CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Pigmentaria. Galuga.

HUmilis hæc arbor est altitudinis Pruni, satis crasso constans trunco, ramis incurvis, densaque & extensa coma: Trunci cortex est glaber, ex cinereo viridis, seu muscosus, crassus, intus flavus, venis albicantibus, succosus, ac manus ruffo seu igneo inficiens colore, tenax, lignoque firmiter nexus.

Lignum est album, molle, & inutile; Folia sunt instar Ari angustifolii vel Sirii, sed multo sunt longiora, inferiore parte rotunda ac lata, superius acuminata longo apice, æqualia, sed sinuosa apparent instar flammæ ignis, palmam longa vel paulo minus, inferius quatuor digitos lata, longis nexa pedunculis, sine ordine circa ramos locata.

Ad petioli ortum quinque nervi concurrunt cum costis quibusdam transversalibus. Ramuli summi sunt virides, ac molli ruffaque lanugine obducti, in vetustis autem arboribus hoc non observatur. Ex horum alis racematim capitula propullulant viridia, quæ sese in amplos aperiunt flores, ex quinque albicantibus, oblongis, ac flaccidis compositos petalis, in centro plurima longa ac tenuia gerentes stamina, inferius favescentia, superius antheris cinereis ornata. In medio pistillum apparet rubens, incurvum instar cornu. Petala hæc externa sua parte aliquando ruffis maculata sunt punctis, mox autem emarcida sunt, si decerpantur. Matutino tempore aperta sunt sed per breve tantum tempus. Sole enim orto, suisque radiis illa illuminante mox sese contrahunt usque in vesperam: Floris odor non magni est momenti, ac fere ingratus. Post hos fructus rotundi proveniunt, Castaneas gluma viridi contentas valde æmulantes, sed minores sunt, atque læte viridi obducuntur gluma, quæ undique obsessa est mollibus apicibus instar spinularum, sed non pungentibus: Quisque fructus plerumque in duas cellulas est divisus, inque singula bini, tres, quatuorve apparent nuclei pellicula tenui inclusi, ex septo medio dependentes; Unumquodque tale officulum magnitudinem habet grani Tritici uno latere latum, altero acuminatum, ubi brevi vena septo medio nectitur. nec est rotundum sed paulo angulosum, pyriforme; quædam etiam sunt excavata, parte interna sunt dura, & alba, externe obducta tenui rubra ac mucosa carne, quæ facile decidit, si aqua macerentur & parum commoveantur, unde aqua talis etiam penitus rubet, postque aliquod temporis spatium in fundo apparet substantia crassa instar pigmenti. Gluma siccorum ac deciduorum fructuum fulvum induit colorem, inque tali officula hæc adeo sunt exsiccata, ut nullum inde confici possit pigmentum: Raro progerminant, licet fructus hi in terram decidant: Pigmentum hoc ingratum habet odorem, quem tota fere spirat arbor, ac præsertim viridis ejus cortex, qui adeo fortem ac sulphureum dat odorem, ut vix vel non tolerari possit; Flores profert hæc arbor siccis ac calidis mensibus, licet fructus per totum fere annum in ea conspiciantur. Radices copiosas habet, quæ multis constant fibris dependentibus ac verrucosis.

Nomen. Latine *Pigmentaria*, juxta Malaicense *Galuga*, quod generaliter omnia denotat pigmenta, quum hujus fructus officula rubrum tingere possint colorem; In Java *Cassomba Kling.* in Ternata *Rambuta*, Amboina *Talucca. Galuga* autem ortum habet vel ab Arabico *Gal*, id est clarum reddere, amicire, vel a Chaldaico *Gelah* splendere.

Locus. In hisce insulis non frequenter occurrit, nec usquam sponte crescit, sed hinc inde in areis una alterave plantata est arbor: Copiose crescit in India Occidentali, uti infra indicabitur, quumque in India Orientali nusquam verum gerat indigenum nomen, hinc puto, primum in vicinas Moluccas ex Maniliis insulis fuisse translatam, ac ibi fortasse a Lusitanis ex America. *Galuga* enim, uti dictum fuit, generale est nomen,

XXVIII. HOOFTSTUK.

Verf-Boom.

DIt is een laage boom, van de grootte als een Pruimboom, met een redelyke dikke stam, kromme takken, en een digt uitgebreide kruin: De schorsse is essen, uit den grauwen-groen, of mosachtig, dik, van binnen geel, met witte aderen, zappig, de handen ros of vuur-root verwende, zeer taai, en vast aan 't hout klevende.

Het hout is wit, zagt, en ondeugent; De bladeren gelyken na het smalle Arum, *of de Siri bladeren, doch zyn veel langer, van achteren ront en breet, en voor met een lange spits toelopende, met effene kanten, hoewelze wat bogtig schynen, als een vlamme vuurs, een hant lank, en ook wel minder, van achteren vier vingers breet, op lange steelen, zonder ordre rondom de takken staande.*

By den oorspronk des steels, stooten vyf zenuwen t'zamen, met nog eenige dwers-ribben. De uitterste ryskens zyn groen, en met een zagte, en rosse wolligheit bekleet, doch aan de oude boomen ziet men zulks niet. Uit haren schoot komen by trosjes groene knoppen voort, en daar uit wytgeopende bloemen, van vyf witte, lankachtige, en slappe bladeren gemaakt, met veele lange en dunne draaden in de midden, beneden geelachtig, en boven met grauwe noppen. Het middelste is een rootachtige kromme draat als een hoorn. Aan de buitenste zyde zyn zomtyds deze blaatjes met rosse dropjes, of punctjes besprengt, en verslenssen straks als menze afbreekt. In de morgen stonden ziet menze geopent, doch maar voor een korten tyd, want van de Zon geraakt zynde, zo sluiten zy haar straks tot tegens den avont weder toe: De reuk is niet veel byzonders, en bykans onlieffelyk. Naar de bloemen komen ronde vruchten, de Kastanjen, die nog in haare groene bolster zyn, zeer gelyk, doch kleinder, zynde bekleet met een ligt-groene bolster, en die rondom bezet met weeke spitzen als doornen, doch gants niet steekende: Yder vrucht is van binnen meest in twee kamers verdeelt, en in yder kamertje ziet men 2. 3. *en* 4. *roode korrels, in een dun vliesken besloten, en aan 't middelschot hangende; Yder korrel is van grootte als een tarwe-koren, doch aan 't een einde wat breet, en aan 't ander spits, daarze met een kort adertje aan 't middelschot hangen, niet ront, maar wat hoekig, peers-gewys, en zommige wat uitgebolt, van binnen zynze hart, wit, en omvangen met een dun, root, en slymerig vleesch, het welk ligt daar van afgaat, als menze in 't water legt, en daar in wat roert, waar van ook het water geheel root wert, en na verloop van weinig tyds op den bodem zet een dikachtige substantie, als eenige schilder-verwe. De bolster van de drooge en afgevallene vruchten, wert rookachtig-swart, en in dezelve zyn de korrels als dan zodanig uitgedroogt, dat men geen verwe daar van krygen kan: Zy teelen ook zelden voort, al vallen de vruchten op de aarde: Deze verf heeft een onlieflyken reuk, gelyk ook bykans den gebeelen boom doet, en inzonderheit de groene schorsse, die zo sterk en swavelig riekt, dat menze qualyk of niet verdragen kan; by bloeit in de drooge of hete Mousson, hoewel men de vruchten bykans het geheele jaar daar aan ziet: De wortels zyn veele, en hebben veele vezelingen van haar afhangen, die knopachtig zyn.*

Naam. *In 't Latyn* Pigmentaria, *na 't Maleyts* Galuga, *'t welk in 't gemeen alderhande schilder-verwe beduit, om dat men de korrels van deze vrucht root verwen kan: Op Javaans* Cassomba Kling, *Ternataans* Rambuta, *Amboins* Talucca; Galuga *heeft zyn oorspronk of van het Arabische* Gal, *dat is helder en klaar maken, of van het Chaldeesche* Gelach, *dat is glinsteren.*

Plaats. *Men vint hem in deze Eilanden niet zeer veel, en niewers van zelfs wassende, maar hier en daar in de Negoryen een boom geplant: Overvloediger groeit hy in West-Indiën, gelyk hier na zal gezegt werden, en om dat hy in Oost-Indiën nieuwers een regten Inlandschen naam heeft, zo gisse ik, dat hy eerst in de naaste Moluccos uit de Manilhas zal zyn overgebragt, en misschien derwaarts door de Castillianen uit* America: *Want* Galuga,

nomen, atque *Rambuta* Ternatenſes vocarunt, ſine dubio ob formam veræ Rambutæ, quæ eſt alius Javanorum fructus.

Uſus. Apud hoſce incolas hactenus in raro eſt uſu, rubentia enim oſſicula inſerviunt tantum rubro tingendo colori, tam in albis linteis, quam in chartis papyraceis. Oſſicula hæc recentia in aqua tepida tam diu agitantur, donec illam rubro inbuant colore, huicque inmergunt *Badjus*, quæ parva ſunt feminarum veſtimenta ex albo linteo contexta, quæ plerumque nuptiarum tempore induunt. Oſſicula tamen hæc non verum ac elegantem præbent ruborem, ſed ex flavo rubrum, vel purpureum, atque color hic adeo fugax eſt, ut intra paucos palleſcat dies; Macaſſarenſes tingunt hiſce poſtes januarum iſtius domus, quam ſponſa inhabitat, vel in qua nuptiæ celebrantur. Ruber enim color Sinenſibus ac fere omnibus hiſce populis ſignum eſt lætitiæ. Æthiopes ex hiſce atramentum quoque conficiunt, quo nomen Dei ac Prophetarum ſcribunt, vel ſi periodum ſermoni innectunt. Hoc autem eſt defectu Minii, vel alius rubri coloris, oſſicula enim hæc chartis pallidum ac fugacem dant ruborem, nullus cæterum uſus hujus arboris eſt apud hunc populum: Ex auctoribus autem conſtat, arborem hanc in India Occidentali majori in pretio ac uſu eſſe. Hiſpanus enim *Euſeb. Nierenberg. hiſt. natur. lib.* 15. *cap.* 48. de arbore *Achiotl.* in Provincia *Mechuacan* creſcente tali ſcribit modo, ut hanc pro una eademque cum *Galuga* habeam arbore, eoque magis, quum non tantum varias ejus deſcribat Medicinales virtutes, ſed ſimul etiam addat, ex ejus cortice fila fortiſſima ac dura necti, quæ ſolidiora ſunt iis, quæ ex Cannabe conficiuntur.

In *Rochefortii Gallica hiſtoria* de *Antillis* hæc arbor quoque deſcripta occurrit nomine *Urucu*, in Braſilia creſcens, forma ac magnitudine Aurantii arboris, cordiformibus gaudens foliis, quodque pigmentum oſſiculis nexum digitos inficiat, iisque adhæreat, ſi tractentur, quodque oſſicula hæc aquæ tepidæ ſint injicienda & circumagitanda, donec omnia pigmentum ſuum demiſerunt. Superflua tum effunditur aqua, ac ſedimentum in umbroſo exſiccatur loco, ex quo trochiſci formantur in uſum pictorum ac tinctorum.

Quodque lignum ſit fragile ac ſiccum, ad ignem concipiendum & conſervandum aptiſſimum, binaque ejus fruſta fortiter ſibi invicem fricata adeo ignem concipiant, ut fomes accendi poſſit. Quodque ex ejus cortice fila ducantur, atque ejus radix bonum cibis conciliet ſaporem, odoremque ac colorem Croci habeat; *Caribæos* porro has arbores in hortis ſuis diligenter colere, earumque rubro colore corpora ſua ac ſupellectilem appingere. &c. Ex quibus concludendum eſt, arborem hanc Americanam jucundioris eſſe ſaporis quam Orientalem, ſaltem ejus radices ac corticem, qui ab his aqua incocti, iſtam obſcure rubenti inbuunt quidem colore inſtar pinguis Cereviſiæ, ſed ingrato inprægnant odore ac ſapore, fere acſi vetuſtæ Betæ rubræ radices eſſent incoctæ.

In continenti ora *Guianæ* & in inſulis *Caribæis*, præſertim in *Dominica*, atque in inſula *Maragnona* hæc quoque creſcit arbor & fructus, vocaturque ibi *Rocku* & *Rucku.* Indi hujus ſumunt oſſicula, ſuumque his illiniunt corpus adeo craſſe, ut ipſis loco veſtium inſerviat, omnes enim *Caribæi* rubro tincti ſunt colore, hocque contra aëris frigus inſtituunt: In *Barbiesjes* inſulis Hollandi ante aliquot annos commercium exercuerunt cum tabellis ex hiſce oſſiculis formatis, quas in Hollandiam miſerunt, quibus coccineum tingunt colorem.

Arbor hæc obſcure admodum itidem deſcribitur a *Julio Scaligero exercit.* 181. *ſect.* 3. nomine *Arboris finium regundorum*, ubi dicit, ſed ex aliorum relatu, ejus oſſicula a Mexicanis adhiberi ad atramentum rubrum conficiendum, quo areas & agros delineant: Si lintea iſto ſucco inbuta & inprægnata, quamprimum fere ſicca ſunt, altera vice in ſucco Limonum inſtillentur, læte purpureum acquirunt colorem, ſatis fixum, qui tingendi modus frequenter in Macaſſara inſtituitur.

Guil. Piſo libr. 4. *cap.* 14. teſtatur quoque, arborem *Uruc-*

luga, *als gezegt, is een generaale naam, en* Rambuta *hebben hem de Ternatanen genaamt, buiten twyffel na de gelykenis van de regte Rambutan, een andere Javaanſche vrugt zynde.*

Gebruik. *By deze Inlanders heeft hy nog zeer klein gebruik, want alleen de roode korrels dienen, om root mede te verwen, zo op het witte Lywaat, als op pampier. Werdende de verſche korrels in laauw water zo lange omgeroert, tot datze 't zelve root verwen, en daar in doopenze als dan de* Badjus, *dat zyn lyfrokjes der vrouwen, van wit Lywaat gemaakt, dieze gemeenlyk op Bruiloften dragen. De korrels geven echter geen opregte fraaye roodigheit, maar geel-root, of vuur-verwig, en de coleur is zo vlugtig, datze in weinig dagen verbleekt; de Maccaſſaren verwen daar mede ook de ſtylen der deuren van een huis, daar een Bruiloft gehouden wort: want roode coleur is by de Sineezen, en meeſt alle deze Natiën een teeken van blydſchap. De Mooren maken ook roden inkt daar van, waar mede zy den naame Gods, en der Propheten ſchryven, ofte als zy een* Periodus *in de reden willen beſluiten. Doch alleen by gebrek van Menie, of andere roode coleur, want deze korrels geven op het papier een lelyke, en onvaſte roodigheit, anders heeft men geen gebruik van dezen boom by deze natie. Maar uit de Schryvers blykt, dat hy in Weſt-Indien vry in meerder waardy en gebruik moet zyn. Want den Spaanſchen* Euſeb. Nierenberg, hiſt. natur. Lib. 15. Cap. 48., *ſchryft van den boom* Achiotl. *In de provincie* Mechuacan *waſſende zodanig, dat ik hem voor eene en dezelfde boom met deze* Galuga *houde, en te meer, om dat niet alleen veele Medicynale kragten van hem beſchreven werden, maar ook daar by gevoegt wert, dat men uit zynen baſt zeer vaſte touwen vlegt, die vaſter zyn, als die van hennip worden gemaakt.*


In de Franſche Hiſtorie van Rochefort, *over de* Antillis, *vint men dezen boom mede beſchreven onder den naam van* Urucu, *in* Braſilien *waſſende, van gedaante en grootte als een Orangie-Appel-boom, met hertformige bladeren, en vorders, dat de verwe aan de korrels hangende, ligt blyft kleven aan de vingers, als menze handelt, dat men de korrels moet ſmyten en omroeren in laauw water, tot datze alle de verwe van haar gelaten hebben. Het dunne water daar afgietende, den droeſſem aan een ſchaduwachtige plaatze droogt, en daar uit dan koekskens maakt, tot gebruik van de Schilders en Verwers.*

Als mede dat het hout is breekzaam, en droog, zeer bequaam om lang vuur te houden, dat twee drooge ſtukken ſterk tegens malkander gevreven, zodanig in brant geraken, dat men tontel daar aan opſteken kan. Dat ook uit zynen baſt touwen werden gemaakt, en de wortel een goeden ſmaak aan de ſpyze geeft, als mede de reuk en coleur van Safferaan; dat de Caribanen *deze bomen naarſtig in haar hooven planten, en met de roode verwe haare lichaamen, en midsgaders hun huisraat beſchilderen &c. en waar uit men dan moet beſluiten, dat dezen Amerikaanſchen boom aangenamer van ſmaak zy, dan den Ooſt-Indiſchen, immers de wortel en ſchorſſe, dewelke van de laaſtgenoemde in water wordende gekookt, het zelve wel bruin-root maakt als mom, maar geeft het een onlieflyken reuk en ſmaak, bykans als van de oude Beetwortelen.*

Op de vaſte kuſt van Guiana, *en de* Caribiſche *Eilanden, voornamentlyk op* Dominica, *en op 't Eiland* Maragnon *waſt dezen boom en vrucht mede, en wert aldaar genaamt* Rocku, *of* Rucku. *De Indianen nemen de korrels, en beſtryken haar lyf daar mede zo dik, dat het hun dient in plaats van klederen, want alle de* Caribes *gaan root geverft, en doen zulks tegens de koude des lugts: Op de* Barbiesjes *hebben de Hollanders over eenige jaren met de koekskens, van deze korrels gemaakt, beginnen te handelen, en die na Holland te voeren, om ſcharlaaken daar mede te verwen.*

Dezen boom wert ook zeer donker of duiſter afgemaalt by Jul. Scaliger, Exercit. 181. Sect. 3. *onder den naam van* Arbor finium regundorum, *alwaar hy ſchryft, doch uit het verhaal van andere, dat de korrels by de* Mexicanen *gebruikt werden tot rooden inckt, om haar ackers en erven mede af te teekenen: Als men het Lywaat, dat met het voorſchreven zap geverft wort, zo dra als het wintdroog is, voor de tweede maal doopt in Lemoen-zap, zo krygt het een ligt-paarze coleur, die al wat beſtendig is, en welke manier van verwen veel op Macaſſar wert gebruikt.*

Guil. Piſo, Lib. 4. Cap. 14. *getuigt mede, dat den boom*





Bixa Orellana. L.

Uruccumi in Brasilia ab incolis diligenter coli non tantum ad usum cibarium ac Medicum, sed etiam ad rubros inde formandos globulos, quos Portugallis vendunt, qui rubrum colorem *Orellana* dictum his tingunt: Ibi quoque sine dubio fertilior est, ac jucundiorem præbet saporem, dum in singulo ejus fructu triginta & quadraginta reperiantur ossicula, quæ in Orientali ab octo ad duodecim tantum observantur. Hæc interne quoque assumuntur contra venenum, Diarrhæam, febresque ardentes, ad quas radix tamen præstantior habetur, quam in cibis quoque adhibent ad luteum illis inbuendum colorem, ut & pluribus aliis rebus, de quibus apud auctores ulterior fit mentio, quæ examinari ibi possunt. In nostra autem Orientali arbore hæc nondum sunt observata vel cognita.

boom Uruccumi *in Brasil naarstig van de Inlanders onderhouden wert, niet alleen tot gebruik in hun kost, en Medicyn, maar ook om de roode balletjes daar van te maken, en die aan de Portugeezen te verkopen, die de roode coleur* Orellana *daar mede weten te verwen: Hy moet aldaar ook vruchtbaarder, en beter van smaak zyn, dewyl men in yder vrucht* 30. *a* 40. *bezien vint, daar de Oost-Indische maar* 8. *a* 12. *hebben. Dezelve werden ook inwendig ingenomen tegens vergift, buik-loop, en brandende koortzen, waar toeze echter de wortel beter houden, en dieze ook in haar kost gebruiken, om dezelve geel te verwen, en ook andere dingen meer: Waar van by dien Autheur nader geleezen kan worden, doch aan onzen Oost-Indischen-boom is zulks niet te vinden, of nog onbekent.*

EXPLICATIO

Tabulæ Decimæ Nonæ.

Exhibentis ramum Bixæ, quæ Pigmentaria a *Rumphio* vocatur.

A. *Fructum apertum* demonstrat, ut seminum situs cognoscatur.

UYTLEGGING

Van de negentiende Plaat.

Verbeeldende een Tak van de Bixa, dewelke Pigmentaria van *Rumphius* genaamt wert.

A. Vertoont de geopende Vrugt, op dat de schikking en plaatsing der zaaden gezien wert.

OBSERVATIO.

Genus hoc Bixa a *Linnæo in H. Cliff. p.* 211 vocatur; estque Bixa *Oviedi J. Bauh. part.* 1. *p.* 440. & *Clus. Exot.* 74 a *Tournef. in inst. rei herb. p.* 242 vocatur *Mitella* Americana maxima tinctoria, ut & a *Boerh. Ind. H. L. B. part.* 1. *p.* 208. Orleana seu Orellana, folliculis lappaceis *Herm. Cat. H. L. B. p.* 464 *Commel part.* 1. *H. A. p.* 65. *T.* 33. & *Plukn. Alm. p.* 272. *Tab.* 209. *F.* 4. Arbor finium regundorum *Dalech. hist. p.* 1835. Arbor Mexiocana, fructu Castaneæ coccifera *C. B. Pin. p.* 419. & *Ray. hist. pl. p.* 1771. Urucu *Marcgr. Brasil. hist.* 61. *Pison.* 65. *Sloan. Catal* 150. & *hist. part.* 2. *p.* 52. *Tab.* 181. *Fig.* 1. Rocu *Merian Surin. pag.* 44. *T.* 44 *Achiotl. Hernand. Hist. Mexic. p.* 74. & *Dale Pharmacol. in 4to. p.* 369. ad Orleanam *Officin.* qui plura hujus habet synonyma, & usus.

AANMERKINGE.

Dit geslagt wert Bixa van *Linnæus* genaamt in de *Hortus Cliffort. pag.* 211. en is de Bixa van *Oviedus* by *J. Bauhin.* in zyn *eerste deel pag.* 440. en by *Clus.* in *exotic. pag.* 74. van *Tournefort* in de *institutien* van de Kruydkunde *pag.* 242. wertze genaamt *Mitella Americana maxima tinctoria*, als mede van *Boerhave* in de *Index H. L. Bat. eerste deel pag.* 208. en Orleana of Orellana folliculis *Lappaceis* van *Herman* in de *Catal.* van de *Leidse tuyn. pag.* 464. en by *Commel.* in het *eerste deel* van de *Amsterd. tuyn. pag.* 65 *Tab.* 33. en by *Plukn.* in zyn *Almag. pag.* 272. *Tab* 209. *Fig.* 4. *Arbor finium regundorum* van *Dalechamp.* in zyn *historie der planten. pag.* 1835. en *Arbor Mexiocana fructu Castaneæ*, Coccifera van *Casp. Bauh. Pin. pag.* 419. en by *Ray hist. pl. p.* 1771. Urucu by *Marcgrav. histor.* van *Brazil p.* 61. en by *Piso pag.* 65. als mede by *Sloan* in de *Catal.* van de *Jamaise planten pag.* 150. en in de *Historie* van *Jamaica* 2 *deel pag.* 52. *Tab.* 181. *Fig.* 1. Rocu wertze by Merian over de Surinaamse insecten genaamt *pag.* 44. en *Tab.* 44. verbeelt, als mede by *Hernandes* in zyn *Historie van Mexico pag.* 74. en Orleana by *Sam. Dale*, in zyn *Pharmac.* in *4to.* die verders zyn gebruik en meer Schryvers opgeeft.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Alliaria. Caju Bawang.

HÆc in ingentem ac vastam sæpe excrescit arborem, quæ aliquando tam crassa est, ut bini vix eam complecti possint viri: Ejus truncus est rectus, ad radices parum sulcatus est; ramuli sunt longi, virides, parum angulosi, ac superius obscura notati stria seu sulco, firmi, atque ad ortum suum plani vel nodosi, in vetustis vero arboribus sunt breviores raches, inque ramulis copiosiores ac irregulares locantur, quæ folia sustinent quodammodo in ordines posita obliquos, superius autem aliquando oppositos, aliquando alternatos.

Folia hæc brevibus insident petiolis vulgaris formæ, Lansii foliis quodammodo similia, sed magis glabra ac latiora, superius acuminata, atque hic apex in vetustis foliis est incurvus, retroflexus, superiore autem parte sunt glabra, ex obscure viridi colore splendentia, inferius multas exhibent parallelas laterales costas ad digiti circiter distantiam, atque pro peculiari nota habent, unam inferiorem folii partem multo angustiorem ac breviorem superiore esse, ita ut magnus nervus non directe per medium transcurrat folium, alteraque folii pars ad petiolum longior excurrat, uti in Solani foliis.

A sex ad novem pollices sunt longa, tres quatuorve

XXIX. HOOFTSTUK.

Look-Boom.

D*It wert een groote en hooge boom, somtyds zo dik dat hem pas twee mannen omvademen konnen: Den stam is regt, aan de wortelen heeft by wat vleugels, de ryskens zyn lang, groen, een weinig geboekt, en boven met een donkere voore, styf, by haren oorspronk wat plat of met een knie, doch aan de oude boomen zynze korter, en staan aan de takskens vry veel, en zonder ordere achter malkander, daar aan staan de bladeren, eenigzints in rygen tegens over malkanderen, doch aan de oude boomen staan zommige (namentlyk de voorste) tegens malkander over, en zommige verwisselt, of verschillende op korte steeltjes.*

Zy zyn van een gemeen fatzoen, de Lansse bladeren eenigzints gelyk, doch gladder en breeder, en voor uit met een merkelyke spits, dewelke aan de oude bladeren krom en achterwaarts gebogen staan, aan de bovenste zyde zynze glat, uit den swart-groenen glimmende, van onderen vertoonenze veele evenwydige zyde-ribben, omtrent een vinger van malkander staande, en tot een byzonder merkteeken hebbende, dat de achterste helft merkelyk smalder en korter is dan de voorste, zo dat de groote zenuwe niet regt midden door 't blat gaat, en de voorste helft aan den steel ook langer is, gelyk aan de nagt-schaduwe.

Zy zyn van 6. *tot* 9. *duimen lank,* 3. *en* 4. *dwers vin-*

orve digitos transverſales lata, rigida, obſcure virentia, deciduaque ſicca nigreſcunt. Juniora ramulorum folia ſunt fuſca, penetrantioremque habent odorem quam vetuſta, cuncta vero folia tractata vel cubiculo incluſa Allii dant odorem. Ex ramulorum ortu racemus progerminat, palmam longus, in unam binasve laterales partes diviſus, ex quo fructus excreſcunt copioſi, inſtar Lanſiorum, ſed magis vagi, ac pauci perfecti excreſcunt, qui primo cinerei ſunt globuli ex rotundo anguloſi, ſuperius foveola notati. Hi fructus, ſi perfecti, ſpeciem præ ſe ferunt parvarum Jamboſarum, quatuor quinqueve ſimul ex racemis dependent, quidam ſimplices inſtar parvi Pruni, plurimi autem gemini inſtar ſcroti canis, exterius albicantes ſeu pallide virentes inſtar pomorum, vel albarum Jamboſarum, ſub gluma exteriore aliud integumentum reconditur cultrum craſſum ſanguinei coloris, quod interiorem ambit nucem, uti Macis Nucem Moſchatam. Hoc autem integumentum eſt æqualius, totumque inveſtit nucleum, atque ſub hoc verus invenitur nucleus, alio tenui adhucdum ac lignoſo tectus putamine, quod tamen totam ſæpe non ambit nucem, quæ externe graminei viridis eſt coloris, interne albicantis, quæque variis incurvis lineis in tria, quatuor, vel quinque ſegmenta poteſt dividi inſtar Canarii.

Gluma exterior ſenſim nigreſcit, dehiſcit, ac rubentem cum ejus integumento emittit nucleum, qui terram tangens facile radices agit, novasque progerminat arbuſculas: Fructus ſimplices plerumque incurvi & irregulares ſunt inſtar Renis formati. Tres etiam nuclei, ſed rariſſime, una in gluma inveniuntur, ſique in terram hi decidant, involucrum ſuam mutat rubedinem & degenerat in ſordide cinereum ſeu nigricantem colorem, quo nucleus vetuſtior eſt, eo magis viret.

Fructus ac præſertim nucleus fortem ſpirat odorem Allio adeo ſimilem, ut pro eo haberetur: Idem quoque odor in arboris cortice percipitur adeo penetrans, ut totam repleat domum, ac vix tolerari poſſit. In viridi ligno debilior eſt, in ſicco autem evaneſcit. Maxime fatuus in vetuſtis detegitur foliis, ad Allium tamen etiam accedens. Trunci cortex externe ex cinereo viret, ac ſæpe nigreſcit, lignum albicat, eſt leve ac molle.

Anni tempus. Quum arbores ſint ita excelſæ, vix obſervari poteſt, quo tempore flores proveniant, unde anni tempus in hac numeratur, quum maturi decidant fructus, quod fit menſibus Februario & Martio; ſique tum non colligantur, vel ab apris comedantur, in ſubſequentibus pluvioſis menſibus tota arbuſcularum ſilva ſub vetuſta ac matrice conſpicitur arbore.

Nomen. Latine *Alliaria* a naturali Allii odore: Malaice *Caju-Bawang*. Amboinice *Tamaluſſel* & *Tamalaſſe*.

Locus. In Altis Amboinenſium ſilvis creſcit hæc arbor, ſed non copioſe, ac tantummodo hinc inde una alterave. In magna plurimum invenitur Amboina, vel in regione Hitoe, præſertim circa magnam illam viam, quæ per regionem iſtam oblique decurrit, item in Leytimora prope *Hoettomoery*, atque notandum eſt, lignum hoc ab inperitis erronee haberi pro vero *Caju-Laſſi*, ob nominum ſimilitudinem.

Uſus. Hic fructus quondam Amboinenſibus inſerviit loco Allii ac Cepæ, uti illis hactenus eſt in uſu, qui ipſi ſunt adſueti ac ſilvas inhabitant, internus enim nucleus carbonibus parum inpoſitus ac toſtus, & cum Zingibere & Limonum ſucco contritus bonum præbet condimentum, piſcibus accommodatum; Juniora ac tenera folia, quæ vetuſtis fortiorem ac penetrantiorem dant odorem, cum piſcibus itidem coquuntur ob iſtum Allii odorem. Omnia vero hæc condimenta hodie extra uſum ſunt, poſtquam ex Java aliisque regionibus Allium ac Cepa tranſportata fuerint.

Lignum parum eſt in uſu, excepto quod aſſeres aliquando inde formentur ad exſtruenda parva monoxula; delapſos nucleos Amboinenſes funibus alligare ſolebant, quos in fumo exſiccabant, donec externe nigreſcant, quos ſecum vehebant in itineribus marinis, ex quibus condimenta præparabant. Quos hunc in finem ſupra ignem torrebant, ac cum Zingibere & toſto piſci-

vingers breet, ſtyf, hoog-groen, en de afgevallene verdroogde werden ſwart: De jonge bladeren aan de geheele ryskens zyn bruyn en ſterker van reuk dan de oude, doch geven doorgaans alle de bladeren, een weinig gehandelt zynde, of in huis ſtaande, een look-achtigen reuk van haar: Uit den ſchoot der ryskens komt een tros voort, een hant lank, en in een of twee zyde-takken verdeelt, daar de vruchten aankomen veele by malkander, gelyk de Lanſſen, doch ydelder en weinig komen tot perfectie, zynde eerſt graauwe kogeltjes, uyt den ronden hoekig, en van vooren met een kuiltje. De volwaſſene hebben de gedaante van kleyne Jamboeſen, hangende 4 a 5 aan troſſen by malkander, ſommige enkelt, als een kleyne pruim, maar de meeſte dubbelt, als de kloot-zak van een hont, van buiten witachtig of bleek-groen, gelyk Appelen, of witte Jamboeſen; onder de buitenſte bolſter, leidt een ander dekzel van een mes dik bloet-root, en de binnenſte Noot omvangende, gelyk de Foely de Noote-Muſſchaten, doch dit dekzel is effender, en bekleet den geheelen korrel, onder deze leidt de regte korrel, noch al met een andere dunne en houtachtige ſchaal omvangen, doch die echter dikwils den geheelen korrel niet dekt, hy zelfs is van buiten grasgroen, en van binnen wit, latende zich met verſcheide kromme linien in drie, vier, en vyf ſtukken deylen, gelyk een Canari.

De buitenſte ſchelle wort metter tyt ſwartachtig, ſplyt open, en laat de roode korrel met het dekzel uitvallen, die op de aarde raakende licht wortels ſchiet, en nieuwe boompjes voortbrengt: De enkelde vruchten zyn gemenelyk wat ſcheef, en als een niere gefatſoeneert. Men vint ook (doch zeer zelden) wel drie korrels in een bolſter, en alſſe uit dezelve op de aarde vallen, zoo verandert het omwintzel ook zyn roodigheidt, en wert lelyk-graauw of ſwart, en hoe de korrel ouder, hoe hy groender wert.

De vrucht, inzonderheidt de korrel heeft een ſterken reuk, de knof-look zoo gelyk, dat menze daar voor aannemen zoude: dezelfde reuk is ook in de ſchorſſe des booms, en daar hy zoo ſterk, dat hy het geheele huis vervult, en men hem qualyk lyden kan: Wat ſlapper is hy, in 't groene hout, maar in 't drooge vergaat hy, den ſlapſten is in de oude bladeren, doch nog al naa het knoflook riekende. De ſchorſſe van den ſtam is van buiten uit den graauwen groenachtig, en bykans ſwart; het hout wit, licht, en niet hart.


Sayſoen. *Om dat het zulke hooge boomen zyn, zoo kan men qualyk opmerken, wanneer het bloeyzel voor den dag komt, dies men zyn Sayſoen reekent, wanneer de rype vruchten beginnen af te vallen, 't welk geſchiet in February en Maart, en zoo menze als dan niet op en leeſt, of datze de wilde Verckens niet op en knappen, zoo vint men in de volgende reegen-maanden een geheele boſſchagie van jonge boompjes onder de ouden.*

Naam. *Latyn* Alliaria, *van den Natuurlyken knof-look reuk; in 't Maleyts* Caju-Bawang: *Amboins* Tamaluſſel *en* Tamalaſſe.

Plaats. *Deze boom waſt in de hooge Amboinſche boſſchen, doch geenſints in menigte, en maar hier en daar een: men vint hem meeſt op groot Amboina, of het lant van Hitoe, inzonderheidt omtrent de groote weg, die het Lant dwers overgaat: Item op Leytimor by* Hoettomoery, *en ſtaat ook aan te merken, dat het hout by de onervaerne abuſivelyk voor 't rechte* Caju-Laſſi *gehouden wert, om de gelykheidt der naamen.*

Gebruik. *Eertyts heeft deze vrucht de Amboineezen gedient in plaats van Ajuyn en Look, gelykſe noch doet by die gene, die daar aan gewent zyn, en in 't bos woonen, want de binnenſte korrels een weinig op koolen gerooſt, en met Gember en zuure Lemoen-zap gevreven, geven een goede zauſe, om viſſchen daar by te eeten. De jonge en malſſe bladeren, die ſterker rieken dan de oude, werden ook by viſſchen gekookt, om des voorſchreve reuks wille, doch alle die dingen zyn hedensdaags in afgang of ongebruik gekomen, zedert dat men jaarlyks van Java, en andere Landen Ajuyn en Look heeft beginnen aan te voeren.*

Het hout is weinig in gebruik, behalven datter zomtyds eenige planken van gekapt werden tot het opbouwen van kleine Praauwen. De afgevallene korrels plegen de Amboineſen tot nu toe aan ſnoeren te rygen, en in de rook te droogen, tot datze van buiten ſwart werden, en dieze dan met zig voeren op haare Zee-reizen, om een zauſe daar van te maaken: Dezelve tot dien einde een weinig over 't vuur





Guarea Alliaria. Ham.

pisciculæ capite in aqua conterunt, addito succo Limonum, si ad manus sit, sicque per linteum cribrant, quod verum exhibet condimentum ad pultem Papeda dictam, quænam sit vera Papeda, supra in Capite de Sagu dictum est.

Lignum quoque adhibetur ad trabes ædium & ad tecta, quum sit leve ac satis durabile: Juniora folia itidem cum piscibus coquuntur odoris ac saporis gratia.

'*t vuur roostende, en dan met Gember, en een gebraaden vis-kop in waater vryvende, doende wat Lemoen-sop daar by, als zy het hebben, en klenzen het zoo door een doek, 't welk dan de regte zause is om haar Papeda mede te eeten. Wat nu Papeda zy, is hier boven in 't Kapittel van Sagu gezegt.*

Het hout wert ook gebruikt tot balken in de huizen, en aan 't dakwerk, om dat het ligt en niet te min durabel is. De jonge bladeren kookt men mede by visschen, om dezelve een geur en smaak te geven.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ,

Exhibentis ramum arboris ALLIARIÆ *Rumphio* dictæ.

A. *Fructum geminum.*
B. *Fructum solitarium.*
C. *Nucleum* denotat.

UYTLEGGING

Van de twintigste Plaat,

Vertoonende een Tak van de LOOKBOOM van *Rumphius* genaamt.

A. Verbeeldt een *dubbelde vrucht.*
B. Een *enkelde.*
C. Deszelfs *korrel.*

CAPUT TRIGESIMUM.

Cassia Fistula.

IN subsequentibus hujus libri capitibus quædam describentur arbores, quæ tales gerunt fructus, qui æque ad usum Medicum quam culinarium adhibentur, quarumque plurima pars nobis Europæis etiam nota est, quas hic iterum enucleabimus, quum quædam adhuc essent addenda, quæ in Europæorum libris omissa nec perspecta erant.

Primo itaque nobis occurrit arbor *Cassia Fistula*, cujus in Oriente multæ inveniuntur species ac varietates, una nempe parvis angustisque foliis, altera majoribus, de qua ultima tantum agemus, quum in hisce Orientalibus insulis sit nota, nec in Europæorum libris, quantum novi, cum tota ejus forma plenarie descripta.

Arbor itaque est alta & ample extensa, forma Juglandis, sed ejus coma paulo amplior est, glabrum & ex cinereo pallidum gerens corticem. Folia rachi insident longa, erecta, in binos ordines opposita, forma Juglandis vel Fraxini, quamvis ab iis satis differant, quinque septemve paribus ad unam rachim, at raro extremo impari, vulgaris sunt formæ, inferius rotunda, superius parum acuminata, plerumque quinque pollices longa & ultra duos lata, multis tenuibus ac pluribus parallelis pertexta costis, ad tactum vix sese distinguentibus, inferiora autem folia tres modo pollices sunt longa, *Lingoo* foliis similia, glabra, primo læte viridia, dein nigricantia ac insipida. In plurimis Europæorum libris cum Persicæ foliis comparantur, sed nunquam ita angusta illa inveni, ne quidem in satis vetustis arboribus: Quodvis porro folium brevi ac crassiusculo insidet petiolo, quod caput æmulatur, rachesque in ramorum summo arcte locatæ sunt, quæ ad ortum suum crassum gerunt geniculum.

Flores in magnis & extensis proveniunt racemis, qui ingentes sunt & formam Violarum fere referunt, sed majores sunt, ac quisque viridi & longo insidet petiolo non conjuncti, sed vagi sunt, qui tamen pondere suo racemum deprimunt, singulus autem ex quinque luteis constat petalis, quorum tria inferiora ad latera extensa dependent, bina superiora sunt gibba, introrsum inflexa, in centro autem varia viridia ac longa apparent stamina parum incurva cum antheris cinereis, quorum quatuor ultra florem extenduntur, horumque medium longius est, crassius, ac reliquis magis viret, instar falcis incurvum ac simplex est (pistillum) quod in fructum excrescit, ita ut ex uno flore unicus tantum fructus seu siliqua progerminet, non vero gemina vel terna, uti quidam falso putarunt, plurimi autem flores in fructus abeunt, ac rari frustra decidunt.

Hique fructus sunt longæ istæ siliquæ seu fistulæ, u-bivis notæ, binos circiter pedes longæ, quædam rec-

tæ

XXX. HOOFTSTUK.

De Trommelstok-Boom.

IN de volgende Kapittelen dezes boeks zullen beschreven werden eenige boomen, waar van men zodanige vruchten heeft, die zo wel tot Medicyn, als in de kost gebruikt wordende, ons Europianen de meeste deel ook bekent zyn, doch die wy weder aanhalen, om dat 'er hier, en daar, eenige dingen by te doen vielen, die in de Europiaansche boeken nog niet bekent staan.

En voor eerst komt ons voor den boom van Cassia Fistula, *dewelke in 't Oosten van veelderlei gedaante gevonden wert, te weten, de eene met kleine of smalle bladeren, en de andere met grooter, van welken laatsten wy maar alleen handelen zullen, als zynde in deze Oostersche Eilanden bekent, en in de Europiaansche boeken (mynes wetens) met zyne volle gedaante tot nog toe niet beschreven.*

Het is dan een hooge, en wytuitgespreide boom, van gedaante als een Noote-boom, doch wel zo breet van kruin, met een effen en uit den grauwen-bleeke schorsse. De bladeren staan aan lange regte ryskens, in twee rygen over malkander, in gedaante van Noote- of Essche-bladeren, hoewelze daar nog al wat van verschillen, met 5. en 7. paren aan een rysken, en zelden met een alleen voor uit, zy zyn van gemeene gedaante, achter ront, en voor met een kort spitsken toelopende, door de bank 5. duimen lank, en ruim twee breet, met veele fyne, en meest parallele ribben doortogen, die men pas voelen kan, de achterste bladeren zyn maar 3. duimen lank, en de Lingoo *bladeren gelyk, glat, blyde-groen, doch ten laatsten swartgroen, en onsmaakelyk: Meest in alle de Europiaansche boeken, werdenze vergeleeken by de bladeren van een Persik-boom, maar ik hebze nooit zo smal gevonden, ook niet aan redelyk oude boomen: Yder blat staat op een kort dikachtig steeltje, doch dat beter een knop gelykt, en de ryskens staan aan 't voorste der takken digt op malkander, hebbende by haren oorspronk een dik knietje.*

Het bloeizel komt voort aan groote en uitgebreide trossen, daar aan ziet men groote bloemen, in de gedaante van violen, doch grooter, yder op een groen lank steeltje, niet gedrongen, maar ydel van malkander staande, doch die evenwel door haare swaarte den tros wat nederbuigen, zynde yder gemaakt van 5. geele blaatjes, waar van de drie onderste uitwaarts geboogen langen, de bovenste zyn bultig, en inwaarts gekromt, en daar binnen staan verscheide groenachtige, en lange draaden, ook een weinig gekromt met grauwe noppen, waar van 'er vier buiten de bloem uitsteeken, en van dezelve is de middelste nog langer, dikker, en groender, dan de andere, als een zikkel gekromt, en zonder nop, waar uit de vrucht voortkomt, zo dat uit een bloem maar een vrucht, of houwe groeit, en niet twee of meer, gelyk zommige gemeent hebben, hoewel van de meeste part van de bloemen tot vruchten werden, en weinige komen aftevallen.

En deze vruchten nu zyn de lange hauwen of pypen, over al wel bekent, omtrent twee voeten lank, zommige

regt

tæ, plurimæ vero parum incurvæ, ex oblongo-rotundæ, instar baculi, vix pollicem latæ, una autem parte per longitudinem sutura notatæ, acsi ibi consutæ forent, primum virent ac tam molles sunt, ut inflecti possint, maturæ vero indurescunt ac lignosæ sunt, externe quædam sunt intense fuscæ, quædam vero nigricant, glabræ, ac transversalibus tenuibus notatæ circulis, qualia in intestinis apparent: Intus vero in cellulas divisæ sunt, quæ ad medium circiter repletæ sunt molli ac nigra pulpa, in quavis autem ossiculum reconditur, uti & in Europa notæ sunt, saporem præbentes dulcem ac nauseosum. Hæcque pulpa est unica res, quæ ex hac expetitur arbore, unde & hi fructus seu siliquæ in Europam transferuntur ad usum Medicum: Florum odor est languidus, attamen jucundus, ac præsertim tempore matutino.

Hujus arboris lignum est solidum, flavum, grave, ac durum, in vetustioribus autem arboribus ruffum, ac circa cor ex cinereo nigrum, ac tempore penitus nigricat instar Guajaci, quod tamen raro in hisce occurrit insulis.

Nomen. Latine *Cassia Fistula*, *Cassia Solutiva*, Cathartica, *Siliqua Ægyptia* & apud Pharmacopæos *Canna Fistula*. Belgice *Trommel-stokken*. Arabibus *Cassaat Falus* ac male *Gasat Falus*, quod ex *Cassia Fistula* corruptum videtur, ab Avicenna vocatur *Chajar Xambar*, vel proprie *Chyar Schambar*, quod longum denotat Cucumerem, qui per spithamas metitur. Prima ejus mentio occurrit apud Græcum Medicum *Actuarium*, qui hanc *Cassiam* vocat *Melænam*. In Ægypto & Persia hodie etiam vocatur *Hiar Xambar*, sed *X* debet legi ut *Sch*. Vocabula Indica in Guseratta lingua sunt *Gramala*, ac porro in ora Malabarica usque ad promontorium Comoryn *Condoca*, *Hasangua*, *Bava Simgua*. In Canara *Bahoo* &c. In Lingua Malaicensi & Macassarensi quidam illam vocant *Caju Radja*, quidam vero, sed plurimum Baleyenses, *Caju Dulang*. Amboinice in Hative vocatur *Uttamanu*, in Hitoë *Pappe pauna*, quod aliquid denotat, quo dorsum alicujus feritur. Javanis dicitur *Bongoe alas* & *Tangkuli* seu Silvestre quid; Nomina autem Arabica & Persica desumpta sunt a figura oblonga *Chyar* seu *Cucumis*; sed vox *Cassia* desumpta est a figura fistularum: Uti cortex Cassiæ aromaticæ, sive Canellæ de sua detractus arbore, quod venit ab Hebræo *Ketzia* idem significante, & illud a *Kazar* abradere, deglubere, quia Canellæ cortex de sua deglubitur arbore.

In *Horti Malabarici Figura* 22 vocatur Malabarice *Conna*, Bracmanis *Bajo*, cujus descriptio cum nostra plurimum convenit, licet figura parum differat, *Piso libr*. 4. *cap*. 22. lingua Brasiliana eam vocat *Tapiraco-Aynana*, sed ipsi minora tribuit folia ac flores incarnatos, in Mexico vocatur *Guauhay Ohuatli*. In Zeylana *Æhæla*.

Locus. Quum fistulæ hæ veteribus fuerint ignotæ, hinc puto, nullibi frequentcr reperiri, nisi in Æthiopiæ regionibus & circa oras maritimas, quas *Troglodita* inhabitant, quos Arabes communi nomine *Zangi* seu *Zingi* vocant, cujus vestigium reperitur in supra memorato nomine Indico *Bava Sanguia*. quod forte denotat arborem ex *Sangi* seu Æthiopia, unde sine dubio in Ægyptum aliasque regiones translatæ fuere hæ arbores, licet hodie, in Cambaja regione aliisque veteris Indiæ provinciis frequenter occurrant, sponte quoque in Javæ & Baleyæ silvis crescunt, sed raro in Macassara. In hisce insulis Orientalibus hinc inde modo una alterave arbor ex adductis seminibus progerminavit. Durum argillosumque amant solum, unde & lætius crescunt in Hitoës regione, quam in sabulosa Leytimora. In Banda quædam etiam hujus reperiuntur arbores, sed frequentiores sunt in *Mackian* & in Moluccis. Hispani hodierni in insulis Occidentalibus, præsertim in *Dominica* & *St. Juan de Portorico* fructus hos habent ita copiosos ac elegantes, ut ex *Monardi libr. simpl. medicam. cap.* 44. sententia hi Orientalibus non sint minores, sed e contra præferantur, unde & plurimum inde in Europam transferuntur, quum inde binorum mensium spatio transvehi possint, quum Orientales ad minimum per sex menses distant, atque inter hos optimi censentur, qui ex Cambaja adferuntur, quos Portugalli in suam etiam deducunt Patriam, Belgæ enim nullas ex Orientali

regt, maar de meeste wat gekromt, lankwerpig ront, als een stok, of saucys, schaars een duim breet, en aan de eene zyde langs heenen met een naat, als ofze daar t'zamen genaait waren, eerst zynze gras-groen, en zo week dat menze buigen kan, maar ryp geworden zynde, hart en houtachtig, van buiten zommige hoog-bruin, zommige swartachtig, effen, en over dwers, met dunne cirkeltjes geteekent, gelyk men aan de darmen ziet: Voorts zynze van binnen in kamertjes verdeelt, en dezelve schaars tot de helft toe met een swart, en week merg gevult, en een korrel daar binnen, gelykze genoegzaam in Europa bekent zyn, ook van den zelfden walgelyken, en zoeten smaak. Zynde dit merg het eenigste, 't gene men van dezen boom zoekt, en waarom men ook die vruchten of hauwen tot in Europa vervoert, om in de Medicynen te gebruiken: De reuk van de bloemen is slap, doch lieflyk, en bezonder in de morgenstonden.

Het hout van den boom is digt, bleek-geel, swaar, en hart, aan de oude boomen ros, en omtrent het hert swartgraauw, en metter tyd geheel swart, als Pok-hout, het welk men echter in deze Eilanden zelden ziet.

Naam. *In 't Latyn* Cassia Fistula, Cassia Solutiva, Cathartica, Siliqua Ægyptia, *en by de Apotheekers* Canna Fistula, *in 't Duits Trommelstokken, in 't Arabies* Cassaat Falus, *en qualyk* Gasat Falus, *het geen uit* Cassia Fistula *bedurven schynt, by* Avicenna *hietze* Chajar Xambar, *of eigentlyker* Chyar Schabar, *het welk beduit een lange Komcommer, die men met spannen meet. De eerste mentie daar van vint men by den Griekzen Artz* Actuarius, *dieze noemt* Cassiam Melænam. *In* Ægypten *en* Persien *hietze nog* Hiar Xambar, *dog de* X *moet gelezen werden als* sch. *De Indische namen zyn, in Guseratte* Gramala, *en voorts op de kust Mallabaar tot de Kaap Comoryn toe* Condaca, Hasangua, Bava Simgua. In Canara Bahoo &c. *In 't Maleyts en Macassaars noemen hem zommige* Caju Radja, *zommige, doch meest op Baly,* Caju Dulang. *Amboins, op* Hative Uttamanu, *op Hitoe,* Pappe Pauna, *dat is iets daar men de rugge mede klopt. Op Javaans* Bongoc alas, *en* Tangkuli, *dat is iets wilts: Maar de Arabische en Persische benamingen zyn genomen van de lankwerpige gedaante* Chyar, *dat is een* Komcommer, *doch het woort* Cassia *is genomen van het formaat der pypen. Gelyk de bast van de* Cassia Aromatica, *of de* Canella *van zyn boom afgeschilt, ontleent is van het Hebreuwsche* Ketzia *het zelve betekenende, en dit wederom van* Kazar *afschrappen, afhaalen, om dat de bast van de* Canella *van de boom afgeschilt wert.*

In de Hortus Malabaar, Figuur 22. *hiet by op Malabaar* Conna, *in 't Braminees* Bajo, *welke beschryving met de onze meest overeenkomt, hoewel de figuur wat verschilt:* Piso, Lib. 4. Cap. 22. *noemtze, op 't Brasiliaans,* Tapiraco-aynana, *doch geeft haar kleindere bladeren, en incarnate bloempjes, in* Mexico *wert hy genaamt* Guauhay Ohuatli, *op Ceylon* Æhæla.

Plaats. *Om dat deze pypen by de oude niet zyn bekent geweest, zo oordeel ik, datze nieuwers veel gevonden wierden, dan in de landen van* Æthiopia, *en omtrent de* Zee-kant, *daar de* Troglodita *woonden, dewelke de Arabiers met een gemeene naam* Zangi *of* Zingi *noemen, waar van men de voetstappen vint in de boven genoemde Indische namen,* Bava Sanguia, *'t welk misschien zeggen wil, een boom uit* Sangi, *of Moorenland, van waarze buiten twyffel in* Ægypten, *en andere Landen overgebragt zyn, hoewelze hedensdaags in 't Land van Cambaja, en andere Provincien van out-Indiën overvloedig wasschen, van zelfs vint menze ook in de Bosschen van Java, en Baly, doch weiniger op Macassar. In deze Oostersche Eilanden heeft men slegts hier en daar een boom, van de ingebragte korrels voortgekomen: Zy willen een harde klei-gront hebben, en waaromze ook liever wasschen op het Land van Hitoe, dan op het zandige Leitimor. In Banda heeft men ook al eenige boomen, doch nog meerder op* Mackian, *in de Moluccos. Hedensdaags hebben de Spanjaarts in de West-Indische Eilanden, inzonderheit op* Dominica, *en* St. Juan de Portorico *deze vruchten zo overvloedig en schoon gevonden, datze na 't oordeel van* Monardus, lib. simplic. medicam. cap. 44. *de Oost-Indische niet en behoeven te wyken, ja ook overtreffen, dierhalven zy ook meest van daar in Europa vervoert werden, om dat menze van daar in twee maanden kan overkrygen, daar de Oost-Indische ten minsten 6. maanden moeten onderwegen zy, en onder deze laastge-*

tali India transferunt, quum, uti dictum est, recentius ac citius ex insulis Caribæis vel ex Alexandria comparari possint.

Usus. Pulpa hæc medicinalis calore ac humiditate temperata est, sed calor prævalet, de ejus vero viribus ac usu omnia hic enarrare nolo, quum in aliis satis inveniantur libris; mirandum vero est Medicamentum hoc, cui Europæi nostri Chirurgi tantam tribuunt, nec sine ratione utilitatem, ab Aquosæ Indiæ incolis tam parum æstimari, licet ubique, uti dictum est, ibi occurrat. Malaicenses enim, Javani, Macassarenses, aliique vix dignum censent, ut assumatur, immo vulgus tanquam nocivum habet, atque quamdiu aliud quoddam purgans sibi possint comparare, has fistulas non adhibebunt: Hoc autem neutiquam vitio Medicamenti, sed incolarum ignorantiæ attribuendum est, multi autem horum per Europæos nostros melius edocti sunt, nostroque modo jam incipiunt eo uti. Vulgo non amatur hæc pulpa in aqua vel alio quovis liquore soluta, ut sorbendo assumatur, solebant autem has fistulas exsugere, hisque superbibere quendam potum, vel aliquem superedere cibum, ne tantam excitaret palato ac gulæ nauseam. Videtur autem Javanos aliosque Indos ab usu harum fistularum abhorruisse, quum antiqua inter vulgus fabula jam fuerit sparsa, atque a plurimis credita, vaccas sub hisce arboribus virides comedentes siliquas, inde non tantum in Diarrhæam incidere, sed illos etiam, qui earum vescebantur carne, quod vero jam diu a *Garzia ab Horto Libr.* 1. *Cap.* 29. aliisque fuit refutatum.

Virides ac molles fistulæ a Portugallis primum in aqua parum ebulliuntur, ac dein iterum exsiccantur, saccharoque condiuntur, talesque in vasis compactas in Portugalliam transferunt in usum feminarum, puerorum, aliorumque tenerorum hominum, secessum enim fine molestia caussant. Eundem in usum similique modo flores in conservam præparantur tam integri quam contriti. Pulpa ex his fistulis extracta ope aquæ calidæ, ac iterum in Electuarium crassum redacta sine potu comedi potest, addita pauca Zingiberis ac seminis Anisi quantitate ad abdominis intestinorumque tormina præcavenda, quibus delicati homines alias sæpe obnoxii sunt. Qui debili laborant stomacho mucosisque ac flaccidis vexantur intestinis, non multum hanc pulpam in usum adhibere debent, quum ventriculo noceat, nisi aliquid *Rhei* vel *Myrobalani* addatur.

Pueri cum his quoque ludunt viridibus fistulis, quas in armillas flectunt, facile enim sine fissuris complicari possunt ac filo trajici; semi-hora ante cibum semper usurpanda est pulpa, ut ventrem emolliat ac subducat, ad renes vero ac vesicam depurandam duabus horis ante cibum, quum crassa hæc pulpa alias non satis digesta sit, nisi per cibum simul adjuvetur, nec in ventriculo diu retinere illam oportet, quum ipsi adeo obstet, atque porro notandum est, Cassiam non tantum intestina expurgare, sed ad ipsas etiam remotas penetrare partes, ad renes nempe ac vesicam, quibus utrisque inservit, quum illas depuret partes earumque leniat dolores.

Propria autem Cassiæ vis est biliosos primum exonerare humores, ac dein etiam pituitosos dissolvere, qui in angustiis hærent ostiis, ibique obstructiones caussant; Si post cænam, quum cubitum imus, ejus pauca ingeratur copia, hæcque sensim deglutiatur, prodest iis, qui Catharris pulmonum laborant, iisque obnoxii sunt, atque anhelosi & Asthmatici fiunt; contra omnes porro renum morbos tanquam secretum habetur remedium, si pulpa hæc cum Liqueritia & Saccharo mixta ingeratur, immo dicitur, si tali modo præparata hæc sæpius adsumatur, calculos renum præcavere.

Bontius libr. 6. *cap.* 10. Terebinthinam admiscet Venetam, utiturque illa ad renes & Gonorrhæam depurandam, ubi & etiam monet, Cassiam in India Orientali non esse usurpandam in Dysenteria, Cholera biliosa

genoemde rekent men voor de beste die van Cambaja komen, dewelke de Portugeezen ook na haar Land brengen, want de Nederlanders voeren der geen uit Oost-Indiën, om dat menze, als gezegt, verscher en eerder uit de Caribische Eilanden, of uit Alexandrien bekomen kan.

Gebruik. *Dit Medicynale merg is in hitte en vogtigheit getempert, doch de hitte wat meerder, van zyn kragten, en gebruik wil ik hier alles niet ophalen, om dat men 't zelve in andere boeken genoegzaam vint; en het is te verwonderen dat dit Medicament, het welk onze Europiaansche Meesters, niet zonder reden, zo veel nuttigheit toeschryven, by de Inwoonders van Water-Indiën zo weinig geacht wert, hoewel het, als gezegt, over al te vinden is: Want de Maleyers, Javanen, Macassaren &c. achten het qualyk waardig om in te nemen, ja het gemeene volkje houd het voor een schadelyk ding, en zo lang zy eenige andere purgatien konnen krygen, zullenze deze stokken niet gebruiken, doch dit moet men daarom geenzints de ondeugden van 't Medicament, maar de onkunde van de Inlanders toeschryven. Want veele zyn door onze Europianen daar van nu beter onderrigt, en beginnen het nu op onze manier te gebruiken. In 't gemeen houd men daar niet af, als men 't merg in water, of eenige vogtigheit zo dun maakt, dat men 't indrinken moet, maar men plag de stokken uit de hand te eeten, en daar dan een dronk op te doen, of eenige kost daar op te nuttigen: Op dat het zo veel walging in de mont, en keele niet zoude verwekken. Het schynt, dat de Javanen en andere Indianen van 't gebruik dezer pypen afgeschrikt zyn, om dat al een oud fabeltje onder de gemeene man gekomen, en ook by de meeste ten deele geloofť is, dat de Koeyen onder deze boomen groene pypen afweidende, daar van niet alleen zelfs de buik-loop krygen, maar ook de gene, die van haar vleis eeten, het welk al lange voor dezen door* Garzias ab Horto, Lib. 1 Cap. 29. *en van andere wederlegt is.*

De groene weeke pypen werden door de Portugeezen eerst in water wat opgekookt, daar na weder gedroogt, en met zuiker ingelegt, en zo voeren zyze met geheele vaatjes na Portugaal, tot gebruik van vrouwen, kinders, en andere teere menschen: Want zy verwekken kamer-gank, zonder moeite: Tot den zelfsten einde, en op gelyke manier wert ook de bloeme tot een conserf gemaakt, zo wel heel als gevreven zynde. Het merg uit deze pypen getrokken met warm water, en weder tot een dik Electuarium *gebragt, kan men ook wel uit de hand eeten zonder eenige vogtigheit daar by te doen, maar wel met een weinig Gember en Anys-zaat, om daar door voor te komen de snyding in de buik, of darmen, dewelke anders tengere menschen van dit merg onderworpen zyn: Ook moeten het de gene, die slap van maag, en slibberig van ingewant zyn, niet veel gebruiken, om dat het de maage hinderlyk is, of dienen wat Rhabarber of* Mirobalanen *daar by te doen.*

De kinders speelen ook met de groene pypen, dezelve tot armbanden makende, want zy laten zig zonder scheuren t'eenemaal t'zamen buigen, en met een draatje doorsteeken: Zy moeten altyd voor 't eeten gebruikt werden, te weten, om de buik slegts week te maaken, een half uur te vooren, maar om de nieren, en blaas te zuiveren, een paar uuren te vooren, om dat dit dikke merg anders niet zakken wil, dan wanneer het door de kost wert nedergedrukt: In de maage dient het ook niet lange te blyven, om dat het hem zo tegen is, en waar by men dan nog weten moet, dat de Cassia niet alleen de darmen zuivert, maar ook tot de afgelegene partyen doordringt, als in de niere, en blaas, voor welke beide zy goet is, dezelve zuiverende, en de pynen verzagtende.

De eigentlyke kragt van Cassia is wel de galachtige humeuren uit te voeren, of af te zetten, maar daar na tast by de slymerige ook aan, en inzonderheit die in naauwe passagie steeken, en aldaar verstopping veroorzaken: Na den eeten, als men slapen wil gaan, een weinig ingenomen, 't zelve langzaam doorslikkende, helpt die gene, die met zinkingen op de borst, en daar uit ontstaande kort-aassemheit gequelt zyn, tegens alle gebreeken der nieren wort het voor een secreete remedie gehouden, als men dit merg met zoethout en zuiker mengt, en zo inneemt: Ja men zegt dat die gene, die het dikwils gebruiken, voor de nieren-steen zouden bevryt zyn.

Bontius lib. 6. cap. 10. *mengt 'er Veneetsche Terpentyn by, en gebruikt het, om de nieren en* Gonorrhæam *te zuiveren, alwaar hy ook waarschouwt, dat men de Cassia in Oost-Indiën niet gebruiken moet in roode-loop, gal-*

liosa, febribusque, quum in ventriculo diu remanens in bilem ipsam mutetur: Ægyptii cum Agarico miscent, & utuntur contra tussim & Asthma, uti & contra omnes artuum dolores ex calore ortos, uti contra calidam podagram, illamque Emplastri forma ipsi inponunt, sique tali usurpetur modo, cunctos curat tumores calidos, inflammationes, & Erysipelas. Qui κυνάγχη vel angina inflammatoria laborant, ac cum hac pulpa in aqua Plantaginis vel simili dissoluta gargarisant, magnum inde habent solamen. Exterius autem illinita omnem curat scabiem & cutis inpuritatem, atque apostemata maturat.

Fistulæ hæ in siccis & occlusis servandæ sunt locis, si enim humido äeri vel rori exponantur, mucorem contrahunt & intra annum corruptæ sunt, in India autem hoc non ita curatur, quum recentes semper conquiri possint.

Ægyptii nos docent, fistulas has recentes interne non esse ingerendas, nisi per quatuor sexve menses ex arbore fuerint decerptæ, quum alias Diarrhæam caussent, extracta Cassiæ pulpa per 24 horas bona servari nequit, nisi in cistis occlusis conservetur, tumque non ita bona est acsi recens fuerit extracta: Pulpa hæc coctionem subire nequit, quum vim aperientem tum perdat: Baleyenses recentem trunci corticem ab exteriore cinereo depuratum, hocque subtiliter contuso & commixto, Emplastri forma externe applicant omnibus artubus, præsertimque iis, qui ex pulvere pyrio adusti sunt, ut & vulneribus imponunt per explosionem laceratis, quo feliciter ardorem extrahunt.

Officula seminalia cellulis inclusa, si recentia, glabra ac plena sint, terræque committantur, intra annum in arbusculas excrescunt quinque sexve pedes altas, quo modo arbores has in Hitoës ora propagari curavi, unde milites nostri melius sese habuerunt, (harum pulpa ad quotidianum purgans adhibita) quam ex incertis Chymistarum præparationibus negligenter confectis, quæ magnis tamen sumptibus ex patria gubernatoribus nostris transmittuntur. Ex insulis Caribæis Galli in suam etiam transferunt Patriam, quas meliores ac pleniores comperiunt quam ex India Orientali delatas; In illis enim insulis copiose crescunt in vastis ac planis silvis, ubi fistulæ hæ siccæ sese mutuo ferientes vi venti allisæ tantum excitant crepitum ac sonitum, ut non solum animalia atque aves fugam arripiant, sed etiam peregrini ac novitiani putent, sese æstum maris auribus percipere, licet sæpius longissime sit remotum, vel etiam aliquando putant armatos milites appropinquare, hocque sonitu in Java ac Baleya sese congregant Simiæ & Cercopithecæ, quæ magna copia has arbores inhabitant.

Caribæi hac utuntur pulpa omnibus mensibus hora ante prandium ad corpus ab omni inpuritate liberandum, atque comperti sunt, hacce re corpus suum salubre atque incolume esse. Cassia fistula in Americanis crescens insulis ac regionibus minor dicitur esse, ac folia gerere flavescentia, floresque parvos læte rubentes, atque in omnibus optime convenire cum subsequenti silvestri Cassia fistula, uti mihi per ocularem testem narratum est.

Sic *Canna* quoque *Fistula Javanica* circa Carwan & in regione Tsjeribon crescens parva gerit folia, ordine ac forma cum parva Blimbingh Bulæ convenientia. Flores quoque minores sunt quam in descripta, majores vero quam Blimbingh, ex læte rubenti & albo mixti colore: Siliquæ vero sunt ut in præcedenti, ac lignum flavescit, nodosum est, nec facile per longitudinem sese findens; In vetustioribus truncis cor ex fusco nigricat, grave est, ac durabile porro lignum, ita ut ibi multum ad postes ædium adhibeatur: Arbores hæ in Java, Baleya, ac Macassara diu quoque persistunt: Vaccæ decerpunt folia, si illa attingere possint, non autem siliquas, ac homines trunci cortice utuntur defectu Pinangæ cum Siri & calce illum masticantes, quod a vulgo tamen tantum instituitur, atque hic cortex, si masticetur, fragilis est ac siccus, fere instar vetustæ Pinangæ, sed huic mixtum est aliquid mucilaginosum, unde & Javani illum unguento suo Bobori admiscent, ut melius adhæreat: Denique no-tan-

galachtig bort, en koortzen: om datze in de maage lang leggende, ligtelyk in galle verandert. De Egyptenaars vermengenze met Agaricum, en gebruikenze tegens den hoest en korten aessem, als mede tegens alderhande pyne van de gewrigten, die van hitte komen, gelyk het heete Podagra, dezelve pleystersgewys daar opleggende: En op dezelfste manier gebruikt wordende zoo geneestze ook alle heete gesweilen, ontsteeking, en de roose. Die de Squinantie of het hals-gesweer hebben, gorgelende met dit merg in Aqua Plantag. of ander water gedissolveert, vinden daar baat by: en van buiten opgesmeert zynde, zoo verdryft het alle schurft en onzuiverheidt des huyts, en maakt de Apostemata ryp.


In drooge en geslootene plaatzen moet men deze pypen bewaaren, want zooze van een vochtige lucht of nachtdauw geraakt werden, zoo verschimmelenze, en verderven binnen 't jaar: Doch in Indiën laat men zig daar aan zoo veel niet gelegen zyn, om dat men dezelve altyt vers bekomen kan.

De Ægyptenaaren leeren ons, dat men binnens lyfs geen versche pypen dient te gebruiken, voor datze 4 a 5 maanden van den boom geplukt zyn, om datze anders wel een buik-loop veroorzaaken, het uitgetrokkene Cassie-merg kan men geen etmaal goet houden, of men moest het in digt geslotene doozen bewaaren, en dan is het noch al zoo goet niet als het vers uitgetrokkene: Dit merg wil ook gants geen kooken verdraagen, om dat het daar door zyn openende kragt komt te verliezen, de Baliers de versche schorsse des stams van de buitenste graauwe schorsse gezuivert, en het naaste daar onder fyn geschrapt hebbende, leggen het zelve dan pleystersgewys op alle de leeden, en inzonderheidt op die gene, die van bus-kruidt verbrant zyn, als mede op geschooten wonden, en waar mede zy ook den brant gelukkig uittrekken.

De Zaat-korrels in de kamertjes schuylende, alsze vol en glat zyn in de aarde gestooken, schieten binnen 't jaar op tot een boompje van 5 en 6 voeten hoog, en op welke manier ik op de Kust van Hitoe deze boomen heb laaten aanplanten, daar onze Soldaten dikwils beter van gevaren zyn (dezelve gebruikende tot dagelyxe Purgatie) als met de onzeekere Chymische dingen, die zoo wat slegts henen bereidt zyn, en nochtans onze Heeren Gebieders met groote onkosten uit het Vaderlandt moeten zenden. Uit de Caribische Eilanden brengenze de Franschen ook in haar Landt, en bevindenze volder en beter dan de Orientaalsche: Op dezelfste Eilanden wassenze overvloedig in groote vlakke bosschen, alwaar de drooge pypen aan de boomen hangende, en door de wint tegens malkander geslagen zynde, zulk een geklater veroorzaken, dat niet alleen het Vee, en Gevogelte daar voor vlugt, maar ook de Nieuwelingen meenen, datze de Zee hooren aanbranden, hoewel die zomtyts vry verre van haar af is, of dat 'er een hoop gewapent Volk aankomt, en op het zelfde gerammel vermeerderen of vergaderen ook op Java en Baley de Apen en Meer-katten, die hun in menigte op deze boomen ophouden.

De Caraiben gebruiken dit merg alle maanden een uur of wat voor 't eeten, om het lyf van alle vuiligheidt te zuiveren, en hebben ervaaren, datze daar door het zelve in goede gezontheidt behouden. De Canna Fistula in de Americaansche Landen wassende, wert gezegt kleinder te wezen, en geel-groene bladeren te hebben, met kleine licht-roode bloempjes, en in alles zeer wel over een te komen met de volgende wilde Canna Fistula, zoo als my door een oog-getuige verklaart is.

Insgelyx heeft de Javaansche Canna Fistula, dewelke omtrent Carwan en in 't distrikt van Tsjeribon wast, kleine bladeren, in ordere en gedaante als de kleine Blimbingh Buloe: De bloemen zyn ook veel kleinder dan aan de bovenstaande, en wat grooter als die van de Blimbing, van licht-root en wit dooreen gemengt: De houwen zyn als aan de voorgaande, en het hout is geel-agtig, warrig, en niet gaarne in de lengte splytende: In de oude stammen met een swart-bruin hert, swaar, en durabel, zulx het daarom aldaar veel tot stylen van huizen wert gebruikt: Zynde dezelve op Java, Baley, en Macassar ook durabel in de aarde. De Koebeesten weiden de bladeren af, daarze by konnen komen, maar niet de houwen, en de Menschen gebruiken de schorsse des stams, by gebrek van Pinang met Siri en kalk gegeten, een behulpmiddel voor slegte Luitjes zynde, en valt de schorsse in 't kauwen vry bryzelig en droog, bykans als oude Pinangh, doch is daar by eenige kleverigheidt, daar omze ook de Javanen onder hun Bobori-zalve vermengen, om dezel-





Cathartocarpus Fistula. Pers.

tandum est ex doctrina Ægyptiorum non tantum recentes fistulas ad usum internum non esse adhibendas, sed nec etiam inmaturas, quæ externe nondum nigricant, quum hæ Dysenteriam facile caussent.

Radix diebus siccis effossa, sub cineribus calidis parum tosta, in parva conscissa frusta, & cum Siri-Pinanga masticata, vel cum aqua contrita, atque epota iis prodest, qui venenum hauserunt, atque hunc in finem radix effossa sicca servanda est. In Java hic fructus raro vel vix in usum adhibetur Medicum, sed arboris vetustum lignum ad vaginas Parrangharum, ut & ad postes minores ædium.

In Java tres Cassiæ sunt species, quæ omnes minora gerunt folia quam nostra, ac quædam non sunt majora illis Blimbingh Boeloe, atque plurimum differunt colore florum. Prima harum species flores gerit albos, secunda flores habet externe purpureos, interne albos, utræque hæ forte conveniunt cum subsequenti silvestri Cassia Fistula. Tertia floribus gaudet luteis, ac siliqua medicata vera Javanis *Tanguli Ginteng* dicta est. Foliorum decoctum seu illorum olus Javani adhibent ad leves purgationes, ac cum fistularum pulpa Opium adulteratur, cui melius inservit, quam fructus supra memorati Bilaci.

dezelve klevender te maken: Eindelyk valt hier nog by te doen, dat men niet alleen na de voorschreeven les der Ægyptenaaren geen versche geplukte Trommelstokken, maar ook gene onrype, die van buiten nog niet swart-bruin zyn, inwendig moet gebruiken, nadien dezelve zeer licht een bloet-gank verwekken.

De wortel by drooge dagen uitgegraven, onder heete assche wat gebraden, in kleine stukjes gesneden, en met Siri-Pinang gekaauwt, of met water gevreven, en ingedronken zynde, helpt die gene, die vergeven zyn, en tot dien einde kan men de uitgegraven wortel ook droog bewaren. Op Java wert de vrucht weinig of niet tot Medicyn gebruikt, maar wel het oude hout tot scheeden van Parrangs, en kleine stylen aan den huisbouw.

Op Java heeft men driederlei zoorten van de Cassia, alle met kleinder bladeren dan de onze, waar van sommige niet grooter zyn dan die van Blimbin Boeloe, en meest te onderscheiden in de coleur der bloemen. De eerste draagt witte bloemen, en de tweede buiten paars, van binnen wit, beide misschien overeenkomende met de volgende wilde Cassia Fistula. De derde draagt geele bloemen, en de eigentlyk Medicynale houwe werd in 't Javaans Tanguli Ginteng *genaamt. Het afkookzel van de bladeren of een moes daar van gemaakt, gebruiken de Javanen tot slegte purgatien, maar met het merg van de pypen wert het Opium vervalst, waar toe het beter dient dan de vruchten van de bovenstaande Bilac.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Primæ,

Quæ exhibet *Cassiam Fistulam veram.*

A. Ramum foliis, & junioribus fructibus onustum denotat.

B. Racemum floriferum.

C. Florem naturali forma & magnitudine expressum.

UYTLEGGING

Van de een en twintigste Plaat,

Dewelke vertoont de opregte *Cassia Fistula.*

A. Wyst aan een Tak met bladen, en jonge vruchten.

B. Den Bloem-tros.

C. Een bloem in zyn natuurlyke grootte en gedaante.

OBSERVATIO.

Arbor hæc in *H. Cliff. p.* 158. vocatur Cassia foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus. quæ est Cassia Fistula Alexandrina *C. B. Pin. p.* 403. & *Commel. H. Amst. part.* 1. *p.* 215. F. 110. Cassia nigra, seu fistulosa prima, sive Cassia fistula Alexandrina. *Sloan. Catal. pl. Jam. p.* 145. & Cassia purgatrix *J. Bauh. tom.* 1. *p.* 416. Cassia nigra *Dod. Pempt. p.* 787. Cassia Fistula Chairaxambar vocata *Prosp. Alp. pl. Ægypt. p.* 2. *Tab.* 1. reliqua hujus Synonyma vide in *Thes. nostro Zeyl. p.* 56. ad Cassiam fistulam Zeylanicam, ut & in *Sloan. Catal.* nec non in nova editione in 4*to. Sam. Dale. Pharmacol. p.* 369. vide porro *Valent. Histor. simpl. reform. p.* 234. ubi splendidam hujus arboris habet Figuram, quæ tamen quam maxime ab illa *H. Amstel.* ut & *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 22. differt. alias porro *Cassiæ Fistulæ* species vide propositas in *Pomet histoire des Drogues chap.* XXVII. *pag.* 217. Hujus itidem figura exhibetur in *Blackwel. Herbal. Tab.* 381.

Omnes autem hæ figuræ adeo inter sese differunt, ut varietas hæc non diverso cœlo aut solo, sed variis hujus generis speciebus adscribenda sit, ita ut concludam, alias ac diversas penitus esse arbores, quæ Cassiæ Fistulæ siliquas suppeditant, quod evidenter satis constabit iis, qui laudatorum auctorum diversas Figuras inter sese conferre attento student animo.

AANMERKINGE.

Deze boom wert in de *Hortus Cliffort. p.* 158. genaamt CASSIA *foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus.* Welke is *Cassia Fistula Alexandrina* van *Casp. Bauh.* in zyn *Pinax p.* 403. en van *Commel.* in het *eerste deel* van de *Amsterd. tuin. pag.* 215. *F.* 110. en de *Cassia nigra*, ofte *Fistulosa prima*, en Cassia Fistula Alexandrina, by *Sloan* in zyn *Catal. Pl. Jamaic. p.* 145. en *Cassia purgatrix* van *J. Bauh.* eerste deel *p.* 416. de Cassia nigra van *Dodon.* in zyn *Pempt. p.* 787. en *Cassia Fistula Chairaxambar vocata* van *Prosp. Alp. in pl. Ægypt. p.* 2. *Tab.* 1. de verdere Schryvers en benamingen hier van zie in onze *Thesaur. Zeylan. pag.* 56. over de *Cassia Fistula Zeylanica*; als mede in de *Cataloge van Sloan.* en in de nieuwe editie van *Samuel Dale* in zyn *Pharmac. p.* 369. en *Valent.* in de *Histor. simpl. reform. pag.* 234. alwaar een zeer schoone afbeelding van de *Cassia* is, die egter zeer veel verschilt van de Figuren van de *Hortus Amstel.* en van de *Hortus Malabaricus.* Gelyk ook *Pomet* in de *Histoire de drogues chap.* XXVII. *p.* 217. verscheide zoorten van de *Cassia fistula* vertoont. Hier van wert mede een Figuur gevonden in *Blackwel Herbal. Tab.* 381.

Dog alle deze Figuren verschillen zodanig van elkander, dat dit onderscheit niet toe te schryven is aan de verscheide gront, ofte lucht, maar om dat het verscheide zoorten van dit gewas zyn, zo dat ik besluiten moet, dat de planten zeer verscheiden zyn, dewelke de pypen van de *Cassia* uitleveren en verschaffen, het geen klaar genoeg blyken zal aan die gene, die met een aandagtig oog, de verscheide Figuuren van de aangehaalde Schryvers gelieft na te zien, en tegens elkander te vergelyken.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Caſſia Fiſtula Silveſtris.

CAnna fiſtula ſilveſtris excelſa eſt arbor, plurimum erecto ſurgens trunco, vel parum incurvo, comam gerens anguſtam; ejus cortex eſt glaber, cinereus, vel gilvus, ex ramis longæ & erectæ exſurgunt raches alternatæ, inque iis foliola parvo Blimbingho ſimilia, in longos ordines ſibi oppoſita, a quatuordecim ad ſeptendecim paria una in rachi locata, binos vel duos cum dimidio pollices longa, unum vix lata, ſuperius rotunda, glabra, ac glauca; ſingula autem rachis ad ortum prope ramum binas habet ſquamulas, auriculas mentientes, inſtar Meſenterii duplicatas, ſi extendantur, plurimum enim complicatæ ſunt, hiſce autem inferiores ſeu vetuſtiores deſtituuntur raches, vel modo unicam gerunt; Ramorum cortex eſt glaber, æqualis, ex fuſco nigricans. Flores ex racemis conjuncti dependent, forma cum vera Canna fiſtula convenientes, ſed multo minores ſunt, inſtar florum minimarum Fabarum, in una ſpecie flaveſcentes, in altera læte rubentes, hoſce ſubſequuntur fructus ſeu ſiliquæ, racematim dependentes, quæ longæ ſunt fiſtulæ, Cannæ fiſtulæ omnino ſimiles, vel paulo magis longiores, vix pollicem craſſæ, quumque matureſcunt externe ex cinereo nigricant, ſed non ita glabræ ſunt ac Caſſiæ fiſtulæ, prope petiolum incurvæ & anguſtæ, ſuperius rotundæ cum firmo apice, harumque ſiliquæ involucrum craſſius eſt quam in Canna fiſtula, quodque exterius protuberantes exhibet circulos, quales in anguium ventribus apparent. Interius in cellulas quoque hæ ſiliquæ ſunt diviſæ, ſed in his non reconditur pulpa nigra ac ſuccoſa, ſed ſicca, albicans, lenta, ac fungoſa eſt, totam replens cellulam, quæ oſſiculum obtegit rotundum ac planum, forma compreſſi piſi, quod durum eſt, ſplendens, croceum vel læte fuſcum, per medium ſulco diviſum; Lignum flaveſcit, atque craſſis conſtat fibris, ſuccoſumque eſt, lentum, ac craſſum, ſi ſit viride, ſed pallide exſiccatur ſine notabili medulla, nec facile elaborari poteſt, niſi ex vetuſtiſſimis ſit arboribus.

Cassia nodosa Rxb.

Nomen. Latine Caſſia vel Canna fiſtula ſilveſtris, ex vulgari loquendi modo, quum minoris ſit uſus quam vera; ambæ enim hæ arbores alias ſponte in ſilvis creſcunt, nomen Malaicenſe mihi ignotum eſt. In Amboina Loehoenenſes illam vocant *Barus*, Hitoëenſes *Habay-muli* & *Hea-muli*, quod aliquid denotat, quo alicujus dorſum percutitur, uti quoque præcedentis *Pappe-Pauma*; Hitoëenſis enim lingua variat pro diverſis pagis: Alba autem ſpecies vocatur *Habya Mulippal* h. e. fungoſa. Javanis dicitur *Caju Backat.*

Locus. Raro occurrit in Amboina, quondam autem plurimæ in Hitoë reperiebantur, hodie autem plurimæ perierunt. Anno 1668 duplicem inveniebam arborem, quæ geminis altisque excreverat truncis, in Loehoenenſi regione circa tractum *Luciellam*, quæ dicebatur olim a peregrinis ibi plantata fuiſſe, inque hac menſe Majo maturos fere reperiebam fructus, nullos autem flores, intellexi vero poſtea, copioſas creſcere ubique in parva *Cerama*, *Bonoa*, *Manipa*, uti & in *Celebe.*

Uſus. In Arte Medica hæc arbor ſaltem apud Amboinenſes nullo eſt in uſu, ac plurimum plantatur in oblectamentum ſenum, qui amant hiſce fiſtulis dorſum ſuum leniter pulſare, ne nimis rigeſcant, quod vitium ſenectuti eſt familiare, unde & nominari poſſet *Solatium ſenum.*

Oſſicula autem quendam habent uſum in re Medica, cum aqua enim contrita, ſicque propinata, iis prodeſt, qui inprudenter noxios comederunt piſces vel Cancros, interna ejus pulpa porro nullum habet uſum, ſed dura penitus exſiccatur. Rubræ ſpeciei lignum magis croceum eſt, durius, ac ſolidius, hincque poſtibus utile, alba vero ſpecies lignum dat albicans

ac

XXXI. HOOFTSTUK.

De wilde Trommelſtok-Boom.

DE wilde Canna Fiſtula wert een hoogen boom, meeſt met een regte ſtam, of ook wel een weinig bochtig en een ſmalle kruin, de ſchorſſe is effen, licht-graauw, of vaal, aan de takken ſtaan lange regte ryskens, verwiſſelt tegens malkander over, en aan dezelve kleine bladeren, die van de kleine Blimbings gelyk, regt tegen malkander over in lange rygen, te weeten van 14 *tot* 17 *paren aan een rysken, twee en derdehalve duim lank, ſchaars een breet, van vooren ront, glat, en Zee-groen, of eſmaroude-groen, aan de tak twee groene lappen, in de gedaante van een oor, of* Meſenterium, *als menze uitbreit, want zy ſtaan meeſt t'zamen gevouwen, en de agterſte of oudſte ryskens hebbenze niet, of wel maar een; De ſchorſſe van de takken is effen, glat, en ſwart-bruin. Het bloeizel hangt aan troſſen by malkander, gefatzoeneert, als dat van de regte Canna Fiſtula, doch veel kleinder, te weten, als dat van de kleinſte boonen, aan de eene zoorte bleek-geel, en aan de andere ligt-root, daar op volgen de houwen of vrugten, ook in bosjes by malkander hangende, en 't zyn lange pypen, de Canna Fiſtula geheel gelyk, of nog wel zo lank, ſchaars een duim dik, alsze ryp worden van buiten graauw, achter by den ſteel krom en ſmal, maar van vooren ront, met een ſtyf doorentje, of ſpitje, en van ſchaale dikker dan de Canna Fiſtula: welke ſchaale van buiten eenige uitpuilende kringen vertoont, als den buik van eene Slange: Van binnen zynze ook in kamertjes verdeelt, doch daar in legt geen ſwart en zappig, maar een droog, wit, taai, en voos merg, het geheele kamertje vervullende, en 't welk verbergt een ronde, platte, korrel, in de gedaante van een gedrukte erwete, hart, blinkende, hoog-geel, of lichtbruin, en over de midden met een vooren gedeelt; Het hout is bleek-geel, grofdradig, zappig, taai, en ſwaar, als het groen is, doch droogt ligt op, zonder ſchynbaar hert, en laat zig niet verwerken, of 't moeſte van geheel oude boomen zyn.*

Naam. *In 't Latyn* Canna, *of* Caſſia Fiſtula Silveſtris, *dat is wilde Canna Fiſtula, na de gemeene manier van ſpreeken, om datze minder van gebruik is, dan de regte, want anderzints waſſen beide deze boomen in 't wilde, de Maleytze naam is my onbekent. In Amboina noemenze de* Loehoeneeſen Barus, *de* Hitoeeſen Hahay Muli, *en* Hea Muli, *dat is yets, daar men de rugge mede ſlaat, gelyk ook het vorige* Pappe Pauma, *want de Hitoëeſe taal is na haar dorpen verſcheide of van malkander verſchillende. Het witte geſlagt noemenze* Hahya Mulippal, *dat is de vooze. Op* Javaans, Caju Backat.

Plaats. *Men vintze weinig in Amboina, eertyds hebben 'er veele op Hitoe geſtaan, maar hedensdaags zynze meeſt uitgegaan, Ao.* 1668. *vont ik nog een dubbelde boom, die met twee hooge ſtammen opgeſchooten was, op 't Loehoeneeſe Land, omtrent de Negory* Luciella, *die men zeide eertyds door de vreemdelingen aldaar geplant te zyn, en aan dezelve vont ik in May ten naaſtenby rype vruchten, doch geen bloeizel, naderhant heb ik vernomen, dat ze veel waſſchen overal op klein* Ceram, Bonoa, Manipa, *als mede op* Celebes.

Gebruik. *In de Medicyne is dezen boom (immers by de Amboineezen) in geen gebruik, en hy wert meeſt geplant tot gerief van oude mannen, dewelke vermaak hebben met deze pypen haare ruggen zagtelyk te kloppen, op datze niet te ſtyf en werden, een gebrek den ouderdom gemeen, daarom menze ook wel mogte noemen* Solatium Senum, *dat is oude mannekens trooſt.*

De korrels egter hebben nog eenige krachten in de Medicyne, want met water gevreven zynde, en ingedronken, zo helpenze die gene, die onvoorzigtelyk van eenige ſchadelyke viſſchen of krabben gegeten hebben, voorts heeft het binnenſte merg geen gebruik, maar droogt geheel hart op; Het hout van het roode geſlagt, is hooger-geel, vaſter, en daarom tot eenige ſtylen dienſtig: Maar het witte

geſlagt

ac fungosum fere instar *Gabba Gabba*, unde non est in usu: Si autem forte fortuna accidat, ut quis pulsatione harum fistularum illas in dorso suo frangat, pro malo habent id omine, quum tamen bona sit fortuna, ac melius, hanc frangi fistulam quam ipsum dorsum.

Non erit inutile, ut puto, quasdam hic subjungere arbores, quæ talia gerunt folia, similesque siliquas, licet me lateat, an præcedentibus sint affines nec ne, quum ex aliorum relatu illas describam.

Andawas seu *Dawas* arbor est in Baleya crescens, maximeque affinis est præcedentibus, folia enim gerit similia acido Blimbingho, floresque ex albo flavescentes, forma Bonga-Manoor, fructus autem instar Cannæ fistulæ, sed nunquam ita nigrescunt; ejus ossicula autem sunt magis nigricantia ac rugosiora quam in antecedentibus, ac pulpa in album Capock degeneraret, cumque vento evanesceret, sique arboris cortex incidatur, lac effunderet copiosum, quod oculis nocet, quo a præcedentibus, quæ hoc destituuntur lacte, differret: Ejus lignum est album ac tenuibus constat fibris, ex quo prius siccato telorum, *Krisse* dictorum, vaginæ fabricantur, quas Baleyenses ex uno formant frusto, nec cum Rottangh obvolvunt, uti Macassarenses hoc faciunt. Postes, uti dicitur, inde etiam fabricarentur in Regum palatiis, ac proinde vulgo prohibitum esset, illas cædere arbores, quarum trunci aliquando binos homines crassi sunt.

Baleyenses perhibent, damnatorum animas sub hac locari arbore, ibique continuo ita excruciari, acsi telis *Krissen* dictis perfoderentur.

Folia hujus arboris contrita inflammatis & ardentibus inponuntur oculis.

In Macassara alia similis invenitur arbor, talia gerens folia ac fructus, *Bilalangh* dicta, sed hæc intus gerit durum ac fuscum cor, ex quo Regum cistæ Tabacariæ, ac Pinango-thecæ fabricantur, ut & aliæ corbiculæ, quum sit admodum durum ac politum. Nostri ejus lignum pro Ligno Caliaturensi habent, quod alias ex ora Coromandelensi adfertur, Macassarenses vero dicunt ab illo differre, quum *Bilalangh* color sit pallidior quam Caliaturensis: magisque pallidum colorem habet aliud lignum *Catudju* vocatum. Utraque vero fructus siliquosos gerit, parvaque folia, quæ in Macassara inveniuntur prope areas & in hortis plantatæ. In Celebes ora Orientali circa *Tambucco Canna Fistula Silvestris* frequenter occurrit, vocaturque ibi *Ke-Ule* vel *Caju-Ular*, h. e. arbor viperina a forma fructuum, qui ibi longiores sunt, quam aliis in locis. In silvis crescit, nec fructus sunt in usu, sed vetustiores ejus trunci ibi expetuntur ac colliguntur ad postes fabricandos pro ædibus magnatum, qui vero graves sunt ac difficulter ex silvis petuntur, sunt tamen durabiles immo sub ipsa terra, lignumque habent elegans, politum, solidum, & flavum, quod circa cor ruffum ac fuscum est. Ejus fructus anno 1680 mihi transmissi magnam exhibebant differentiam a vera Canna fistula, multo enim longiores erant, tres circiter pedes longi, ultra digitum crassi, coloris nigri, & externe in obscuros divisi articulos instar Viperarum ventris, intusque gerebant tales quoque cellulas, quales in vera apparent, in quavis vero loco pulpæ crassiusculus locatus erat discus, acsi parvi esset alvei lusorii, ex crassa, sicca, & lenta constans substantia, inque hac planum recondebatur ossiculum, crassius ac rotundius quam in Canna fistula, unde mox cognoscebam, non esse Medicinalem, sed silvestrem Cannam fistulam, quod etiam ita sese habere postea comperi, officula enim ejus seminalia terræ commissa arbusculas emittebant parva talia gerentes folia, qualia supra descripta sunt: Ligna æque domesticæ ac silvestris Cannæ fistulæ ex vetustis nempe truncis inter sese comparavi, una eademque fere esse comperi, utraque solida, tenuibus constantia fibris ac flava, domesticæ vero lignum circa cor in nigrum vergebat colorem, silvestris vero in obscure ruffum tendebat. In Celebe utraque unum idemque habet nomen Malaicense *Caju radja* nempe, h. e. lignum Regium, quum Reges ac Primores plerumque ex hisce lignis ædium suarum postes exstruant; Folia cum

gestagt heeft een wit en voos hout, bykans als Gabba Gabba, *en daarom niet gebruikelyk, en als het by geval gebeurt, dat iemant deze stokken, of pypen, door 't kloppen op zyn rugge breekt, zo houden zy 't voor een ongelukkig teeken, daar het nogtans notoir een groot geluk is, dat die lompen stok breekt, en de rugge niet.*

Het en zal myns oordeels niet ondienstig wezen, nog eenige andere boomen hier by te voegen, die mede zodanige of diergelyke bladeren en houwen dragen, alhoewel my onbekent is, ofze met de voorige eenige gemeenschap hebben, of niet, als zynde beschreven uit het verhaal van andere.

Andawas *of* Dawas, *is een boom op Baly wassende, en hebbende wel de meeste gemeenschap met de voorgaande, want hy zoude mede bladeren hebben, gelyk de zuure Blimbings, de bloemen wit-geel, van fatzoen als de Bonga Manoor, de vruchten als de Canna Fistula, doch zouden nooit zo swart werden, de korrels swarter en gerimpelder als de voorgaande; en het merg zoude in wit Capok veranderen, midsgaders met de wint weg stuiven, en als men in de schorsse kapt, zo zoude daar veel melk uitlopen, en dezelve schadelyk voor de oogen wesen, en waar in hy dan van de voorgaande, die deze melk niet heeft, voor zo verre komt te verschillen: Het hout is wit en fyndradig, uit het welk, alvooren gedroogt zynde, de Krisscheden gemaakt werden, dewelke de Baliers uit een heel stuk nemen, en niet met rottang bewinden, gelyk de Macassaren: Men zoude ook, zo gezegt wert, stylen daar van maken in de Paleizen der Koningen, en daarom het de gemeene man verbieden, dezelve te kappen, werdende deze stam wel twee mannen dik.*

Cassia Ham.

De Baliers zeggen, dat de Zielen der verdoemde onder dezen boom geplaatst werden, en datze aldaar gestadig zulken pyn zouden gevoelen, als iemant die met Krissen gesteeken wert.

De gewreven bladeren werden ook op verbitte en ontsteeken oogen gelegt.

Op Macassar heeft men nog een andere boom, met diergelyke bladeren en vruhten, Bilalangh *genaamt, doch die heeft van binnen een hard, en bruin hert, waar uit de Koningen haar Tabak-en Pinang-dozen maken, als mede andere kleine bakjes, om dat het zeer hart, en glat wert. De onze houden 't zelve voor Caliatours-hout, het welk anders van de kust Coromandel komt, maar de Macassaren zeggen, dat het daar van verschilt, want het* Bilalangh *is ligter van coleur, als het Caliatours-hout, en nog ligter is een ander hout* Cajudju *genaamt: Hebbende beide vruchten, als Trommelstokken, en kleine bladeren, en men vintze op Macassar, digt by de Negoryen, en in de hoven geplant. Op Celebes Oostkust, omtrent* Tambucco *is de wilde Canna Fistula ook gemeen, en hiet aldaar* Ke-Ule, *of* Caju-Ular, *dat is Slangen-boom, na de gedaante van de vruchten, die aldaar langer zyn dan op de andere plaatzen. Hy wast in 't wilde, en de vruchten zyn van geen gebruik, maar de oude stammen werden begeert en gezogt, om daar van stylen te maken, tot groote Heeren haar huizen, doch dewelke swaar en moeielyk vallen uit het Bosch te halen: Zynde ook durabel, ja zelfs in de aarde, en hebbende mede een schoon, glat, digt, en licht-geel hout, dat omtrent het hert wat ros of bruinachtig is. Deszelfs vruchten my Ao. 1680. zynde toegebragt, vertoonden een merkelyk verschil van de regte Canna Fistula, want zy waren ruim zo lang, namentlyk bykans drie voeten, en ruim een vinger dik, swart van coleur, en van buiten in donkere leeden verdeelt, als een Slange-buik: Van binnen ook wel diergelyke Celletjes hebbende als de regte, maar in ieder laag, in plaats van 't merg, een dik schyfje, als dat van een klein dam-bort, en van een dikachtige, drooge, en taaye substantie gemaakt, ofte t'zamen gezet: En daar in lag een plat boontje, dikker, en ronder dan in de Canna Fistula, waar uit ik straks oordeelde, dat het geen Medicynale, maar een Sylvestris Canna Fistula was, 't welk ik ook namaals zodanig bevonden heb, want de Zaden of Boontjes geplant, bragten boompjes voort met diergelyke kleine bladeren, als hier boven beschreven zyn: De houten, zo van tamme als wilde Canna Fistula boomen, te weten, van oude stammen, heb ik ook by malkander gehad, en bevonden dezelve schier eenderlei te zyn, beide digt, fyndradig, en ligtgeel, doch dat van de tamme, was omtrent het hert na 't swarte trekkende, maar dat van de wilde na 't donkerrosse: Op Celebes hebbenze beide eenderlei namen, in 't Maleyts, te weten Caju radja, dat is Koninks-hout, om dat de Koningen, en Grooten gemeenelyk de stylen van ha-*

Pterocarpus? Ham.

Pterocarpus? Ham.

Cassia Ham.

cum granis quibusdam nigri & longi Piperis contrita abdominis dolorem curant.

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Secundæ,

Quæ exhibet CASSIAM Indicam *silvestrem*, *foliolis* plurimis *ovalibus*, *siliqua longissima* in plurimos isthmos divisa.

A. *Ramum* foliis floribusque ornatum.
B. *Siliquam longissimam.*

OBSERVATIO.

Videtur hæc eadem esse cum illa, quæ a *Breynio* in *Prodr.* 2. *p.* 51. vocatur CASSIA *fistula Indica*, *flore carneo* CL. *Jageri*; cujus *siliqua* ibi descripta optime cum hac nostra convenit. Cassiæ vero notas exhibet *pag.* 50.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Tamarindus. Assam Java.

TAmarindus est arbor vasta & late sese extendens, trunco crasso & alto, cujus cortex est nigricans, rugosus, ac fissus, rami autem in plurimas breves, ac nodosas raches divisi sunt, quæ comam formant densam cum grata umbra, unde & asserculis alligantur, ac circumducuntur, instar Tiliæ comæ, tum enim elegantior est, atque extensam magis præbet comam, si ædibus apponantur, atque colantur, quam si in silvis crescant, ubi plerumque comam gerunt gracilem ac tenuem. Raches varios iterum emittunt petiolos, qui folia sustinent, sed irregulari ordine, nunc enim solitarii, aliquando autem plurimi conjuncti, quatuor circiter pollices longi sunt, ab utraque parte gerentes tenuia, parva, & angusta folia, directe opposita, uti in Viciæ foliis apparet, vel quæ alii adscribunt Filicis feminæ foliis, quamvis illam Filicis speciem in Europa non observaverim, sed talem in India inveni infra descriptam nomine *Filicis Calamariæ:* Foliola hæc vix transversum digitum longa sunt, Paralello-gramma formantia, pennam lata, inferiore parte latissima, superiore autem parte angulo prominent; tenuibus pertexta venulis, superius læte viridia, inferius cinerea. Horum sapor est acidus instar Acetosæ sine splendore, tenera autem sunt, sed si vetusta, rigida sunt, a quatuordecim ad septendecim paria una in minori pinna. Hæc adeo tenera sunt, ut si ramuli abrumpantur, in altum sese erigant, immo si Sol ad occasum properet, vel si cœlum sit pluviosum ac ventosum, primo sese attollant oblique ad superiorem ramuli partem, dein autem, si Sol sit sub horizonte, deorsum sub petiolo sese reflectant, sicque reflexa & conclusa maneant usque ad horam ante solis ortum, simili sese erigentia & aperientia modo, sursum nempe & antrorsum, quam Solisequam naturam in aliis hujus operis locis postea de multis annotabimus plantis, hæcque fere natura est, seu generalis regula omnium istarum, quæ similia tenera foliola in una rachi habent opposita. Immo in quibusdam foliosæ pinnæ per noctem retrorsum reflectuntur, atque fructus seu siliquas fere abscondunt tali modo ad ipsum usque ramum, donec Sol iterum oriatur, quæ sese tum in pristinam restituunt formam. Quævis porro foliosa pinna ad suum ortum geniculum gerit, ut & pedunculus flores sustinens: In vetustioribus arboribus rami adeo horridi sunt per deciduas pinnas, ut spinosi appareant.

Flores sunt rari & vagi, parvis dependentes ex racemis, & semper in ramulorum summo progerminant for-

re huizen daar van maken, de bladeren, met eenige korrels van swarte en lange Peper gevreven, genezen de buikpyn.

UYTLEGGING

Van de twee-en-twintigste Plaat,

Dewelke vertoont de Indische *wilde Cassia*, dragende veele ronde blaadjes, met een zeer *lange peul* in veel holligheden verdeelt.

A. Wyst aan de *Tak* met bladen en bloemen behangen.
B. De zeer *lange peul.*

AANMERKINGE.


Dit schynt dezelve *Cassia* te zyn, die van *Breynius* in zyn *tweede Prodromus* genaamt wert *Cassia fistula Indica*, *flore carneo* Cl. *Jageri*, welkers *peul* aldaar beschreven zeer wel met de onze overeenkomt. En het kenteken van de Cassia wert aldaar *pag.* 50 vermeldt.

XXXII. HOOFTSTUK.


Tamaryn-Boom.

DEn *Tamaryn-boom is een groote, en wyt uitgebreide boom, met een dikken boogen stam, en een swartachtige, ruige, en geborstene schorsse: De takken zyn in overvloedige korte en knoestige ryskens verdeelt, makende een digte kruin, met een aangename schaduwe, dies men hem ook wel op latten leid, gelyk een breede linde, want hy wert dan veel schoonder, en breid zig ook beter uit, wanneer hy by woningen van menschen geplant, en gehavent wort, dan dat hy in 't wilde staat, aldaar hy gemeenelyk een ydele en magere kruin heeft: De ryskens hebben wederom verscheide steeltjes, die de bladeren dragen, doch gants zonder ordere, zomtyds enkelt, zomtyds met bosjes by malkander staande, en ongeveer 4. duimen lank, te wederzyden bezet met fyne, kleine, en smalle blaatjes, regt tegens malkander over, op de maniere, gelyk aan de Linsen, of, gelyk andere schryven, aan het wyfkens Vaaren-kruit, hoewel ik die Vaaren in Europa niet gezien hebbe, maar wel zodanige hier in Indiën, en by ons beschreven onder den naam van* Filix Calamaria: *Deze blaatjes zyn pas een dwers vinger lank, en schier* Paralello-Gramma, *een schaft breedt, doch achter breedst, en aan de voorste kanten steekenze met een hoekje wat uit, met fyne adertjes doortogen, boven grasgroen, van onderen wat grys: De smaak is suur als Suuring, zonder glans, en teer, doch de oude wat styf, en staan van* 14. *tot* 17. *paaren aan een steeltje: Zy zyn zo teer, datze, als men de takjes afbreekt, opwaarts sluiten, of opspringen: ja zelfs als de Zonne wil ondergaan, of als het regenachtig en winderig weer is, eerst opwaarts, of wat schuins na de spitze toe, en daar na, als de Zonne verre onder de Horizont is, zo buigenze haar nederwaarts onder den steel, en blyven zo gesloten tot ruim een uur voor der Zonnen opgang, baar als dan, op gelyke manier, wederom openende; te weten, na vooren toe opwaarts, welke Zonnen wendende aard wy in 't vervolg dezes werks, nog van veele planten zullen moeten aanmerken, zynde bykans de natuur, of een generale regel voor alle de gene, die diergelyke teere bladeren aan eenen steel tegens malkanderen hebben. Ja zelfs de blatdragende steelen werden by nacht achterwaarts getrokken, en verbergen de houwen, of vruchten bykans tegen den tak aan, tot dat de Zonne wederom opgaat, zig als dan weder in hun behoorlyke postuur herstellende. Voorts heeft yder blad-dragende steel by zyn oorsprong een kniebje, of knop, als mede de steel, die de bloeme, of het bloeizel draagt; Aan de oude boomen zyn de takken zo ruig, en steekelig, van de afgevallene steelen, datze als doornachtig schynen.*

De bloemen staan weinige by malkander, aan kleine trossen, en altyd aan 't voorste van de ryskens, gefatzoe-



Cassia javanica. Ham.



forma Violarum, ex septem angustis petalis constantes, quorum quatuor exteriora minima sunt, pallide albentia, crassiuscula, & cruciatim retroflexa, tria autem interna eandem habent formam, & retroflectuntur quoque, sed sunt flaccidiora & latiora, & in alba eorum parte elegantissimis fuscis venulis variegata; In floris centro tria locantur virentia & incurva stamina antheris fuscis, quartum autem longius ac simplex pistillum est in medio latius, & instar cornu incurvum, quod excrescit in fructum, qui siliqua est brevis, digitum vel paulo magis longa transversalem, crassa, in aliis autem regionibus major est, & plerumque incurva, ex plano compressa instar Fabarum vel Phaseolorum, quæ multo autem crassior est, ad latera inæqualis ac sinuosa, in varias divisa cellulas, primo ex cinereo viridis, matura vero squallide fusca, hujus exterior pellicula est fragilis, ac compressa facile dehiscit instar crustæ artocreatis. In hac siliqua tria quatuorve plana reconduntur officula, prout numerus est loborum, quadrata fere, obliquis angulis constantia, forma seminum Lupini, sed crassiora & majora, dura, glabra, spadicea, quodvis autem in peculiari reconditur pellicula, tanquam in cellula, officula hæc porro obtecta sunt fusca, humida, & fungosa pulpa, circa quam funiculi quidam crassi locati sunt, qui omnes simul in tres majores terminantur, hique in inferiorem siliquæ partem desinunt.

Pulpa hæc optime Electuarium quoddam refert, saporemque habet tam acidum, ut raro talis in ullis reperiatur fructibus, semper tamen cum grato mixtus est sapore, acsi saccharum foret admixtum, neque hæc pulpa facile a filamentis separari potest, unde ita in gleba quasi compacta integra relinquitur, atque externa solummodo abjicitur pellicula, glebæ autem istæ dein in quadratas formantur & compinguntur placentas, lateres referentes, quales in foro venales prostant, vel etiam in ollulis vel vasculis copioso condiuntur saccharo, ac primum sternitur sacchari sicci stratum, tum glebarum harum stratum, & sic porro, ante omnia autem saccharum sit copiosum, donec vas fuerit repletum. Si hæc pulpa ita fuerit condita saccharo albo, consistentiam adquirit Electuarii fusci, qualis est, quæ magnis ollis in Pharmacopæorum usum in Europam transfertur, quæque purior componitur, quum ex hac plurima eligantur officula. Pro vulgo autem tantum conditur saccharo rubro arboreo, quale ex Saguero arbore colligitur, quum minimi sit pretii, atque hæc confectio adeo nigra est acsi pix esset, dulcedine tamen non minor est ac præcedens. Tamarindi enim pulpa non amat purum atque album saccharum, sed flavum vel muscovaticum, quum multo dulcius fit. Placentæ istæ, quæ in foro venales sunt, inpurissimæ sunt, admista enim inveniuntur frusta pelliculæ exterioris, petiolorum, ac foliorum, inque usum culinarium modo inserviunt ac quotidianum: Si diu conservandæ sint, sale adspergendæ sunt, quum vermes alias gignantur, & licet per sal aliquid grati acidi saporis pereat, haud multum id refert, quum tamen in varios adhiberi possint usus: Siliquæ hæ maturæ unco sunt avellendæ, vel fustibus longis instar forcipum fabricatis resecandæ sunt, alias sponte decidunt, & dehiscunt in solo deciduæ, unde fit, quod sæpe conspurcentur, atque inpuræ sint.

Arboris hujus lignum albidum est, solidum, durum, & grave, circa nodos maculatum ex nigro fuscis maculis instar Ligni Ebeni, aliquando etiam tales venæ ac maculæ in ipso conspiciuntur ligno, vetustissimæ vero arbores cor habent nigrum, non tamen crassum. Tamarindus hisce in insulis floret mensibus Januario & Februario, fructus autem tardissime maturescunt, ac tantum in subsequentibus pluviosis mensibus, unde in hisce regionibus raro maturos dant fructus, quique minores & acidiores sunt quam Javanenses, in Java autem meliorem maturescendi habent oportunitatem, ibique siccis maturi sunt mensibus.

Nomen. Latine *Tamarindus*, & fructus dicuntur *Tamarindi*, & *Palmulæ* Indicæ, ex Arabico *Tamarhindi*, seu *Dactyli Indici*. non quod hæc arbor aliquam habeat convenientiam cum Dactylifera arbore, quæ in India

zoeneert als de Violen, en uit zeven smalle blaatjes gemaakt, waar van de vier buitenste de kleinste zyn, bleekwit, dikachtig, en in 't kruis achterwaarts geboogen. De drie binnenste of voorste hebben mede de zelfste gedaante, en zyn ook achterwaarts gebogen, maar slapper, en wat breeder, midsgaders op 't witte zeer aardig, met bruine adertjes geteekent; In de midden staan drie groenachtige, en kromme draatjes, met bruine noppen; en nog een vierde wat langer, en zonder nop, in de midden breetachtig, en als een hoorentje gekromt, waar uit ook de vruchten voortkomen, zynde korte houwen, omtrent een vinger of meer lank, en een breet, doch in andere Landen wat grooter, en gemeenelyk wat krom, ook uit den platten, en als wat gedrukt, gelyk de Roomsche-boonen, doch veel dikker, aan de kanten wat bochtig, en in verscheide builen of beurfen verdeelt, eerst uit den graauwen, met groen gemengt, maar ryp zynde vuilgraauw, de buitenste bolster is bros, en gedouwt zynde, berst licht, als of het een dunne korst van pasteitjes was. Binnen in deze houwen schuilen 3. a 4. platte korrels, na het getal der bobbelen aan de houwen, niet ront, maar bykans vierkant, en scheefhoekig, in de gedaante van Lupynen, *doch dikker, en grooter, hart, glat, en uit den geelen-bruin, yder in een byzonder celletje, als in een huisje besloten, deze zaden zyn verders omgeven, of omvangen met een bruin, vogtig, en week merg, rondom het welke eenige dikke draaden hangen, dewelke al te zamen aan drie hooft steelen, en dezelve aan het achterste der houwen hangen.*

Het merg gelykt zeer wel een Electuarium, *en is van smaak zo zuur, als men weinige vruchten vint, edog altyd met eenige aangenaamheit vermengt, even als of 'er wat zuiker onder was, en kan men dit merg van de fyne draaden niet afhaalen, dierhalven wort het zo by malkander in een klont gelaten, en alleenlyk de buitenste schel weg gesmeeten, maar de klonters werden daar na t'zamen gepakt, en vierkante koeken, gelyk tiggel-steenen, daar van gemaakt, gelyk menze ook zodanig ter markt brengt, of zy werden in potjes, en vaatjes met wat meelzuiker ingeleid, nemende eerst een laage drooge zuiker, en dan een laage van deze klonteren, en zo voorts. Voor al geen zuiker daar aan sparende, tot dat het vat vol is; En als dit nu met witte, of grove poeder-zuiker geschiet, zo krygt het de consistentie van een bruin* Electuarium, *gelyk die is, dewelke met groote potten vol, tot gerief van de Apotheeken, naar Europa wert vervoert, en die men ook wat zuiverder toebereid, midsgaders de meeste steenen of korrels daar uitzoekt: Maar voor de gemeene man wertze ingeleid, met bruin-swarte boom-zuiker, gelyk van de Sagueers-boomen komt, om dat men die zeer goet koop hebben kan: En deze confectie ziet zo swart, als teer, doch niet te min in zoetigheit, de voorgaande geenzints wykende: Want de Tamaryn wil geen puure witte, maar geele, of Muscovaat zuiker hebben, om datze daar veel zoeter van wert. De voorschreven koeken, die men op de markt verkoopt, zyn wel de aldervuilste, want daar lopen stukken van de gebrookene schaalen, steelen, en bladeren onder, en werden maar gemaakt tot gebruik van de keuken, en dagelykze huis-houding: Als menze lang bewaren wil, moet menze met wat zout besprengen, anders krygenze wormen, en hoewelze door het zout wat van haar aangename zuurte verliezen, zo en is daar niet veel aangelegen, om dat menze echter tot verscheide diensten gebruiken kan: De rype houwen moet men met haaken van de boomen trekken, of met lange scheer-stokken afknippen, anders vallenze van zelfs af, en bersten op de gront open, waar door 't komt, datze zo wat morssig gehandelt werden, en ook onzuiver zyn.*

Het hout is bleek-wit, digt, hart, en swaar, omtrent de knoesten met swart-bruine plekken, gelyk Ebben-hout, zomtyds ook met diergelyke aderen, of plekken hier en daar in 't hout, en de geheel oude boomen krygen een swart hert, doch dat niet geheel dik en is. De Tamaryn-boom bloeit in deze Eilanden in January en Febr., maar de vruchten rypen zeer langzaam, en niet voor in de reegenmousson, waaromze ook in deze quartieren weinige rype vruchten voortbrengen, en die nog kleinder en zuurder, dan de Javaansche zyn, maar ook op Java hebbenze een andere gelegentheit, en worden aldaar ryp, in de drooge mousson.

Naam. *In 't Latyn* Tamarindus, *en de vruchten* Tamarindi, *en* Palmulæ Indicæ, *na het Arabische* Tamarhindi, *of* Dactyli Indici, *niet om dat dezen boom eenige gelykenisse heeft met den Dadel-boom, die in Indiën* niet

India non crescit, sed quum fructus digitos referant, cum quibus Dactyli fructus quoque comparantur. Arabes quoque hos dicunt *Homar* ob fusco-rubentem colorem, eandemque ob rationem a quibusdam Græcis vocatur *Phœnico-Balanus*; & *Oxyphœnix*, h. e. Dactyli acidi. Veteribus vero Græcis hæc arbor, ejusque fructus ignoti fuere: Turcis ac Persianis idem nomen gerit Arabicum, Ægyptiis vero dicitur *Deresilede* vel melius *Derelside*. Nomina Indica ex *Garzia* & *Christophoro Acosta* sunt *Puli*, *Ambili*, & *Chineha*: Malaice *Assam* vel *Assam-Java* h. e. acidum, vel aliquid acidi ex Java, omnes denominationes ab excellenti acido sapore. In Java ipsa vocatur *Sunda Assa* h. e. acidum ex Sunda, quæ hodie Batavia est. Fructus & arbores peculiari nomine in Java vocantur *Tschampalu*, extracta vero pulpa, atque in ollis compacta ipsis dicitur *Assam*, quæ vera Tamarindus est. Macassarenses illam nominant *Tschamba*, Bandenses *Tamalachi*, Madagascarenses *Quille*, & juxta O. Dapperum *Monte*. Portugallis dicitur *Tamarinho*, & Belgis *Tamaryn*. In *Hort. Malab. tom.* 1. *Fig.* 23. Malabarice vocatur *Balam Puli* sive *Madaram Puli*. Brachmanis autem *Sinza*.

Apud Arabes *Tamar* proprie significat *Palmam* sive *fructum Palmæ*, non vero ipsam arborem, quæ *Nachali* dicitur, verum apud Hebræos *Tamar* significat quamlibet Palmam proprie dictam.

Locus. Hæc arbor quondam in Indiæ regione tantum reperiebatur *Guzeratte* dicta, ubi etiam optima habetur, quæ in montibus crescit, atque in locis Borealibus: Inde tempore in Persiam, Arabiam, & Ægyptum fuit translata, atque hodie frequenter occurrit in *Java*, uti & in *Bima*, *Timora*, & *Macassara*, raræ hæ arbores sunt in Amboina & in Moluccis, ubi raros etiam dant fructus, & angustam habent comam, atque ita lente crescunt, ut tædiosum sit: Sine dubio, quia Amboina est regio nimis pluviosa, unde inpediuntur hæ frigidæ arbores in altum excrescere, maturosque producere fructus. In Banda autem sunt excelsiores, majoresque dant fructus, quum ejus solum sit calidius, quum mineris sulphureis sit refertum.

Usus. Hujus arboris nulla pars in majori est usu, quam fructuum pulpa, quam omnipotens Creator hisce calidis regionibus produxit utilissimam, uti aromata fervida in majorem Borealis regionis usum distribuit, quam ipsis populis, in quorum terra crescunt: Sic hisce insulis plurima alia donavit refrigerantia, inter quæ Tamarindus optimus est fructus, quum ejus natura sit frigida in tertio gradu, ac humida in secundo, unde refrigerans ejus vis est ac detergens: Recens ejus pulpa in placentas formata quotidianum culinæ dat usum, quæ condimentis piscium, gallinarum, similiumque additur ciborum, quibus gratam conciliat aciditatem, ventriculo salubrem, taliaque condimenta in India vocantur *Carri* seu *Carril*. Natio nostra multam hujus pulpæ partem adhibet ad cerevisiam saccharatam inde componendam, quæ vulgaris est potus Indicus, summopere refrigerans, sed insuetis alvum nimium subducens. Hac Tamarindi pulpa caput atque corpus quoque abluitur ad detergendas sordes atque maculas. Ex argento confecta quæcunque sint, in Tamarindi aqua ebullita, pura inde fiunt atque splendentia: Quod porro attinet ad reliquum ejus ac multiplicem Javanorum, Sinensium, & Malaicensium usum, hunc sciens prætereo.

Tamarindi saccharata pulpa proprie inservit Pharmacopæis, huncque in finem ollis ac vasis inposita in Europam transfertur, quæque peculiariter conducit trans mare navigantibus, quibus saluberrima est, si aliquando illa utuntur sive forma linctus, sive in aqua soluta, & loco jusculi adsumpta, leniter enim alvum subducit, depurat, & crassum attenuat sanguinem, qui ex crassis ac salitis navium cibis generatur, atque à scorbuto præservat, si ejus diathesis adsit.

Eadem porro saccharata pulpa in Arte Medica adhibetur ad lenes purgationes, in iis vero tantum morbis, qui ex biliosis oriuntur humoribus, ac quibus ingens æstus adest, uti in ardentibus febribus, cholerico fluxu &c. Tamarindi enim vis est æstuantem sedare bilem, sanguinem depurare, atque refrige-

niet wast, maar om dat de vruchten gelyken na vingers, met dewelke de Dadel-vruchten ook vergeleeken werden. De Arabiers noemenze ook Homar, *van wegen hun bruinroode coleur, en uit dezelfste inzigt noemen hem ook sommige Grieken* Phœnico-Balanus, Oxyphœnix, *dat is zuure Dadelen: Want de oude Grieken is die boom, en zyn vrucht onbekent geweest. By de Turken, en Persianen heeft hy mede de voorschreven Arabische naam, maar in* Ægypten *hiet hy* Deresilde, *of beter* Derelside. *De Indiaansche namen, uit* Garzias, *en* Christophorus Acosta, *zyn* Puli, Ambili, *en* Chineha. *Op Maleyts* Assum, *of* Assam-Java: *Dat is zuur, en iets zuurs van Java, alles zo genaamt van zyn uitnemende zuurte. Op Java zelfs hiet hy* Sunda Assa, *dat is zuurte van Sunda, 't welk hedensdaags Batavia is. De vruchten, en boomen werden in 't byzonder op Java genaamt* Tschampalu, *maar het uitgetrokkene, en t'zamengepakte merg hietenze* Assam, *'t welk de eigentlyke Tamaryn is: Op Macassar* Tschamba: *Op Banda* Tamalacki: *Op Madagascar* Quille, *en, volgens* O. Dapper, Monte. *Op 't Portugees,* Tamarinho: *In 't Duits* Tamaryn: *In Horto Malabaar,* tom. 1. fig. 23. *hiet hy in 't Malabaars* Balam puli, *of* Madaram puli, *Bram:* Sinza.

By de Arabiers betekent Tamar *eigentlyk* Palmam, *een Palm, of de vrucht daar van, en met de boom zelfs, die* Nachali *genaamt wert, maar by de Hebreuwen betekent* Tamar *een Palm-boom.*

Plaats. *Dezen boom heeft men eertyds in Indiën maar alleen gevonden in 't Koningryk van Guzeratte, alwaar men ook voor de beste hout, de gene die op bergen wassen, en op plaatzen, die na het Noorden zien: Van daar heeft menze metter tyd in* Persien, Arabien, *en* Ægypten *gebracht, en hedensdaags vint menze overvloedig op Java, als mede op Bima, Timor, en Macassar, doch schaars in Amboina, en de Moluccos, daarze ook weinig vruchten dragen, en smalle kruinen hebben, ook zo langzaam opschieten, dat het te verdrietig is: Buiten twyffel, om dat Amboina te veel reegen heeft, die deze koude boomen het opschieten, en rypen belet. Maar in Banda werdenze grooter, en dragen beter vruchten, om dat de gront aldaar van onderen heeter is, als zynde swanger van swavel-Mynen.*

Gebruik. *Van dezen boom is niets zo veel in gebruik, als het bruine merg uit de vruchten, het welk den alwyzen Schepper zeer dienstig voor, en in deze heete Landen laat voortkomen: En gelyk hy de heete speceryen meer tot geryf van de koude Noorder Werelt, dan voor de Landen, daarze wassen, geschapen heeft: Zo heeft hy ook deze heete Landen insgelyks verzien met veele verkoelende dingen: Onder de welke de Tamaryn wel de bequaamste is, als zynde van eigenschappen kout tot in den derden, en vochtig tot in de tweede graat: dierhalven verkoelende en afvegende. Het versche merg alleene tot koeken gemaakt, heeft zyn dagelyks gebruik in de keuken, om in de sausse by Vissen, Hoenders, en diergelyke spyze te doen, dezelve gevende een aangenaame zuurte, en die ook den maage gezont is, en werden diergelyke zoppen in Indiën* Carri *of* Carril *genoemt. Onze Natie op Batavia, en elders, slyt of consumeert veel van dit merg, in 't maken van 't zuiker-bier, zynde een gemeene drank in Indiën, en zeer verkoelende, doch die gene, die 't niet gewent zyn, loslyvig makende. Met deze Tamaryn wast men ook het hooft en lyf, om alle smeer en vuiligheit daar af te veegen. Alderhande zilver-werk in Tamaryn-water opgekookt, wert mede zeer zuiver en klaar daar van: En wat vorders belangt deszelfs andere en verscheide gebruiken in de dagelykze huishouding van de Javanen, Sineezen, en Maleyers, die ga ik voorby.*

De gezuikerde Tamaryn dient eigentlyk voor de Apotheeken, en wert tot dien einde met heele potten, en vaten vol na Europa gevoert, zynde inzonderheit zeer kostelyk en dienstig voor de Zeevarende, wanneerze die altemet nuttigen, het zy als een likking inslikken, het zy met water mengen, en tot een koude schaal maken, want het den mensche openlyvig maakt, zuivert, en verdunt het dikke bloet, dat men van de groove en zoute scheeps kost vergadert, en bewaart hem voor de scheurbuik, daar de Zeevarende zo zeer mede gequelt zyn.

Het zelfste gezuikerde merg gebruikt men voorts in de Medicyne tot zagte purgatien, doch alleene in zodanige ziekten, die van galachtige humeuren ontstaan, en daar groote brant by is, als in de heete koortzen, want des Tamaryns eigene kragt is de woedende galle te stillen, het bloet te zuiveren, en te verkoelen, zynde de purgeeren-

gerare, ejusque vis purgans adeo debilis est, ut raro sua sponte sine aliis additis vix operetur, immo in quibusdam omnino nihil, unde quidam Cassiam fistulam addunt, potum autem tum dat nauseosum. Eadem quoque pulpa conducit iis, qui calida & sicca vexantur scabie; inque aqua, in qua Tamarindi pulpa fuit soluta, puerorum corpora lavantur, qui Variolis laborarunt, ad corpora eorum depuranda. Arabes, si per vastas ac siccas solitudines iter instituant, secum ducunt Tamarindum, ad sitim sedandam, sique ejus vim refrigerantem augere velint, ipsi admiscent contritum Sandalum vel Cedri lignum. Folia quoque acidam ac refrigerantem habent virtutem, simulque siccantem, quibus defectu aliarum herbarum Lactucæ instar utuntur, atque cum aqua contrita caput lavant ad depurandum: ac porro in cataplasma contrita, Emplastri loco inponuntur Erysipelati, ad ejus ardorem exstinguendum: Qui autem ventriculum habent frigidum, vel Lienis obstructioni sunt obnoxii, abstineant sese a Tamarindi usu, nisi addatur aroma aliquod ex Cassia lignea, Maci, Masthiche,&c. Madagascaræ incolæ Tamarindum quoque in quotidianum adhibent usum culinarium, quum arbores apud ipsos sint frequentes, ac bis in anno fructus producant.

Eufeb. Neuremberg. histor. natur. lib. 15. *cap.* 17. scribit, Tamarindos arbores quoque crescere in regionibus Americanis, in provinciis Mexico & Acapulco, aliunde autem ibi fuisse translatas. Tamarindi folia (sed inproprie) cum Rutæ comparat foliis, neque concedit pro Oxyphoenice Græcorum habendam esse, qua in re quodammodo vera dicit, quum per Oxyphoenicem intelligi quoque possit certa spinosæ Palmæ species, æque ac acida Tamarindus, notum enim est Græcis ὀξυς vocari æque acidum ac spinosum.

Vetustissima ac nigerrima Tamarindi pulpa cum semine Cumini contrito mixta, & redacta in crassam massam utuntur Malaicenses pro suppositorio ad alvum mox subducendam.

In Timora & Bima arbor hæc copiose quoque crescit sua sponte in silvis, ejusque lignum ibi adhibetur ad naves exstruendas, atque inde asseres, costæ, fulcra, & similia formantur, quum sit admodum durum ac durabile, colorem autem habet pallide albicantem, in vetustis vero truncis ejus cor paulo fuscum est.

Christoph. Acosta ex Indorum relatu narrat, æque noxium atque insalubre esse sub hac decumbere atque dormire arbore ejusque umbra, ac in patria nostra testatur de Nuce Juglande.

Macassarenses maturis utuntur fructibus loco Limonum, si rubrum pigmentum *Cassomba* dictum præparare velint, ad quem usum Turattenses immaturas siliquas seu nondum apertas venales adferunt magna copia ad metropolim Macassaram.

Jacobus Bontius libr. 6. *cap.* 4. alteram Tamarindi describit speciem, quam Javanica lingua vocat *Carandje*, & quidam *Carandjang*, ac putat, sed male, esse *Carandas Garziæ libr.* 2. *cap.* 6. *arom.* Folia ipsi tribuit vulgari Tamarindo similia, in iis autem, quæ in horto meo plantatæ fuere, & ex Javanico semine propullularunt, diversa ab eo observavi, ac similia inveni Lingoæ foliis, sed paulo angustiora & acutiora, ut & alternata: Ejus autem fructus sunt siliquæ parvæ, in quibus unum tantum continetur officulum, non ita amplum ac circumjectum carne seu pulpa acidula, quæ siccior est quam vulgaris Tamarindi, nec ita nigricat, vel ullam habet vim purgantem, ita ut instar aliorum fructuum comedatur, sive ad sitim sedandam, sive ob saporem & ad oblectamentum.

rende kracht daar in zo slap, datze van of uit zig zelfs qualyk werken wil, ja ook by zommige menschen gantsch niet: En waarom ook eenige wat Cassia Fistula daar onder komen te mengen, maar dat geeft een walgelyken drank: Het zelve merg is ook goet genuttigt van die gene, die met een heete en drooge schurft beladen zyn; en in 't water, daar Tamaryn ingeweekt is, wast men de kinderen, die de kinder-pokken gehad hebben, om het lichaam te zuiveren. De Arabiers, willende door of over groote en drooge Woestynen reizen, voeren de Tamaryn met haar, om den dorst te verslaan, en indien zy deszelfs verkoelende kragten nog wat vermeerderen willen, zo doenze wat gevreeven geel Sandel-hout, en Ceder-hout daar by. De bladeren hebben mede een zuure, en verkoelende kragt, en zyn daar by ook wat droogende, en by gebrek van andere groente, kan men dezelve ook tot Salade gebruiken, als mede in water gevreeven zynde, het hooft daar mede wassen, om 't zelve te zuiveren. En wyders, maar alleen, tot een pap zynde gevreeven, zo legt menze ook pleisters gewys op de rooze, om deszelfs hitte en brant te verkoelen: Maar de gene, dewelke een koude maage hebben, of milt-zugtig zyn, dienen den Tamaryn niet te gebruiken, zonder eenige heete speceryen, als Cassia lignea, Foely, *en* Mastix *daar by te doen. De Inwoonders van Madagascar hebben de Tamaryn ook in dagelyks gebruik, en dat in de kost, want de boomen wassen by hun lieden overvloedig, en dragen tweemaal vruchten in een jaar.*

Eusеb. Neuremb. histor. natur. lib. 15. cap. 17. *schryft, dat de* Tamarinden *mede wassen in de Americaansche Landen, in de Provincie van* Mexico, *en* Acapulco, *doch datze van elders derwaarts gebragt zyn. Hy vergelykt (doch wat oneigentlyk) de bladeren van Tamaryn, met die van Ruiten, en wil ook niet toestaan, dat menze voor het* Oxyphoenix *der Grieken zal houden, waar in hy eenigzints gelyk heeft, nadien men door* Oxyphoenix *mede kan verstaan, een zoorte van de steekende* Palma, *zo wel als onze zuure Tamaryn: Want het is bekent, dat de Grieken het woort* Oxys *gebruiken, zo wel omtrent zuure, als steekende dingen.*

De oudste en swartste Tamaryn, wanneerze met gevreeven Komyn tot een dikke substantie is gebragt, gebruiken de Maleyers tot een zet-pil, en om datelyk de kamer-gang te veroorzaken.

Op Timor, en Bima wast dezen boom overvloedig in 't wild, en zyn hout wert aldaar gebruikt tot scheepstimmerwerk, als in houten, planken, ribben &c. dewyl het zeer hart en durabel is, van coleur bleek-wit, doch in de oude stammen vint men het hert een weinig bruin.

Christophorus Acosta *schryft, uit het verhaal der Indianen, dat het zo zwaar of schadelyk en ongezont zy te slapen, onder de schaduwe van een Tamaryn-boom, als men in 't Vaderland zegt van den Noote-boom.*

De Macassaren gebruiken de onrype vruchten ook in plaats van Lemoenen, als zy de roode verwe Cassomba *willen maken, en tot welken einde de Inwoonders van* Turatte *de onrype houwen, of die nog niet geopent zyn, in menigte te koop brengen na de Hoofstadt Macassar.*

Jacobus Bontius, lib. 6. cap. 4. *beschryft een tweede geslagt van Tamarindus, 't welk hy op Javaans* Caradje *noemt, (zommige ook* Crandjang) *en sustineert, doch abusyvelyk, dat het zy* Carandas, *by* Garzias lib. 2. cap. 6. arom. *beschreeven: Hy maakt ook zyn bladeren aan die van de Tamaryn gelyk, maar aan de gene, die in myn thuin geplant, en van Javaans Zaat opgekomen zyn, heb ikze wel anders bevonden, te weten, aan die van de* Lingoa *gelyk, doch wat smalder, en spitzer, en tegens malkander verwisselt. De vruchten zyn kleine korte houwen, daar in een boone leid, die niet groot, en omvangen is met een zuurachtig vlees, drooger dan dat van de Tamaryn, ook niet zo bruin, en geen purgerende kragt hebbende: Zo dat het wel uit de hand gegeten werd, 't zy dan om den dorst te verslaan, of ook wel om de smaak, en uit plaizier.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Tertiæ,

Exhibentis ramum *Tamarindi*, quæ *Assam Java* incolis vocatur.

A. *Folium superiore parte* conspiciendum præbet.
B. *Folium inferiore* sua *parte* sistit.
C. *Florem* omnibus partibus absolutum.
D. *Fructum* seu *siliquam* demonstrat.
E. *Ossicula* ejus *seminalia.*

OBSERVATIO.

Tamarindus describitur a *Ray. in hist. pl. p.* 1748. & ejus synonyma occurrunt plurima in *Sloan. Catal. pl. Jam. p.* 147. & *Thes. meo Zeyl. p.* 222. vide & *Tournef. inst. p.* 660. & *Dale Pharmac. p.* 507. Tamarindi. *J. Bauh. tom.* 1. *p* 422. *Marcgr. Brasil. hist. p.* 107. vide & *H. Cliff. p.* 18. & Balam-Pulli. in *Hort. Malab.* vocatur *tom.* 1 *p.* 39. *Tab.* 23. Tamarindus Orientalis a *Blakwel. Herbal. Tab.* 221 exhibetur, Occidentalis vero ibidem. *Tab.* 201.

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Malum Granatum. Delima.

GRanatæ arbores in India tantum frutescunt, immò plerumque breviores sunt quam in Europa, sese in varios tenues dispergentes truncos, ac vix ita dirigi potest, ut unum tantum gerant stipitem: Cæterum tam forma quam fructibus omnino convenit cum Europæa, unde non ample hic eam describam & tantummodo ejus quasi faciam mentionem, notans fructuum saporem neque dulcem neque acidum, sed quasi mixtum ac vinosum esse: Ejus ramuli sunt ita longi ac teneri, ut sint fulciendi, quum alias pondere fructuum facillime frangerentur. Optimos ferunt hæ arbores fructus, si in hortis vel in planis areis prope ædes plantentur, ac circa eas lapideus locetur arcus, sæpiusque amputentur, facillime enim perit hæc arbor, si non humana cultura sustentetur. Ossiculorum color plerumque est roseus seu ruber ut in Europæis; occurrit autem hic in India alia species, quæ alba penitus gerit ossicula. In initio siccorum mensium, h. e. Octobri, sicca dejicit folia, ac surculos emittit, qui subsequentibus mensibus flores producunt.

Nomen. Latine *Malum Punicum*, & *Granatum*, Belgice *Granaat-Appel*. Arabibus *Ruman* seu *Roman*, quod originem habet ab Hebræo *Rimmon*, & hinc Hispanica lingua *Romana*, & Portugallica *Romanca*: Malaice *Delima*: Sinensibus *Saliu* vel *Tsjialiu*.

Locus. In omnibus hisce orientalibus reperitur insulis, sed non copiose, hinc inde enim quidam tantum in hortis occurrunt ejus frutices: In Sina frequenter crescit, ibique in parvæ arboris formam.

Usus. De ejus natura ac viribus hic non multa commentari est animus, quum in Europæis libris sit satis descripta, ac tantummodo demonstrabimus, quos in usus Indi illam adhibeant. Ejus cortices ac interiora ossiculorum grana multum usurpantur contra Diarrhæam & tenesmum; si contundantur, & cum Oryzæ aqua assumantur. Flores aquæ incoquere, illisque os colluere conducit iis, qui gingivas habent flaccidas, nec manducare possunt. Et uti in Europa silvestris occurrit species, quæ non nisi flores gerit, ac peculiari nomine *Balaustium* vocatur, sic quoque in India rara occurrit species, quæ nil nisi flores producit, neque in silvis crescit, sed summa cura in hortis colitur ab florum elegantiam. Ejus frutex ac folia cum vulgari quidem conveniunt, sed flores sunt majores, ac magnitudinem inperialis habent nummi, plurimis con-

UYTLEGGING

Van de drie en twintigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Tamarinde-boom*, die *Assam Java* by de Inlanders genaamt wert.

A. Wyst aan het *bladt* in zyn *oppervlakte.*
B. Het *zelve van onderen* te zien.
C. Vertoont een *bloem* met al deszelfs deelen.
D. De *vrucht* ofte *peul.*
E. Deszelfs *Zaaden.*

AANMERKINGE.

De *Tamarinde-boom* wert by *Ray* beschreven in zyn *histor. plant. pag.* 1748. en daar van zyn veele Schryvers en benamingen aangehaalt in de *Catal.* van *Sloan. pl. Jamaic. pag.* 147. als mede in myn *Thes. Zeyl. pag.* 222. verders zie hier over *Tournef.* in zyn *instit pag.* 660. en *Dale* in zyn *Pharmac. p.* 507. als mede de *Hortus Cliffort. pag.* 18. *J. Bauh.* in zyn *eerste deel pag.* 422. en *Marcgrav.* in de *histor van Brasil. pag.* 107. en in de *Hortus Malabaricus eerste deel, pag.* 39. *Tab.* 23. wertze Balam Pulli genaamt. De Oost-Indische Tamarinde wert by *Blackwel Herbal. Tab.* 221 verbeeldt, en de West-Indische. *Tab.* 201.

XXXIII. HOOFDSTUK.

Granaat-Boom.

DE *Granaten blyven in Indiën ook, maar als een struik, ja doorgaans nog korter dan in Europa, zig in verscheide dunne stammen uitbreidende, en men kanze qualyk daar toe brengen, datze maar met eenen opschieten. Anders zo aan gedaante, als vruchten is dezen boom de Europiaansche t'enemaal gelyk, dies ikze alhier niet breeder en zal beschryven, en alleenlyk maar aanroeren, dat de smaak van de vruchten, nog zoet, nog zuur, en als gemengt of wynachtig is: De ryskens zyn zo lank, en teder, dat menze veeltyds stutten moet, of zouden anders door de swaarte van de vruchten ligt komen te breeken: Zy dragen best, als menze in de boven ofte op de vlakke erven, by de huizen plant, ook een hooge steenen voet daarom legt, en wat dikwils besnoeit: Want dezen boom gaat zeer ligt uit, als men de hand daar niet aan en houd: De coleur van de korrels in 't gemeen is Roose-root, gelyk in Europa, doch men vint hier in Indiën ook een slag, die gants wit blyven. In 't begin van de drooge-Mousson, dat is in October, begint hy zyne drooge bladeren weg te smyten, en jonge scheutjes voorttebrengen, waar op dan in de volgende maanden ook de bloemen volgen.*


Naam. *In 't Latyn* Malum Punicum, Granatum, *in 't Duits Granaat-Appel, Arabies* Ruman, *of* Roman: *Afkomstig van 't Hebreeuwsche* Rimmon, *en daar na het Spaansche* Romana, *en het Portugeesche* Romanca. *In 't Maleyts* Delima, *Sinees* Saliu, *of* Tsjialiu.

Plaats. *Men heeftze door alle deze Oostersche Provincien, hoewel niet in overvloet, maar slegts hier en daar eenige struiken in de hooven: In* Sina *wastze overvloediger, en wert aldaar een kleine boom.*

Gebruik. *Van zyne aart en kragten zullen wy alhier mede niet veel ophalen, als zynde genoegzaam in de Europiaansche boeken bekent, maar alleenlyk aanwyzen, waar toe onze Indianen dezelve gebruiken: De schaale, en binnenste steenen in de korrels, werden veel gebruikt tegens de buikloop, en persing, als menze stampt, en met gekookt ryswater inneemt. De bloem in water gekookt, en dan in de mont gehouden, is goet voor de gene, die een los tandvlees hebben, en daar door niet eeten kunnen. En gelyk men in 't Vaderland ook heeft de wilde Granaten, die niets dan bloemen dragen, en in 't byzonder* Balaustium *genoemt worden: Zo heeft men hier in Indiën ook een zeldzame zoorte, die wel niets dan bloemen draagt, doch niet in 't wilt wast, maar wel ter degen, en zorgvuldig in de hooven opgebracht, of aangequeekt wert: En dat wegens de fraayigheit van de bloemen: Zynde de struik*



Tamarindus indica. L.








Fig. 1. Punica Granatum. L.

— 2. Citrus decumana. L.

constantes reflexis petalis, adeoque adunatis, ut floris fundus per illa conspici nequeat. Vulgatissimi flores sunt coccinei, instar illorum, qui fructus producunt, licet quidam etiam occurrant, qui albissimi sunt, & alii incarnati. Omnes autem penitus inodori, ac tantummodo oculos oblectantes: quum vero adeo brevibus succrescant pedunculis, ut vix manibus teneri possint, & Malaicenses tamen hisce capillitium suum amant ornare, hinc ut melius eum in finem illis possint uti, suppostitium addunt ipsis petiolum: Malaice vocatur *Delima Wangza*, quod autem Javanense videtur nomen, denotat enim Magnatum florem: Ternatensibus vocatur *Lima Susso*. Nullum alium ejus novi usum, nisi quod hortorum ornamento inserviat, ejusque propagatio fit mensibus pluviosis per surculos terræ commissos.

In Sina binæ Granati sunt species, cujus prima ac præcipua vocatur *Butliu*, quod pronunciatur *Bulliu*, h. e. *Granatum Melleum*, quum ejus poma seu fructus dulcissimi sint saporis, ejusque ossicula grana gerant nunc majora, nunc minora. Altera species dicitur *Tscholiu* h. e. *Granatum lapidosum*, quod vinosum habet saporem, sed parva gerit granula, majoraque ossicula, unde cum Indica plurimum convenit; Prima specie calidioribus utuntur diebus ad ventriculum refocillandum, alteram autem in usum advocant medicum ad omnes Diarrhæas sistendas: quum autem ejus cortices atque granula aquæ soli incocta austerum & ingratum dant potum, hinc binæ adduntur in coctione gallæ Quercus cum frusto Putsjoc, & tantillo Mellis, cribratusque hic propinatur potus. Huic superedirur pulpa *Soccuncapas* cocta, & in pultem contrita, cumque pauco melle mixta: Hoc autem Medicamentum tantum convenit in Dysenteria & tenesmo, non autem in Cholera, ubi mel nocet. Certis annis aliquid peculiare invenitur in Granati foliis, in suprema enim eorum parte tuberculum excrescit instar viridis *Catjang*, optime referens formam Cranii cadaveris, seu Simiæ, primo cinereum, dein fuscum, quumque hæc capitula sese aperiant, papilio exit cinereus, inque iis observari potest, quod alii antea papiliones sua in hocce folio deposuerint ova: de talibus vero capitulis crania referentibus postea in *Vidara* ulterior fiet mentio.

struik, en bladeren de gemeene wel gelyk, maar de bloeme is wat grooter, in de ronte als een Ryksdaalder, met veele gekrulde blaadjes, en die zo digt aan, en op malkander, dat men daar geen bodem door zien en kan. De gemeenste zyn levend scharlaken-root, gelyk die van de vrucht-dragende, ook vint menze wel spier-wit, en sommige wat gemengt: Doch alle gants zonder reuk, en alleen maar de oogen vermakende, en dewylze op zo korte steelen wassen, dat menze qualyk vatten kan, en echter de Maleyers dezelve gaarne in de hairen dragen, zo plegenze een valsche steel daar aan te steeken, om haar te beter te konnen gebruiken: Men noemtze in 't Maleyts Delima Wangza, *doch 't welk veel eer voor een Javaansche naam te houden zy: Want het wil een Vorsten of Heere bloem zeggen, en in 't Ternataans* Lima Susso. *Ik weet daar van geen ander gebruik, als dat menze in de hooven plant tot een cieraat: En haare voortplanting geschiet in de regen-maanden met ryskens, die men in de aarde steekt.*

In Sina heeft men tweederlei slag van Granaten, de eerste en voornaamste zoort genaamt Butliu, *het welk men uitspreekt* Bulliu, *dat is honing-Granaten, om dat de Appelen, of vruchten zeer zoet van smaak zyn, de korrels groot, en kleine steenen hebbende, het ander geslagt hietenze* Tscholiu, *dat is, steenagtige Granaat, zynde wynachtig van smaak, doch heeft kleene korrels, en daar in groote steenen, dierhalven met de Indiaansche meest overeenkomende: En de eerste gebruikenze by heete dagen om de maag te verkoelen: en de andere tot medicyn, om alderhande buik-loop te stoppen; doch dewyl deze schillen en korrels alleen in water gekookt, een barschen en wrangen drank maaken, zoo doet men in 't kooken daar by een paar Galnooten, een stukje Putsjoc, met een scheutje honing, en drinkt het wel geklenst zynde, zoodanig in. Daar op eet men dan het merg van* Soccuncapas, *eerst gekookt en tot een pap gevreeven, midsgaders een weinig honing daar onder gemengt zynde: dan dit recept is maar alleen dienstig in roode-loop en perssing, doch niet in de graauwe loop, daar honing geen goet in en doet. In zommige jaaren vint men ook aan de Granaat-bladeren iets bezonders, namentlyk op hun bovenste vlakte een knopje wat grooter als een groene Catjang, zeer naby verbeeldende de gedaante van een doods-hoofje, of een apen-kop, eerst graauw en daar na bruin, als wanneer deze knopjens open bersten, en graauw-witte Uiltjes uitlaaten, die veel groter zyn dan de huisjes waaren, en men kan zien, dat zy door andere voorgaande Uiltjes daar op gebragt of gezet zyn: Van hoedanige en diergelyke doods-hoofjes hier na breeder over de Vidara verhaal wert gedaan.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Quartæ,

Cujus *Figura prima* exhibet ramum *Punicæ floriferæ & frugiferæ*, ubi ad Litt.

A. *Fructus* ejus *apertus*, ut *Ossiculorum situs* appareat, conspicitur.

Figura secunda ramum exhibet AURANTII *Pompelmoes* dicti, *fructu omnium maximo*, ubi *litt.*

B. Naturalem hujus fructus formam denotat.

UYTLEGGING

Van de Vierentwintigste Plaat,

Welkers *eerste Figuur* vertoont een Tak van de *Granaat-boom*, met *bloemen*, en *vruchten beladen*, alwaar de letter

A. Wyst aan een *geopende vrucht*, op dat de *plaatzing* der *Zaat korrels* gezien werd.

De *Tweede Figuur* vertoont een Tak van de *Pompelmoes*, ofte de *Orangie boom*, met de *grootste vruchten*, alwaar de *letter*

B. De natuurlyke gedaante dezer vrucht verbeelt.

OBSERVATIO.

Punica hoc genus vocatur a *Cæsalpino* & *Linnæo* in *H Cliffort. pag.* 184. & MALUS PUNICA in *Sloan. Catal. pl. Jamaic. p.* 201. ubi citatos vide auctores, hujusque arboris varietates; quæ eleganter delineatæ inveniuntur in *Blackwel. Herbal Tab.* 97. & *Tab.* 145. flore pleno, vide porro *Plukn. Almag. pag.* 240. describitur quoque a *Valent.* in *Amboina pag.* 191. Spinosa autem ejus species in *Thesauro nostro Zeylanico occurrit pag.* 111. quæ Granata Malus Zeylanica spinosa ibi vocatur, quæque in Malabara etiam crescit, & in *Hort. Malab. part.* 4. *Tab.* 13. Katunaregam dicitur.

AANMERKING

Dit geslagt werd PUNICA van *Cæsalpinus* & *Linnæus* in de *Hortus Cliffort. p.* 184. en *Malus Punica* by *Sloan.* in de *Catal.* van de *Jamaische planten p* 201. genaamt, alwaar de verdere aangehaalde Schryvers en de veranderingen van deze boom te vinden zyn, dewelke zeer fraai afgebeelt voorkomen, in het *Herbal* van *Blackwel Tab.* 97. *Tab.* 145. met de dubbelde bloem zie verders *Plukn.* in zyn *Almag. pag.* 140. en werd mede beschreven van *Valent.* in de *beschryving* van *Amboina p.* 191. en de doornachtige zoort hier van wert vermelt in onze *Thes. Zeyl pag.* 111. dewelke doornachtige Zeylonsche Granaat-boom genaamt werd, en die in Malabaar groeit, komt voor in het *vierde deel* van de *Hortus Malabaricus Tab.* 13.

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Limo Decumanus, *Pompelmoes*, *Lomen Caſſomba.*

NUnc enarrabimus Limonum cohortem, qui in hac Orientali aquoſæ Indiæ parte occurrunt, ſimulque demonſtrabimus, an & quanam in parte ab Europæis differant: Primo itaque nobis in conſpectum venit omnium maxima ſpecies, *Pomum Aſſyrium*, Gallis *Pom-Sires* dicta, quam ob ejus magnitudinem *Decumanam* cognominavimus, ejusque quatuor obſervavimus ſpecies.

Prima itaque non altum habet truncum, ſed latius ſeſe extendit quam cætera Limonia, quoque ejus rami ſint humiliores, eo meliores producit fructus, unde & aſſerculis ſæpe ſuffulcienda eſt, ejus folia communem cum omnibus Limoniorum foliis characterem gerunt, quod nempe in inferiore ſua parte ſint cordata, acſi ibi alterum ſuccreſceret folium, omnia autem ad ſuum ortum ſpinam habent, illa vero in adultioribus & junioribus differunt arboribus, in his enim ultra ſeptem pollices longa ſunt, eorumque inferior cordata pars duos pollices, ſuperior horum pars palmam circiter lata eſt, ad oras circiter integra, glabra, nec dentata, ſi tales vero arbuſculæ in umbroſo locatæ fuerint loco, folia ſpithamam longa ſunt, ſex digitos lata, eorumque cor tres transverſales digitos longum ac latum, ſuperius in rotundum deſinens ac biſulcatum apicem, cuivis folio opponitur ſpina longa articulum pollicis, quoque arbores ſint vetuſtiores, eo rariores ſunt hæ ſpinæ; in arboribus adultis folia quinque, ſex, immo ſeptem pollices ſunt longa, ſed minus & tenuius ſunt cordata, ad pollicis longitudinem, & dimidium vix digitum, in quibusdam vero integrum lata digitum, ſuntque diviſa coſtis parallelis, quæ in junioribus foliis interne, in adultioribus ſuperne protuberant, vetuſta itidem folia inferne flaveſcunt, & lanuginoſa ſunt, ac provecta ætate ſi ſit arbor, fere nullas, vel ſaltem minimas gerit ſpinas, ac breves, atque tantummodo in junioribus ſurculis vel ramulis.

Flores racemoſi ſunt ex amplis & albis propullulantes capitibus, in latis & concavis contenti calicibus, ſeſeque aperientes, ex quatuor, & raro ex quinque oblongis craſſiuſculis conſtant petalis, extrorſum reflexis, admodum fragilibus ac deciduis, ſi tangantur, odorem autem habent penetrantem, & magis jucundum, quam Liliorum alborum: In horum centro circulus invenitur ex albis & erectis ſtaminibus compoſitus, quæ luteas gerunt antheras inſtar Liliorum alborum, inque horum meditullio viridis locatur embrio, qui in fructum excreſcit, in ſummo gerens piſtillum viride, capitatum, liquore adſperſum mucoſo: Fructus formam habet pomi, magnitudine capitis humani, ex rotundo planus, ſeu compreſſus, non autem ita ac caſei vulgaris, externe æqualem habens ſuperficiem, excepto quod hinc inde gibboſus ſit: cæterum tota ejus ſuperficies maculata eſt punctulis ſeu parvis foraminulis; color porro eſt citrinus, ſed non ita glaber & vivax, ac in ipſo malo Citrino, pallidior enim eſt & flaccidus magis: Cortex ejus exterior ultra pollicem craſſus eſt, fungoſus, albicans, ſiccus, amarus, ac ſulphureum ſpirans odorem, caro interior globum efformat per membranoſas pelliculas in varia ſegmenta diviſum, plerumque quindecim velſexdecim tam majora quam minora, in circulo ſibi nexa, uti in Malis Aurantiis. Caro hæc ex rubro purpuraſcit inſtar Granatorum, ſuccoſa eſt, ſaporem habens ex acido vinoſum, in maturiſſimis autem fructibus dulceſcit inſtar Ribeſiorum. In ſingulis majoribus ſegmentis bina ternave locantur oſſicula, ultra minoris digiti articulum longa, ex plano rugoſa & albicantia. In toto autem fructu, qui optimus cenſetur, ſæpe ne unicum tale reperitur oſſiculum, vel rara admodum & parva; Horum majorum fructuum ſæpe tres quatuorve ſimul uno ex ramo dependent, qui inde etiam inclinat, & ſæpe frangitur, unde & ſuf-

ful-

XXXIV. HOOFTSTUK.

De Pompelmoes-Boom.

NU zullen wy aanroeren de Compagnie van de Lemoen-geſlagten, die men in dit Ooſterſche deel van water-Indien heeft, en aanwyzen, of, en waar inze van de Europiſche verſchillen. Voor eerſt komt ons voor de aldergrootſte zoorte, Pomum Aſſyrium, *by de Franſchen* Pom-Sires *genaamt, en dewelke wy om zyne grootheidt* Decumanum *bygenaamt, midsgaders daar van ook vier zoorten aangemerkt hebben.*

1. *De eerſte gewint of krygt geen hooge ſtam, maar breidt zich verder uit dan andere Lemoen-boomen, en hoe lager zyn takken haar uitbreiden, hoe hy beter vruchten draagt, moetende daarom ook dikwils met latten onderſtut worden. De bladeren hebben hun kenteeken met alle Lemoen-geſlagten gemeen: te weten, datze aan haar agterſte een hertje als een tweede bladt hebben, en yder bladt by zyn oorſpronk een doorn, doch die beide aan de oude en jonge boomen verſchillende, want aan de jonge boomen zynze ruim zeven duimen lank, en daar van het hertje of agterſte bladt bykans twee duimen: Het voorſte deel is ongeveer een hant breet, aan de kanten bykans geheel, effen, en niet getant: doch als zoodanige boomkens aan een lommerachtige plaats ſtaan, dan zyn deze bladeren wel een ſpan lank, zes vingers breet, en haar hert drie dwers-vingers lank en breedt, van vooren ront toeloopende, en meerendeels in tween gekloven, by yder bladt ſtaat een lange doorn, wel een lit van een duim lank, en hoe ouder de boomen werden, hoe meer deze doornen verminderen; aan de volwaſſen boomen zyn de bladeren wel vyf, zes, en zeven duimen lank, maar haar hertje is veel kleinder en ſmalder: namentlyk een duim lank en ſchaars een halve vinger, doch aan zommige ook wel een geheele vinger breet, en verdeelt met parallele ribben, die aan de jonge bladeren beneden, en aan de oude, boven uitpuilen, ook zyn de oude bladeren van onderen geel-groen, en wat wolachtig in 't aantaſten, en de oude bomen hebben gene doornen, of immers dezelve zeer klein en kort, en dat nog alleen maar aan hun jonge looten of takken.*

Het bloeizel komt trosgewys by malkanderen voort, uit groote en witte knopen, die in wyde kelkjes ſtaande, haar openen in witte bloemen, van vier, en zelden vyf lankwerpige vette blaatjes, meeſt uitwaarts of na buiten overgebogen, licht breekende of afvallende, als menze aanraakt, zynde voorts van een ſterken aangenamen reuk, en lieflyker dan witte-Lelien: Daar binnen ſtaat een kring van witte en regte draaden gemaakt, dragende geele noppen, gelyk de witte-Lelien, en beſluiten in haar midden een gras-groen heuveltje, daar de vrucht uit voortkomt, en op het zelve ſtaat een pilaartje, dragende een groen knopje, met een kleverige vochtigheit daar aan. De vrucht krygt de gedaante van een Appel, zo groot als een menſchen hooft, uit den ronden wat plat, doch zo zeer niet als een Edamſchen kaas, van buiten met een effen vlakte, of hier en daar een bultje vertoonende: zynde de gantſche vlakte als ofze geprikkelt was met kleine gaatjes, of kleine kuiltjes: Recht Citroen-verwig van coleur, doch zo glat en levent niet, als de Citroenen, maar wat vuilder en dootzer; de buitenſte ſchelle is ruim een duim dik, voos, wit, droog, bitter, en van een ſwavelige reuk, het binnenſte vlees maakt nog al een ronde bol, door veele ſchey-velletjes, en verſcheide ſtukken gedeelt, en gemeenelyk in vyfthien, en zeſthien, zo groote als kleine, in de ronte tegens malkanderen ſtaande, gelyk die van de Orangie-Appelen: Dit vlees is root, na de purper verwe trekkende, gelyk dat van Granaten, zeer zappig, uit den zuuren wynachtig van ſmaak, doch in de geheel rype meer naar den zoeten trekkende, gelyk onze Aal-bezien. In yder van de groote ſtukken leggen twee of drie zaat-korrels, ruim een lit van een kleine vinger lank, uit den platten rimpelig en wit: Doch zomtyds is in de geheele vrucht, niet een korrel, ofte eenige kleine, (die men ook voor de beſte hout), en van deze groote vruchten hangen, en nog al drie of vier by malkander gedrongen aan een taksken, het welk zy ook zodanig nederwaarts trekken, datze het dikwils

bree-

fulciendus eſt, ut melius iſtorum pondus ſuſtineat: Si autem unus alterve horum juniorum decerpatur, reliqui majores ſunt & ſuccoſiores. Altera hujus primæ majoris ſpeciei varietas eſt huic ſimillima, vel paulo minor, quæ carnem habet internam albicantem, ex acido fatuam atque aquoſam, quæ vilior quoque habetur, quum vero hæc varietas ſubſequenti tertiæ ſpeciei maxime ſit affinis, pro una eademque hanc habebimus.

breeken, zulks men deze takken onderſtutten moet, om de ſwaarte der vruchten te beter te konnen dragen: En als men een of twee van de jonge vruchten van de takken afbreekt, zo worden de reſterende te grooter, en zappiger. Daar is nog een tweede zoorte van dit eerſte Pompelmoes geſlagte, de voorige meeſt gelyk, of wel wat kleinder, hebbende binnen een wit merg, uit den rynſchen laf, en waterachtig, doch het welk men ook voor ſlegter houd; maar dewyl deze zoorte, met de volgende derde, groote gemeenſchap heeft, zo zullen wyze maar voor een met de zelve houden.

Arboris lignum eſt pallidum, ſolidum, ac nodoſum, non facile fiſſuras agens, ſiccumque aptum eſt ad manubria inſtrumentorum lignariorum, præſertim ex craſſioribus radicibus, quod ſtriatum ac venis diſtinctum eſt.

Het hout is bleek, digt, en warrig, niet licht ſcheurende, en droog zynde bequaam tot ſteelen voor allerlei Timmermans gereetſchappen, inzonderheit dat van de dikke wortelen, die wat geadert zyn.

Anni tempus. Florent in Octobri ac ſubſequentibus menſibus hæ arbores, fructusque in Aprili & Majo maturescunt.

Sayſoen. *Zy bloeien in October, en de volgende maanden, en de vruchten werden ryp in April en May.*

Nomen. Latine *Limo Decumanus* ſeu *Malum Aſſyrium Decumanum*: Malaice *Lemon Caſſomba* h. e. Limo ruber ab incarnato colore, quidam Malaice vocant *Jamboa* juxta Portugallicum *Samboa*, quod proprie *Pomp-Sires* ſeu *Adami poma* Hiſpanis denotat, a quo tamen hæc mala Indica multum differunt; Javanis dicitur *Djurru* ſeu *Djerru* vel *Djerru-Matsjang* h. e. *Limo tigrinus*: Macaſſarenſibus *Lemon Calucku* h. e. *Limo Calapparius*, ob magnitudinem & formam Calappi. Belgice *Pompelmoes* vocatur. Sinenſibus vero *Ju*, vel *Noay*.

Naam. *In 't Latyn* Limo Decumanus, *of* Malum Aſſyrium Decumanum: *In 't Maleyts* Lemon Caſſomba, *dat is, roode Limoen van de vleeſige coleur, zommige noemenze in 't Maleyts* Jamboa, *na 't Portugeeze* Samboa, *het welk eigentlyk de* Pomp-Sires, *of* Adams Appelen *in Spangien beduit, doch waar van deze Indiaanſche al wat verſchillen: Op 't Javaans* Djurru *of* Djerru-Matsjang, *dat is* Limo Tigrinus: *Op Macaſſars* Lemon Calucku, *dat is,* Limo Calapparius, *van haar grootte, en gedaante als een* Calappus: *In 't Duits* Pompelmoes: *Op 't Sinees* Iu, *of* Noay.

Locus. Hæ arbores Indicis his Orientalibus regionibus non ſunt familiares, videnturque ex ſuperioribus regionibus quondam huc fuiſſe tranſlatæ, quæ ab amatoribus in hortis tantum coluntur tam ob fructus quam ſimul ob comæ umbram, amplumque circa arbores fabricant pedem lapideum, majoreſque ramos aſſerculis alligant, arbores enim, quæ comam habent anguſtam, ramosque erectos, altumque & erectum truncum, non ita præſtantes cenſentur iis, quæ humiliores ſunt, comamque gerunt amplam & extenſam; Amboinenſes non magni illas faciunt, fructusque in frigidioribus ipſorum montibus creſcentes ſunt parvi & acidi, arbores enim hæ calidum atque planum amant ſolum & locum, unde Bandenſes ſemper meliores habentur Amboinenſibus, quum ſolum ibi ſit calidius.

Plaats. *De Pompelmoes-boomen zyn by de Indianen in deze Ooſterſche quartieren niet gemeen, en het ſchynt, datze uit eenige van de bovenlanden eertyds herwaarts overgebragt zyn, en de liefhebbers queekenze maar in haar hooven, om met een de ſchaduwe van haar kruin te hebben, makende een breede voet daar rondom, en leidende de ſwaare takken op een ſtelling van latten: Werdende de boomen, die haare kruin niet uitbreiden, en meeſt regte takken, en een hooge ſtam hebben, zo goet niet geacht, als de lage en uitgebreide. De Amboineezen maaken daar geen werk van, en ook de vruchten, die in haare koude gebergte waſſen, zyn klein en zuur: Want deze boom bemint een vlakke, en warme plaats: En waarom de Bandaze altyd voor beter gebouden werden dan de Amboinſche, om datze aldaar een warmer gront hebben.*

Uſus. Fructus hic tantummodo crudus editur, & cum tragematibus plurimum offertur, ejusque caro vel ſola vel cum Vino Hiſpanico & ſaccharo præparata grato inſervit refrigerio calidioribus diebus; vinum autem ipſi admiſtum efficit, ut non ita facile tormina abdominis ſuboriantur: Si fructus hic conſcindatur, cavendum eſt, ne culter amarum penetrans corticem carnem ipſam tangat; vel ne manibus, quibus cortex avulſus eſt, tractetur, quum ſaporem inde acquirat amarum: Atque hinc, ut rite aperiatur fructus, ab utraque ejus ſuperiore & inferiore plana parte lamella quædam abſcindenda eſt, inſtar integumenti cruſtuli, ad pollicis craſſitiem, donec rubra appareat caro, tumque melius attendi poteſt, qua ratione reliqua corticis pars cultro prudenter ſit auferenda vel abſcindenda, ne caro ipſa lædatur. Nobilis quoque fructus eſt in itineribus marinis, quum diu conſervari poſſit, & incorruptus ſit, ſi leniter tractetur, quum ex arbore decerpatur, & cura geratur, ne in terram decidat, ſed e funiculis ſuſpendatur in navibus: ſique in maris itinere comedatur, ſtomachum refocillat, ſitimque ſedat.

Gebruik. *Deze vrucht dient maar alleen om raauw te eeten, en wert meeſt by Bancquet-werk opgezet, zo wel het vlees alleen, als met Spaanſche Wyn en zuiker toebereid, 't welk een aangename verkoeling geeft in de heete dagen, en de Wyn maakt, dat men daar zo licht geen ſnyding in de buik van krygt. In 't opſnyden moet men wel toezien, dat men met het mes, dat door de bittere ſchelle gaat, niet te diep in 't vlees ſnyde, ofte het zelve te veel aantaſt met de handen, waar mede men de ſchelle afgetrokken heeft, tot voorkoming dat het zelve geen bittere ſmaak en krygt: En daarom, als menze behoorlyk openen wil, zo moet men onder en boven de vlakke zyden eerſt wat afſnyden, als een dekzel van een paſtei, in de dikte van een duim, tot dat het roode vlees gezien wert, en dan zo kan men beſt merken, hoe men in 't doorſnyden van de reſterende ſchelle het mes zal zetten. Het is ook een heerlyke vrucht op Zee-reizen, want men kanze lange bewaren, en onbedorven houden, als menze maar in 't afnemen van den boom zagt handelt, en niet op de aarde laat plotzen: En dan zo met touwtjes ophangt, en werdende dan op Zee gegeten, zoververſchenze de maag, en verſlaan ook den dorſt.*

Secunda ſpecies in Banda occurrit, quæ foliatura cum vulgari convenit, ſed truncum habet altiorem, erectosque ramos, ejusque folia ſunt rotundiora, atque ad oras magis ſerrata, inferior autem folii pars cordata eſt inſtar foliorum Limonis *Itam*, vel paulo etiam major. Ad horum ortum ſpinula exſurgit parva ac brevis, non autem in omnibus, nec certam etiam obſervant formam; Ejus folia in totum ſeptem pollices ſunt longa, eorumque inferior pars cordata ſesquivel binos pollices longa eſt, ſuperior autem folii pars circiter quatuor digitos lata eſt, craſſior autem eſt quam in vulgari, neque laterales coſtæ ita protuberant, foliumque ipſum eſt magis acuminatum, ac parum ſulcatum ſeu bifidum, alia inſuper ſunt irregularia, ſinuoſa, orisque excavatis, acſi aliud efformare vellent

2. *In Banda heeft men een byzonder zoorte van Pompelmoes-boomen, van bladeren de gemeene wel gelyk, doch met een hogere ſtam, en regte takken, de bladeren van vooren wat ronder, en aan de kanten merkelyker gezaagt zynde, dan de gemeene, en niet een hert, als dat van Lemoen* Itam, *of wat grooter: By den oorſpronk met een klein kort doorntje, doch niet aan alle, en zy houden ook geen vaſt fatzoen, de bladeren in 't geheel zyn 7. duimen lank, en daar van het hertje anderhalve, of twee duim, het bovenſte blad is in de midden ſchaars vier vingers breet, wat dikker dan aan de gemeene, en de dwersribben zyn zo merkelyk of verheven niet, van vooren wat toegeſpitſt, of ſpitzer toelopende, en een weinig geklooft, andere zyn daar en boven ook nog met ongeſchikte bogten, en uitgeholde kanten, als ofze nog een hert wilden for-*

vellent cor, quod in quibusdam tres digitos latum eſt, in aliis autem vix unum.

Ejus fructus minor eſt, non rotundus, ſed pyriformis inſtar majorum pyrorum hyemalium, atque, ſi maturus, ad petiolum craſſeſcit, hinc inde gibboſus eſt, ſemi-pedem circiter longus, quinque vero pollices craſſus, inmaturus eſt viridis gramineique coloris, maturitatem autem adeptus Citrini coloris; Caro interior magis rubet, quam in vulgari, atque in centro cavitatem format, raraque habet oſſicula, immo quidam penitus hiſce deſtituuntur, illius ſapor eſt vinoſus: Hæc autem ſpecies raro in Amboina occurrit, frequenter vero in Banda, unde a quibusdam Bandenſes etiam vocantur.

Tertia harum arborum *ſpecies* eſt, quæ fructus gerit magnitudine globi, qui conorum luſui inſervit, prope petiolum parum gibboſos, horum cortex non admodum eſt craſſus, neque amarus, ſed fere edulis; Ejus caro ſeu medulla interior eſt alba, admodum ſuccoſa, acidula, & in maturo fructu dulcior, uti *Limo Martinjo*.

Folia gerit minora quam in præcedenti, ac fere inſtar *Limonis* iſtius *Martinjo*, ſed rigidiora, ac glabriora, eorumque pars cordata magnitudinem habet *Limonis Itam*, ad horum ortum hinc inde breves ac raræ propullulant ſpinæ. Truncus eſt altior quam vulgaris, erectos plurimum emittens ramos inſtar *Limonis Martinjo*, ſed ejus coma eſt amplior: Raro in Amboina occurrit hæc ſpecies, ibique Japonica vocatur, quum inde primum tranſlata ſit: non autem magni æſtimatur, quum ejus fructus ſint neque acidi neque dulces, ac plurimum adhibeantur ad ruſticorum potum *Pons* dictum, qui componitur ex aqua, Aracka, Limonum ſucco, ſaccharo, ac quibusdam aromatibus ſibi invicem mixtis.

Quarta ſpecies omnium rariſſima eſt, cujus folia primæ ſpeciei ſunt ſimilia, ſed glabriora, ad oras autem non ſerrata, ac ſuperius in rotundum deſinunt, quædam vero brevem ibi habent apicem, alia autem ſunt ſulcata vel bifida, inferius non ſunt lanuginoſa uti in vulgari; Ejus fructus eſt omnium maximus, parum elevatus, irregularis, & tuberculoſus, quinque vel ſex uno ex petiolo ſimul dependent, quique diſtinctis punctulis ſeu foveolis notati ſunt, coloris inſtar aliorum. Fructus cortex ultra pollicem craſſus eſt, amarus, ac ſulphureus, cæterum odore & ſapore cum præcedentibus convenit. Ejus medulla ſeu caro eſt alba, ſuccoſior & dulcior quam in vulgari, nulla fere includens oſſicula, in hac ſpecie ſæpe fit, ut in ejus fructu alius minor reperiatur, magnitudine decorticati pomi aurantii, qui a reliqua majoris pomi carne, tenui lanuginoſaque pellicula ſeparatur. Immo quidam tales minores in ſuperiore ejus parte novi corticis lamellam gerunt, cæterum internum hocce pomulum ejusdem eſt ſubſtantiæ, coloris & ſaporis ac reliqua caro, non autem in omnibus hoc occurrit, ſed in paucioribus hujus arboris pomis, hocque plurimum in Bandenſibus obſervatur, unde hi fructus in Amboinam tranſlati, eorumque oſſicula ibi terræ commiſſa læte ſatis progerminant, fructusque exhibent ingentes, & ſatis repletos, ſed qui duplicem iſtum rariſſime includunt fructum.

Bataviæ albi quoque hujus arboris occurrunt fructus, rubri vero præferuntur, ſed nullos ibi duplices proferunt fructus, niſi propagati fuerint ex oſſiculis Bandenſibus, ubi pulcherrimi in *Plo-Ay* creſcunt, difficillimæ vero ſunt propagationis, quum raro in iis oſſicula ſeminalia occurrant.

Nomen. Hæc ſpecies *Limo Prægnans* vocatur, Malaice *Lemon Bonting*, & quoque *Lemon Banda*.

Atlas Sinenſis pag. 131. propriam harum arborum ac fructuum Patriam dicit eſſe duodecimam & maxime Auſtralem Sinenſium Provinciam *Quantong*, ibi *Yeucu* dictam, Portugallis vero *Jamboam*, quæ eadem eſt cum *Zamboa*. Horum fructuum magnitudo hominis caput excedit, intus vero eorum caro eſt rubra, ſuccoſa, atque acidula inſtar uvarum ſemi-maturarum, ſique in domo ſuſpendantur, per annum ſervari poſſunt. Junioris arboris folia inter manus contrita gratiſſimum ſpirant odorem, qui fere convenit cum illo *Unguis odorati*.

meeren: Zynde 't hert van zommige drie vingers breet, en weder van andere maar ſchaars een vinger.

De vrucht is wat kleinder, niet ront, maar peersgewys, gelyk de groote winter-peeren, en de rype wert by den ſteel wat dikker, en krygt hier of daar eenige bobbelen: Zy is omtrent een halve-voet hoog, en vyf duimen dik, de onrype is gras-groen, maar de rype Citroen-verwig: Het binnenſte merg is rooder, dan aan de gemeene, van binnen met een kleine holligheit, en weinig korrels: Ja zommige ook zonder korrels, als mede wynachtig van ſmaak: En deze zoorte wert in Amboina weinig gezien, maar men heeftze overvloedig in Banda: Waaromze by zommige ook Bandaſche Pompelmoes worden genaamt.

3. *Men heeft ook een zoorte van deze boomen, die vruchten draagt, zo groot als een kloot, daar men mede kegelt, by den ſteel een weinig bultig, hebbende geen zeer dikke ſchel, en die ook niet bitter is, maar bykans eetbaar: Het binnenſte merg is wit, en zeer zappig van ſmaak, ryns, en de rype een weinig zoeter, als* Lemon Martinjo.

De bladeren zyn kleinder, als aan de voorgaande, en bykans als die van gemelde Lemon Martinjo, *maar ſtyver, en gladder, en het hert zo groot als van* Lemon Itam, *hier en daar met weinige korte doornen, by den oorſpronk der bladeren. De ſtam ſchiet hoger op, dan de gemeene, meeſt met regte takken, en almede als die van* Lemon Martinjo *voornoemt: doch met een breeder kruin: Men heeftze weinig in Ambon, en men hietze daar Japanſche Pompelmoezen, om datze eerſt van daar zouden overgebragt zyn: Werdende ook weinig geacht, om datze nog zuur, nog zoet zyn, en meeſt gebruikt worden tot Boere Pons, een drank gemaakt van water, Arack, Lemoenzap, zuiker, en nog eenige ſpeceryen onder malkander gemengt.*

4. *De vierde zoorte is wel de zeldzaamſte, hebbende bladeren, die van de eerſte zoorte gelyk, doch wel zo effen, en aan de kanten ongezaagt, van vooren lopenze ront toe, en aldaar hebben zommige een kort ſpitsje, en andere zyn geklooft, van onderen niet wolachtig, gelyk de gemeene. De vrucht is van grootte, als de grootſte Pompoenen, niet ront, maar wat hoog, ongeſchikt, en bultig, hangende ook vier en vyf by malkander aan een ſteel, van buiten met merkelyker kuiltjes, doch van verwe, als de andere. De ſchelle is ruim een duim dik, bitter, en zwavelachtig: anders van dezelve reuk en ſmaak als de voorige: Het vlees is wit, zappiger, en zoeter, dan van de gemeene, en bykans zonder korrels, en omtrent deze zoorte gebeurt het dikwils; dat van binnen in de vrucht noch een ander klein Pompelmoesje of Appeltje gevonden wert, van grootte een geſchelde Oranje-appel, en van 't omleggend vlees des grooten vruchts met een dun wolachtig vliesken afgeſcheiden zynde: Ja zommige hebben aan 't bovenſte einde ook wel een ſtuk van een nieuwe ſchil, anderſints is deze inwendige vrucht of appeltje van ſubſtantie, koleur en ſmaak, het andere vlees gelyk, doch, als gezegt, men vint het niet in alle die groote vruchten, maar alleen in weinige aan de zelfſte boom, en dat noch meeſt in Banda, van waar dezelve met korrels in Amboina gebragt zynde, aldaar ook wel groot en vol werden, maar die dubbelde vrucht zeer zelden komen te vertoonen.*

Op Batavia heeft men mede witte Pompelmoeſen, werdende de roode voorgetrokken, of boven dezelve geeſtimeert, maar zy dragen aldaar insgelyks geen dubbelde vruchten, ofte zy moeſten voortgekomen zyn van korrels uit Banda, alwaar de ſchoonſte op Plo-Ay *vallen, zynde zeer moeyelyk om voort te teelen, nadien men daar in zelden korrels komt te vinden.*

Naam. *Men noemtze* Limo Prægnans; *Op 't Malleyts* Lemon Bonting, *en ook* Lemon Banda.

Den Sineezen Atlas, pag. 131. *ſtelt het eygentlyke Vaderlandt van deze Pompelmoes-boomen en vruchten de* 12*de en zuidelykſte Sineeſe Provincie* Quantong, *aldaar* Jam-Yeucu *genaamt wordende, doch by de Portugeeſen* Jamboa, *'t welk het zelfſte is met* Zamboa. *Zy is ruim zoo groot als een menſchen hooft, en van binnen root van vlees, ook zappig en ryns, als half-rype druiven, en kan in huis opgehangen zynde, een jaar lang goet gehouden werden: De bladeren van een jong Pompelmoes-boompje wat tuſſchen de handen gevreven wordende, geven van haar een zeer aangenaame reuk, bynaa overeenkomende met die van* Unguis Odoratus.

OBSERVATIO.

Arbores hæ, illarumque fructus a *Rumphio* memorati, varietates potius sunt, quam peculiares species, unde etiam vario crescendi modo, solo, ac cultura differentes, pro unica tantum habendæ sunt specie, vocaturque hæc arbor *Malus aurantia* Indica, fructu omnium maximo *Pumpelmus* dicto, medulla pallescente ut & russescente ab *Herm. in H. L. Bat. pag.* 405. hujus autem arboris ramus cum fructu eleganter delineatus atque icone expressus invenitur a *Merian. insect. Surinam.* ad *pag.* 29. ubi vide *notas*, ut & *Thesaur. nostrum Zeyl. pag.* 39. ubi varia ejus Synonyma & auctores collegi.

Hæcque est illa arbor, quæ a Botanicis pro arbore scientiæ habetur, cujus fructus in Paradiso terrestri primis parentibus erat interdictus, unde & POMUM ADAMI a *Casp. & Joh. Bauhino* vocatur, uti ulterius id patet ex *Pluknetii Mantissa & Amaltheo* l. c. in *Thesauro Zeyl.* &c. Arbor hæc a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 188. quoque commemoratur.

AANMERKINGE.

Deze boomen, en derzelver vruchten alhier vervolgens van *Rumphius* vermelt, zyn meer veranderingen, als wel byzondere zoorten door de verscheide manier van aanqueking, gront, en lugt verschillende, waarom ze ook voor geen byzondere zoorten gehouden werden, en wert deze boom genaamt van *Herman.* in de *Hortus Lugd. Batav. p.* 405. Indische *Oranjeboom*, met de grootste vrucht *Pumpelmoes* genaamt, met een bleek vlees: en van deze boom wert mede een Tak met de vrucht fraay verbeeldt en vertoont van *Merian* over de Surinaamse Insecten op *pag.* 29. alwaar verders de aantekeninge zie, en onze *Thesaur. Zeylan. pag.* 39. alwaar ik de verscheide benamingen en Schryvers aangehaalt heb.

Dit is verders die boom, die van de Kruydkenners gehouden wert voor de boom der kennis, welkers vrucht in het aardsche Paradys aan onze eerste Voor-ouders verboden was; waarom ze ook *Adams appel* van *Casparus* en *Joannes Bauhinus* genaamt wert, zo als dit verders blykt uit *Pluknet* in zyn *Mantissa* en *Amaltheum*, volgens de aangehaalde plaatzen in onze *Thesaurus Zeylanicus* &c. De Pompelmoes-boom wert mede van *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon. pag.* 188 beschreven.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Malum Citrium: Lemon Sussu.

Gebruik. *Het zap van deze Lemoenen is meeſt in gebruik, om de wapenen daar mede ſchoon te maaken, om dat hy 't roeſt afbyt, zo van yſer, als van koper, daarom zommige deze vrucht* Lemon Padangh, *dat is ſwaart Lemoenen noemen. Item als de Maleyers en Macaſſaren hare ſwaarden en kriſſen ſchoon gemaakt hebben, het zy met dit zap, of iets anders, zo plegenze dezelve daar na te blaauwen, 't welk insgelyks geſchiet met het zap van deze Lemoenen, of Lemoen Nipis, daar wat ſublimaat onder gevreven zy, het welk zy lieden* Warangau *noemen, en dat de wapenen voor 't roeſten bewaart, maar daar by ook venynig maakt. En inzonderheid zyn de Lemoenen dienſtig, om het koper-werk daar mede te ſchueren, het zy alleen, ofte met houtskolen gemengt, 't welk men daar naar met zuiver water weder afſpoelt, en in de Zonne droogt. Men kanze ook gebruiken by 't verwen van de Caſſomba, hoewelze andere Lemoenen liever hebben, om dat die een beter geur geven aan de geverfde kleetjes, dan deze Oſſen-koppen. Zynde beide de voorgaande vruchten behangen met een weeke en kleverige Gom, en deze, en andere zuure Lemoenen werden by de Macaſſaren gebruikt om hunne klederen daar mede te waſſchen, daar toe meer zap, dan water nemende, doch 't welk meeſt de Koningen doen, om dat de klederen aldus gewaſſchen, de perfume beter aannemen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigeſimæ Septimæ,

Quæ exhibet ramum Limonis agreſtis, qui *Lemon Papeda*, & *Lemon Carbou* a RUMPHIO in textu vocatur.

OBSERVATIO.

Lemon Papeda & *Lemon Carbou*, ſeu *Limo Bubalinus* a *Valent.* in *Amboinæ deſcript. pag.* 189. quoque commemoratur.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-twintigſte Plaat,

Dewelke vertoont een tak van de *Velt-Lemoen*, die *Lemon Papeda*, en *Lemon Carbou* van *Rumphius* in de text genaamt werd.

AANMERKINGE.

De *Lemoen Papeda*, en *Lemon Carbou* of *Buffels* Lemoen wert mede by *Valent.* in de *beſchryving* van *Amboina pag.* 189. vermeldt.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Citrus Hystrix. DC.

Limo Ferus, Lemon Swangi.

HÆc Limonis species indigena quoque seu Indica est, ac silvestris naturæ. Arbor non admodum crassa est, & humilior proxime antecedente, coma angusta, ramisque rectis, ejus folia sunt similia illis Limonis Papeda, sed paulo longiora & acutiora, sex nempe pollices longa & ultra, anterius parum serrata, in medio autem inter cordatam & superiorem folii partem geniculum est, parumque inflexa sunt; Ejus fructus minor est omnibus præcedentibus Limonibus, Hispanicis similis, sed minor, ab utraque parte acuminatus, quidam pyriformes, alii instar majoris pruni, oviformes, undique verrucis quasi obsiti, obscure virentes & tarde lutescentes, qui color plurimum in iis observatur, qui prope ædes crescunt, ibique coluntur. Caro ejus interna est pauca & granulosa, sed succosa & acidissima, tormina excitans, odor non est ingratus, citrinus, sed debilis, & quasi silvestris. Surculi longas quoque gerunt spinas, sed rami ad folia parvas.

Nomen. Latine *Limo Ferus*; juxta Malaicense *Limoen Swangi*, ob irregularem & deformem ejus figuram. Malaicenses enim cognomen *Swangi* talibus tribuunt rebus, quæ silvestris, feræ, & irregularis sunt formæ, uti plerumque sunt Magi ac Domini, quos *Swangi* proprie vocant; Amboinice *Usse Malumëit*, & *Aussi Wolu* dicitur; Ternatensibus vero *Limo Titigela*.

Locus. In Amboina plurimum invenitur in Amboinensium hortis silvestribus, ut & prope eorum ædes.

Usus. Raro ejus succus usurpatur, excepto quod Amboinenses illum adhibeant ad pultem Papeda, sed plurimum ad pigmentum Cassomba: cum aliis porro medicamentis hic fructus, ejusque cortex & succus coquitur, ut eorum exaltetur vis, præsertim vero amaris inservit potionibus, quæ propinantur ad corpus depurandum, corruptosque corrigendos humores: Cum ejus cortice caput fricatur post lavamen, uti id fit cum *Limone Purrut*, sed cavendum est, ne ejus succus cutim tangat, vel in corpus depluat.

XXXVIII. HOOFTSTUK.

Wilde Lemoen-Boom.

Dit geslagte van Lemoenen is ook regt Inlands of Indiaansch, en wat wild van aart: Den boom is niet zeer dik, en ook lager dan de naast voorgaande, met een smalle kruin, en regte takken, de bladeren zyn als die van Lemon Papeda, doch wat langer, en spitzer, te weten, zes duimen lank, of wat meer, na voren toe mede wat gezaagt, in de midden tusschen het hertje, en het bladt hebbenze een knietje, en staan wat gebogen. De vrucht is kleinder dan alle voorgaande, en de Spaansche Lemoenen wat gelyk, doch veel kleinder, van achter en voren toegespitst, of spits toelopende: Zommige peersgewys, of als een groote eyer-pruime, rondom met vratten bezet, swart-groen van buiten, en langzaam geel werdende, welke coleur men ook wel meest ziet aan die gene, die by de huizen staan, en aldaar wat gebavent werden. Het binnenste merg is klein en korlig, doch sappig, zeer zuur, en snydende, de reuk van de schelle is niet onlieflyk, Citroenachtig, doch wat slap en wild: De jonge scheuten hebben mede lange doorns, maar de takken by de bladeren kleine.

Naam. *In 't Latyn* Limo Ferus, *na 't Maleytsche* Limoen Swangi, *van zyne ongedane figuur: Want de Maleyers de toenaam van Swangi aan zodanige dingen geven, dewelke wild, stuurs, en onsteld, of wanschikkelyk van gedaante zyn, gelyk haar ordinaris vertoonen de Tovenaars en Hexen, die zy eigentlyk Swangiers noemen: Op Amboin* Usse Malumëit, *en* Aussi Wolu, *Op Ternaats* Limo Titigela.

Plaats. *Men vindze in Amboina meest by de Amboineezen in de Bosch-thuinen, en ook by haar huizen.*

Gebruik. *Men gebruikt het sap weinig, behalven de Amboineezen, tot nuttigen van de Papeda, doch wel meest tot het verwen van hun Cassomba-verwe: voorts werd deze vrucht ook gebruikt, zo wel de schelle, als het zap, om by andere Medicamenten te kooken, en hare werking daar door op te wekken, en inzonderheit dientze by bittere Medicamenten, die ingegeven werden om te zuiveren, en de bedorven humeuren te verbeteren: Met de schelle vryft men mede het hooft na 't wassen, gelyk met de Le*mon Purrut, *doch insgelyks toeziende, dat het zap niet op 't lyf en komt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigesimæ Octavæ,

Quæ exhibet ramum *Limonis Feri*, seu *Lemon Swangi* dicti, qui sub nomine *Lemon Sowangi* in *Valent. Amboinæ descript. pag.* 190 occurrit.

UYTLEGGING

Van de acht-en-twintigste Plaat,


Vertoonende een Tak van de Wilde Lemoen *Lemon Swangi* genaamt, dewelke ook onder de naam van *Lemoen Sowangi* by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon pag.* 190 voorkomt.



CAPUT XXXIX.



Citri Hystricis DC. variet.



CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Limonellus. Limon Nipis.

INter omnes acidos Limones hic vulgatissimus & usitatissimus est, ejus truncus humilior est quam præcedentium, vix ultra crus est crassus, plurimum incurvus, & inflexus, paucis gaudens ramis incurvis & extensis, quique plurimas brevissimas ac spinosas gerunt raches, comamque efformant amplam sed irregularem. Ejus folium minus est quam in ullis antecedentibus, tres circiter pollices longum, parva, sed notabili cordata parte, ad oras leviter serratum, lætiusque viret reliquis Limonum foliis, cuique folio spina jungitur firma, quæ in junioribus surculis longa & gracilis est. Flores sunt prioribus similes, ex quinque albicantibus oblongis petalis, extrorsum reflexis, constructi matutino tempore gratum præbentes ac spargentes odorem, instar illorum *Limonis Martinici*.

Ejus fructus multo minores sunt quam antecedentium, magnitudine Mali Armeniaci, sphærici, sine tuberculis, sed horum loco quidam sulcum gerunt protuberantem, ac plurimum prope pedunculum, seu in inferiore ejus parte, cum paucis quibusdam tuberculis instar verrucarum, primo virides sunt, ac dein Citrini coloris. Ejus cortex tenuissimus est, nec crassitiem culmo majorem habet, interna pars repleta est medulla alba vel virescente, admodum succosa, grate acida, quæ jucundum habet odorem & saporem, ejusque caro atque cortex sapore fere convenit cum Limonibus Hispanicis: Officula seminalia sunt albicantia, rotunda, & oblonga, facileque propullulantia, si terram tangant, vel ei committantur, quidam etiam horum fructuum in tantam excrescunt magnitudinem, quanta est pomorum species, quæ Europæis dicitur *Malum Orthomasticum*, quod gratum spirat odorem, si manibus fricetur vel teneatur. Sin vero illæ arbores non rite colantur, parvos dant fructus ac tuberosos, qui tarde lutescunt, & mucoso quasi gummi obducti sunt: Hæc arbor non amat solum pingue ac fertile, sed quo durius est, lapillis ac ruderibus mistum, eo vegetior & lætior crescit, eoque magis, quo loca Soli sunt melius exposita.

Nomen. Latine *Limonellus* seu *Limo tenuis*, juxta Malaicense *Lemon Nipis* ob tenuem ejus corticem, Ternatense *Lemo Java*. Amboinice *Aussi Pipis*. Macassarice *Lemo Capas*, quum non multo major sit vasculis Gossypii. Bandaice *Usse-Crawo*. Baleyice *Djohoe*. Sinaice *Suyn Cam*, quod nomen generale est cunctorum acidorum Limonum.

Locus. A Java usque in omnes Orientales insulas occurrit, non in silvis, sed ubique prope domos plantata ac diligenter culta. Fructus autem per totum fert annum, sed uno tempore frequentiores altero.

Usus. Horum Limonum succus quotidiano est in usu, quo omne ciborum genus fit acidum, quum omnes Indiæ populi multo magis Limonum succum in cibis suis expetant quam acetum, excepta Lactuca, quibusque hic succus admistus optime sapit & jucundissimus est: Viridem ejus corticem saccharo quoque condire solebant, totumque muria condire fructum, ut omni anni tempore ad manus esset, quod sequenti fit modo. Recentes Limones parum fricantur, donec exterior viridis crusta decidat, dein acutissimo ligni apice punguntur, ut undique foraminulis sint pertusi, tum per tres quatuorve dies in aqua pura macerantur, ut eorum amarities dispareat, dein parum ad solem exsiccantur, ac tandem muria condiuntur, quod in aqua fit marina, quæ sale ita inprægnatur, donec ovum supernatet, sique tali modo in bene obturatis ollis inponantur, per annos integri servari possunt, per mensem autem in muria depositos esse oportet, antequam usui adhiberi possint; Muria hi conditi Limones cum contrito sulphure mixti depurant & exsiccant omne Scabiei genus, ut & prorepentia ulcera, sique sit scabies sicca, loco sulphuris pulvis pyrius sumitur, sique sit nimis acris, admiscetur pauca calcis quan-

XXXIX. HOOFDSTUK.

Liemis-Boom.

ONder alle de zuure Lemoenen is deze de gemeenste en gebruikelykste, de stam is laager dan de voorgaande, niet boven een dye dik, meest krom en gebogen, met weinige kromme en uitgebreide takken, en die vol korte en doornachtige ryskens, makende zo een brede, doch ongeschikte kruin: Het blad is kleinder dan van alle de voorgaande, ongeveer drie duimen lank, met een klein, doch kennelyk hertje, aan de kanten donker gezaagt, en lichter-groen, dan de andere Lemoen-bladeren, staande by ieder bladt een styve, doch aan de jonge scheuten een lange en ranke doorn: Het bloeizel is gelyk aan alle andere, en uit vyf lankachtige witte blaadjes gemaakt, allegaar uitwaarts overgebogen, en in de morgenstonden wat liefelyk riekende, gelyk ook die van Limon Martyn.

De vruchten zyn mede kleinder dan alle de voorgaande, van grootte als de Apricosen, regt kogel-rond, en zonder knobbels, maar in plaats van dezelve hebben zommige een stuk van een uitstekende naad, meest, of by den steel, of aan 't onderste met eenige lage bobbeltjes, als vratten: Eerst groen, en daar na regt Citroen-geel. Deze schelle is zeer dun, en van dikte niet meer als een stroo-halm, het binnenste is uitgevult, of opgevult met een wit, of groenachtig, en zeer zappig merg, aangenaam zuur, en van een goeden geur, komende het vlees en de schelle ten naasten by in smaak, met de Spaansche overeen: De zaatkorrels van binnen zyn wit, rond, en langwerpig, ook licht opschietende, alsze op de aarde raken, en zommige dezer vruchten werden zo groot, als een slag van ronde Appelen, in Europa Malum Orthomasticum *genaamt, een goede reuk van zig gevende, als menze wat in de hande wryft of draait: Maar als de bomen niet wel gehavent werden, dan dragenze kleine knobbelige vruchten, die langzaam geel werden, en met een kleverige Gom behangen zyn. Dezen boom vraagt na geen goede vette grond, maar hoe harder die is, met steen en puin gemengt, hoe weeldriger hy wast, en dat noch beter in plaatzen, die wel ter Zonne staan.*

Naam. *In 't Latyn* Limonellus, *of* Limo Tenuis, *naar 't Malytze* Lemon Nipis, *van wegens hare dunne schelle: Op Ternaats* Lemo Java; *Op Ambonis* Aussi Pipis, *op Macassar* Lemo Capas, *om datze niet veel grooter is, als de bollen van Cattoen; Op Banda* Usse Crawo: *Op Baleys* Djohoe: *Op Sinees* Suyn-cam, *zynde een generale naam van alle zuure Lemoenen.*

Plaats. *Men vindze van Java af, in en door alle de Ooster Eilanden niet in 't wild, maar over al by de huizen geplant, en naarstig gebavend wordende: En men heeft de vruchten meest het geheele jaar door, doch de eene tyd meer, en de andere minder.*

Gebruik. *Het zap van deze Lemoenen is in een dagelyks gebruik, om alderhande kost daar mede zuur te maken, vermits alle Indische Natiën veel liever Lemoenzap over hun kost hebben, dan eenige Azyn (behalven op Salade) en waar onder dit zap het smakelykste is: de groene schelle plagt men ook in zuiker te confyten, om dat menze ten allen tyden in huis zoude konnen hebben, en 't welk aldus geschiet. De versche Lemoenen vryft men eerst een weinig, tot dat 'er even de buitenste groenigheit afgaat, daar na pikkeert menze met een spits houtje vol gaten, en weektze drie of vier dagen in versch water, op dat de bitterheit daar uit kome te trekken, dan droogt menze weder in de Zon, en legtze ten laatsten in peekel, nemende daar toe Zee-water, dat men met zout zo dik maakt, tot dat 'er een Ey op dryve, en aldus in wel gesloten potten gedaan, kan menze jaar en dagen goet houden, doch zy moeten een maant in peekel gelegen hebben, eer menze besigen kan. Deze gepekelde Lemoenen met gevreven Swavel gemengt, zuiveren en droogen op alderhande schurft, en voortkruipende zweeren, en als het een droge schurft is, neemt men in plaats van Swavel, Buskruit, en als zulks te scherp valt, zo doet men wat kalk daar onder, want twee scherpe dingen verdoven malkander*

quantitas, bina enim acria ſeſe mitigant, uti in calcis & Siri maſticatione id experimur.

Ad obducenda arma cœruleo colore, uti tela Kriſſen dicta, & gladios, nulli meliores ſunt Limones hiſce, ſuntque meliores Limone Papeda & Lemone Carbou, quibus non utuntur niſi illorum defectu, in iſtorum enim ſucco mucoſum aliquid obſervatur, quod Mercurius ſublimatus vel Varinga admiſtus melius retinet, ipſique adhæret. Si arma hæc aliis quibusdam rebus ſint depurata & polita, tum obliniuntur, uti *cap.* 37. indicatum fuit, præparato hocce ſucco, unde ſtatim ex cœruleo nigreſcunt, quæque ſiccata panno oleo intincto leniter detergentur, atque deponuntur.

Depurata arma obliniunt ſimplici quoque ſucco Limonum acidorum, quum inde cœruleſcant, ſed panno tali oleoſo ſæpius detergenda ſunt: Et licet in Europa docetur, Citros ibi omni reſiſtere veneno, contrarium nos docent Indi, plurima nempe, non autem omnia, venena Limonum ſucco excitari, uti id conſtat ex armis iſtis cœruleo colore obductis, & quam maxime vetant hujus ſucci uſum illis, qui aliquod aſſumſerunt venenum, præſertim quum hocce ſucco in actum deducatur.

Sin octo decemve horum Limonum diſſecentur, horumque ſuccus in pura exprimatur ſartagine, & per noctem vel octo horas cum dimidia aquæ parte digeratur, optimum acquirimus Collyrium, quo tenebricoſi lavandi ſunt oculi, ſi externe obducti ſint mucoſa nubecula, quæ viſum inpedit vel infeſtat: Si hi Limones maturi manibus decerpantur, funiculis alligati ſuſpendantur, vel tali deponantur modo, ut ſe invicem non tangant, diutiſſime in itineribus marinis ſervari poſſunt integri.

Menſe Decembri anni 1677 mihi oſtendebatur Limonis Nipis junior ramus, cujus binæ inferiores ſpinæ in apice capitula gerebant florum, quos hæ arbores gerunt, horum unus jam erat apertus, quum vero amputatus hic ramus per noctem aquæ fuiſſet inpoſitus, utraque decidebant capitula, acſi fuiſſent modo adnexa.

Cum foliis manus fricantur, ſi pinguedo aliqua vel piſces illas conſpurcaverint, ut illorum odor ingratus tollatur, hæc enim folia contrita præ aliis Citrinum ſpargunt odorem, qui in aliis Limonum foliis ſulphureus magis eſt.

Horum Limonum ſuccus adhibetur quoque ad tingendum & præparandum pigmentum Caſſomba, æque ac Limonis Papeda, cui uſui quoque utiles ſunt aliæ ſpecies in Celebe & Ceramæ ora Orientali creſcentes, quæ in Macaſſara *Tsjamburaga* vocantur, quæque majores ſunt Limone Nipis, externe granuloſæ & obſcure virentes, ſuperius planæ, ubi circulus apparet, in cujus medio apex eſt elevatus. Caro interna eſt inſtar vulgaris Limonis Nipis, ſaporis acidi, ſed odor non convenit cum his, nec ita gratus eſt. Incolæ montani Ceramæ oræ Orientalis in pagos littoreos illos venales deferunt, ubi uſurpantur cum piſcibus cocti, pro acido condimento, diutius vero hi ſervari poſſunt, & melius trans mare vehi, quum non ita facile putreſcant hi, ac Limo Nipis.

der, gelyk men merkelyk aan de Kalk en Siri in 't eeten ondervint.

Tot het blauwen van 't geweer, als kriſſen en ſwaarden, op zyn Macaſſaars, zyn ook geen bequamer Lemoenen, dan deze, en nog beter dan de Lemoen Papeda, en Lemoen Carbou, dieze anders niet gebruiken, dan by gebrek van deze, want men voeld in dit zap een kleine kleverigheit, die het ingevrevene ſublimaat, of Warangen, beter vaſt hout: Als nu het geweer met eenig ander goet ſchoongemaakt en blank is, zo beſmeert men 't (als Cap. 37. is gezegt) met dit toegemaakte zap, waar van het terſtont ſwart-blaauw wert, en 't welk men dan gedroogt zynde, met een maagere Oly-lap zoetjes aanſtrykt, en zo weglegt.

Het ſchoongemaakte geweer beſtrykenze ook met het enkele zap van zuure Lemoenen, om dat het daar van blauw aanloopt, maar men moet het met een Olylapje zomtydts wat aanſmeren: En hoewel men in Europa leert, dat de Citroenen aldaar tegens alle vergift ſtryden; zo leeren ons de Indianen het tegendeel, namentlyk dat veele (doch niet alle) venynen door het zap van deze Lemoenen werden opgeſcherpt, gelyk zulks ook blykt aan 't voorſchreven blauwen, van 't voorſchreven geweer, en zy verbieden op het hoogſte het nuttigen van dit zap, aan die gene, die eenig venyn ingenomen hebben, en inzonderheit, vermits 't zelve, als gezegt, door dit zap wert gaande gemaakt.

Als men acht of thien van deze Lemoenen regt doorſnyd, dezelve in een zuiver koper-bekken uitduwt, de helft water daar by doet, en dan een nagt of acht uuren laat ſtaan, zo bekomt men een goet oogwaater, waar mede men kan waſſen de donkere oogen, van buiten bezet zynde met eenige ſlymerigheit, of nevelachtigheit, dewelke het gezigt belemmeren, als men deze Lemoenen (ryp zynde) met de handen afplukt, met touwtjes bewind en ophangt, of zodanige weg legt, datze malkanderen niet aanraken, zo kan menze op Zee-reizen zeer lange goet houden.

In December 1677. wierde my getoond een ſteel, of jonge tak van een Lemoen Nipis-boom, wiens twee achterſte doornen aan de ſpitze ieder een knop hadden van zodanig een bloem als dezelve boom draagt, en waar van ook de eene al open gegaan was, maar als de afgeſneden tak een nacht in 't water geſtaan hadde, zo vielen alle beide de knoppen af, even als ofze daar maar aangehegt waren geweeſt.

Met de bladeren vryft men ook de handen, als men eenige vettigheit, of viſſchen gehandelt heeft, om derzelver reuk weg te nemen, want deze bladeren boven anderen in 't vryven een Citroen-reuk van zig geven, die in andere Lemoen-bladeren wat ſwaveliger is.

Het zap van deze Lemoenen werd ook gebruikt tot verwen, of 't bereiden van de Caſſomba, zo wel als de Lemoen Papeda, en waar toe ook dienſtig zyn nog een andere zoorte, die op Celebes, en Cerams Ooſterdeel groeyen, en op Macaſſar Tſiamburaga *genaamt worden, zynde wat groter dan een Lemoen Nipis, van buiten korlig, en donker-groen, van vooren wat plat, en daar ziet men een heuveltje aan met een cirkel omvangen: Het vlees is van binnen, als dat van de gemelde Lemoen Nipis, zuur van ſmaak, doch aan den reuk werd men die overeenkomſt niet gewaar, en dierhalven iſſe ook zo aangenaam niet. De Berg-bewoonders op Cerams Ooſthoek, brengenze in de ſtrand-Negoryen te koop, daar menze dan gebruikt, en met viſſchen kookt, om een zuure zop, of ſauws van te hebben; men kanze ook langer bewaren, en beter over Zee voeren, (want ze rotten zo ligt niet) als de Lemoen Nipis.*

EXPLICATIO

Tabulæ Vigeſimæ Nonæ,

Quæ exhibet ramum *Limonelli*, qui *Limo Nipis* vulgo vocatur.

A. Peculiarem & rarum hujus generis fructum exhibet, qui in acutiſſimum terminatur apicem.

UYTLEGGING


Van de negen-en-twintigſte Plaat,


Welke vertoont een Tak van *Liemisjes*, die *Lemo Nipis* genaamt wert.

A. Vertoont een byzondere rare ſlag van *Lemo Nipis* met een ſcherpe tepel.



Citrus javanica. Bl.







OBSERVATIO.

Uti *Limonum* plurimæ ſunt varietates, ſic & *Limonelli*, qui proprie priorum minor habenda eſt ſpecies; varietates plures occurrunt, quod non tantum ex infra allegatis conſtat auctoribus, ſed ex ſubſequenti inprimis capite quadrageſimo ad oculum patet.

Variæ *Limonelli* ſpecies ſeu varietates enumerantur in *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 211. quæ conferantur cum illis, quæ commemorantur in *Theſ.* noſtro *Zeyl. pag* 143. ubi Indicæ inprimis occurrunt ſpecies. Vide porro *Ray Dendr. pag.* 80. *Plukn. Almag. p.* 239. *Ferrar. Heſper. pag.* 209. *J. Commelin. Heſper. Belgic. p.* 9. *Valent. Amboin. deſcript. p.* 190 &c.

AANMERKING.

Gelyk van de *Lemoenen* verſcheide en veele veranderingen zyn, zo zynder ook van de *Liemisjes*, het geen eigentlyk een kleinder zoort van Lemoenen is, veele veranderingen, het welk niet alleen uit de beneden aangehaalde Schryvers blykt. maar ook uit het volgende 40 Capittel voor het oog ontdekt wert.

Verſcheide zoorten ofte veranderingen van *Liemisjes* werden opgetelt in de *Cataloge* van *Sloan. pag.* 211. welke vergelykt met die in onze *Theſ. Zeylan. pag.* 143. werden vermeldt, alwaar voornamentlyk de Indiſche zoorten aangehaalt zyn, zie verders *Ray* in zyn *Dendrolog. pag.* 80. *Plukn. Almag. p.* 239. *Ferrar. Heſper. p.* 209. *J. Commel. Nederl. Heſper. p.* 9. *Valent. beſchryving* van *Ambon. p.* 190 &c.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Limonellus Aurarius. Lemon Maas.

HÆc minima omnium Limonum ſpecies eſt, cujus tamen arbor tam alte excreſcit quam Limonis Nipis. Ejus folia minora ſunt quam iſtius, ſaltem anguſtiora, binos cum dimidio vel tres pollices longa, quorum pars cordata tertiam fere conſtituit partem: Non ita læte virent ac Limonis Nipis, ſed obſcure nigricant & maculata ſunt, nec ita gratum ſpirant odorem, ac præcedentis: Ejus raches ſunt rariores, ac foliis plurimum orbatæ, ſpinæque ſunt omnium breviſſimæ, nec ita frequentes, fructusque omnium minimi ſunt, magnitudinem circiter habentes majoris globi ſclopeti, ſphærici, parvisque verrucis quaſi obſiti, ac plerumque in obſcuros ſulcos diviſi, ſuperius umbilicati, diu virent, ſed tandem citrinum itidem acquirunt colorem, tenuique obducuntur cortice, acſi pellicula foret, paucumque præbent odorem, licet radantur, nec hic citrinus eſt, ſed quaſi aromaticus, fere inſtar *Lagondi*. Caro interna eſt ſuccoſa, flaveſcens, pellucida, acidiſſima, plurimis conſtans oſſiculis ſeminalibus grana Tritici referentibus.

Nomen. Latine *Limonellus Aurarius*, juxta Malaicenſe *Limon Maas*, non ob ſimilitudinem auri, ſed ejus uſum, uti infra indicabitur, ſic quoque in aliis linguis vocatur, Ternatenſi *Lemo Tinagara*. Macaſſarenſi *Lemo Buleyn*. Amboinenſi *Uſſi-Helawan*.

Locus. In Celebe, Ternata, & Amboina occurrit, ſed nullibi copioſe creſcit.

Uſus. Limones hi in cibo non adhibentur, ſed plurimum ab aurifabris, qui illorum ſucco omnia ex auro præparata lavant & depurant, ſi dein coloribus obducere illa velint, eum in uſum hi præ aliis valent & conducunt, unde & ſuum ſortiti ſunt nomen; Aliis quoque miſcentur medicamentis & ſuccis, quibus utimur ad oculos depurandos, cui rei meliores ſunt reliquis, quum non ita ſint acres; & ubi copioſi ſunt, ibi etiam uſurpantur ad caput & corpus lavandum, non ita quidem ut detergant, ſed ut bonum concilient odorem.

Inter omnes Limonum ſpecies hujus rami plurimas gerunt ſpinas, quæ ſunt breves, craſſæ, & firmæ: Hujus folia ſunt caduca admodum, & una folii pars ab altera facile ſeparatur & decidit, ita ut inferior remanens pars alius arboris folium haberetur: Contrita autem folia nec odorem, nec ſaporem fere Limonum præ ſe ferunt.

XL. HOOFTSTUK.

De Goude Liemis-Boom.

D*It is het kleinſte geſlagt, onder alle de Lemoenen, en de boom werd echter zo hoog, als een* Limo Nipis: *De blaadjes zyn kleinder dan aan dezelve, immers ſmalder, derdehalve, en drie duimen lang, waar van het hertje wat meer als een derde part beſlaat: Zo levend-groen niet, als die van de* Limo Nipis, *maar ſwart, of vuil-groen, en met plekken bezet, ook zo goet van reuk niet, als de gemelde* Limo Nipis: *De doorns zyn mede de kortſte van alle, en zo veel niet, als die van de meergemelde Lemoen Nipis: Deze ryskens ſtaan ook mager, en meeſt ydel, en bloot van bladeren: En, als gezegt, de vruchten zyn de kleinſte van alle, omtrent zo groot als een groote Muſquets kogel, rond, en met kleine vratjes bezet, gemeenelyk in eenige donkere vorens verdeelt: Van voren met een klein kuiltje of navel, zy blyven lange groen, doch worden ten laatſten ook Citroen-geel, met een dunne ſchel bekleet, als of het maar een velletje was, van weinig reuk, al ſchrapt menze ook, niet Citroenachtig, maar ſpeceryagtig, bykans als* Lagondi, *van binnen is een zappig vlees, uit den gelen doorſchynend, en mede zeer zuur, met veele kleine zaat-korreltjes, als gerſtekorrels.*

Naam. *In 't Latyn* Limonellus Aurarius, *na 't Maleytſche* Limon Maas, *niet na eenige gelykeniſſe van 't gout, maar van hun gebruik, gelyk hier na zal gezegt werden, en zo mede in andere talen, als in 't Ternaats* Lemo Tinagara: *Op Macaſſaars* Lemo Buleyn: *Op Amboins* Uſſi Helawan.

Plaats. *Men vindze op Celebes, Ternaten, en Amboina, doch nieuwers in overvloet.*

Gebruik. *Deze Lemoenen werden niet in de koſt gebruikt, maar meeſt by de goudſmeden, dewelke met het zap allerlei gemaakt goudwerk waſſchen en reinigen, wanneerze het daar na coleuren willen, en waar toe deze Lemoenen boven andere bequaam zyn, midsgaders hun naam van hebben. Zy werden ook gemengt onder alderhande Medicamenten en zappen, die men gebruikt om de oogen te zuiveren, waar toeze mede beter dienen, dan andere, om datze min ſcherp zyn: en daar menze in overvloet heeft, wordenze ook gebruikt, om het hooft en lyf daar mede te waſſchen, niet zo zeer, om datze afvagen, als om datze een goede geur daar aan komen te geven.*

Onder alle zoorten van Lemoenen hebben deze takken de meeſte doornen, zyn kort, dik, en ſtyf. De twee deelen van de bladeren vallen licht af, en van malkanderen, blyvende de achterſte helft aan den ſteel ſtaan, zo dat men 't voor een ander booms bladt zoude aanzien: De gewrevene bladeren rieken en ſmaken ook minſt na Lemoenen.

EXPLICATIO

Tabulæ Trigeſimæ,

Quæ ramum exhibet *Limonelli Aurarii*, qui *Lemon Maas* dicitur, & nomine *Lemon Amâs*, in *Valent. Amboinæ deſcript. p.* 190 occurrit.

UYTLEGGINGE

Van de dertigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Goud-Limes*, of *Lemon Maâs* genaamt, dewelke by *Valent.* in de beſchryving van *Ambon pag.* 190. onder de naam van *Lemon Amâs* voortkomt.

Ad caput Quadragesimum pertinent subsequentes hæ species, ex RUMPHII AUCTUARII capite decimo sexto huc relatæ.

Limonellus Madurensis: Lemon Madura.

IN insula Madura certa pomorum seu Limonum dulcium occurrit species, parvis, sed elegantibus crescens in arbusculis, vix binos pedes altis, quarum ramuli tamen sunt firmi, angulosi, parumque striati; Folia in illis sunt solitaria ac simplicia, pollicis articulum circiter longa, digitum lata, nec cordata, tenuibus distincta costis parallelis, ad oras æqualia, sed sinuosa, nullæ vero in ramulis spinæ observantur, illorum sapor est amarus, sique aëri obvertantur, foraminula quoque in illis apparent, uti in reliquis Limonum speciebus: Ejus fructus sunt sphærici, superius parum compressi, foveola notati, magnitudine globi sclopeti, semper vero sunt virides, & unus alterve tantum excrescit ex petiolo brevi. Sub tenui pellicula mollis & succosa reconditur caro in cellulas divisa, uti in reliquis Limonibus. Sapor ejus est acidulus, sed simul aromaticus, coloris aurantii, officulum seminale solitarium, raro geminum in hac reperitur, magnitudine & forma grani, ab utraque parte acuminatum.

Nomen. Latine *Limonellus Madurensis,* & *Limonellus Pumilus.* Malaice *Lemon Madura:* nomen enim fortitum est ab insula *Madura*, in sinu magnæ Javæ sita, unde ortum suum habet & deductus est, inque Bataviæ hortis diligenter colitur.

Usus. Fructus ejus crudi non eduntur, sed condiuntur cum uno alterove arboris folio, tum gratum dulcemque adquirunt saporem, atque cum aliis tragematibus mensis inponuntur & offeruntur.

Huic simul subjungam alteram *Limonelli* silvestris speciem, quæ mihi demum anno 1694 innotuit, diciturque mihi *Limonellus Angulosus*, cujus arbor non ultra pedis crassitiem habet, plerumque vero brachium crassa est, rara, & sinuosa, ejus autem rami sunt incurvi & nodosi. Folia in ramorum summo locantur arcte sibi juncta, alternata, inferiora vero & majora ad ortum suum binas gerunt spinas in acuto angulo positas, folia autem hæc magnitudinem habent foliorum *Limonis-Nipis*, sed inferius non sunt cordata uti reliqua, sunt autem binos tresve pollices longa, binos digitos lata, superius subrotunda & quodammodo bifida, oræ sunt æquales, nec ferratæ, sed parum sinuosæ, superius folia sunt glabra, vetusta vero in inferiore parte sunt rugosa, venæ autem vix apparent, contrita Aurantium spirant, sed odor illorum est debilis. Flores mihi hactenus ignoti sunt.

Fructus ab omnibus aliis differunt Limonibus, cum *Limone - Maas* enim minimi, & magnitudine cum Vidara haud conveniunt, sed omnes sunt angulosi, maximi sunt quadrangulares, minores autem quinquangulares, & ad latera compressi, plerumque virides, sed maturi flavescunt quodammodo. Sub tenui cortice quatuor vel quinque plana officula seminalia reconduntur in cellulis repletis viscoso succo instar visci, qui cibo inutilis est, sed odorem habet *Limonis Nipis*.

Nomen. Latine *Limonellus Angulosus.* Malaice *Lemon Utan Basagi.*

Locus. Inventa fuit demum hæc arbor, uti supra dictum est, anno 1694. post tractum *Havive* circa litus sub paludosa Mangi Mangi silva, incolis autem penitus fere ignota est.

P. S. Ejus folia ac spinæ plurimum conveniunt cum illis *Bilaci*, in medio enim acuti anguli locatur folium, paulo supra illud solitarium positum est folium sine spinis, ac sic alternatim, superiora vero & juniora folia solitaria sunt ac spinis destituta. Folia hæc sunt scabra, ab utraque parte glabra, sapore & odore Limonacea, sed in ore sunt acerrima: Arbusculæ hæ sub Mangi Mangi in aqua marina crescunt, si mare sit elevatum: Flores sunt solitarii & cum Limonis Nipis floribus conveniunt, sed minores sunt, ex quinque albicantibus petalis constructi.

EXPLI-

Tot dit veertigste Hoofdstuk behooren mede de volgende kleine zoorten van Limoenen of Liemesjes, dewelke uit het 16 *Hoofstuk van het* Auctuarium *van* Rumphius *hier overgenoomen zyn.*

Madurase Liemis-Boom.

OP 't Eiland Madura heeft men een slag zoete Appels of zoete Lemoenen, aan kleine en welgeschikte boompjes, met styve takjes, niet boven de twee voeten hoog, de takjes zyn mede gehoekt, en daar by een weinig gestreept. De bladeren staan aan de ryskens enkeld, omtrent een lidt van een duim lank, een duim breed, zonder hert, met fyne evenwydige ribbetjes, en aan de kanten effen, en gezoomt, ook ziet men geen doornen aan de ryskens, haar smaak is klaar bitter, ook tegens den dach gehouden, ziet men dezelfste gaatjes als aan andere Lemoenen. De vruchten zyn rond, boven wat gedrukt met een kuiltje, in de grootte van een Musquets-kogel, blyven altyd groen, en staan enkeld of twee by malkander aan een kort trosje. Onder een dunne schel leid een week zappig vleesch mede verdeelt, als andere zoete Lemoenen. De smaak is zuurachtig, doch met een speceryachtigen reuk, van coleur Oranje, daar in vind men een of zelden twee zaad-korrels, in de grootte en gedaante van een gerste-korrel, aan beide einden toegespist.

Naam. *In 't Latyn* Limonellus Madurensis, *en* Limonellus Pumilus*: Op Maleyts* Lemon Madura. *Het draagt zyn naam van 't Eiland* Madura, *in den schoot van groot Java gelegen, van daarze oorspronkelyk zyn, en werden op Batavia in de hoven neerstig onderhouden.*

Gebruik. *Zy werden raauw niet gegeten, maar men legtze in Syroop, met een en twee blaadjes aan een vrugt, dan werdenze aangenaam zoet, en onder ander Banketwerk opgeschaft.*

Hier by zal ik noch voegen een wilde zoorte van kleine Lemoenen, die eerst in 't jaar 1694. *tot myn kennisse is gekomen, en van my genaamt werd* Limonellus Angulosus, *wiens boom niet boven een been dik werd, doch in 't gemeen blyft by een arm dik, laag, en bogtig, de takken zyn krom, en knoestig. De bladeren staan aan 't uiterste digt achter malkander, en de achterste hebben by haaren oorspronk twee doornen in een scherpe winkelhaak, of triangel staande, hebbende wel de grootte en lengte van* Lemon-Nipis-*bladeren, dog achter geen hertje gelyk andere Lemoenen,* 2. *en* 3. *duimen lank,* 2. *vingers breed, van voren meest rondt, en eenigzints in tween gekloven, de kanten zyn effen, ongezaagt, doch een weinig bochtig, aan de boven-zyde gladt, maar de oude bladeren zyn aan de onderste zyde wat ruig, met pas kennelyke adertjes, gewreven riekenze na Oranje, doch slappelyk. Het bloeizel is noch onbekend.*

De vruchten verschillen van alle andere Lemoenen, wantze met Lemon-Maas *de kleinste, in de grootte van Vidara-Laut overeenkomen, waar van die grootste regt vierkant zyn, de kleinste zyn met vyf ruggens afgedeelt, en de zyde wat ingevallen, meerendeels groen, doch in de rypheit trekkenze mede na 't geele. Onder een dunne schel vind men vier en vyf platte langwerpige korrels, leggende in celletjes met een kleverige zap, als vogel-lym omgeven, onbequaam te eeten, doch van reuk als* Lemon-Nipis.

Naam. *In 't Latyn* Limonellus Angulosus*: Op Maleyts* Lemon Utan Basagi.


Plaats. *Hy is eerst gevonden, als gezegt, Ao.* 1694. *achter de Negory Hative, omtrent het strand, onder het moerasachtige Mangi Mangi bosch, en is by de Inlanders nog meest onbekend.*

P. S. *De bladeren, en doornen gelyken meest na* Bilak*; want in 't midde van de scherpe winkelhaak staat een bladt. Kort daar boven staat een enkeld bladt, zonder doornen, en zo voorts verwisselt, , doch de voorste en jonge bladeren staan meest enkeld, en zonder doornen. De bladeren zyn styf, en ter wederzyde gladt. Van reuk en smaak Lemoenachtig, doch vry scherp in de mond. De boompjes onder de Mangi Mangi, staan in Zee-water, als 't water hoog is. Het bloeizel staat enkeld, en gelykt na dat van Lemoen-Nipis, doch kleinder, van* 5. *witachtige blaadjes t'zamengestelt.*

UYT-



Citrus madurensis. DC.





Citrus angulata. W.

Tabula Trigesima Prima

Ramum exhibet *Limonelli Madurensis*, seu *Lemon Madura*, qui in *Valent. pag.* 190 itidem commemoratur.

Tabula Trigesima Secunda

Ramum exhibet *Limonelli Angulosi*, qui *Lemon Utan-Basagi* incolis Malaice vocatur.

De een-en-dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Madurasse Liemit* of *Lemon Madura* genaamt, welke mede by *Valent. pag.* 190 voorkomt.

De twee-en-dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de hoekige *Liemis*, die *Lemon Utan-Basagi* van de Inwoonders op 't Maleyts genaamt wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Aurantium Acidum: Lemon Itam.

Omnibus Indicorum acidorum Limonum speciebus descriptis, restat, ut de Malis Aurantiis quoque agamus, quæ peculiare constituunt genus, & neutiquam artificiosa oculatione vel insitione ex præcedentibus produci possunt, uti quidam Europæi scriptores id falso putarunt & scripserunt: Hæc enim poma per totam crescunt Indiam in solo naturali, & apud tales populos, qui artem insitionis non noverunt, neque callent: uti & certus sum in Occidentali mundi parte nunquam fuisse institutam, ubi æque in Mauritania ac Guinea, quam in Occidentali India, ejusque insulis totæ occurrunt silvæ sponte crescentes horum Aurantiorum, quæ sine dubio natura sua ibi progerminarunt. Orientalia vero hæc poma quodammodo differunt ab Occidentalibus, uti in subsequentibus id demonstrabimus, dividentes illa in acida & dulcia.

Primo itaque Aurantia acida, vulgo *Lemoen Itam* dicta, in excelsis crescunt arboribus, quarum truncus est satis crassus, non rotundus, sed angulosus, & areis seu sulcis quasi excavatus: Ejus rami plurimum eriguntur: Foliaque post Pompelmoes maxima sunt, sed pars cordata minima respectu reliquorum: Totum enim folium quatuor vel quinque pollices longum est, cujus pars cordata transversum modo digitum magna est, & angustissima, ad oras fere non serrata, in acumen definens, glabrior & obscure magis virens quam in prioribus, notabilibus costis transversalibus ac sinuosis distincta, sique fricetur folium, fortem ac sulphureum spirat odorem.

Spinæ longiores sunt quam in ullis aliis generibus, & longitudinem vulgaris acus adæquant, suntque firmissimæ & acute pungentes, præcipue in junioribus & longis flagellis, in quibus digiti circiter longitudinem habent, ex vetustioribus vero ramis & rachibus plurimum decidunt, ita ut innoxie tractari possint, sique arbor diligenter a flagellis depuretur, facilem præbet adscensum: Juniores vero arbores quam diu brachium nondum crassæ sunt, ubique tam in trunco quam ramis spinas gerunt acutas & horrendas: Flores sunt quoque albi, & ex quinque petalis constructi, uti præcedentes, sed paulo majores.

Fructus fere sphærici sunt, ab utraque parte parum compressi sine tuberculis, undique autem foveolis notati, colorem gerentes ex viridi nigricantem, licet penitus sint maturi. Si vero nimis diu ex arboribus dependeant, ab una sæpe parte crocei seu aurantii sunt coloris, ac quidam etiam in totum aurantium acquirunt colorem, sed hi jam nimis maturi & emarcidi habentur. Horum cortex sulphureum spirat odorem, sed minorem dulcibus malis, & crassitiem circiter habet maximi calami. Interna caro seu medulla in decem segmenta pelliculis separata & divisa est, ita tamen arcte & firmiter æque sibi invicem adhærent quam exteriori cortici, ut non ita separari possint, sicuti in dulcibus malis. Medulla autem ista succosa admodum est & mucosa, viscosa quoque & acidula, uti in Hispanicis acidis Aurantiis, sed non ita grata est, & cum parva mixta amaritie:

XLI. HOOFTSTUK.

De zuure Oranje-Appel-boom.

Alle de zoorten van de Indische zuure Lemoenen hier voor beschreven zynde, zo volgen nu ook de Oranje-Appelen, of de Aurantia, *dewelke een byzonder geslagt op haar zelven maken, en geenzints door konstige enting van de voorgaande geslagten voortgbragt zyn, gelyk zommige Schryvers in Europa gemeent en voorgegeven hebben: Want deze Appelen wassen door gansch Indiën, met of in een vaste gedaante, en ook by zodanige Natiën, die de Enting niet en kennen, nog verstaan: gelyk ik wel verzekert ben, in de Wester-deelen des werelts ook nooit geschiet te zyn, en alwaar men zo in* Mauritanien, *als* Guinea, *en West-Indiën, midsgaders haar Eilanden in 't wild gehele Bosschen van Oranje-Appelen vind, buiten twyffel aldaar van nature wassende: Doch hebbende de Oost-Indische Appelen nog al eenig verschil met de Westersche, gelyk wy aanwyzen zullen, verdelende dezelve in zuure, en in zoete.*

1. *De zuure Oranje-Appelen, in 't gemeen* Lemoen Itam *genaamt, wassen aan een volslagen boom, zynde de stam wel dik, doch niet rond, maar wat hoekig, en als met geuten uitgeholdt: De takken staan meest regt overeind: Het blad is wel het grootste, naast de Pompelmoes, maar het hertje het kleinste, na proportie van de andere: Want 't gehele blad is wel* 4. *a* 5. *duimen lank, waar van het hert maar een dwers-vinger beslaat, en zeer smal is, aan de kanten bykans ongezaagt, van voren toelopende, gladder, en swart-groender dan de vorige, met kennelyker dwers-ribben, en die wat bogtig, in 't vryven sterk, en swavelachtig zyn.*

De doornen zyn langer dan aan eenig ander geslagt, te weten, zo lang, als de ordinaire nai-naalden, daar by zeer styf, en steekende, inzonderheit aan de jonge en lange gerten of looten, daarze bykans een vinger lank zyn, doch van de oude takken, en ryskens vallenze meest af, zo dat men ze zonder schroom handelen mag, en zo men den boom naarstig en wel van de scheuten zuiverd, dan kan men hem ook gemakkelyk beklimmen: Maar de jonge bomen, tot datze een arm dik werden, zyn zo aan stam, als takken, over al met yzelyke en styve doorns bezet. Het bloeizel is mede wit, en van vyf bladeren gemaakt, gelyk de vorige, of ook wel wat grooter.

De vruchten zyn byna regt rond, en van onder en boven een weinig plat, zonder bulten, doch rondom met kleine kuiltjes, van verwe swart-groen, al zynze ook ryp: Doch alsze te lange aan den boom hangen, beginnenze aan de eene zyde wel wat hoog-geel, of Oranje-verwig te werden, en zommige werden ten laatsten ook in 't geheel geel, maar die rekend men dan voor over-ryp, of uitdrogende. De schelle heeft een swavelachtige reuk, doch wat minder dan die van de zoete Appelen, en is omtrent zo dik, als de grootste penne-schaft: Het binnenste vlees of merg is wel in thien deelen, met vliezen van malkander gescheiden: Maar het zit echter zo vast aan een, als mede aan de buitenste schelle, dat men 't daar niet afschellen, of pellen kan, gelyk als van de zoete Appels. Zynde het voornoemde binnenste vlees zeer zappig, en wat smerig, ook wynachtig zuur, even gelyk de Spaansche zuure Oranje

ritie: In ejus centro plurima locantur officula feminalia oblonga, rugofa, & finuofa, quæ corticem gerunt album & craffum, fub quo tenuis purpurafcens reconditur pellicula, quæ internam ambit albicantem fubftantiam.

Arboris lignum pallide albefcit & fatis durum eft, fed inde non multæ vel magnæ fabricari poffunt machinæ, quum adeo obliquum & irregulare fit. Hæc quoque fertilior eft quam ulla alia Limonum fpecies in hifce regionibus obvia, quum per totum annum fructus gerat, licet in quotidianum decerpantur ufum: In omni crefcit folo, fed potiffimum amat loca circa ædes & hominum habitationes.

Nomen. Latine *Aurantium Acidum:* Malaice *Lemon Itam* h. e. *Limo niger:* Bandenfibus *Uffe Mettin.* Amboinenfibus *Uffe Metten.*

Locus. In omnibus non occurrit aquofæ Indiæ infulis; In Java enim, Baleya, & Celebe ignotum eft hoc pomum, in Amboina funt copiofiora, in Ternata vero & Banda rariora inveniuntur.

Ufus. Licet Aurantia hæc fucco plena fint, raro tamen in cibo, vel non ufurpantur, præfertim cruda, quum eorum fuccus, licet vinofus, ingratus tamen fit & cum quadam amaritie mixtus, in potum tamen rufticum *Pons* dictum adhibentur, ad quem *Lemoen Martin* optima funt, licet hic infalubris fit potus, quum ex valde fibi contrariis præparetur rebus, quæ crudæ mifcentur, fervens nempe Arack & refrigerans Limonum fuccus hujus bafes funt.

Hæc porro nigricantia mala optime valent ad cuprea depuranda & polienda, five fola five cum contritis carbonibus mixta: Unde cuprum nitidum eft & fplendens, fi aqua ftatim abluatur, & ad folem exficcetur: Optima etiam funt pro capitis lotione, quum depurent admodum, ac fudores detergant, nec ita cutim mordeant ac præcedentia, quem in finem primum fub cineribus etiam torrentur, donec externe nigrefcant, & adufta fint, quæ tum diffecantur. Ad Caffombæ colorem tingendum infervire quoque poffunt, licet non fola fed aliis mixta Limonibus; ac prius decorticanda funt, antequam fuccus exprimatur, quod etiam obfervatur, fi Cuprum hoc depuretur.

Huic alteram fubjungam fpeciem, quæ plurimum in Macaffara & Baleya occurrit, ibique *Lemon Maritsja* vocatur h. e. *Limon Crifpus*, & *Nitor Piperis*, qui magnitudinem Limonis Nipis habet, vel paulo minor eft, fed ab utraque parte planus feu compreffus inftar Amboinenfium dulcium pomorum, externe rugofus eft, & ubique verruculis inftar Granulorum Piperis obfitus, unde & illud etiam nomen fortitus eft, cortex vero ejus eft tenuis, qui adeo facile decorticari poteft, ut medulla interna fit integra, ficuti in Amboinenfibus dulcibus pomis, ejus medulla eft acida, & a Macaffarenfibus in cibo quoque ufurpatur.

Hujus ingens fpecies in Amboina occurrit, cujus fructus magnitudinem habent capitis infantis, externe granulati, interne pauca gerentes officula, horum autem caro debiliorem dat faporem vulgari.

EXPLICATIO

Tabulæ Trigefimæ Tertiæ.

Ramum exhibet *Aurantii Acidi*, quod *Lemon Itam* Malaice vocatur.

A. *Juniorem ramum* denotat *fpinis* fuis adhuc armatum.

OBSERVATIO.

Uti *Limonum*, fic & *Aurantiorum* plurimæ funt varietates, quæ a variis enumerantur auctoribus; eftque hæc *Aurantium vulgare medulla acri. Ferrar. Hefper.* 377. & *Boerh. Ind. H. L. B. p.* 239. ubi reliquas vide varietates, nec non plurimos citatos auctores in *Sloan. Catal pl. Jamaic. p.* 210. atque elegantem Figuram in *Blackwel. Herbal. Tab.* 349. &c.

Hæc porro fpecies nomine *Lemoen Hitam* a *Valent.* in *Amboin. p.* 190 defcribitur.

CAPUT

ranje-Appels, doch zo aangenaam niet, maar vermengt met een kleine bitterheit: Omtrent het midden zynze vol groote zaat-korrels, en die lankwerpig, gerimpelt, of wat bogtig, hebbende van buiten een witte dikachtige fchelle, en daar onder leid een dun ligt purper vliesken, 't welk de binnenfte witte heeft omvat.

Het hout is bleek-wit, en redelyk hard, maar men kan 'er geen groot werk van maken, om dat het zo fcheef, bogtig, en wanftallig is. Zynde deze boom ook vruchtbaarder, dan die van eenige andere Lemoenen in deze gewesten; alzo menze het heele jaar door, te weten, vrugten aan de boomen heeft, hoewel 'er dagelyks tot huiszelyk gebruik afgeplukt worden. Hy waft op allerlei grond, doch liefft by de huizen en woningen van menfchen.

Naam. *In 't Latyn* Aurantium Acidum, *na 't Maleyts* Lemon Itam, *dat is fwarte Lemoen: op Banda,* Uffe Mettin. *Op 't Amboins* Uffe Metten.

Plaats. *Men vindze niet op alle Eilanden van Water-Indiën, want op Java, Baley, en Celebes, zynze meeft onbekent, in Amboina zyn 'er veele, doch in Ternaten, en Banda vry wat minder.*

Gebruik. *Hoewel deze Lemoenen vol zap zyn, zo werdenze echter in de koft, of niet, of zeer weinig gebruikt, inzonderheit raauw, om dat het zap, hoewel wynachtig, een viezen fmaak, met een kleine bitterheit heeft, doch men gebruiktze tot Boere-pons, waar toeze naaft de Lemoen Martin wel de befte zyn, hoewel het nog al een ongefonde drank blyft; om dat menze maakt uit zeer ftrydende dingen, en die raauw te zamen mengt: namentlyk den heeten Arak, en het verkoelende Lemoen-zap.*

Doch deze fwarte Lemoenen zyn wel de bequaamfte, om alderhande koperwerk mede te fchuren, het zy alleen, of met gevrevene houts-kolen gemengt: Waar van het koper zeer blank wert, wanneer men het terftont met water affpoelt, en in de Zon drogen laat: Zy zyn ook alderbequaamft, om het hooft mede te waffchen, want zy zuiveren zeer, vegen het fweet af, en byten zo niet op de huid, gelyk andere Lemoenen, tot welken einde menze ook wel eerft onder heete affche laat braden, tot datze van buiten fwart en verbrant werden, en als dan fnyd menze midden door: Ook zo kan menze gebruiken tot het verwen van de Caffomba-coleur; hoewel niet alleen, maar by andere Lemoenen, doch als dan moet menze fchellen, eer menze uitdout, het welk men ook doet, als men koperwerk daar mede wil fchuuren.

Hier by zal ik nog een ander geflagt voegen, het welk men meeft op Macaffar, en Baley vind, en aldaar Lemon Maritsja, *dat is* Limon Crifpus *en* Nitor Piperis *noemd, zynde van de grootte als een Lemoen-Nipis, of wel wat kleinder, doch onder en boven plat, gelyk de Amboinze zoete Appels, van buiten rimpelig, en digt met vratjes, als met peper-korls op malkander bezet, waar vanze ook dien naam heeft, maar de fchel is dun, en laat zig zo wel affchellen, dat het binnenfte merg geheel blyft, gelyk de Amboinze zoete Appels, het merg is zuur, en werd by de Macaffaren mede in hun koft gebruikt.*

Men heeft in Amboina een groote zoorte hier van, wiens vruchten zo groot zyn als een kints kop, van buiten mede gegranuleert, binnen met weinige zaaden, en het vlees is wat laffer van fmaak dan aan 't geemeene.

UYTLEGGING

Van de drie-en dertigfte Plaat.

Vertoont een Tak van de *zuure Oranje Appel*, die *Lemon Itam* op 't Maleits genaamt wert.

A. Wyft aan een jong Takje met zyn doornen.

AANMERKINGE.


Gelyk van de *Limoenen*, zo zynder ook van de *Oranje-Appelen* zeer veel veranderingen, dewelke by verfcheide Schryvers opgetelt werden: En dit is de gemeene *Oranje-Appel*, met een zuur merg of zap van *Ferrarius* befchreven in zyn *Hefperid.* en *pag.* 377 verbeeldt; zie mede de Index van *Boerhave* over de Leidze tuyn *pag.* 239. alwaar verfcheide zoorten aangehaalt werden; en zeer veele Schryvers over deze zoorten vind men verzamelt in de *Catalogе van Sloan. pag.* 210. en een fraaye Figuur daar van in *Blakwel. Herbal. Tab.* 349. &c.

Deeze zoort wert mede onder de naam van *Lemon Hitam*, by *Valent.* in *Ambons befchryving pag.* 190. vermeldt.

XLII.



Citrus fusca. H.



CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Aurantium Sinenſe. Lemon Manis Tsjina.

HI fructus a quibusdam ex plebe Amboinica indigeni habentur, ſed melius eſt, ſi cum cæteris Aurantia Sinenſia vocentur ob ſequentes in primis rationes.

Hæc arbor paulo altior eſt ac præcedens, ramis erectis, coma autem in rotundum extenſa eſt & amplior: Folia ſunt anguſtiora & acutiora quam antecedentis, tres quatuorve pollices longa, glabra, raris coſtis donata, odoris priori ſimilis. Pars cordata transverſum quoque digitum longa, ſed adeo anguſta, ut vix cordis forma dignoſci poſſit, ſed paulo latior eſt quam *Limonis Martinici:* Juniores ſurculi longas & anguſtas gerunt ſpinas, in adultis vero arboribus nullæ conſpiciuntur.

Fructus duplicem habet formam, in una enim arbore mala majora ſunt quam in altera: Majora enim ſunt inſtar præcedentis arboris vel paulo minora, ſphærica, excepto quod prope pedunculum tuber appareat, & ſuperius compreſſa ſint cum fovea inpreſſa. Reliqua corticis pars glabra eſt, ſed plurimis foraminulis vel poris pertuſa, ſatis vero craſſus eſt hic cortex, fungoſus, & facile a carne ſeparari poteſt, externe ex viridi nigreſcit, licet fructus ſit penitus maturus; eſtque porro amarus, ſulphureus, & fortiſſimi odoris, ſique frangatur, talem emittit vaporem.

Si hæc mala fuerint decerpta, & aliquod per tempus fuerint depoſita, una parte ita luteſcunt acſi vera aurantia forent, ſi vero in arbore matura & penitus ſint crocea, exſucca cenſentur atque inutilia, quæque juſtam plerumque non acquiſivere magnitudinem, ſed ita decidunt. Caro horum interna omnino eadem eſt cum illa Hiſpanicorum Aurantiorum, in plurima ſegmenta diviſa, quæ omnia in orbem ſibi mutuo junguntur, & in centro parvam formant cavitatem, ſique uſurpetur hic internus globus ſeu decorticatum malum, caute depurandum eſt a ſicca ſua lanugine, quæ amara eſt: Dein facile ſingula ſeparari poſſunt ſegmenta & comedi: Medulla hæc interna eſt fulva, ſemi-pellucida, ſaporis dulcis, cum pauca vinoſitate: Oſſicula ejus ſeminalia ſunt paulo oblonga, rotunda, & ſolida.

Altera horum Malorum varietas eſt paulo minor & glabrior, ab utraque parte compreſſa, magis æmulans Hiſpanica Aurantia, externe minimis foraminulis ſeu porulis pertuſa, cortice tenui culmum circiter craſſo, qui facile itidem ſeparatur, ejus caro eſt inſtar antecedentis, hæcque ſpecies in arbore magis luteſcit, ſique deponantur parum, hæc mala penitus crocea ſunt ac vera Aurantia: Hæ arbores in Amboina non ſunt fertiles, ſaltem non omni anno dant fructus, atque arbores jam adultas eſſe oportet, antequam fructus producant, locum amant planum, Soli bene expoſitum, unde illarum, quæ in Amboinenſibus frigidis creſcunt montibus, fructus lente matureſcunt, ſuntque plerumque acidi: Arbor ipſa non admodum ſeneſcit, ſed ſæpius acidum exſtillat ſuccum, & copioſum exſudat gummi, tumque per unum alterumve annum plures fert fructus, qui plurimi etiam in arbore luteſcunt, ac dein perit arbor. Hocce malum vix præveniri poteſt, ſed per aliquod retardari tempus, ſi nempe arbor iſta perforetur, ut ſuperfluus exſtillet ſuccus, alii autem ingentem ferreum transfigunt clavum per truncum.

Nomen. Latine *Aurantium Sinenſe:* Belgice *Sineſe Appels*. Malaice *Lemon Manis Tsjina*, quod nomen ultimæ ſeu minori ſpeciei optime convenit, quum in Sina frequenter creſcat, & a Sinenſibus ſaccharo condita ubique transmittatur. Quidam vero, uti dictum fuit, hoſce fructus vocant mala dulcia Amboinenſia, præſertim primam ſpeciem, quam Amboinenſes plurimum in ſuis colunt montibus. Portugallis dicitur *Laranza;* Hiſpanis *Naranza*, ſed Indis Portugallis *Limondoce*. Verum hujus generis Latinum nomen eſt *Malum Aureum*, & *Heſpericum*, unde quidam putant Po-

XLII. HOOFTSTUK.

Sineeſe Oranje Appel-Boom.

DEze vruchten werden by eenige van het gemeene volk op Amboina voor inlands gehouden, maar men doet beter, dat menze met de meeſte part Sineeſe Appels noemt, en zulks om de navolgende redenen.

De boom is wel zo hoog, als de voorgaande, met regt over eind ſtaande takken, de kruin wat ronder, en meer uitgebreit. De bladeren zyn wat ſmalder en ſpitzer dan de voorige, drie en vier duimen lank, gladt, met weinig ribben, van reuk als de voorige; het hert is mede een dwers vinger lank; maar zo ſmal, dat men qualyk de gedaante van een hert bekennen kan, doch echter nog wat breeder als aan de Lemoen Martin. *De jonge ſcheuten hebben mede lange en ranke doornen, maar aan de volwaſſene boomen ziet men der geene.*

De vrucht is van tweederlei gedaante, want de eene boom draagt grooter Appelen als de andere: Zynde de grootſte bykans als de voorgaande, of wat kleinder, regt rond, behalven datze by den ſteel een bult hebben, en van vooren wat plat zyn, met een kuiltje; de reſt van de ſchel is wel effen, maar met veele merkelyke gaatjes, of poris bezet, redelyk dik, voos, en laat zig ligt van het vlees aftrekken, van buiten blyftze ſwart-groen, als de voorige, al iſſe ook geheel ryp: wyders bitter, ſwavelig, en zeer ſterk van reuk, in 't breeken een damp van haar gevende.

Deze Appelen, wanneeze zyn afgeplukt, en een tyd lang leggen, werden aan de eene zyde zo geel als Oranje Appels, maar die aan den boom geheel geel werden, acht men droog, en ondeugende, en die ook gemeenelyk haar volkomen grootte niet bekomen, maar zo afvallen. Het binnenſte vlees is geheel en al, als dat van de Spaanſe Oranje Appels, te weten, in veele ſneetjes verdeelt, die alle in de ronde tegens malkanderen ſtaan, en in de midden een kleine holligheit maken, en men moet deze binnenſte hol of geſchilden Appel wel ter degen zuiveren van hun droge wolachtigheit, om datze bitter is: Daar na kan menze van malkander trekken, en ieder deeltje in 't byzonder eeten, het binnenſte merg is rood-geel, half doorſchynende, zoet van ſmaak, met een kleine wynachtigheit, de zaat-korrels zyn een weinig lankwerpig, rond, en digt.

De tweede zoorte van deze Appelen is wat kleinder, en effender, van onder en boven plat, en de Spaanſe Oranje-Appelen wat nader bykomende, van buiten met zeer kleine poris of gaatjes als gepickeert, met een dunne ſchelle, pas een ſtroo-halm dik, die zig ook ligt laat aftrekken; Het vlees is als dat van de vorige, deze zoorte werd wat geelder aan den boom, en zoze wat leggen, geheel geel als regte Oranjen. Deze boomen draagen in Amboina niet heel wel, immers niet alle jaaren, en het moeten al volwaſſen boomen zyn, eer zy beginnen vruchten te krygen, zy willen een vlakke grond hebben, en wel ter Zonne ſtaan; dies der genen, die in 't Amboinſche koude gebergte waſſchen, haare vruchten langzaam rypen, en meeſt zuur blyven, hy komt ook tot geen grooten ouderdom, maar begint dikwils een zuur zap uit te tranen, en veel gom uit te ſweten, dragende een jaar of twee, buiten gewoonte veele vruchten, die ook meeſt aan den boom geel werden, en daar op gaat hy uit. Deze plage kan men qualyk voorkomen, maar wel een tyd lang verachteren, namentlyk als men een gat in den ſtam boort, en daar door een party overtollig zap doet uitloopen: Zommige ſlaan ook wel een groven yſeren ſpyker in den ſtam.

Naam. *In 't Latyn* Aurantium Sinenſe, *na 't Duits* Sineſe Appels, *op Maleyts* Lemon Manis Tsjina, *welke naam de laaſte en kleinſte zoorte beſt of naaſt toekomt, om dat die in* Sina *veel waſt, en door de Sineezen geconfyt zynde, over al vervoert werd: Zommige, als gezegt, noemenze Amboinſche zoete Appels, inzonderheit de eerſte zoorte, die de Amboineeſen veel in haar gebergte havenen, of cultiveeren: Op Portugees* Laranza: *Op Spaanſch* Naranſa, *maar op Indiaans Portugees* Limondoce. *De regte Latynſe naam van dit geſlagt, is* Malum Aureum, *en* Heſpericum, *waar van zommige menen*

Pomum Aurantium & Italicum *Pomeranſi* derivatum eſſe. Ego vero puto cuncta hæc nomina ortum ſuum duxiſſe a nova Græca voce νεράντιον, & hoc ab Arabico *Nerang*, vel Perſico *Naring* ſeu *Naran*, quo hunc denotant fructum, quam vocem ſine dubio Occidentales Æthiopes olim in Hiſpaniam induxerunt, quod poſtea in *Naranſa* degeneratum fuit. Novi vero Latini nominis originem ignorantes dicunt *Aurantium*, quod melius cum aureo colore & nomine *Pomi Aurei* quadrat: Javanis dicitur *Djerroc Lecki*, Macaſſarenſibus *Lemo Songalêa* h. e. Limones Sinenſes, Amboinenſibus vero *Maſſuſſu*. Sinenſibus *Tyng-Cam*.

Romani cuidam Palladio honorem & gloriam tribuerunt, quod primum Aſiatica Citria & Limonia mala in Italiam adduxerit, hocque de illis fructibus forte verum eſt, de Aurantiis vero neutiquam, quum nomen *Heſperium Pomi* ſatis declaret, ex occidentalibus mundi partibus proveniſſe, ac præterea, quum Orientalia, ac præſertim Indica aurantia ab Hiſpanicis & Occidentalibus nimium differant tam foliatura, quam colore fructuum viridi, inde & facile concludendum eſt, neque Occidentalia Aurantia ex Orientalibus, neque e contra Orientalia ex occidentalibus, ac multo minus utraque hæc per artem & inſitionem Citriorum eſſe producta vel propagata.

Locus. In omnibus fere Orientalibus inſulis reperitur, uti in Java, Celebe, & Moluccis, usque in Amboinam.

Uſus. Plurimum cruda eduntur hæc mala calidioribus diebus, ad ſtomachum refocillandum, ſed optime vacuo conducunt ſtomacho. Chinenſes in ſua patria elegantiſſimos ſphæricos habent fructus ex ſecunda ſpecie, qui vulgaribus minores ſunt, quos totos ſaccharo condiunt, ac quaſdam hiſce incidunt fiſſuras, planosque comprimunt forma majoris diſci, in quibus nulla vel pauca admodum obſervatur amarities, quique plenis ollis ex Sina in alias transferuntur regiones: Chinenſes Javam inhabitantes ſimili illos condiunt modo, ſed non ita eleganter ſaccharo obducere norunt ac in Sina hoc fit. Eadem quoque mala Chinenſes iſti in alias transferunt terras penitus ſicca, & inter chartas conſervata, quæ gratiſſima ſunt ægris.

nen Oranje-Appel, en het Italiaanſe Pomeranſi *gederiveerd zyn: maar ik oordele, datze allegaar afkomſtig zyn van het nieuwe Grieks* Nerantion, *en 't zelve van 't Arabiſche* Nerang, *of het Perſiaanſe* Naring, *of* Naran; *waar mede zy deze vruchten benoemen, en het welk de Weſterſche Moren buiten twyffel eertyds in Spanjen zullen gebragt hebben, en daar men dan* Naranſa *van gemaakt heeft; maar de nieuwe Latiniſten, des woords oorſpronk niet verſtaande, maken daar van* Aurantium, *om dat het beter met de gout-verwige coleur, en den naam* Pomum Aureum *zoude overeenkomen, op Javaans* Djerroc, Lecki, *op Macaſſaars* Lemo Songalêa, *dat zyn Sineeze Lemoenen; op 't Amboins* Maſſuſſu. *Op Sinees* Tyng-Cam.

De Romeinen hebben eenen Palladius de eer toegeſchreven, dat hy de Aſiatiſche Citroenen, en Lemoenen voor de eerſtemaal in Italien zoude gebragt hebben, en dit kan van die vruchten wel waar zyn, maar van de Oranje-Appels geenſints, om dat den naam Pomum Heſperium *genoegzaam uitwyſt, datze uit de Weſterſche deelen des weerelts oorſpronkelyk zyn, en ook, om dat de Orientaalſche, inzonderheit de Indiſche Oranjen, te veel van de Spaanſche en Weſterze verſchillen, zo aan bladeren, als aan de groenheit van de vrucht. En waar uit men dan ook ligt beſluiten kan, dat nog de Weſterſche Oranjen van deze Ooſterſche, nog ter contrarie de Ooſterſche van de Weſterſche, en veel min alle beide, door konſt van Enting van de Citroenen voortgebragt zyn.*

Plaats. *Men vintze bykans door alle de Ooſterſche Eilanden, als* Java, Celebes, *en de* Moluccos, *tot in Amboina toe.*

Gebruik. *Zy werden meeſt raauw gegeten, by hete dagen, om de mage te ververſchen, doch zy paſſen beſt in een lege mage: De Sineezen hebben in haar Land, van de tweede zoort, zeer fraye ronde Lemoenen, een ſlag kleinder, dan de gemeene, dieze weten geheel te confyten, doende maar eenige ſneden daar in, en drukkenze dan plat neer, in de gedaante van een groote ſchyf, en waar in men ook geen, of immers gants weinige bitterheit gewaar werd, werdende ook met geheele potten vol uit Sina na andere plaatzen vervoert: De Sineezen op Java woonachtig maken dezelve insgelyks, doch konnenze zo wel niet candaliſeeren, als in Sina geſchiet: Van dezelve Lemoenen brengen de gemelde Sineezen ook uit haar land eenige, die geheel gedroogt zyn, en tuſſchen pampier bewaart worden, vallende zeer aangenaam voor zieke luiden.*

EXPLICATIO

Tabulæ Trigeſimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Aurantii Sinenſis*, quod *Lemon Manis Tsjina* Malaice vocatur.

A. *Juniorem denotat* ramum *ſpinis* armatum.

B. *Fructum ſeparatum*, & majori expreſſum ſpecie, ut melius dignoſcatur.

UYTLEGGING

Van de vier-en-dertigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Sineeſe zoete Appelen*, die *Lemon Manis Tsjina* op Maleits genaamt wert.

A. Wyſt aan een jonge Tak met zyn doornen nog bezet.

B. Een afgezonderde vrucht, en grooter verbeelt, op datze beter onderſcheiden zoude kunnen werden.

OBSERVATIO.


Malus Aurantia Sinenſis vocatur hæc arbor a *Jonſtone in Dendrol. p.* 26. & in *Sloan. Catal. pl. Jam. p.* 211. & Aurantium Sinenſe a *Ferr. in Heſper. p.* 430. eſtque illa, quæ Malus Aurantia humilis a *Caſp. Bauh.* in *Pinac p.* 436. apud *Plukn. in Almag. pag.* 238. vocatur, & Mala Aurantia Sinenſia a *Valent.* in *Hiſtor. ſimpl. reform. pag.* 212. & in *Amboin. deſcript. pag.* 189. quæ porro convenit cum illa, quæ Malus Aurantia regia, dulcis, Zeylanica vocatur in *Theſ. Zeyl. pag.* 39. &c.

AANMERKINGE.

Deze boom werd *Malus Aurantia Sinenſis* genaamt van *Jonſton* in zyn *Dendrol. pag.* 26. en by *Sloan. in de Catal.* van de *Jamaiſe planten pag.* 211. en *Aurantium Sinenſe* van *Ferr.* in zyn *Heſperid. pag.* 430, en is die boom, die de laage Oranjeboom van *Caſp. Bauh.* in zyn *Pinax* genaamt wert, als mede by *Plukn.* in *Almag. p.* 238. en Mala Aurantia Sinenſia van *Valent.* in *Hiſtor. ſimpl. reform. p.* 212. en gemeene Sineeſe Appel van *Valent.* in de *beſchryving* van *Amboin. p.* 189. welke verders dezelve is, die *Malus Aurantia regia dulcis Zeylanica* genaamt werd in myn *Theſaur. Zeylon. pag.* 39. &c.



Citrus nobilis. Lour.



CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Aurantium Verrucosum: Lemon Manis Besaar.

INter cuncta Limonum genera hæc arbor altissimum gerit truncum, & comam, sed ejus rami non ita sunt erecti ac in præcedentibus: Juniores arbores raras gerunt spinas, in vetustis vero nullæ apparent, vel saltem earum vestigia in rachibus apparent inermia nec pungentia. Folia prioribus sunt similia vel paulo majora, ultra quinque pollices longa, tresque digitos lata, superius acuminata, ibique parum dentata. Pars cordata est parva, nec fere dignosci potest, præsertim in adultis arboribus, in junioribus enim est longa & angusta, ubi magis sese distinguit; Odor debilior est quam in antecedentibus, floresque ex quinque itidem petalis constant oblongis & albicantibus, retroflexis, majoribus quam in reliquis, exceptis floribus Pompelmoes, quibus grato suo odore etiam proxime accedunt.

Hujus fructus majores sunt præcedentibus Aurantiis, binos circiter pugnos crassi, perfecte sphærici, sed variis magnis & duris verrucis, acsi furunculi essent, obsiti; non autem ita ex nigro virescit cortex ac prioris, sed magis pallescit, qui non ita crassus ac sulphureus est ac præcedentium, firmissime internæ nectitur carni, ita ut non sit avellendus, sed cultro abscindendus, caro variis itidem, sed simplicibus constat & separatur pelliculis, quæ autem in segmenta neutiquam separari potest uti in aliis Aurantiis, nec ita fulvet ac in præcedenti, sed flavescit, semi-pellucida est, & dulcior atque succosior quam in priori, unde a pluribus ipsi præfertur: Hæc enim dulcedo non ita mixta est cum vinoso illo sapore, sed debilior est ad Cerasorum saporem accedens.

Officula seminalia sunt copiosa & majora quam in antecedentibus, nec in mali centro cavitas apparet: Amboinenses hunc negligunt nec colunt fructum, quum frigidiores montes tolerare nequeat, sed solum amat sabulosum & nigrum, cum arena mixtum, & Soli bene expositum, quale in pagis circa ædes præparari potest: Ab Europæis magis plantatur quam præcedens, quum citius crescat, & prius fructus gerat, & plerumque fertilior sit proxime antecedente.

Nomen. Latine *Aurantium Verrucosum*, Belgice *zoete Appelen:* Malaice *Lemon Manis Bezaar*, quidam autem Amboinensium illum vocant *Lemon Tsjina*, quum a Sinensibus hic habitantibus plurimum colatur: Ternatensibus dicitur *Siricaya:* In Sina duplicia sunt hæc mala, primo vulgare, quod hic loci vocatur *Bit-Cam*, h. e. *Limo Regius*: Secundo *Seng-Cam*, hæcque duplo majora sunt vulgaribus, sed non ita dulcia.

Locus. Hæc species non ita vulgaris est ac præcedens, quum a Chinensibus aliisque peregrinis aliunde in hasce translata sit insulas.

Usus. Cruda tantum comeduntur & cum tragematibus mensis inponuntur, quum cortex exterior cultro sit abscissus, ejus caro non transversaliter, sed oblique in fragmenta dissecanda est, internaque gleba in totum servatur, quantum fieri potest, quum plurimum constet ex variis simplicibus & majoribus officulis, arctissime sibi inpositis: Chinenses hæc concedunt aurantia plurimis ægris ad ventriculum refocillandum & appetitum excitandum, quum nullam habeant vinosam acrimoniam ac præcedentia, ac non ita sudores excitent. Monendum tamen hic est, hæc mala post prandium, si ventriculus vario ciborum genere, ac præsertim lacte fuerit repletus, non nimis avide esse devoranda, hæc enim tum assumpta, cholericum fluxum sæpe caussarent, uti expertus hoc fui in tota familia nobilissimæ domus, quæ solebat post lactis usum hæc comedere mala.

XLIII. HOOFDSTUK.

Zoete Oranje-Appelboom.

ONder alle Lemoenen geslagten is dezen boom wel de hoogste van stam en kruin, doch de takken staan zo regt niet als aan de voorgaande: De jonge boomen hebben weinige doorns, en aan de oude ziet men 'er geen of slegts eenige overblyfzels aan de ryskens, doch die niet en steken: De bladeren zyn de vorige gelyk, of ook wel wat grooter, ruim 5. duimen lank, en drie vingers breet, van vooren met een spits, en aldaar weinig getand. Het hertje is mede klein, en pas kennelyk, inzonderheit aan de volwassene bomen; want aan de jonge is het wel lang en smal; doch evenwel kennelyker: De reuk is wat slapper dan aan de voorige, en het bloeizel bestaat mede uit vyf lankachtige witte blaadjes, achterwaarts overgebogen wat groter dan de voorgaande, behalven die van de Pompelmoes, dewelke zy in lieffelykheit van reuk ook wel het naaste komen.

De vruchten zyn ook grooter dan de voorgaande Aurantia, *en bykans twee vuisten uitmakende, regt rond, doch met verscheiden grote, en harde vratten: als bloet-vinnen bezet, zo swart-groen niet als de vorige, maar wat lichter; De schelle die ook zo swaar en swavelig niet is als de vorige, hangt of zit zo vast aan 't binnenste vlees, dat menze daar niet aftrekken, maar met een mes afschellen moet: Het vlees is ook wel met verscheide, doch enkelde velletjes van malkander gescheiden, maar men kan het geensints in sneetjes of deeltjes van malkander trekken, gelyk de Oranje-Appels, voorts is het ook zo rood-geel niet als dat van de voorige, maar ligt-geel, half doorschynend, ook zoeter, en zappiger dan de vorigen, en waaromze by veele dezelve voorgetrokken of beter geacht worden: want deze zoetigheit is met geen merkelyke wynachtigheit gemengt, maar wat laffer, en meer na den smaak van de zoete kerssen trekkende.*

De Zaad-korrels zyn vele en grooter dan de vorige, makende in 't binnenste van de vrucht geen holligheit. De Amboineezen havenen of cultiveren deze vrucht gantsch niet, om datze het koude gebergte niet wel verdragen konnen, maar willen een mulle, en swarte grond hebben, met wat zant gemengt, en wel ter Zonne staan, gelyk men in de Negoryen omtrent de Huizen hebben kan: Hy werd van de Europiaanen meer geplant, dan de vorige, om dat hy haastiger opschiet, en vroeg draagt, ook doorgaans vruchtbaarder is, dan de voorgaande.

Naam. *In 't Latyn* Aurantium Verrucosum, *in 't Duits Zoete Appelen, na 't Maleyts* Lemoen Manis Besaar, *doch zommige Amboineezen noemenze* Lemon Tsjina, *om datze van de Sineezen, alhier woonachtig, meest gebavend werden, op Ternaats* Siricaya: *in Sina zynze tweederlei.* 1. *De gemeene en hier te Land bekende hieten* Bit Cam, *dat is Honing-Lemoen.* 2. Seng-Cam, *en deze zyn tweemaal grooter dan de gemeene, doch niet zo zoet.*

Plaats. *Men vind deze zoorte zo gemeen niet dan de voorgaande, wantze zyn door de Sineezen, en andere vreemdelingen van elders eerst op deze Eilanden overgebragt.*

Gebruik. *Zy werden mede alleenlyk rauw gegeten, en onder het banket-werk opgezet, de buitenste schelle met een mes afgeschelt zynde, zoo moet men het vleys niet dwers, maar in schuinze stukken snyden, latende de binnenste klomp zoo veel geheel, als men kan, om dat hy meest bestaat uit enkelde groote korrels, digt op malkander gepakt: De Chinezen laten deeze Limoenen toe in meest alle ziekten, om de mage te ververschen, en appetyt te verwekken, om datze geen wynachtige scherpigheidt by hun hebben als de vorige, en minder het sweeten veroorzaken. Echter moet ik hier nog een waarschouwing byvoegen, namentlyk dat men deze Appelen na den eeten, als men 't lyf met veelderley lekkere kost, inzonderheit met melk-spyze opgevult heeft, niet te gulzig moet inswelgen, want deze Lemoenen daar op komende, zomtyds wel het bord veroorzaken, gelyk ik ervaaren heb aan een geheele Familie van een voornaam huis, die het in gewoonte hadden, na de melk deze Appelen te eeten.*

In *Banda* alia reperitur species, quæ dulciores gerit fructus quam præcedens, ejusque mala ubique talibus obsita sunt verrucis, & caro ejus interna est alba, & penitus dulcis, quum sit matura, immo dulcior Batavicis, ibique vocatur *Limon Pouleron*, licet quoque in *Plo Ay* occurrat.

In *Madura* quoque dulcium Limonum species invenitur, quæ omnium minima est, immo minor Limone Nipis cortice tenui, nec amaro, ejusque caro interna plurimis constat granulis mollibus, optimeque inservit condito, quem in finem usurpatur a Chinensibus *Griesseckam* inhabitantibus, quæ e regione Maduræ est sita.

Nomen. Latine *Aurantium Pumilum Madurense.* Malaice *Lemon Suassi* & *Lemon Colte.*

Ut rami omnium Limonum specierum tali modo deponantur & transplantentur, ut intra paucos menses fructus gerant, eligendi sunt vetustarum arborum tales rami, qui flores fere vel gemmas emittunt, hi lapide feriendi sunt per palmæ latitudinem a trunco, donec cortex leniter sit contusus, ubi pingui ac prægnanti terra obducendi sunt, quæ, ne decidat, Bambosæ folio fisso vel alia textura est obvolvenda, talis autem ramus per quinque vel sex septimanas sibi relinquendus est, donec putes contusum hunc corticem radiculas in terram emisisse: Dein dissecetur sub fisso Bambosæ folio vel integumento, & transplantetur tali modo in cista bona & prægnanti terra repleta, eodem adhuc mense completos dabit fructus, sed non pluriés nisi semel vel bis, dein enim perit, si vero fertili committatur solo, in perfectam excrescit arborem, qui vulgaris, sed simul proficuus est mos Cinensibus Bataviam inhabitantibus, qui certos sibi locant hortos, vel aliquam terræ partem pro quadam annorum serie, & hac arte efficiunt, ut mox fructus conquirant; cæterum ut vetustæ arbores sint fertiles, plurimi ipsarum rami amputantur, clavusque ingens per truncum transfigitur, quod idem fieri potest & conducit arboribus *Nanca* & *Bonga Tanjong.*

In Banda *heeft men noch een ander slag en zoeter Appels dan de vorige, overal met diergelyke vratten bezet, het vleys van binnen is wit, en geheel zoet, als 't ryp is, ja zoeter als de Batavische, men noemtze aldaar* Limon Pouleron, *alhoewel menze ook op* Plo Ay *vint.*

Op Madura *valt mede een zoort van zoete Lemoenen, zynde wel de alderkleinste van alle, ja kleinder dan een Lemoen Nipis, met een dunne schelle, die ook niet zeer bitter is, en het binnenste vlees steekt vol kleine en weeke korreltjes, zeer gebruikelyk tot confyten, te weten by de Sinezen woonende op* Griesseeck, *het welk tegen Madura overleit.*

Naam. *In 't Latyn* Aurantium Pumilum Madurense, *op 't Maleyts* Lemon Suassi, *en* Lemon Colte.

Om nu de takken van alderhande Lemoen-bomen zodanig af te zetten en te verplanten, datze in weinig maanden vruchten dragen, zo verkiest aan de oude bomen eenige takken, die ten naasten by botten, ofte bloeizel willen dragen, klopt die met een steen, omtrent een band breet van den stam, tot dat de schorsse sagtjes gekneust werde, en beslaat of omvangt hem aldaar met goede vette aarde, dezelve dan bezorgende met een gespleeten Bamboes, of eenig hairig goet, op dat de aarde daar niet afvalle, en laat dezen tak aldus 5. of 6. weken staan, tot dat gy gist dat de gekneusde schorsse worteltjes in de aarde geschoten heeft: Zaagt hem als dan af, kort achter de gespleten Bamboes of het bewindzel, en plant hem zo in een kist vol goede aarde, zo zal hy in dezelve maand volkomen vruchten dragen, doch niet meer als een of tweemaal: Want daar na gaat hy uit, maar als menze op een goet land plant, zo wordenze volkomene bomen, een gemeene en profytelyke konst voor de Sineezen op Batavia *woonachtig, dewelke eenige landeryen of thuynen maar voor eenige jaren hueren, en door deze kunst maken, datze straks vruchten daar van hebben konnen, anderstints om de oude boomen vruchtbaar te maken, zo kapt men zomtyds de meeste takken daar uit, en slaat een groote yzere spyker in den stam, het welk men ook doen kan, aan de* Nanca, *en* Bonga Tanjong-*bomen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Quintæ,

Quæ exhibet ramum *Aurantii dulcis* verrucosi, Litt. A.

B. Ejus *fructum* denotat.
C. *Ramum* sistit, qui *uno* ex *pedunculo duodecim* simul *maturos* produxit *fructus* quasi racemosos, atque hic ramus ex Laricque transmissus fuit.

UYTLEGGING

Van de vyf-en-dertigste Plaat,

Dewelke vertoont een *Tak* van een zoete *Oranje-* of *Lemoen-Boom* met Lett. A.
B. Wyst aan *deszelfs vrucht.*
C. Verbeeldt een *Tak* van deze boom, die in een Tros *twaalf volkome rype vruchten* gedraagen heeft, en van *Laricque* gezonden is.

OBSERVATIO.

Videtur hæc illa species esse, seu saltem ejus varietas, quæ a *Ferrar. in Hesper.* 395. *Aurantium stellatum & roseum* vocatur.

AANMERKINGE.


Deze schynt die zoort of ten minsten die verandering te zyn, die van *Ferrar.* in zyn *Hesperid.* 395. genaamt wert de *Aurantium stellatum & roseum.*



CAPUT XLIV.



Citrus Aurantium. var. Lam.



CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Malum Indicum. Vidara.

HÆc arbuscula in Amboina est exotica, & ante paucos modo annos ibi deducta, fructusque jam incipit optime producere, non tam alte vero excrescit ac in Occidentalibus regionibus, arbuscula enim hic tantum est, incurvo & obliquo stipite, non ultra crus crasso, qui in plurimos dividitur ramos, comamque format densam.

Ramorum cortex est glaber, ex flavo ruffescens, in stipite vero scaber est & fissus, digitum crassus: Lignum est durum & nodosum. Folia cum mali foliis conveniunt, sed minora sunt & rotundiora, binos vel binos cum dimidio pollices longa, paulo minus lata, superius obtusa, apice quasi confracto, acsi hic abscissus vel abrasus foret, tribus obliquis nervis pertexta, qui prope petiolum concurrunt, & quasdam laterales costas habent, ad oras vero tenuiter serrata sunt, inferius mollia & albicantia instar Salviæ, saporis mucosi cum levi amaritie, fere instar Althææ, cum qua odor etiam convenit; Ore manducata vel manibus in aqua contrita spumam dant instar Saponis, sed sine acrimonia, solitaria autem in rotundis & firmis locantur ramulis, & ad singulorum ortum una alterave brevis conspicitur spinula, nunc recta, plurimum incurva instar Rosæ Caninæ retroflexa, quæ in inferioribus etiam ramis apparet, ubi folia jam fuere prolapsa. In junioribus arbusculis longitudinem Limonum spinarum obtinent, in adultioribus vero breviores sunt hæ spinæ, ac plurimum decidunt.

Flores ex foliorum alis progerminant plures simul brevibus insidentes petiolis, qui primo grisea exhibent capitula, quæ dein sese aperiunt in flores stellatos seu rosaceos, ex quinque albicantibus petalis constantes cum brevibus quibusdam staminibus, inodori; Fructus bini ternive simul dependent forma Ovorum Columbinorum vel paulo majores, inferius plani & foveola inpressi, in qua pedunculus infigitur, ipsique adhæret, inmaturi optime referunt semi-completas Olivas, quidam vero sunt oblongi, alii subrotundi instar parvorum prunorum, externe viridis coloris instar pomorum, tandem vero flavescunt, tenui pellicula obducti sunt, instar nostrorum Europæorum Malorum. Sub hac duriuscula, sed succosa reconditur caro, quæ in Amboina nunquam satis dulcis est, sed austera instar Prunellorum, odoremque habet oleosum, in ejus centro ossiculum durum invenitur non striatum, sed granulatum vel rugosum, quodque plerumque liberum est, nec circumjectæ carni adhæret: Hi fructus aliis in regionibus multo sunt elegantiores & majores quam in Amboina, immo in ipsi vicinis Celebe & Baleya, ubi arbor magnitudinem Limonii acquirit, fructus vero est tam magnus & rotundus ac minor Limo Nipis, si maturus, flavescit, saporem habens dulciorem & succosiorem Amboinensi, cum parva tamen adstrictione. Optimus censetur Bengalensis, Aracensis, & qui in provincia Patina, in superiore Ganges fluvii parte sita, crescit; licet Portugallici scriptores optimos dicant Balaguattenses, quique circa Malaccam crescunt, ibi enim tam magni sunt acsi mediocre esset pomum, succosi ibi quoque sunt, vinosi, ac dulcis saporis. Hic in Amboina lente suos producunt fructus, ac binas habui arbores semper florentes, nunquam vero fructus gerentes usque in octavum annum, quum cædebantur, postea vero ab aliis hominibus per nova & exotica semina aliæ propagatæ fuere arbores, quæ quarto jam anno copiosos dabant fructus, sed multo viliores ac minores quam in illis regionibus, in quibus indigenæ sunt, mense Decembri florentes, fructusque maturos Martio & Aprili mensibus exhibentes.

Christoph. a Costa Cap. 51. scribit, hasce arbores istis in regionibus calidissimis mensibus continuo per volantes formicas quasi inhabitari, quæ in ipsarum ramis Gummi Laccam præparant, quo gummi hi rami penitus sunt obducti.

Nomen. Latine *Malum Indicum* juxta Portugallicum *Man-*

XLIV. HOOFTSTUK.

Indische Appel-Boom.

Dit boompje is in Amboina uitlands, en eerst voor weinige jaaren aldaar aangebragt, doch begint nu wel te dragen, maar is in lang zo groot niet als in de Westersche Landen; want het blyft maar een klein boompje, met een kromme scheve stam, niet boven een dye dik, en die zig echter in vele takken verdeelt, midsgaders daar mede een digte kruin maakt.

De schorsse van de takken is effen, en uit den gelen ros, maar aan de stam isze zeer ruig gespleten, en wel een vinger dik: Het hout is hart en quastig. De bladeren gelyk die van den Appel-boom, doch eenigsints kleinder, en ronder, 2. en 2½. duimen lank, en wat minder breet, van voren met een stompe en gebrokene spits, als ofze afgesneden of afgevreeten waren, met drie schuinse senuwen doortrokken, die achter by den steel t'zamen stoten, en noch eenige ribbetjes, aan de kanten klein en fyn gezaagt, van onderen zagt, en witachtig als Salie, van smaak smerig, met een kleine bitterheit, bykans als Althæa, *waar mede den reuk ook overeenkomt, in den mond gekaaut, of met de handen in water gevreven zynde zo schuimenze als Zeep, doch zonder scherpigheit, zy staan enkel aan ronde en styve takjes, en by ieder oorspronk een of twee korte en styve doorentjes, zommige regt, doch de meeste krom, en als de Rosa Canina achterwaarts gebogen, dewelke men nog ziet aan 't achterste der takken, daar de bladeren al afgevallen zyn: Aan de jonge boompjes zynze zo lang als Lemoen-doornen, maar aan de oude werdenze korter, en vallen meest af.*

Het bloeizel komt voort uit den schoot der bladeren, vele by malkanderen, op korte steeltjes, zynde eerst gryze knopjes, die daar na kleine gesternde bloempjes werden, uit vyf witte blaadjes bestaande, met eenige korte draatjes, zonder reuk, de vruchten hangen twee of drie by malkander, in de gedaante van Duiven eyren: of een weinig grooter: van achteren wat plat, en met een kuiltje, daar den steel in staat of aan vast is, onryp zynde, gelykenze zeer wel halfwassen Olyven, zommige blyven lankwerpig, en zommige werden wat rond, als kleine pruimen, van buiten Appel-groen, en ten laatsten lichtgeel, met een dun velletje bekleet, gelyk onze Europiesse Appelen: Daar onder leid een hardachtig doch zappig vlees, hier in Amboina noit volkomen zoet, maar wrang, gelyk sleen, daar by wat Olyachtig van reuk, van binnen in leid een harden steen, gelyk een Olyven steen, niet gestreept, maar gegranuleert of gerimpelt, en die van 't omleggende vlees gemenelyk los is, deze vruchten vallen in andere Landen veel schoonder en groter, dan in Amboina, ja zelfs op het naburige Celebes en Baly, daar den boom zo groot werd als een Lemoen-boom, en de vrucht by na zo groot en rond als een kleine Lemoen Nipis, licht-geel in de rypheit, van smaak veel zoeter en zappiger, dan de Amboinse, doch noch al met een kleine zamentrekking: De alderbeste acht men te groeyen in Bengale, Aracan, *en in de Provincie* Patna, *boven aan de Riviere* Ganges *gelegen, hoewel de Portugeese Schryvers den prys geven aan die van* Balaguatte, *en die ontrent Malacca wassen, want zy werden aldaar zo groot, als een middelmatig appeltje, ook zappig en wynachtig zoet; Hier in Amboina dragenze langzaam, en wy hebben alhier 2. bomen gehad, wat kleinder dan de voorgaande, en altyd bloeyende, maar geen vruchten dragende, tot in 't achtste jaar toe, wanneerze omgekapt wierden, daar na zynder door andere luiden, van vreemt zaat weder aangequeekt, die in 't derde jaar overvloedig vruchten droegen, doch veel slegter en kleinder dan in de Landen, daarze van daan quamen, bloeiende in de mand December, en rypende in Maart en April.*

Christoph. a Costa, Cap. 51. *schryft dat men in die voornoemde Landen dezen boom in de hete Mousson gedurig ziet beladen met een slag van vliegende Mieren, die op deszelfs takken het* Gummilacca *prepareren, en dat men het zelve daar ziet ombangen.*

Naam. *In 't Latyn* Malum Indicum: *Na 't Portugeesche*

Manſana vel *Maſſana da India* Acoſtæ, uti & in India quoque dicitur *Veteri*, & juxta illum ſcriptorem *Ber* & *Bor*. Malaice *Vidara*, vocaturque in Macaſſara ac porro in hiſce adjacentibus inſulis *Balis Buckol*.

Locus. Plurimum occurrit hæc arbuſcula per totam veterem Indiam, ac porro in Bengala, Aracana, & Malacca usque in Javam & Baleyam, unde tranſlata eſt in Celebem & Moluccos, hic vero & in Banda raro reperitur multumque degenerata.

Uſus. Fructus hi crudi comeduntur, magno cum appetitu in iis regionibus, in quibus indigeni ſunt, proximeque accedunt Europæorum malis tam odore quam ſapore, hic autem loci parum æſtimantur ob eorum acerbitatem, & ab omnibus ſcriptoribus pro Jujubæ ſpecie ſeu Zizyphi habentur, plurimum ob formam, ſed viribus maxime differunt: Hi enim auſteri fructus non proſunt pectori ad illud depurandum & liberius reddendum, ſic neque exſiccari poſſunt, vel in alias transmitti regiones, uti iſtæ Jujubæ: nihilominus tamen quidam nos docent Malaicenſes Amboinam inhabitantes, ſemi-maturos hos fructus comeſtos conducere pectori ad depurationem ejusque Aſthma, ut & ad ventriculum corroborandum, ſitimque ſedandam, quod ulterius indagari poteſt ab iis, qui hoc deſiderant: Ego aliique mecum comperti ſumus pectoris oppreſſionem cauſſare, & ſtomachum aggravare, quod tamen ſine præjudicio de Orientali Vidara dictum eſt. Folia in aqua contrita ſpumam excitant, qua caput lavatur & corpus in febribus ardentibus & Cephalalgia.

Hujus arboris radix, quæ externe ex ruffo flaveſcit, quam maxime convenit cum Ligno Colubrino, unde & quidam putarunt ejusdem eſſe generis, licet in hac radice parva tantum obſervetur amarities, & maxime in ejus cortice, cum notabili adſtrictione, quæ in Colubrino ligno non obſervatur: Radices ſupra memoratarum ſterilium arborum amaritiem inſuper præbebant notabilem, quæ in frugiferis hodiernis non detegitur.

Hujus radicis cortex cum pauxillo *Putsjock*, *Pulæſari*, & toſta Cepa contritus & hauſtus dolorificum curat ſanguinis mictum; Baleyenſes duro utuntur ligno ad manubria *Parrangs* ſeu majorum cultrorum, ſecurium, ſimiliumque inſtrumentorum.

Anno 1673 Vidaræ ſemen ex Batavia in Amboinam fuit transmiſſum, quod ſexto demum anno excreverat in arborem craſſitiei & magnitudinis Limonii, quæ corticem habebat profunde fiſſum, quo Baleyenſes in decocto utuntur ad omnes Diarrhæas.

Ejus fructus paulo majores erant vulgaribus hujus regionis, minusque auſteri, ac melioris ſaporis: Foliorum ſuccum cum pauxillo aquæ contritum & expreſſum propinant quoque in febribus ad ardorem ſitimque exſtinguendam.

Iis in regionibus, in quibus hæ arbores ſunt copioſæ, ſolebant folia hæc cum aqua contrita adhibere ad cadavera abluenda.

In Timora, aliisque locis duplex hujus Vidaræ occurrit ſpecies, cujus una ſpecies majores & dulces præbet fructus, altera vero minores & auſteros, uti Amboinenſes, utrique in mediocribus creſcunt arboribus inſtar Limonum, quæque truncos gerunt incurvos.

In Java altera quoque occurrit ſpecies, quæ ibi *Vidara Puti* vocatur, plurimum ſilveſtris, & circa litus creſcens, ſed raro fructus gerens, cujus folia ſubtus magis albicant, quam vulgaris; optimi vero habentur hujus arboris fructus, qui in Malacca creſcunt. Craſſæ ejus radices multum ad uſum Medicum expetuntur, quæ notabilem habent amaritiem, ita ut pro Ligno Colubrino debiliori haberentur, cum quadam tamen adſtrictione Vidaræ propria. Multum aſſumuntur contritæ ad febrium ardorem reſtinguendum, ventriculum corroborandum, ac bilioſos vomitus ſiſtendos.

In vulgaris Vidaræ foliis quibusdam in annis ac plurimum menſe Februario talia obſervantur crania, qualia ſupra deſcripta ſunt *Capite* 33 de Granato.

geeſche Manſana *of* Maſſana da India, *uit gemelde* a Coſta, *gelykze ook mede in India hiet* Veteri, *en na dezelve Schryver* Ber, *en* Bor: *Op 't Maleyts* Vidaro, *werdende ook op Macaſſar, en voorts door deze omleggende Eilanden genaamt* Balis Buckol.

Plaats, *Men vindze meeſt door gants oud-Indiën, en voorts door Bengalen, Aracan, en Malacca, tot op Java en Baly, van waar hy gebragt is na Celebes, en de Moluccos, maar weinig vind men hem alhier, of in Banda, en als gezegt, van de originele veel ontaardende.*

Gebruik. *Deze vruchten werden raauw gegeten, en dat met groten luſt, ter plaatzen, daar zy origineel zyn; komende de Europiſche Appelen in reuk en ſmaak naaſt by: Maar hier te Lande werdenze weinig geacht, om hare vrangigheit: En van alle de Schryvers voor een aart van de* Jujuben, *In 't Latyn* Zizyphus *gehouden: Meeſt wegens haare gedaante, maar in kragt merkelyk daar van verſchillende: Want in deze vrange vruchten vind men geen bate voor de borſt, om die te zuiveren en ruim te maken, zo kan menze ook niet drogen en verzenden, gelyk dezelve Jujuben, doch niet te min, zo leeren ons zommige Maleyers hier in Amboina, dat de half-rype vruchten gegeten goet zouden zyn, om de borſt te zuiveren, en ook voor een korten aaſſem, als mede datze de mage zouden verſterken, en den dorſt verſlaan, 't welk onderzoeken mag die gene, die het luſt. Ik, en andere met my, hebben bevonden, datze de borſt benauwen, en de mage drukken, het welk nogtans zonder vooroordeel van de Ooſterſe* Vidara *geſproken zy: De bladeren in water gevreven, doen het zelve ſchuimen, en daar mede waſcht men het hooft en lyf, als men koortzen en brand heeft.*

De wortel van deze boom, zynde van buiten ros-geel, heeft groote gelykeniſſe met het ſlangen-hout; en waarom men ook geſuſtineert heeft, datze van eenderley geſlagt waren, hoewel men aan deze wortel maar een kleine bitterheit gevoelt, en die meeſt in de ſchorſſe met een merkelyke zamentrekking, die in 't ſlangen-hout niet is. De wortelen van de bovengemelde onvruchtbare boomen hadden nog een merkelyker bitterheit, maar in de vruchtdragende, die men nu heeft, kan menze qualyk proeven.

De ſchorſſe dezer wortel met een weinig Putſiock, Pulæſari, *en een gebraden Ajuin gevreven, en gedronken, geneeſt het pynlykſte en bloedige piſſen. De Baleyers gebruiken het harde hout tot ſtelen van hun Parrangs, of houmeſſen en beitels, en ander timmer gereetſchap.*

Ao. 1673. *Is van Batavia het Zaad van* Vidara *in Amboina gebragt, 't welk in 't 6de jaar een boom was, zo groot en dik als een Lemoen-boom, met een groote geſpletene ſchorſſe, die de Baleyers gebruiken tot decoctie tegens alderhande buikloop.*


De vruchten waren een weinig grooter dan de gemeene hier te Lande, minder vrang, en wat beter van ſmaak: Het zap van de bladeren met een weinig water gevreven, en uitgeperſt, gevenze ook binnens lyfs te drinken, om den brand van de koortzen te verminderen.

In de Landen, daar deze boomkens veel zyn, plagt men deze bladeren in water gevreven te gebruiken, om daar mede de doode lichaamen te waſſen.

Op Timor, en andere plaatzen heeft men tweederlei Vidara, *de eerſte en grootſte is zoet, de tweede is kleinder en vrang, gelyk de Amboinſche, beide groeiende aan middelbare boomen, gelyk Lemoen-boomen, en die krom van ſtam zyn.*

Nog heeft men op Java een zoorte, die men aldaar Vidara Puti *noemt, meeſt in 't wild, en omtrent het ſtrand groeyende, doch weinig vruchten dragende, en welkers bladeren van onderen witter zyn, dan van de gemeene, werdende voor de beſte gehouden de gene, die op Malacca waſſen, de dikke wortelen worden veel gezogt tot de Medicyne, want ze hebben een merkelyke bitterheit, zo dat menze voor ſlangen-hout zoude achten of aanzien, dog met een zamentrekking, de Vidara eigen. Zy werden veel gevreven, en ingenomen, om den brand van de koortze te verminderen, de mage te ſterken, en het galachtige braaken te beletten.*

Op de gemeene Vidara *hare bladeren werden in zommige jaren en meeſt in February diergelyke doods-hoofden gevonden, als hier boven,* Cap. 33. *van de Granaten is gezegt.*





Zizyphus Jujuba. Lam.

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Sextæ,

Quæ exhibet ramum *Jujubæ* Indicæ, quæ *Vidara Rumphio* vocatur.
A. Ejus *fructum* denotat.
B. *Fructus Ossiculum*.

OBSERVATIO.

Arbores hasce ad *Jujubas* seu *Zizyphos* pertinere non tantum ex floribus & fructibus, sed ex toto ejus habitu spinoso ac foliatura solitaria & alterna facile constat, estque Jujuba Indica rotundifolia spinosa, foliis majoribus subtus lanuginosis & incanis *Breyn. Prodr.* 2. *p.* 60. & in nova filii editione *p.* 74. ubi recte in notis adnotatur, quod non sit eadem planta, quam in *Thes. Zeyl. Tab.* 61. exhibui, ut ibi *p.* 131. etiam monueram. quodque figura *H. Malab.* neutiquam cum nostra, sed descriptio melius cum ipsa conveniat ejusque varietas seu altera species sit habenda, quæque confunditur vulgo cum Zizypho Indica argentea Caryophylli aromatici flore *Hermanni*, quam in *eodem Thes. Tab.* 39. exhibui, uti latius id ibi *p.* 92. notavi, & in *Commel. Flor. Malab.* ut & in *H. Malab.* notis, & ab aliis male conjunguntur. Cæterum hæc arbor hic descripta a *Dale in Pharmac. p.* 946. vocatur arbor, cujus succus exstillans est Gummi Lacca, quæ in nova editione in 4to *p.* 335. ad Jujubam Indicam *Ray. Hist. tom.* 2. *p.* 153. refertur, ubi & Malus Malaicensis non nihil spinosa vocatur, ubi reliqua vide synonyma & varias de hujus Gummi Laccæ generatione opiniones: *Perim. Toddal. H. Malab. Tom.* 4. *Tab.* 41. cum nostra optime convenit, sed foliorum nervi non ita exacte sunt notati ac in *Rumphii figura*, quam hic subjungimus: Genus hoc a *Linnæo* ad *Rhamnos* refertur *Gen. pl.* 165. cujus species in *H. Cliff. p.* 69, 70. enumerantur.

UYTLEGGING

Van de zes-en-dertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Indische *Jujube*, welke *Vidara* van *Rumphius* genaamt wert.
A. Verbeelt deszelfs *Vrucht*.
B. De *kern* van de *Vrucht*.

AANMERKING.

Dat deze boomen tot de *Jujube* ofte *Zizyphi* behooren, blykt niet alleen uit de bloemen en vruchten, maar ook uit derzelver gansch doornachtige gedaante, nevens de plaatsing hunner bladen, die over en weer is; en dit is de Indische doornachtige *Jujube* met ronde bladen, van onderen ruig en grys, zo als ze van *Breynius* in zyn tweede *Prodr. pag.* 60, en in de nieuwe Editie *pag* 74 genaamt wert, alwaar des zelfs Zoon zeer wel aanmerkt, dat hy verschilt van die plant, dewelke ik in myn *Thesaur. Zeyl. pag.* 61 vertoont heb, gelyk ik zulks op *pag.* 131 aldaar aangehaalt heb, dat namentlyk de Figuur van de *Hortus Malabar.* niet met de onze, maar de beschryving beter met die overeen quam, en daarom voor een mede-zoorte, ofte een verandering daar van te houden was, en welke doorgaansch vermengt wert met de Indische Zizyphus met zilvere bladen, en de bloem aan de kruidnagels gelyk van Hermannus, welke ik in dezelve *Thes. Zeyl.* op *Tab.* 39. vertoont heb, zo als ik dit ook breeder aangemerkt heb aldaar op *p.* 92. en in de *Flora Malabar.* van *Casp. Commel.* en in de aantekening op de *Hortus Malab.* qualyk by elkaar gevoegt werden. Verders werd deze boom hier boven beschreven van *Sam. Dale*, in zyn *Pharmac. p.* 446. genaamt een Boom, wiens uitdruipende zap is het *Gummi Laccæ*, ofte het *Gomlak*, die in de nieuwe uitgaaf *p.* 335. gebragt wert tot de Jujuba Indica van *Ray* in zyn *Histor. p.* 159. alwaarze Malaccische doornachtige Appel-boom genaamt wert, alwaar de verdere benamingen zie, en de verscheide gevoelens over het *Gom-lak*: De *Perim Toddali* van de *Hortus Malab.* 4de deel *Tab.* 41. komt met onze boom wel overeen, doch de zenuwen der bladen zyn zo wel niet aangewezen als in de Figuur van *Rumphius*, welke wy hier byvoegen: Dit geslagt wert van *Linnæus* tot de *Rhamnus* gebragt in zyn *Gen. pl. p.* 165. welkers zoorte in de *Hortus Clifford. p.* 69, en 70. opgetelt werden.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Vidara Littorea. Vidara Laut.

Vidara Littorea verus est frutex, variis tenuibus & arcuatis stipitibus sese attollens vix crus crassis, cujus folia ex nodosis rachibus plura simul proveniunt, brevibus insidentia petiolis, prope quos spinulæ quædam etiam apparent, sed rariores & breviores quam in priori, ita ut quidam majores rami nullas penitus gerant.

Trunci cortex est glabrior quam præcedentis, tenuior, & magis fuscus: Folia multo sunt minora, duplicis formæ, superiora enim Limonis Nipis foliis sunt similia, inferiora vero sunt obtusa, & fere bisulcata instar cordis, ad oras integra nec serrata, inferius non incana neque mollia, uti præcedentis, sed glabra & æqualia, paucis ac valde obliquis costis distincta: Juniores rami sunt angulosi & striati, in quibus foliola solitaria locantur, Limonis Nipis foliis simillima, & in superiore itidem parte paululum serrata, sed minora, glabriora, & flaccidiora, binos pollices longa, vixque unum lata. Ad singuli folii latus longa oritur spinula, atque in illa hinc inde sæpe talia apparent foliola: Quorum sapor est adstringens, Prunorum vel Cerasorum nucleis similis, quæ ad Sayor adhibentur; prope foliorum petiolos parvi florum racemi propullulant, primo forma viridium capitulorum, qualia prima sunt Caryophyllorum rudimenta, quæ sese in flosculos aperiunt paulo majores præcedentis, ex quatuor albis & oblongis petalis constantes extrorsum reflexis, interne molli lanugine obvolutis

XLV. HOOFTSTUK.

De strant Jujube-Boom.

Vidara Littorea is een formele struik, met verscheide dunne en bochtige stammen opschietende, qualyk een been dik, de blaadjes staan aan knoestige ryskens, met bosjes by malkander, op korte steeltjes, by dewelke men ook eenige doornen vind, doch weiniger en korter, dan aan de vorige, zo dat zommige oude takken ook gene en hebben.

De schorsse van den stam is effender dan die van de vorige, als mede dunder, en rosser. De bladeren zyn veel kleinder, en van tweederlei gedaante, want de voorste zyn die van de Lemoen Nipis gelyk, de achterste zyn van voren breet, en bykans in tween geklooft, als een hert, beide aan de kanten ongezaagt, doch van onderen niet witachtig, en zagt, gelyk de vorige, maar glad, en effen, met weinig en zeer schuinze ribben: De jonge takken zyn hoekig, en zeer gestreept, daar aan de blaadjes enkeld staan, die van de Lemoen Nipis zeer gelyk, en ook omtrent de spitze een weinig gezaagt, doch kleinder, gladder, en slapper, twee duimen lank, midsgaders schaars en breedt: Yder blad heeft ter zyden uit een lang doorntje, en aan 't zelve ziet men hier en daar diergelyke blaadjes, doch kleinder: De smaak is zamentrekkender, en de korls van pruimen of kerssen zeer nakomende, en werden wel tot Sayor gebruikt, by de steelen der bladeren komen ook kleine trosjes, gelyk de eerste schepzelen van de Garioffel-nagelen, en dewelke haar openen in bloempjes, wat grooter dan de vorige, en van 4. witte lankachtige blaadjes gemaakt, wat uitwaarts omgekromt, en aan haar bin-

lutis inſtar ſerici, ſtamina quædam in centro gerentes.

Fructus bini ternive ſimul dependent inſtar Olivarum, ab inferiore parte latiores, quamdiu ſunt inmaturi, maturi vero ex oblongo-rotundi ſunt inſtar Prunorum vel Lanſiorum, prope petiolum ſemper anguſtiores, ibique foveola inpreſſi, majores ſunt vera Vidara hic loci, & maturi fulvum præbent colorem, viridibus maculis externe variegati. Paucam gerunt carnem, & ſaporem dant acidorum pomorum, includentes nucleum magnum oviformem, in lignoſo, qui fragili putamine continetur, eſtque albus, & cinerea pellicula obductus, ſapore & ſubſtantia Corylorum, hic grati eſt ſaporis, ſi crudus edatur, ſed quod periculoſum eſt, ſi enim plures tribus comedantur, vertiginem capitis cauſſant, ventriſque commotionem, unde & nautæ noſtri illos *Schyt-pruimkens* ſeu *Nootjens* vocant, quum inprudenti ingurgitatione ipſorum experiantur effectum: Caro exterior innoxie cruda poteſt edi ad ſitim ſedandam, vel quod melius eſt, ſi muria fuerit condita, & inſtar aliorum Salgamatum uſurpetur.

Inmaturi fructus non ſunt acidi, ſed fere inſipidi cum quadam adſtrictione; Arboris lignum eſt durum, ſolidum, & durabile, radices vero ſunt craſſæ, & in arena prorepentes: Nullibi lætius creſcit hæc arbor quam in litore, ad fines & limites ſilvarum, vel in terra ſabuloſa, quæ plana eſt, arenoſa, & lapillis mixta.

Nomen. Latine *Vidara Littorea:* Malaice *Vidara Laut: Pyrard* Maldivenſi, Amboinenſi vero, Baleya, & Bucola lingua vocatur *Hitton Uſſi Layn,* h.e. *Limonellus Littoreus,* quum ſpinis ſuis & acido ſapore quodammodo ex Limonum genere videatur.

Locus. In omnibus occurrit Amboinenſibus inſulis, ſed non in omni littore, plurimæ vero in *Hitoes* & *Loehoes* ora creſcunt, ut & in *Celebe* & *Baleya*, ac forte in pluribus aliis inſulis.

Uſus. In Amboina raro ejus fructus uſurpantur & tantum a plebe inter piſces vel alios cibos crudi eduntur ad appetitum excitandum, & in itineribus ad ſitim ſedandam, primo autem decorticandi ſunt, addito pauxillo Salis, a quibusdam etiam muria condiuntur: Interni nuclei ſunt ſatis ſapidi, ſi crudi edantur, ſed uti ſupra indicatum fuit, vertiginem cauſſant, & alvum commovent, in uno vero magis quam in altero: Vidi enim ſex ſeptemve tales nucleos bonum præbere purgans ſervo, quum alii e noſtro populo dicebant decem quidem ſeſe comediſſe, pluresque deſiderabant, nec quidquam aliud experiebantur niſi levem vertiginem, & paucam ventris commotionem. Iidem hi nuclei innoxie quoque edi poſſunt aqua incocti, & dein contuſi, ſi per unam alteramve noctem in aqua macerentur pura, talique præparati modo, Sagumantæ miſcentur, & ex illis Sagu-panis coquitur, qui ab *Aſſa Hudi* incolis editur.

Radices cum aqua contritæ & propinatæ morbum curant, Malaicenſibus *Upas Purrut Banca* dictum, qui eſt *Colica flatulenta:* Lignum vero ob duritiem uſurpatur uti Lignum *Sappan* dictum, ad ligneos nempe clavos in navibus.

Ridicula quorundam ars & opinio eſt, qui hujus arboris fructus colligunt, ſi ſponte fuerint delapſi, ita ut eorum apex terræ ſit infixus, & inferior prope petiolum pars ſit elevata; eos aliis mixtos cibis objiciunt felibus, unde putant horum appetitum excitari, quo melius mures capiant.

Hæ arbores ſeu frutices in binas dividi poſſunt ſpecies, in ſpinoſas & mites, quarum prima proprie eſt *Vidara Laut,* quæ plurimas gerit breves ſpinas in rachibus; hujus folia maxime quoque *Limonis Nipis* folia referunt, & cortex trunci atque radicum notabilem habet amaritiem: Altera ſpecies oblonga & glabriora gerit folia, & raras vel fere nullas ſpinas in rachi: Primæ ſpeciei radix in uſum Medicum adhibetur, quæ detruncata conteritur & cum aqua propinatur. Ad ardorem vero exſtinguendum in febribus ardentibus, & contra abdominis & artuum lancinationes ramorum cortex eſt demordendus, & cum Pinanga maſticandus, & ipſi quoque rami ſine ferro ſunt ab-

binnenſte zyde met een zagte wolligheid als fulp, en van binnen met eenige draadjes.

De vruchten hangen ook twee en drie by malkander, als Olyven, aan 't voorſte of onderſte eind wat breder, zo lang zy onryp zyn, maar de rype werden langwerpigrond als pruimen, of Lanzen hier te lande, altyd by den ſteel op 't ſmalſte, en aldaar een kuiltje hebbende, zy zyn wat grooter dan de regte Vidara *hier te Lande, en ryp zynde hoog-geel, ook met eenige groene plekken, van buiten geſpikkeld: Zy hebben maar weinig vlees, en ſmaken als zuure Appelen, van binnen een groote Eivormige korrel of nootjen hebbende, het welk in een houtachtige doch broſſche ſchaal verbergt een witte heeſt, met een grauwe vlieskeu bekleed, van ſmaak en ſubſtantie, als de Haſel-nooten, zynde wel lieflyk om raauw te eeten, doch niet zonder gevaar, want als men meer dan drie daar van nuttigt, zo krygt men eenige duizeligheit in 't hooft, en ontroering in de buik, waaromze onze Matroſen ook Schyt-pruimkens of nootjens noemen, om datze by onvoorzigtige inſwelging der zelver kragt gewaar geworden zyn: Het buitenſte vlees kan men zonder zorg raauw eeten, om den dorſt te verſlaan, ofte ('t welk nog beter is) inpeekelen, en even als andere Adſjar gebruiken.*

De onrype vruchten hebben geene zuurte, maar zyn bykans onſmakelyk met eenige zamentrekking, het hout is hard, maſſyf, en durabel, de wortelen dik, en in 't zand kruipende. Het waſt nieuwers liever dan op ſtrand, aan de randen of boorden van 't Boſch, of op droog land, alwaar het ook vlak en zandig is, met wat kleine ſtenen vermengt.

Naam. *In 't Latyn* Vidara Littorea: *Na 't Maleyts* Vidara Laut: Pyrard *noemenze het in Maldivees, op Amboins, Baleis en Bucols* Hitton Uſſi Layn, *dat is* Limonellus Littoreus, *om datze met haare doorns en zuuren ſmaak eenigſints van 't Lemoenen maagſchap willen zyn.*


Plaats. *Men heeftze in alle de Amboinze Eilanden, doch niet op alle ſtranden, dan de meeſte vind men op het Land van* Hitoe, *en* Loehoe, *op Celebes en Baley groeienze mede, en miſſchien op andere Eilanden meer.*

Gebruik. *Zy werden in Amboina weinig gebruikt, en maar van ſlegte lieden tot viſſchen, en onder de koſt raauw gegeten, om appetyt te verwekken, en in 't reizen om den dorſt te verſlaan, doch men moetze eerſt ſchellen, en wat zout daar by doen, ook werdenze by zommige wel ingepekelt. De binnenſte heeſten zyn wel ſmakelyk om raauw te eeten, doch maken, als boven is gezegt, een kleine duizeling in 't hooft, en ontroeren den buik, hoewel by de eene meer dan by de andere: Want ik heb gezien, dat 'er 6. a 7. ſtuks een goede purgatie waren voor een ſlaaf, daar andere van ons volk verklaarden, datze wel tien ſtuks hadden opgegeten, en zogten 'er nog meer, zonder iets te gevoelen, dan een kleine duizeling, en rommeling in 't lyf. Dezelfſte korrels konnen ook bequamelyk en zonder ſchade of nadeel gegeten worden, als menze in water kookt, en daar na klein ſtampt, midsgaders een nagt of twee in vers water laat weken, en aldus zynde toebereidt, zo mengt menze onder* Sagumanta, *en bakt daar van* Sagu-broot, *het welk by die van* Aſſa Hudi *ook wert gebruikt.*

De wortel met water gevreven en gedronken, geneeſt de ziekte, by de Maleyers Upas Purrut Banca *genaamt, 't welk is een winderige kolyk, en het hout wert wegens zyn hardigheit ook gebruikt, als het Sappan-hout, tot houte nagelen in en aan de vaartuigen.*

Een belaggelyke kunſt is het van zommige, die de vruchten van dezen boom opzoeken, alsze van zelfs afgevallen zyn, zodanig dat de ſpitze in de aarde zit, en het achterſte by den ſteel opwaarts ſtaat: gevenze dezelve onder andere koſt de katten te eeten, waar vanze geloven, dat dezelve graag werden om muizen te vangen.

Men kan deze boomen of ſtruiken, in twee zoorten verdelen, te weten, in doornachtige, en in gladde, zynde de eerſte het eigentlyke Vidara Laut, en vol korte doornen aan de ryskens, de bladeren gelyken ook meer na Lemoen Nipis, en de ſchorſſe van den ſtam en wortel heeft een merkelyke bitterheid. De andere zoorte heeft lankwerpige en gladder bladeren, en weinige of gene doornen aan de ryskens: De wortel van de eerſte zoorte is tot de Medicyne gebruikelyk, men kaptze met een Parring af, vryftze en drinktze zo met water in: maar om den brand te verdryven in heete koortzen, en tegens groote ſteeken in 't lyf, en in de leden, moet men de ſchorſſe van de takken afbyten, en met Pinang kauwen, ook moet men de





Elaeagno orientali Willd. affinis. Ham.

abrumpendi: Altera vero species, quæ rarioribus armatur spinis, & pauciores dat fructus, non ita bona nec amara est.

Superstitiosa quoque ars apud incolas prævalet, & tanquam arcanum habetur ad Swangis seu Magos detegendos: Radicem sumunt optimæ seu spinosæ speciei, quam cum aqua & calce conterunt, illamque suspectis propinant hominibus, vel cum Pinanga offerunt, si inde ægre sese habeant, pro Swangis & Magis habentur, e contra eadem hæc radix cum aqua contrita est antidotum illis, qui putant sese esse incantatos.

de takken afbreken zonder yser: De andere zoorte, die niet veele doornen heeft, en minder vruchten draagt, is zo goet, nog bitter niet.

Daar is nog een superstitieus konstje, by den Inlander voor een secreet gehouden, om de swangis of Tovenaars te leeren kennen. Zy neemen de wortel van de beste, of doornachtige zoorte, wryvenze met water, en een weinig kalk, geven zulks de suspecte perzoonen te drinken of in Pinang te eeten, indienze haar qualyk daar van gevoelen, zo werdenze voor Swangis gehouden, daar en tegen dezelfste wortel in water gewreven, is een tegenbaat, wanneer iemant meent betovert te zyn.

Tabula Trigesima Septima

Ramum exhibet *Jujubæ litoreæ*, quæ *Vidara Littorea* a *Rumphio* vocatur.

De zeven-en-dertigste Plaat

Vertoont een Tak van de Strant *Jujube*, welke *Vidara Littorea* by *Rumphius* genaamt wert.

OBSERVATIO.

Hæc convenit cum *Jujuba Indica* spinosa folio & fructu longiore *Plukn. Almag. p.* 199. & *Ray. tom.* 3. *Dendr. p.* 44. quæ est Prunus Zeylanica, spinosa, folio longiore *Herm. Par. Bat. Pr. pag.* 367. & *Prunus* Zeylanica, spinosa longiore folio viridi, fructus officulo orbiculari scrobiculis referto *Plukn. Phyt. Tab.* 216. *Fig.* 6. quæ foliorum hirsutie & officulo irregulari variat. Vide in *Thes. Zeyl. pag.* 131 & 132 alias hujus species & varietates.

Ambæ hæ arbores nomine *Bidaræ arboris*, & *Bidaræ litoreæ* a *Valent. in Amboinæ descript. pag.* 191 occurrunt.

AANMERKING.

Deze komt over een met de Indische doornachtige Jujuba, met langer bladt en vruchten, zo als ze by *Pluknet.* in zyn *Almag. p.* 199. en by *Ray* in het derde deel in de *Dendr. p.* 44 genaamt wert. welke is de *Prunus Zeylanica, spinosa, longiore folio* van *Herman* in zyn *Parad. Bat. Pr. p.* 367. en *Prunus* Zeylanica, spinosa, longiore folio viridi, fructus officulo orbiculari scrobiculis referto van *Plukn.* in zyn *Phytogr. Tab.* 216. *Fig.* 6. dewelke van de voorgaande verschilt door ruige bladen, en zyn irreguliere Zaa-kern: de andere zoorten en veranderingen hier van zie in myn *Thes. Zeylan. p.* 131 en 132.

Deze twee boomen werden onder de naam van *Bidara-boom*, en *Strand-Bidara* by *Valent. pag.* 191 beschreven.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Lignum Colubrinum: Caju-Ular.

IN India Orientali varia hujus nominis ligna occurrunt, uti a *Garzia libr.* 1. *Arom. cap.* 44. tres ejus enumerantur species: omnes in Zeylana crescentes, tres itidem a *Christ. a Costa cap.* 33. commemorantur cum aliis quibusdam a *Carolo Clusio* in suis adnotationibus ad illa capita additis, quæ omnes a sese invicem differunt, quarum vero nullas species in hisce Orientalibus regionibus reperire potui, unde earum loco hic illam describam, quæ hodie pro unico & vero adhibetur *Ligno Colubrino*, vel hoc saltem nomine nota est, neque crescit in Zeylana, neque in Amboina, sed in Rotta, Timora, ac vicinis insulis, unde mihi quoque rami, foliis fructibusque onusti, ut & lignum transmissa sunt auxilio & cura generosi *D. Antonii Hurdt*, Indiæ Senatoris Ordinarii, & *Jacobi van Wyckersloot* supremi Capitis Timoræ (uti supra in capite Sandali fuit memoratum) unde & subjuncta figura delineata est.

Arbor hæc vulgo altitudinem & crassitiem habet *Limonii Nipis*, in quibusdam vero locis instar *Limonii Itam*, quæ truncum nempe gerit crassitiei hominis, vulgares vero non ultra crus sunt crassæ, harumque truncus non est rotundus, sed angulosus, & foveis inaratus instar Limoniorum, illarumque lignum est quoque durum, solidum, & flavescens, quod in inferiore trunci parte ac radicibus magis flavescit; Cortex vero est glaber, tenuis, & cinereus, lignoque adeo firmiter adhæret, ut decorticari nequeat, in radicibus vero est tenuis, & ruffus, plurimis tenuibus circulis obductus, & variegatus.

Rami in minores & firmos dividuntur laterales ramulos, qui folia sustinent, bina semper opposita, quæ cum subsequenti pari cruciformia sunt, uti in Limone Nipis, sed sunt breviora nec cordata, binos pollices longa, unum lata, cum apice obtuso & oris æqualibus seu integris: Ad petiolum vero tres concurrunt nervi, uti in vera *Vidara*, ab utraque parte folia sunt viridia & firma, inferiora autem sunt minora, ac plurimum con-

XLVI. HOOFDSTUK.

Slangenhout.

MEn beeft in Oost-Indien verscheide houten van dien naam, als by Garzias, lib. 1. Arom. cap. 44., *drie zoorten, alle op Ceylon wassende: Ook drie zoorten by* Christ. a Costa Cap. 33., *met nog eenige andere, die* Carol. Clus., *in zyne aantekening op dezelfste Kapittelen, daar by doet; alle van malkanderen verschillende, en waar van ik nog gene in deze Oosterze gewesten hebbe kunnen vinden, en zal daarom in derzelver plaatze alhier alleen beschryven het gene men hedensdaags voor het eenigste en opregtste Slangenhout gebruikt, of met dien naam meest bekend is, niet vallende of groeyende op Ceylon, nog in Amboina: Maar op* Totte, Timor, *en de bygelegene Eilanden, en van waar aan my ook de takken, met hare bladeren, vruchten, en blokken door de hulpe en gunstige bezorging van de Heer* Antoni Hurdt *Raad Ordinaris van Indiën, en* Jacob van Wyckersloot, *Opperhoofdt op Timor, (gelyk boven in 't Cap. van Sandel-hout vermelt staat) zyn toegekomen; en waar na ook de nevenstaande figuur is opgemaakt.*

Dezen boom is in 't gemeen zo hoog en dik, als een Lemoen Nipis-boom, doch op zommige plaatzen, als een Lemoen Itam, namentlyk met een stam zo dik als een man, daar de gemeene niet boven een dye dik zyn, niet rond, maar boekig, en met kuilen, als de Lemoen-boom, hebbende ook een diergelyke hard, vast, en bleek-geel-hout, 't welk aan de onderste stam, en de wortelen wat meer na den gelen is trekkende: Zynde de schorsse effen, dun, en graauw, en zo digt aan 't hout vast leggende, dat menze daar niet afschellen kan, voorts aan de wortelen dun en ros, met veele fyne circulen omvangen of omlopen.

De takken verdelen bun weder in styve zyde-takjes, daar de bladeren aan staan, twee en twee tegens malkander over, en in een schuin kruis zynde, gelyk die van de Lemoen Nipis, of wel wat korter, en zonder hertje, twee duimen lank, en een breet, met een stompe spits, en effene kanten: By den steel lopen drie zenuwen t'zamen, gelyk die van de regte Vidara, *aan weder zyden groen en styf, maar de achterste zyn noch kleinder, en*

conveniunt cum illis *Vidaræ Littoreæ*; omnes porro ramuli ſunt duri, undique foliis obſeſſi ſine ullis ſpinis, uti & tota arbor mitis eſt.

Flores forte ob convenientiam ex alis foliorum ramulorumque progerminant, nec multum ſine dubio different a floribus *Vidaræ*, quum fructus eodem creſcant modo bini, terni, & ad ſummum quaterni ſimul propullulantes, breviſſimis pedunculis erecti inſidentes, formamque referunt pomulorum, quidam perfecte ſphærici, alii vero oblongi inſtar *Vidaræ*, ejusdemque magnitudinis, omnes vero ſunt glabri, attamen completi, ſed punctulis notati inſtar Limonelli, ſuperius vero brevi & duro apice inſtructi. Juniorum fructuum color eſt viridis, vetuſtiorum vero obſcure luteus, ſenſim quoque fuſcus & obſcurus; ſub exteriore putamine humida reconditur medulla, quæ in maturis plurimum exſucca eſt, inque hac una, bina, ternave oſſicula ſeminalia, quorum ſolitaria inſtar nummi ſunt plana, ſed craſſiora, alia vero ſinuoſa, ſibique oppoſita: Omnia vero molli ac cinerea lanugine obducuntur inſtar ſerici, horum interna ſubſtantia eſt alba, & lenta inſtar Oſſiculorum Limonum, quæque in bina dividi poteſt ſegmenta. Cunctæ arboris partes amarum dant ſaporem, Limonum oſſiculis magis accedentem quam Abſynthio, plurima vero amarities in fructibus & radicibus apparet, ac præſertim in eorum corticibus, dein in inferiore trunci parte ac demum in foliis.

Radices, quæ non ſunt craſſiores brachio infantis, optimæ cenſentur, inque iis apparent verrucæ inſtar obtuſarum ſpinarum, quæ proprie extremitates vel veſtigia ſunt fibrillarum vel minorum radicum, quæ ex majori detruncatæ ſunt radice.

Natura quaſi demonſtrare voluit, quænam optima hujus arboris eſſet pars, & ante omnia radices creavit, quæ latiſſime ſub terra prorepunt, & ex parvo illarum fruſtulo in terra remanente demum excreſcit arbor priori ſimilis: Hæ autem radices diſſecantur in fruſta longitudinis pedis vel ulnæ, talesque in peregrinas mittuntur oras, illarum vero cortex non eſt ſeparandus, quum in illo maxima ſit amarities.

Nomen. Latine *Lignum Colubrinum*, & ad aliorum diſtinctionem *Timorenſe*, Belgice *Slangen-hout*: Malaice *Caju Ular* quod nomen, ut puto, accepit ex Zeylonenſi ligno, cum quo Timorenſe hoc amaritie, colore, & circulis, qui in tenuibus obſervantur radicibus, & quodammodo ſerpentis ventrem exhibent, convenit; In Timora & Rotthe proprie vocatur *Caju Naſſi*: Portugalli illud vocant *Pao de Cobra*, uti Zeylonenſe.

Locus. Hæc arbor ſilveſtris eſt, & creſcit æque in planis campis, ac in anteriore montium parte, in inſula *Rotthe*, quod optimum habetur lignum, dein Timorenſe, Wetterenſe, quod noſtratibus Etter vocatur, dein Lethenſe, ac porro in vicinis reperitur inſulis.

Uſus. A Rotthonenſibus & Timorenſibus hoc lignum antea in nullo habebatur pretio, uti & hodie vix ipſis æſtimatur: ſolent enim plurimum adhibere ad Towack amarum reddendum, tali modo, quo hic in Amboina Saguerus præparatur cum alia radice: Vulgaris ejus uſus eſt contra quartanas, ſi poſt horripilationem ejus enulum ad Cyathi quantitatem propinetur, ſi tanta nempe quantitas ſupra porphyritim cum aqua conteratur, ut turbida ſit, ac dein talis ſeſe ad ſudores componat in lecto. Eodem quoque modo, ſed tenuior facta emulſio adſumitur ad ventriculum corroborandum, & ejus mucum, qui concoctionem inpedit, conſumendum: Quidam etiam commiſcent cum *Cajoe tay*, ſi contra febres exhibeant. Utrumque vero hoc ingratum dat ſaporem & odorem, qui autem facile ſuperatur, ſi hauſtus puræ aquæ ſuperbibatur, vel os colluatur. *Cajoe tay* additur, quum ſudores facile provocet, ardoremque exſtinguat. Ex craſſiſſimis fruſtis quidam crateres formant, quos curioſe ſervant ac religioſe, præſens putantes ſeſe habere remedium, ſi ex his tempore febrili potum inbibant, inutile autem boni hujus ligni diſpendium cenſeo, ſiquidem non legitime aquam continet, ſed etiam per dimidiam diei partem infundi oportet, antequam ſit amara, prætereaque, ſi ter quaterve in hunc uſum & pal-

en gelyken meer die van Vidara Littorea, *zynde voorts alle de takjes hard, vol met de blaadjes bezet, en zonder eenige doornen, als mede de geheele boom.*

De bloemen zullen mogelyk wegens hun gedaante uit den ſchoot der bladen en zyde-takjes voortkomen, en apparent niet veel van Vidaras *bloeizel verſchillen; want de vruchten waſſen op die zelve manier, twee, drie, en ten hoogſten vier by malkander, op ſtyve en zeer korte ſteeltjes, meeſt over eind ſtaande. Zynde dezelve als kleine Appeltjes, zommige regt kogel-rond, en andere wat lankwerpig, als* Vidaras, *zommige ook zo groot, doch alle volkomen, effen, en buiten op met kleine pukkeltjes, gelyk de Lemoentjes, en boven op met een kort, en hard ſpitsje. De coleur van de jonge vruchten is groen, en van de oude donker-geel, ook metter tyd rook-verwig, en wat bruin, onder de buitenſte ſchaal leid een vochtig merg, (het welk in de rype meeſt opdroogt) en daar in een, twee, en drie zaad-korrels, waar van de enkelde plat zyn, als een penning, doch wat dikker, en de andere bogtig, en tegens malkander aan, of over ſtaande: Alle bekleedt met een zagte en graauwe dons, als Satyn, van binnen met een witte en taye ſubſtantie, gelyk de Lemoen-korrels, dat zig ook in tween laat deelen. Al wat aan den geheelen boom is, heeft een bittere ſmaak, de Lemoen-korrels naderkomende, dan den Alſem, doch de meeſte bitterheit proeft men in de vruchten, en wortelen, en voornamentlyk in derzelver ſchorſſe, daar na in de onderſte ſtam, en ten laatſten in de bladeren.*

De wortelen, die niet dikker zyn dan een kinder arm, houd men voor de beſte, en men ziet daar aan eenige vratten als ſtompe doorns, zynde eigentlyk de einden van de hairige vezelingen, of kleine worteltjes, die men van de groote wortelen afgeſneden heeft.

De natuur heeft ook betonen willen, welk het beſte deel van dezen boom zy, hebbende voor of boven andere deelen de wortelen daar toe geſchapen, want dezelve zeer wyt en breet onder de aarde ſchieten, en van een klein ſtukje, dat in de aarde wert gelaten, of blyft leggen, groeit door lankheit van tyd weder een boom met zyn wortel, gelyk de voorige: werdende deze wortels gekapt in ſtukken van een voet of een elle, en zo na vreemde plaatzen verzonden, en men moet 'er de ſchorſſe nooit afnemen, om dat de meeſte bitterheid daar in ſteekt.

Naam. *In 't Latyn* Lignum Colubrinum, *en tot onderſcheid van andere* Timorenſe: *In 't Duits Slangen-hout. Op Maleyts* Caju-Ular, *hebbende deze naam bekomen, zo ik giſſe, na de Slangenhouten van Ceylon, met welke het Timorenſe in de bitterheit, coleur, en circulen, die men aan de dunne wortelen ziet, (en eenigſints een buik van een Slange willen verbeelden) overeenkomt: Op Timor en Rotthe hiet het eigentlyk* Caju Naſſi. *De Portugeezen noemen 't* Pao de Cobra, *gelyk het Ceylonſche.*

Plaats. *Dezen boom waſt in 't wild, zo op vlakke velden, als in 't voorſte van 't gebergte, op 't Eiland* Rotthe, *'t welk ook voor het beſte werd gehouden, daar na op Timor, Wetter, by de onze Etter genaamt,* Lethi, *en 't groote Land, ende midsgaders de daar by gelegene Eilanden.*

Gebruik. *By de Rotthineezen en Timoreezen was dit hout voor dezen in geene achting, gelyk het ook nog niet en doet: Want zy plegen het meeſt te gebruiken, om haren Towack daar mede bitter te maaken, op zodanigen wyze, als men hier in Amboin den Sagueer met een andere wortel deed: Zyn ordinaaris gebruik is tegen de derdendaagſche koortze, als men na de huivering daar van een Thee-kopje vol inneemt, te weten, zo veel op een ſteen met water gevreven, dat het water effen daar van troubel wert, en daar op gaat men ſweten. Op dezelfſte manier, doch wat dunder toegemaakt, neemt men het ook in, om de mage te verſterken, en de ſlymerigheit, die daar in zit, te verteren: Zommige mengent ook wel met* Cajoe Tay, *als zy 't tegens de koortze willen ingeven: Beide een vileine reuk en ſmaak uitmakende, doch die echter ligt te verwinnen is, als men een ſlokje of teugje zuiver water daar op drinkt, en den mond uitſpoelt: Het* Cajoe tay *gebruikt men daar by, om dat het doet ſweeten, en den brand vermindert. Uit de dikſte ſtukken laten zommige wel bekertjes drayen, en dieze voor een groote rariteyt houden, quanſuis als dan een gereet middel hebbende, om in de koortzen daar uit te drinken; maar ik houde dat voor een onnutte verſpilling van 't goede hout, want het zelve niet alleen ter degen geen water hout, maar dat moet ook wel een halven dag daar in ſtaan, eer het bitter word,* en



Strychnos colubrina. L.

pallide flavescentis coloris: Bataviæ quidam debili admiscent Arack, cum eo rectificant, & utuntur in quotidianam potiunculam loco vini Absynthitis. Si bina rasuræ hujus ligni cochlearia heminæ vini albi infundantur, amarum quidem fit, sed non ita est gratum, ac quod cum tinctura Absynthii est inprægnatum: Nostra natio in Japoniam illud venale adduxerunt lignum, ubi primum in magna habebatur existimatione, satisque caro vendebatur pretio, quum vero avarities deciperet inpostores, qui maxima id secum ducebant copia, spernebatur, & pro ligno focario habebatur, Japonensium enim mos est, nihil in pretio habere, nisi quod raro vel pauca tantum quantitate adducitur.

Huic quoque ligno vis adscribitur omne lumbricorum abdominalium genus expellendi, & optime resistendi morsui venenatorum animalium: Qui autem ulterius Zeylanensium Lignorum Colubrinorum cognitionem desiderat, illum amandamus ad *Garziam ab Orto libr.* 1. *Arom. cap.* 44. *Christ. Acostam. cap.* 33. & ex neotericis scriptoribus *Philipp. Baldeum* in *Zeylanæ Historia libr.* 2. *cap.* 49. ubi ab ipso Cinghalensium lingua *Nay-Lelli* vocatur. ut & scripta D. *Pauli Hermanni*, qui suum lignum Cinghalensi lingua dicit *Eha-Weya*, habetque pro Clemati Indica foliis Persicæ, & Caprifolii fructibus, ac pro prima specie Ligni Colubrini a *Garzia* descripti, & ab ipso, ut patet, male vocatum *Cametul*, licet in ejus manuscripto vitiose legatur *Rametul*, dicitque *Cametul* radicem esse primo dulcem, sed simul acrem, linguamque vellicantem, cutique inpositam vesicas excitare, ac Cinghalenses hanc contusam morsui Serpentis Viperæque inponere.

Inquirendum porro nobis est, quænam *Accar Lussa Radja* h. e. radix *Lussa Radja* sit, de qua annotandum est, radicem esse minorem digitum crassam, flavescentem quoque, ac parum amaram esse, quæ arbusculam minorem emittit, in insula Lussa Radja, vel proprie Nussa Radja, h. e. regia insula, quum septem illam inhabitent Reges, sitaque sit ad borealem partem majoris insulæ, & inhabitetur ab infida ac maligna gente, cum qua tamen Portugalli Larentouquenses commercium exercent, a quibus etiam hæ radices sunt conquirendæ, quæ laudantur contra omnia assumptorum venenorum genera, quæ vomitu rejiciuntur, & uti dicitur, vires Ligni Colubrini Zeylonensis detectas esse ab animalculo *Quir* seu *Quilpele*, ita etiam testantur, harum radicum virtutes, quas juxta insulam *Lussa Radja* denominant, forte fortuna detectas esse a piscatoribus quibusdam, qui pisciculos alligaverant funiculis ex longis hujus arboris flagellis confectis, & comperiebantur, illos contra naturam aliorum captorum piscium quam diutissime in vivis superstitisse, unde concludebant, huic ligno vivificantem vel vitam longe conservantem virtutem inesse, harum radicum binæ mihi oblatæ fuere species: Una ex ista insula Lussa Radja delata, quæ tenuis est & flavescens. Altera vero crassior & magis flava seu lutea, in Timora crescens, utræque vero satis amaræ sunt, sed neutiquam cum ligno Colubrino comparandæ.

en daar en boven als men 't 3. a 4. maal gebruikt heeft, verliest het zyn kragten, en blyft een ongezien stuk houts van een doodze bleek-geele coleur, op Batavia doen 't zommige in slappen Arack, halen den zelven daar mede over, en gebruiken het tot een dagelyks soopje, in plaats van Alssem-wyn, om de mage te versterken: met een paar lepels vol van het schrapzel of zaagzel kan men ook wel een kanne witte wyn bitter maken, doch hy is zo aangenaam niet, als de gene die met Extract van Alssem word gemaakt. Onze Natie hebben 't ook in Japan te koop gebragt, alwaar het voor eerst wel in groote estime was, en dienvolgende dier verkogt wierde, maar als de gierigheit de navolgers verleide, het zelve aldaar in groote menigte aantebrengen, zo wierd het veracht, en voor brandhout gehouden, zynde dit der Japanders maniere, geen ding kostelyker te houden, dan dat men daar of weinig, of zelden aanbrengt.

Men schryft dit hout ook de krachten toe van alderley zoorten van buik-wormen uit te dryven, en krachtig de beten der venynige dieren te wederstaan. De geene die nu verder van het Ceylonze Slangen-hout onderrigting begeeren, zullen wy wyzen tot Garzias ab Orto, *eerste boek* Arom. cap. 44. Christ. Acostam, cap. 33. *en van de nieuwe Schryvers, de Ceylonze Historie van D.* Philippus Baldeus, *tweede boek, cap.* 49. *daar hy 't in het Zingalees* Nay-Lelli *noemt: Als mede tot de schriften van* Do. Paulus Hermannus, *die het zyne in 't Zingalees noemt* Eha-Weya, *en houd het voor een Clematis Indica, met bladeren, als een Persick-boom, en vruchten, als het* Caprifolium, *als mede voor de eerste zoorte van* Lignum Colubrinum, *by* Garzias *beschreven, en door den zelven, zoo hy meent, qualyk* Cametul *genaamt, (hoewel in zyn Exemplaar qualyk* Rametul *staat) en daar tegen zeidt hy, dat* Cametul *zy een wortel, in 't eerste zoet van smaak, doch daar by scherp en op de tong bytende, en op de huid gelegt zynde daar bladeren op trekkende, en de Zingalezen leggenze gestoten op de beten van een Viper-slange.*

Nu staat ons noch te onderzoeken, wat Accar Lussa Radja, *dat is* Radix Lussa Radja, *voor een wortel zy: En dien aangaande moet men weten dat ze heeft de dikte omtrent van een pink, ook datze geel-achtig, en maar een weinig bitter is, komende van een boompje, 't welk groeit op 't Eiland Lussa Radja, of eygentlyk Nussa Radja, dat is Konings-Eiland, om dat 'er zeven Koningen op wonen, en is gelegen aan de noord-zyde van 't groot Eiland, ende bewoont van een ontrouw en boosaardig Volk, daar egter de Portugeezen op Larentouque mede handelen, en van dewelke men ook deze wortelen bekomen moet; Zy werden geprezen tegens alle ingenomen vergift, datze met braken uitwerpen, en gelyk men zegt dat de krachten van 't Slangen-hout op Ceylon door het beesje* Quir *of* Quilpele *gevonden zy, zoo zeggenze, dat de krachten van deze wortelen (dieze na het Eiland* Lussa Radja *noemen,) by geval ontdekt zyn door eenige Visschers, die haar visschen gesnoerd hadden aan eenige touwetjes van de lange ryskens dezes booms gemaakt, en bevonden, dat dezelve tegens de natuur van andere gevangene visschen, lange by 't leven blyven, waar uit zy dan besloten, dat in dat hout een levend-makende, of levend-conserverende kragt moeste zyn. Van deze wortelen zyn my twee zoorten getoond: de eene van het voornoemde Eiland Lussa Radja komende, is dun en bleek-geel: doch de tweede is dikker, en wat hoger-geel, vallende op Timor, en beide redelyk bitter, doch geensints met het Slangen-hout te vergelyken.*

EXPLICATIO

Tabulæ Trigesimæ Octavæ,

Quæ exhibet ramum *Ligni Colubrini Caju Ular* dicti, ubi Litt. A. *fructum naturali* exhibet *forma* & *magnitudine.*

B. *Fructum apertum*, ut ejus *nucleus* conspiciatur.
C. C. *Nucleum ipsum* & in *bina segmenta* separatum.

UYTLEGGING

Van de acht-en-dertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het *Slangen-hout Caju Ular* genaamt; vertoonende de Letter A. de vruchten in natuurlyke grootte.

B. Dezelve geopent, op dat de binnenste korrel gezien wert.
C. C. De binnenste korl daar uitgenomen, en in tween verdeelt ofte gespleten.

OBSERVATIO.

Varias in India reperiri arbores, quæ *Lignum Colubrinum* vulgo dictum ferunt, ex variis præter nostrum constat auctoribus, quorum primarii hac de re consulendi sunt *Casp. Commel. in Fl. Malab. p.* 63. *Breyn. Prodr.* 2. *p.* 97 & 98. *Dale Pharmac. p.* 357 & 358. *Herm. Par. Bat. Pr. p.* 357. pluresque alii, quos collegi in *Thes. Zeyl. p.* 141 & *p.* 171. qui varias hujus ligni proposuere species & arbores, inter quas præ omnibus excellunt Caniram *H. Malab. Tom.* 1. *Tab.* 37. Tsjeru Katu Valli-Caniram *H. Mal. Tom.* 7. *Tab.* 5. & Modira-Caniram *Tom.* 8. *Tab.* 24. Quænam autem harum arborum genuina sit species, quæ famosum illud, sed simul suspectum admodum ferat lignum, non facile est determinatu, *Sam. Dale Modira Caniram* Lignum Colubrinum esse sentit; *Breynius* in *Prodr.* 2. *Horti Malab. Figuram* in *Tom.* 7. & *Caniram Tom.* 1. huic annumerat, quæ *Rumphii* figuræ etiam proxime accedunt, ut & illa, quæ *Tab.* 5. *Fig.* 2. novæ editionis *Breynii* exhibetur. Clar. *Hermannus* in *Mat. Med. part.* 1. *cap.* 3. testatur esse radicem arboris Timorensis lignosam, cujus fructus sunt *Nuces Vomicæ majores* officinar. Quæ eadem sine dubio est arbor ab auctore nostro descripta, quum hæc in Timora plurimum occurrat. in *Ray tom.* 3. *Dendr. p.* 169. Lignum Colubrinum *Marungal* dictum describitur, cui eximiæ virtutes medicæ tribuuntur, & in ejus *Appendic. p.* 88. inter arbores venenatas binæ aliæ ligni Colubrini species recensentur, ita ut non mirum sit, superioribus jam temporibus multas de hisce arboribus conjecturas fuisse prolatas & motas, uti videre est inprimis in *Casp. Bauh. Pinac. lib.* 12. *sect.* 6. & in *Joh. Bauh. Tom.* 1. *libr.* 3. *p.* 179. Lignum Colubrinum in *Linschoteni itinerario pag.* 95 quoque describitur.

AANMERKINGE.

Dat 'er verscheide Boomen in de Indiën gevonden werden, die het *Slangen-hout* voortbrengen, blykt uit veele andere, als by onzen Schryver aangehaalt zyn, getuigens, waar van de voornaamste over deze zaak te raatplegen zyn de volgende, als *Casp. Commelin* in zyn *Fl. Malab. p.* 63. *Breyne* in zyn *tweede Prodr. p.* 97 en 98. *Dale* in zyn *Pharmac. p.* 357 en 358. *Herman.* in de *Parad. Batav. Prodr. p.* 357. en meer andere, welke ik in myn *Thes. Zeyl. p.* 141 en 171 aangehaalt heb, die verscheide zoorten en bomen hier van hebben voorgestelt, onder welke boven andere uitmunten de Caniram van de *Hortus Malabaricus* in het *eerste deel Tab.* 37. de *Tsjeru Katu-Valli Caniram* in het *zevende deel Tab.* 5. de *Modira-Caniram* in het *achtste deel Tab* 24 beschreven en verbeelt. Doch welke van deeze boomen de opregte zoort zy, die het waare vermaarde, dog teffens zeer suspecte *Slangenhout* geve, is niet ligt te bepalen: *Sam. Dale* hout daar voor de *Modira Caniram*. *Breynius* de *Caniram* van het *eerste deel*, en die in het *zevende deel* op *Tab.* 7 verbeelt wert, die met de *Figuur* van *Rumphius* ook 't best overeenkomt, als mede die in de nieuwe uitgaaf van *Breynius* op de *vyfde plaat Figuur* 2 verbeelt wert. De vermaarde *Herman* in het *eerste deel capitt.* 3. van zyn *Materia Medica* getuigt, dat het een *houtige wortel* zy van een *Timoreese boom*, welkers vruchten zyn de *Nuces Vomicæ majores*, ofte de groote kraan-oogen van de Drogisten, welke ook zonder twyffel dezelve boom is van onzen Schryver beschreven, wyl die op Timora ook 't meeste gevonden wert; in het *derde deel* van *Ray* in de *Dendrol. p.* 169. wert een Slangenhout, *Marungal* genaamt, beschreven, waar aan veele voortreffelyke Medicinale krachten werden toegeeigent, en in deszelfs *Appendix* op *p.* 88. werden onder de venynige boomen twee andere zoorten van *Slangenhout* opgetelt; zo dat het niet te verwonderen is, dat in voorige dagen veel gissingen over deze boomen en dit hout al bygebragt en te voorschyn zyn gekomen; gelyk te zien is voornamentlyk by *Casp. Bauhinus* in zyn *Pinax lib.* 12. *sect.* 6. en by *Joh. Bauh.* in zyn eerste deel, *derde boek pag.* 179. het Slangenhout wert mede in *Linschotens Scheepvaart. pag.* 95 beschreven.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Radix Deiparæ. Rais Madre de Deos.

V*Idaræ* speciebus & hæc quoque adnumeranda est arbuscula, quæ in multis Indiæ locis crescit, sed, quantum novi, in arte Medica non adhibetur nisi circa Malaccam, ubi ab antiquioribus temporibus a Portugallis celebrata est, ejusque radix pro pretioso medicamento per Indiam divendita. In nullis hactenus scriptis ejus inveni mentionem, sed circa annum 1654 cœpit mihi innotescere ex relatu D. *Arnoldi de Vlaming van Outshoorn*, tum temporis nostri inperatoris & Archithalassæ, qui antea gubernator fuerat Malaccæ, unde viginti quatuor annis post illam quoque accepi, atque ex ejus forma comperi, hujus spuriam quoque speciem crescere in vicina Celebe, unde ejus descriptionem hic simul inserere atque subjungere decrevi.

Arbor itaque altitudinem & crassitiem habet Limonis Nipis vel Vidaræ, uti a Portugallis pro silvestri quoque Vidaræ specie habetur, itaque denominatur, plurimum tam humilis & incurva est, ut magis fruticem quam arbusculam referat, omnes autem ejus rami undique obsessi sunt horrendis longis, ac firmis spinis, binis oppositis, binaque paria crucem efformant, uti in Rhamno, ad cujus genus hæc quoque pertinet, quæ spinæ inprudentes dolorifice lædunt, ita ut pars læsa intumescat: Ex spinarum alis folia progerminant cruciatim quoque opposita, sed in ramorum parte inferiore solitaria, in superiore vero unum alterumve foliolum ex majorum alis propullulat, quam maxime accedentia ad *Vidaræ Littoreæ* folia, paulo vero minora; Horum majora binos transversales digitos sunt longa, pollicem lata, firma, ad oras non dentata, inferius cinerea, & lanuginosa, saporis pinguis: In ipsis quoque spinis talia apparent foliola, sed

XLVII. HOOFTSTUK.

St. Mariaas wortel.

O*Nder de geslagten van* Vidara *geboort mede dit boompje, 't welk op veele plaatzen van Oost-Indien wast, maar echter, myns wetens, niet tot de Medicyne gebruikt werd dan omtrent Malacca, alwaar 't van oude tyden by de Portugeezen is vermaard, en voor een kostelyke wortel door geheel Indiën vervoert geworden. Ik heb tot nog toe in gene schriften mentie daar van gevonden, maar ontrent het jaar* 1654. *daar van eenige kennisze gekregen uit het mondelyk verhaal van den Edelen Heer* Arnold de Vlaming van Outshoorn, *onze doenmalige Veltoverste en Admiraal, die te voren geweest is Gouverneur op Malacca, van waar ikze wel* 24. *jaar daar na hebbe laten tot my overkomen, en uit deszelfs gedaante bemerkende, dat ook een bastaart zoorte daar van op ons naburige Celebes valt, zo heb ik hare beschryvinge albier mede willen inlyven of ter neder zetten.*

Den boom dan is van de grootte en dikte als een Lemoen Nipis boom, of Vidara, gelyk hy ook van de Portugeezen voor een wilde Vidara gehouden en zo genaamt wert, merendeels zo laag en krom, dat hy meer een heester, dan een boompje gelykt, alle de takken zyn bezet met yzelyke lange en styve doornen, twee tegens malkanderen over, en met hun vier in 't kruis staande, gelyk aan de Rhamnus *of Kruisdoren, onder wiens geslagte dit ook geboort, en welke doornen de onvoorzigtige zeer pynelyk quetzen, en het gestookene lid doen opswellen: Achter de doornen staan de bladeren ook in 't kruis tegens malkander, en aan 't achterste van de takken enkeld: Aan de voorste hebbenze een of twee blaadjes uit hare schoten kyken, zeer na by overeenkomende met de* Vidara Littorea, *of wel zo klein, de grootste zyn twee dwers vingers lank, een duim breet, styf aan de kanten, ongezaagt, van onderen wat grauw en wolachtig, van smaak als vet en smeer; Aan de doornen zelfs vind men ook diergelyke blaadjes,*

sed multo minora, instar nempe unguis digiti, rami sese dividunt in minores firmos, cruciatosque: Flores sunt parvi, flavescentes, & lanuginosi, instar *Vidaræ Laut.* Fructus quoque instar ejusdem sunt Vidaræ, sed minores, instar semi-adultarum Olivarum, superius obtusi, inferius angusti, qui calculo insident quadrifido, angusto, ac solitarii, vel bini, ternive simul locantur, primo virides, dein ex cinereo flavi, edendo inutiles, ossiculum continentes durum, sed non ita rugosum ac Vidaræ: Lignum est pallidum, satis durum, intusque parvo fungoso corde seu medulla repletum, inferior vero trunci pars ac radices sunt solidæ: Ejus radices sunt longissimæ, transversaliter sese extendentes, sed non profunde sub terra, crassitiem plurimum habentes digiti vel pollicis, externe obscure cinereæ, interne flavescentes instar Liqueritiæ, detruncatæ vero ad oras magis lutescunt instar nempe Rhabarbari: Recentium radicum sapor parum amaricat cum leni adstrictione, quæ cito tamen evanescit, gratamque aromaticam dulcedinem relinquit, præsertim vero illarum cortex, qui omnino similis est *Pulesari* cum Aniso mixto; saltem talem observavi in radicibus a Pastore *Theodoro Sas*, & cive Malaccensi *Regnero Bronken* transmissis, unde nequeo comprehendere, cur ab aliis amaræ habeantur, vel illud intelligere forte vellent de supra notata levi amaritie, quæ in recentibus forte radicibus magis prævalet; Memoriæ nobis prodiderunt Portugalli, tanquam antiqui Malaccæ possessores, quod & a nostra quoque natione ita censetur, magnum hujus arboris radicum esse discrimen, immo tantum, ut illæ, quæ sese ad Borealem extendunt plagam, pretiosum sint medicamentum, immo antidotum, e contra vero, quæ ad Zephyream terminantur partem, nocivas, immo venenatas esse, Orientales vero & Occidentales virtutum expertes censentur: Hoc autem inpenetrabile naturæ artificium esset, si non fallat illud experimentum: iste saltem memoratus civis Belga atque senior istius urbis sancta fide summaque persuasione mihi asseruit, illud ibi rite exploratum & verum compertum fuisse.

Hoc autem naturæ miraculum in nullo alio observabatur loco, nisi in quodam Malaccæ urbi vicino, atque hoc circa illam non ubique, sed tantum in talibus arbusculis, quæ in & circa monticulum *Sti. Francisci*, seu Boukit 't Sina crescunt, qui per horæ quadrantem ab urbe distat, ubi antea Sinenses, seu posteri famosi inter illos inperatoris *Sampo* habitaverunt.

Amatores itaque seu naturæ indagatores monitos esse volo, ut hoc naturæ arcanum ulterius inquirant, an nempe (sepositis Sinensium Catholicorumque superstitionibus) hoc mirum discrimen hujus regionis naturæ sit adscribendum, an vero hoc in omnibus reliquis observetur locis, hoc enim a nulla alia hactenus natione, in sua Patria, in qua tamen crescit, indagatum vel expertum fuit.

Nomen. Latine *Vidara Agrestis*, juxta Portugallicum *Macana de Mato* h. e. silvestris Vidara. Ac medicinalis radix ad Borealem sese extendens plagam peculiari nomine Portugallis dicitur *Rais Madre de Deos* h. e. Latine *Radix Deiparæ*, quod nomen ipsi inditum est ob excellentes ejus virtutes, vel quia quotannis a Portugallis die Mariæ Sacrato h. e. secundo Februarii radices hæ eruebantur, hodie autem per totum effodiuntur annum, optimum autem est, si hoc fiat mensibus siccis: tota porro arbuscula Malaicensibus dicitur *Bulangan*, in Java & Baleya *Bangyan*, ulteriore vero indagine comperi, Bangyan alium esse spinosum fruticem, in Celebe *Lowara*, & Java *Warren* vocatum.

Locus. Optima, uti dictum est, radix crescit circa Malaccam, quæ nempe ad usum medicum usurpatur, in aliis tamen itidem crescit insulis, uti in Sumatra, Java, Baleya, & Celebe, ac præsertim in ejus plaga Orientali in regno Tambucco: Boegenses dicunt hanc quoque arborem in sua Patria esse copiosam, ipsisque etiam vocatur *Lowara*, puto autem a priore differre, illa enim Boegensium in altam excrescit arborem foliis majoribus, ac ligno duro, fructibusque quodammodo edulibus.

Usus.

jes, doch veel kleinder, te weten als een nagel van een vinger, zo verdelen haar ook de takken in veele styve en korte ryskens, mede in 't kruis staande: Het bloeizel is klein, bleek-geel, en wolachtig, gelyk dat van Vidara Lauwt*: De vruchten zyn ook als van dezelfste Vidara, doch kleinder, te weten als halfwassene Olyven, van voren breet, achter smal, staande op een vier-spitzig sterretje, en twee en drie by malkander hangende, eerst groen, daar na graauw-geel, onbequaam om te eeten, van binnen met een harde steen, doch zo gerimpelt niet, als die van de Vidara, het hout is bleek, redelyk hard, en van binnen met een klein voos hert, doch de onderste stam en wortelen zyn massyf, de wortelen zyn zeer lang, en verspreiden hun overdwers, doch niet diep onder de aarde, meest de dikte hebbende van een vinger of duim, van buiten donker-graauw, van binnen bleek-geel, als zoethout, maar afgekapt bestervenze aan de kanten wat geelder, te weten als* Rhabarbar. *De smaak van de versche wortels is een weinig bitter, met een kleine zamentrkking, die doch haast vergaat, en een aangename zoete specery achtigheit nalaat, en inzonderheit de schorsse, zynde ten eenemaal als* Pulesari *met Anys gemengt, immers zo hebben wy bevonden de wortelen, die ons van Malacca door den Predicant* Theodorus Zas, *en den Mallacsen Burger* Reinier Bronken *toegezonden zyn, dierhalven ik niet bezeffen kan, waaromze van anderen voor bitter gehouden werden, of zy moesten 't zeggen van de bovengemelde kleine bitterheit, dewelke misschien in de versche wortel wat merkelyker is. Nu hebben ons de Portugeezen, als oude bezitters van Malacca nagelaten, en 't is tot nog toe by onze Natie aldaar aldus aangenomen, datter een groot verschil onder de wortelen van dezen boom gevonden wort. Ja zodanig dat de gene die na 't Noorden loopen, een kostelyk Medicyn, en tegen-gift zouden zyn, en dat daar en tegen de gene, die na 't Zuiden lopen, schadelyk, ja vergiftig zouden wezen: Doch die van 't Westen en 't Oosten houd men voor onkragtig, en 't welk voorwaar een ondoorgrondelyk meesterstuk in de natuur zoude wezen, zo anders het onderzoeken en proberen der zelver niet bedriegt: Immers den voornoemde Nederlandzen Burger, en Ouderling van die stad, heeft my met een hoge betuiging verzekert, dat zulks aldaar wel ter degen onderzogt, en genoegzaam ervaren zy.*

Doch dit mirakel der natuure zoude op geen andere plaatzen bespeurt werden, dan alleen omtrent de stad Malacca, en dat aldaar ook niet over al, maar alleenlyk aan zodanige boompjes, die op en ontrent het bergsken van St. Francisco *of* Boukit *'t Sina staan, zynde een quartier uurs buiten de stadt gelegen, en daar voor dezen Sineezen, of de nakomelingen van den onder hunlieden vermaarden Admiraal* Sampo *gewoond hebben.*

De Liefhebbers en onderzoekers van de natuur wil ik dan vermaanen, datze dit geheymenis der natuur wat nader komen te onderzoeken, namentlyk of (Chineeze en Roomsche superstitie aan een zyde gestelt) dit wonderbaar onderscheidt den eigen aard van dit Land toe te schryven zy, ofte dat het aan alle plaatzen zoude konnen geschieden: want het tot nog toe van geene andere Natiën in haar Land (daarze nogtans wast) onderzogt of bevonden is.

Naam. *In 't Latyn* Vidara Agrestis, *na 't Portugeze* Macana de Mato, *dat is wilde Vidara: En de Medicinale wortel aan de noord-zyde leggende, hiet in 't byzonder by de Portugezen,* Rais Madre de Deos, *dat is in 't Latyn* Radix Deiparæ, *zynde haar die naam gegeven wegens hare uitmuntende krachten, of om datze jaarlyks by de Portugeezen op den dag van Maria Ligt-mis, dat is den tweede February gegraven wierden; dan hedendaags graaft men ze 't heele jaar door, beter en doch bequamer in de droge Mousson: Voorts word de geheele plante by de Maleyers genaamt* Bulangan, *op Java en Baley* Bangyan, *doch by nader onderzoek bevinde ik Bangian een andere doorn-struik te zyn, op Celebes* Lowara, *en op 't Javaans* Warren *genaamt.*

Plaats. *De beste, als gezegt, wast omtrent Malacca, te weten die men tot Medicynen gebruikt, groeyende mede wel op andere Eilanden, doch tot Medicynen aldaar onbekent, als op Sumatra, Java, Baley, en Celebes, en inzonderheid aan deszelfs oost-zyde, in 't Koninkryk van Tambucco: De Boegis zeggen dat dezen boom by haar ook overvloedig zy, insgelyks hebbende de naam van* Lowara, *maar ik meen, datze van de voorgaande verschilt, want die van de Boegiezen wort een groote boom, met grootere bladeren, en een hard hout, en ook eenigsints eetbare vruchten.*

Gmelina arborea. Ham.

Ge-

Usus. Cum hæ arbores & radices in Amboina non crescant, nec hic in usu sint, hinc illa adducam, quæ ab istis D. *Theodoro Zas*, & *Regnero Bronken* de illarum qualitatibus & viribus mihi relata sunt, uti & ista ex posterioris litteris 15 Octobr. 1678. ad me datis hic inseram.

Qui has desiderant effodere radices, secum sumunt ferreos vectes, & Indicem magneticum; vectes, quum sit solum admodum lapideum, quod palâ transfodi nequit, & quum hæ radices nimium læderentur, si jam eo perventum sit, ut istæ appareant radices, tum index magneticus in usum vocatur, & attenditur accurate, ut istæ eruantur, quæ Borealem spectant plagam, quæ veræ sunt radices *Rais Madre de Deos*, quæ vero ad Austrum sunt sitæ, sibi relinquuntur nec effodiuntur, quum pessimum sint venenum, directe oppositæ Borealibus, nec ullum habent nomen, quæ vero ad Orientem & Occidentem crescunt, nullas habent virtutes, quo autem propiores sunt polo Arctico, eo magis participant de plagæ borealis viribus, sic quoque sese habet cum iis, quæ Australi polo vicinæ sunt.

Hæc *Rais Madre de Deos* Portugallis magno est in pretio, ac quotannis magna quantitate hinc in Goam transfertur, ac sequenti usurpatur modo.

Primo. Si quis veneno sit infectus, hæc radix supra porphyritim cum aqua contrita propinatur, optimumque est antidotum, si autem non satis operetur, contrita hæc radix inponenda est sartagini æneo, hæcque permiscenda albumine ovi anatis, tumque assumpta meliorem præstabit effectum.

Secundo. Si aliquis a venenato Serpente, Millepeda, Scorpione, vel simili venenato animali vel pisce sit morsus vel punctus, hæc radix cum Succo Limonum conterenda est, hujusque quandam oportet propinare portionem, alteramque vulneri illinere, quod probatum est. Nil refert, quænam sit dosis, quum non noceat: Radix est amaricans, sique dosis sit pugillum, sufficit, uni autem major convenit dosis quam alteri, prout tempus & circumstantiæ illud requirant.

Tertio. Hæc radix in febribus etiam convenit supra porphyritim contrita & adsumpta.

Quarto. Contra Diarrhæas, immo Dysenteriam, itidem cum aqua propinata.

Quinto. Contra Cephalæam cum Limonibus contrita, & ad utraque capitis tempora illinita, ut & fronti.

Sexto. Contra Anginam cum aqua hausta, ut & si collum illiniatur.

Septimo. Contra vulnera cum Limonibus contrita, iisque inposita.

Octavo. Ad Polypum naris seu ejus Cancrum recentem, vel in quanam etiam sit parte, cum Limonibus contrita, & malo illinita tam externe, quam interne assumpta.

Nono. Si quis inpetigine, Portugallis *Bicho Cabeludin* dicta, laboret, quæ per cutim prorepit, si hæc radix cum Limonibus supra porphyritum contrita parti affectæ illiniatur, optime eam tollit, ejusque ulteriorem inhibet propagationem.

Hujus arboris fructus optime conducunt ad capitis lavationem iis, qui porrigine vexantur, quæ inde decidit, interne vero non sunt usurpandi, quum sint insalubres. Huc usque *Regnerus Bronken.*

In Java vulgaris quoque est frutex, nullius vero ibi usus est neque radix, neque fructus, & ibidem vocatur *Waren.* Comperi quoque florem veræ Malaccensis arboris cum aliis silvestribus convenire speciebus, amplitudine nempe calicis, & ex uno majore tribusque minoribus petalis florem constare, quorum maximum prominet instar rictus Leonis, intense luteum cum tribus retroflexis pelliculis in interiore parte.

Folia quoque non multum differunt tam forma quam magnitudine a silvestri, quædam enim sunt angulosa,

Gebruik. *Dewyl deze wortelen in Amboina niet wasschen, en dierhalven ook hier in geen gebruik zyn, zo zal ik my moeten behelpen met het gene, 't welk my door de voornoemde Heeren* Theodorus Zas, *en* Reinier Bronken, *aangaande haare eigenschappen en kragt toegeschreven is, gelyk ik 't zelve uit des laatsten missive van den* 15. *October* 1678. *met de volgende zyne eigen woorden alhier inlyven zal.*

Die deze wortelen willen graven, nemen met haar ysere Koevoeten, en een Compas; de koevoeten, om dat het een zeer steenachtige grond is, daar met geen schoppen in te komen is, en ook om dat men met schoppen gemelde wortel te veel quetzen zoude, als dan zo diep gekomen zynde, dat men deze wortel zien kan, zo wert wel met het Compas daar op gelet, dat men de wortel bekomt, die regt na 't Noorden legt, dat dan de regte Rais Madre de Deos *is, maar die regt in 't Zuiden legt, werd nooit gegraven, om dat het een zeer snood vergift is, strydende regt tegen die van 't Noorden, heeft ook geen naam, maar die in 't Oosten of Westen groeyen, zyn van geen krachten, maar hoe dichter aan 't Noorden, hoe meerder deel die van de Noorder kragten hebben, en zo is 't ook met die naast aan 't Zuiden groeyen.*

De gemelde Rais Madre de Deos *is by de Portugeezen in groote estime, en werd jaarlyks van hier veel na Goa vervoerd, en gebruikt als volgt.*

Ten eersten, wanneer iemand met venyn is vergeven, zo is deze wortel op een steen met water gevreven en ingegeven, een goed tegen-gift; maar zo dat niet helpt, moet men deze gevrevene wortel in een koperbekken doen, en daar 't wit van een Eenden Ei by doen, en kloppen dat lustig te zamen in dat koper-werk ofte bekken, en zo ingenomen zal goet zyn.

Ten tweeden, wanneer iemand van een vergiftige slang, Duizentbeen, Schorpioen, ofte andere vergiftige gediertens, of Visschen gebeten of gestoken werd, zo moet men deze wortel met Lemoen-zap op een steen vryven, en daar van ingeven, en op de quetsure stryken, is zeer goet: De quantiteit, hoe veel men mag ingeven komt zo naauw niet, want het zal geen quaad doen: 't Is een bittere wortel, en een weinig, zo veel als in 2. of 3. vinger-hoeden mag, is genoeg: Doch den eenen mensch dient wel wat meer te hebben als de ander, na dat den tyd vereischt.

Ten derden, voor de koortzen is deze wortel ook goet, met water op een steen gevreven en ingenomen.

Ten vierden, voor swaren afgang, of bloet-gank, ook met water ingenomen.

Ten vyfden, voor groote hooft-pyn, met Lemoenen op een steen gevreven, en aan beide de zyden van de slaap des hoofts gesmeert, en ook voor aan.

Ten zesden, voor een zeere keel, met water gevreeven, ingenomen, en den hals daar mede gesmeert.

Ten zevenden, voor eenige quetsuren, met Lemoenen gevreven, en op de wonden gelegt.


Ten achtsten, voor een zeere neus, of kanker in dezelve, als die eerst begint, ofte op wat plaatzen die zoude mogen komen, met Lemoenen gevreven, en op 't zeer, zo buiten als binnen, daar men bykomen kan, met een veerken gestreeken.

Ten negenden, als een mensche van de hair-worm (by de Portugeezen genaamt Bicho Cabeludin) *werd geraakt, welke haairen in 's menschen lichaam blyven steken, moet men ze met Lemoenen op een steen vryven, en stryken dat ter plaatze daar 't geraakt is, die men tegen 't ligt aan gemakkelyk kan zien, en uithalen.*

De vruchten zyn zeer goet, om 't hooft mede te wasschen, voor die gene, die schilfers daar op hebben, die daar van weg gaan, maar moeten niet in 't lyf komen, want het een ongezonde vrucht is. Dus verre Reinier Bronken.

Dit is mede op Java een gemeene struik, doch van geen gebruik, nog aan wortel, nog in vruchten, en hiet aldaar Waren: *Ik heb ook aangemerkt, dat de bloem aan het opregte van Malacca met de andere wilde overeenkomt, te weten in wydte van de kelk, van een groot en drie kleine blaadjes gemaakt, waar van het grootste overhangt als een Leeuwe mont, hoog-geel van coleur, met drie achterwaarts gebogene vezeltjes van binnen.*

De bladeren verschillen ook in grootte en gedaante niet veel van 't wilde, te weten zommige hoekig, zommige niet, doch





Gmelina villosa. Rxb.

gulosa, alia non, Malaccensis vero folia inferiore parte sunt mollia instar lanuginis, silvestris vero sunt rugosiora, magisque venosa.

In Malaccensi flores plurimi in racemo proveniunt, non simul, sed unus post alterum sese aperiens, omnesque in fructus excrescunt, ita ut tot simul ex racemo dependeant, quot sæpe vitis in uno gerit racemo, quotque fuerunt flores. Sivestris multum crescit circa Bataviam, ibique *Massaan de Mato* h. e. *Vidara Utan* dicta, ejusque usus est ignotus; fructus autem non comeduntur, quum ingrati sint saporis, licet ab aliis ejus radices medicatæ censeantur.

doch die van 't Malacze zyn van onderen wat zagter als wolachtig, en die van 't wilde zyn ruiger en meer geadert.

Aan 't Malacze komt 't bloeizel veel aan een tros, niet te gelyk, maar naar malkander opengaande, en alles wert tot vruchten, zo datter zo veele by malkander hangen als een tros druiven. Het wilde groeit veel rondom Batavia aldaar Massaan de Mato, *dat is* Vidara Utan *genaamt, en zyn gebruik is onbekent, want de vruchten eet men niet, als zynde te leelyk van smaak, hoewel andere zyne wortelen voor Medicinaal houden.*

Tabula Trigesima Nona

Ramum exhibet spinosæ arboris, quæ *Radix Deiparæ* a *Rumphio* vocatur, videturque esse species *Rhamni*, ad quod genus *Zizyphus* & *Jujuba* quoque referuntur a *Linnæo* in *Hort. Cliffort. p.* 69.

A. Ejus *fructum Olivæ-formem* denotat.
B. Ejus *ossiculum seminale.*

De negen-en-dertigste Plaat

Vertoont een Tak van den doornachtige boom *Radix Deiparæ* van *Rumphius* genaamt, welke my voorkomt te zyn een zoort van de *Rhamnus*, tot welk geslagt de *Zizyphus* en de *Jujube* mede gebragt zyn van *Linnæus*, zo als blykt uit de *Hortus Cliffort. p.* 69.

A. Wyst aan deszelfs *vrucht*, na de *Olyven* gelykende.
B. Deszelfs *zaat-korl.*

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Radix Deiparæ Spuria: Lowarra.

Licet apud Javanos, Baleienses, & Celebenses frutex sit spinosus, qui cum Malaccensi frutice *Radix Deiparæ* dicto, tantam habet affinitatem, ut utrique unam eandemque dent denominationem, in illis tamen tantam inveni differentiam, ut singulos peculiari descripserim capite, hancque secundam arbusculam ad Deiparæ radicis speciem reduxerim, licet enim convenientia inter illas sit maxima, Malaccensis tamen sola aromaticam possidet radicem, quæ pretiosa est, saporemque habet jucundum, qui in nulla alia observatur radice extra Malaccam crescente, nec ab ulla alia natione in usu Medico adhibetur.

Quidam civis Malaccensis circa annum 1680 hanc radicem & fructus ex *Tambucco* in Celebis parte Orientali sito adduxit, persuadere mihi studens, hos esse Malaccensis Bulangam seu radicis Deiparæ veræ, nec ab hac differre, unde & varios ejus fructus in horto meo terræ commisi, quorum unicus tantum progerminavit, qui fruticem dabat stipitosum, qui sese sursum explicabat in longos & flagellosos ramos, inque his spinæ & folia plurimum erant opposita & cruciata, sed spinæ erant breviores, nec ita regulariter locabantur, & supremi ramuli nullas gerebant spinas; folia quoque maxime differebant a Malaccensi, ac magis referebant folia Oxyacanthæ, quam domesticæ Vidaræ vel silvestris, sunt enim binos pollices lata & longa, inque oris obtusam incisionem ab utraque parte habent, unde triangularem gerunt formam, vetustiora vero non ita incisa sunt, vel saltem non pro ita fundo: Superius glabra sunt, obscure viridia, inferius pallida, sed non lanuginosa, uti in Malaccensi Vidara, bina opposita, saporis ingrati, quum Malaccensis saporem gerat pinguem cum Vidara plurimum convenientem, in singula folii ala spina locatur firma, in qua bina ternave minora apparent foliola triangularia, sed non ita regularia: Memorati isti ramuli spinis itidem destituuntur.

Flores formam habent calceoli vel digitabuli, pollicem circiter longi, & formati ex petalo concavo in quatuor incisiones diviso, quarum maxima suprema est instar calceoli concavi, florem obtegens, estque firma, inferius tres minores apparent laciniæ, quarum binæ sunt laterales, tertia inferior, omnes vero lutei sunt coloris, sed fine odore, in floris vero centro quinque apparent longa & crocea stamina, Flos ipse in inferiore angustatur parte, viridique insidet capitulo, quod in fructum excrescit, qui rotundus est, vel parum

XLVIII. HOOFTSTUK.

Baster St. Mariaas-wortel.

Gmelina parvifol.

Hoewel men by de *Javanen, Baliers, en op Celebes een doorn-struik vind, met de Malacze* Radix Deiparæ *zo groote gelykenisse hebbende, datze die beide eenderlei benaminge geven, zo heb ik nogtans zulken onderscheit daar in bevonden, dat ik van ieder een byzonder Capittel heb moeten maken, en deze tweede zoorte houden voor een Radix Deiparæ, want de gelykenisse van beide mag zo groot zyn als zy wil, men bevind echter, dat de Malacze alleen een kostelyke specery achtige wortel heeft, vol van Medicinale krachten, en van een aangenaame smaak, 't welk niet te vinden is in eenige wortel, die buiten Malacca groeit, nog ook datze by eenige Natie tot de Medicyne wort gebruikt.*

Zekere Inlands Borger van Malacca heeft my ontrent 't jaar 1680. *deze wortel en vruchten van* Tambucco *op Celebes Oost-zyde gelegen, toegebragt, my wysmakende, datze van 't Malacze Bulangan of Radix Deiparæ niet verschilde, weshalven ik daar van verscheide korrels in myn Thuin plantte, doch waar van maar eene opquam, voortbrengende een stammige struik, dewelke zig na boven met lange en ranke takken wyd en zyd uitbreide: En daar aan stonden de doornen en bladeren ook wat tegens malkanderen, en in 't kruis, doch de doornen waren korter, en stonden zo ordentelyk niet, ook hadden de voorste of eerste ryskens geene doornen: De bladeren verschillen mede merkelyk van de Malacze, gelykende beter na die van Hagedoorn, dan na tamme of wilde Vidara, want zy zyn twee duimen lank en breet, aan ieder zyde een stompe hoek of lap hebbende, en daar door een driehoekige gedaante: Doch de oudste hebben deze hoeken niet, of minder kennelyk: Van boven zynze glad, hoog-groen, en van onderen bleek, doch niet wit of wolachtig, gelyk die van de Malacze* Vidara, *mede twee tegen over malkander, onaangenaam van smaak, daar de Malacze smerig zyn, met die van de Vidara meest overeenkomende, in ieder schoot staat een styve doorn, en daar aan twee of drie kleindere blaadjes, met het volgende paar schier in 't kruis, of in plaats van de doorn een nieuw zyde-takje: De kleine blaadjes hebben de drie hoeken ook zo volkomen niet, en zyn de voorschreeve ryskens mede schier zonder doorns.*

*De bloemen, die daar aan voortkomen, zyn als een schoentje of vinger-hoed, ongeveer een duim lank, en gemaakt van een hol blad, doch in vier lappen verdeelt: de grootste staat boven, als een hol schoenken, de bloem bedekkende, en is styf, van onderen ziet men drie mindere lapkens, waar van twee aan de zyde staan, en de derde beneden, alle geel van coleur, en zonder reuk; in 't middelste hol ziet men vyf lange geele draden. De bloem loopt achter smal toe, en staat op een groen knopje, waar van de vruchten voortkomen, zynde rond, of een weinig ovaal

rum ovalis instar minorum prunorum, superius vero coronatus est instar pomorum: Ejus color externe obscure flavus est instar maturorum Mespilorum, interior vero caro est succosa & acidula, sed esui inepta, ingratumque habet odorem, in hac autem officulum reconditur durum & oblongum instar Olivæ, sed longo gaudens collo instar lagenæ, parum angulosum, ruffum, inque crassiore ejus parte brevis conspicitur apex, ita ut multum a Malaccensi differat fructu.

Trunci lignum est durum, angulosum, & nodosum, in vetustioribus truncis circa ejus cor obscure fuscum, & raro adeo crassum vel rectum, ut inde postes ædium fabricari possint; radices longissimæ sunt & rectæ, transversaliter, sed non profunde per terram prorepentes, crassitiei vulgo digiti vel pollicis, paucas gerentes fibrillas, externe ex cinereo flavescentes, interne pallidæ instar Liqueritiæ cum tenuibus circulis, sed si conscindantur, ibi ruffæ sunt, si fuerint siccæ suntque porro graviores, solidiores, & duriores quam Malaccensis. Hujus radicis frusta accepi ex *Tambucco* octo decemque pedes longa, digitum crassa, & adeo recta, acsi baculus seu Rottang essent, quæ effossæ erant ope Indicis magnetici ad borealem partem, profundæ pedem sub terra rubra & solida, qualis in toto illo terræ tractu reperitur. Quum eruebatur, sicca penitus erat, nec ullam exhibebat humiditatem: Sapor primo erat amaricans, adstringens, cum pauco Anisi sapore mixtus, unde non ita gratus ac Malaccensis, sed cum Vidaræ radicibus proxime conveniens: Post annum similia mihi hujus radicis frusta adferebantur longa, quæ tetrum & ingratum habebant saporem, sed qui illa adferebat, aqua marina fuisse adspersa testabatur, in itinere nempe marino, in frustis vero hisce tam quæ ad polum Arcticum, quam quæ ad Australem erant effossa, nullam observare potui differentiam, neque in odore neque in sapore, sensim autem odor & sapor erat mucosus, ac licet Malaccensi similes hæ habeantur radices, nullo tamen modo viribus vel sapore accedunt ad illam, viribusque expertes penitus illas censeo, & usui Medico ineptas.

Nomen. Latine *Radix Deiparæ Spuria.* Javanis *Warran*, in Celebe vocatur *Lowarra*, quæ denominationes hisce spuriis propriæ sunt speciebus, atque ipsis inponuntur juxta Malaccensem Bulangam, seu veram Deiparæ radicem: Melius quoque Oxyacantha Indica vocari posset quam *Cudrang*, uti illud in Batavia fit, saltem folia optime illam referunt, neutiquam vero spinæ, flores, vel fructus.

Locus. Hæc arbuscula seu frutex in Java crescit & Celebe, in districtu Bœgico & Loebosensi, uti & copiose in Tambucco. In Amboina est ignotus, an itidem in Baleya crescat, mihi non constat, licet Baleyenses dicant, in sua patria tales quoque crescere arbores spinosas, & ibi *Banghian* vocari.

Usus. Hæc radix, quantum novi, nullibi est in usu Medico nisi in Malacca, sed e contra tanquam noxia habetur spina, quam admodum timent. Si quis enim hisce spinis vulneratur, pars læsa magno intumescit dolore, unde & multis populis in usu est sepes ex hisce spinosis fruticibus circa ædes suas non tantum contra ferocia animalia plantare, sed etiam contra fures, qui licet adeo audaces essent, ut armatis resistere non timerent viris, has tamen per spinas penetrare non sustinerent.

In regione Boegensi multæ quoque inde formantur sepes, surculos in ordine locantes, vel quod facilius est, fructus terræ mandantes, sique hi frutices in altum excrescant, superius sese intricant arctissime, sed inferius aperturam relinquunt, per quam homini vel porco transitus datur; quæ aperturæ obstipantur *Ligularia Lactea*, seu *Daun Sudoe Sudu*, quæ spinosa quoque est, vel ubi plantari nequit, spinosi ejus detruncantur rami, quibus reliqua constipant foramina, uti alias quoque fit cum Limonum ramis spinosis.

Lignum satis durabile est, inque ædium postes adhibetur, si recta ejus frusta conquiri possint, in truncis autem vetustioribus durissimum est, & interne nigricat; Fructus non sunt in usu, in Java vero fricantur & eduntur; sique sub cineribus torreantur, illorumque succus auribus instilletur, curat surditatem: Ex ejus

ovaal, als kleine pruimpjes, met een kroontje boven op, gelyk de Appelen: De coleur is van buiten donker-geel, als die van rype Mispelen, en van binnen een zappig en smeerig vlees, doch onbequaam om te eeten, en vies van reuk, en daar in leid een lankwerpige harde steen, als een Olyve-steen, doch met een lange hals, gelyk een fles, een weinig hoekig, hoog ros, en aan 't dikste eind met een korte spitsje, zo datze veel van de Malacze vruchten verschillen.

Het hout des stams is hard, hochtig, en warrig, aan de oude stammen omtrent het hert donker-bruin, en zelden zo dik of regt, dat men stylen tot huizen daar van hebben kan; de wortelen zyn mede zeer lank en regt overdwers, doch niet diep in de aarde kruipende, eenparig in de dikte, omtrent van een duim of vinger, met weinige vezels daar aan, van buiten graauw-geel, en van binnen bleekgeel, als zoet-hout, met eenige dunne cirkeltjes, doch op den snee ros bestervende, ook swaarder, dichter, en harder dan de Malacze. Ik heb stukken van deze wortel van Tambucco gekregen, die 8. en 10. voeten lank, een vinger dik, en zo regt waren als een gestrekte rottang, zynde gegraven met een Compas op de Noorder streek, omtrent een voet diep uit een roode en vaste aarde, gelyk men in die geheele Landstreeke heeft: Zy was in 't uitgraven droog, en gants geen vogtigheit van haar gevende: De smaak was in 't eerste wat bitter, zamentrekkende, met een kleine nasmaak van Anys, en dierhalven zo lieflyk niet als de Malacze, maar met de wortelen van Vidara nader overeenkomende: Een jaar daar na wierden my weder diergelyke lange stukken van dezelve wortelen toegebragt, doch dewelke zeer vies en vuil van smaak waren. Maar den brenger verklaarde, datze onderwegen met Zee-water waren bespat geworden; en ik heb onder de stukken, die zo na 't Noorden als na 't Zuiden waren uitgegraven, noch aan reuk, noch aan smaak eenig onderscheit konnen merken of gewaar worden: Metter tyd kregenze allegaar een vermuften reuk en smaak: En zy mogen dan de Malacze zo gelyk zyn als zy willen, ik achtze in deugt en smaak veel daar van te verschillen, en in de Medicyne ongebruikelyk.


Naam. *In 't Latyn* Radix Deiparæ Spuria: *Op Javaans* Warran: *Op Celebes* Lowarra, *en welke namen deze bastaart zoorten eigentlyker toekomen, en gegeven mogen worden dan de Malacze* Bulangan, *of de opregte Radix Deiparæ. Men mogtze ook billyker Oost-Indische hagedoorn noemen, dan* Cudrang, *gelyk op Batavia geschiet, immers de bladeren gelyken best daar na, maar niet de doornen, bloemen, noch vruchten.*

Plaats. *Dezen boom of struik wast op Java, en ook op Celebes, in 't Boegise en Loebose gebied, als mede veel in 't gebied van Tambucco. In Amboina isze onbekent, ofze mede op Baley groeit, kan ik niet wel weten, hoewel de Baleyers zeggen, datze in haar landt mede diergelyke doorns hebben, en dezelve* Banghian *noemen.*

Gebruik. *Deze wortel, voor zo veel my bekend is, heeft buiten Malacca by geen Natie in de Medicyn eenig gebruik, maar wort daar en tegen voor een schadelyke doorn gehouden, daarze zeer bang voor zyn: Want als iemand zig aan deze doornen beseert, zo swelt het op met groote pyn, en daarom hebben het veele Natien voor een gebruik levende hagen of heggen van deze doornen, rondom hare huizen en erven te maken, niet alleen tot bevrydinge voor de beesten, maar ook voor dieven, dewelke, schoonze zo stout waren datze ook door gewapende mannen dorsten heen dringen, echter voor deze doornen moesten staan blyven.*

In 't land van Boegis makenze ook veel heggen daar van, de jonge spruitjes op een ryge plantende, of 't welk noch lichter is, de vruchten zayende; en deze struiken wat hoog opschietende, verwerren haar boven wel vry digt in malkander, maar laten beneden nog eenige opening, daar wel een Mensch of Varken doorkruipen kan, en welke gaten dan ook werden toegeplant met Ligularia Lactea, *of* Daun Sudoe Sudu, *'t welk mede doornachtig is, of daar men 't niet planten kan, kappenze de doornachtige takken af, en besteken daar mede de andere paggers, gelyk men anders ook wel met Lemoen-doorns doet.*

Het hout is redelyk durabel, en word tot stylen van huizen gebruikt, als men daar regte stukken van krygen kan, doch aan de oude stammen is 't zeer hard, en van binnen swartachtig. De vruchten zyn niet bruikbaar, doch op Java werdenze nog gezoden en gegeten: en zynde onder de assche gebraden, en 't zap daar van in de ooren





Gmelina parvifolia.

ejus ligno in Java aliisque locis boum juga formantur, quibuscum aratra trahunt.

Frutex hic proprie in Baleya *Bangbian* vocatur, qui silvam exhibet spinosam & noxiam, dum ejus spinæ vehementissime urant, si quem lædant: ibi duplex quoque invenitur ejus species, una latifolia, altera angustifolia, sed utræque silvestres, nec ullius usus.

ren gedruipt, zo geneest het de doofheit. Uit het hout maakt men op Java en andere plaatzen jokken voor de Ossen, waar mede men ploegt.

Deze struik word eigentlyk op Baly Banghian *genaamt, zynde een haggelyk en ondeugend doorn-Bosch, dewyl zyne doornen zeer fel branden, als men zig daar aan quetst, men vint ook aldaar tweederlei zoort, 't eene groot- en 't ander kleinbladig, doch beide ondeugent, en in 't wild wasschende.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ,

Quæ exhibet ramum arboris, quæ *Radix Deiparæ spuria Rumphio* vocatur, quæque, ut mihi apparet, ad nullum huc usque cognitum genus referri potest.

A. Ejus *folium* naturali denotat magnitudine.
B. *Florem* sistit.
C. *Fructum*.

UYTLEGGING

Van de veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een tak van de *Radix Deiparæ spuria* van *Rumphius* genaamt, dewelke, zo 't my voorkomt, tot geen zeker bekent geslagt van planten gebragt kan worden.

A. Wyst aan deszelfs *blaat* in zyn *grootte*.
B. Deszelfs *bloem*.
C. De *vrucht*.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Rex Amaroris. Caju Soulamoe.

DUm versamur in descriptione plantarum amararum, quæ contra venena valent, ordine etiam subsequitur Amboinensium Rex amaroris, qui nostro judicio tam virtute quam viribus nulla præcedentium minor est, aliquando autem frutex, aliquando arbor, prout uno alterove locetur loco; si enim ad litus crescit in locis apertis, plurimum frutescit, sed ulterius in continenti crescens & sub umbra aliarum arborum progerminans arborescit trunco incurvo & inclinante, cujus cortex est glaber, vel verruculis obsitus coloris cinerei seu albicantis, interne flavescentis, siccus & fragilis, in ramulis vero glabrior est, & magis albescit.

Rami sunt pauci & fragiles, inque iis folia locantur irregulari ordine ingentia & longa, vulgaris formæ, duodecim vel tredecim pollices longa, tres cum dimidio lata, superius ampla, in obtusum apicem desinentia, foliisque *Goelong Tsjoetsjoe* adeo similia, ut vix dignosci possint, excepto lacteo sapore, qui in posteriore abundat, in illis vero *Soulamoe* non reperitur: Hæc quoque folia sunt flaccidiora aliis, mollia, plurimis & subtus protuberantibus parallelis costis pertexta, quæ prope oras in arcus desinunt; Ex horum foliorum alis breves progerminant petioli, ex quibus flores racemosi proveniunt, qui parvi sunt, Vitis floribus quodammodo similes, ex parvis albicantibus, & vix conspicuis constantes petalis, in centro suo gerentes germen viride, quod in fructum excrescit, magnitudinis stuveri, qui planus est, ad oras tenuis, & in centro elevatus, formam cordis referens, sed loco fissuræ semi-rotundum exhibet arcum, cujus apex petiolo nexus est, coloris pallide viridis, fructus hic siccus penitus est, & sutura in bina divisus segmenta, in quibus bina locantur alba officula, Cucumeris semina æmulantia sed minora, graciliora, ac quodvis in peculiari reconditur cellula, sensim vero rugosa sunt, & cariosa. Fructus hi diu ex arbore dependent, sed sensim nigrescunt, qui vero in terram prolabuntur, gilvi sunt coloris, & sæpe hinc inde arbusculas emittunt.

Radices hujus arboris sunt crassæ, raræ, nec longæ, fere sine fibrillis, externe luteo & sicco cortice obductæ, interne lignum gerentes flavescens, quod siccum levissimum est, ac recens odorem fere habet *Unguis Odorati*, immo in quibusdam siccis hic quoque observatur odor, si supra porphyritim nempe conterantur, immo tota arbor sicca admodum est per omnes suas partes, & valde amaricat, præcipue vero fru-

XLIX. HOOFTSTUK.

De Hart-vrucht-Boom.

DEwyle wy nu bezig zyn met de bittere planten, die tegens 't fenyn konnen dienen, zo zullen wy daar omtrent mede in- of opvoeren onzen Amboinschen Koning der bitterheit, die onzes oordeels zo in deugt als krachten, geen der voorgaande behoeft te wyken. Het is zomtyds een struik, en zomtyds ook een boom, na dat hy staat, want als hy voor aan strand groeid op een opene plaats, zo blyft hy meest een struik, maar een weinig landwaart in en onder de schaduwe van andere boomen voortkomende, dan wort het een boompje, met een bochtige en overhangende stam, welkers schorsse is effen, of met kleine vratjes bezet, van coleur licht-graauw of witachtig, naar binnen geel, droog, en bryzelig, doch aan de takjes is hy wat witter, en effender.

De takken zyn weinig en bros, en rondom dezelve staan de bladeren zonder ordre, zynde groot en lank, van gemeene gedaante, namentlyk 12. en 13. duimen lank, 3½. breet, van vooren met een stompe spits, en de bladeren van de bloemen Goelong Tsjoetsjoe *zo gelyk, dat menze qualyk onderscheiden kan, behalven in 't melkachtig zap, dat in de laatste overvloedig, maar in die van de* Soulamoe *niet en is: En deze bladeren zyn ook slapper dan de andere, zagt in 't aantasten, met veele en beneden, of van onder uitstekende evenwydige ribben doorregen, digt aan de kant met bogen te zamen gesloten, en uit de schoot dezer bladeren komen korte steeltjes voort, en daar aan groeit het bloeizel in kleine trosjes, zynde zeer kleine bloempjes, 't wyngaart bloeizel eenigzints gelyk, uit kleine witte en pas zienelyke blaadjes gemaakt, in de midden vertonende een groen schubbetje, waar uit de vrucht voortkomt, dezelve groeit tot de grootte van een stuiver of wat meer, zynde wyders plat, aan de kanten dun, in de midden wat uitpuilende, en hebbende de gedaante van een hartje, doch in plaats van 't kloofje een halfrond bogtje vertonende, met de spits aan de steel staande of vast zynde, en van verwe bleek-groen, dezelve vrucht is gants droog, en met een naad meest in tween gedeelt, waar in men vindt twee witte korrels, de zaden van Komcommers wel gelykende, doch wat kleinder, magerder, en ieder in een byzonder kamertje, dan metter tyd krimpenze in, en vermolsemen; de vrucht blyft lang aan den boom hangen, en werd ten laasten rookachtig, maar die op de aarde vallen, werden vaal, en brengen hier of daar nieuwe boompjes voort.*

De wortelen zyn dik, weinig, en niet lank, bykans zonder vazelingen of vezelen: Van buiten met een geele en drooge schorsse bedekt, en van binnen hebbenze witachtig of bleek-geel hout, 't welk droog zynde zeer ligt wert, en vers zynde riekt het wat na de Unguis Odoratus, *ja zommige stukken doen dat nog al zynze droog, wel te verstaan als menze op een steen vryft, 't geheele gewas is zeer droog in al zyn deelen, en daar by boven maten bit-*

ctus, qui amarissimi sunt tum & radices, ac dein cortex, folia, & lignum, ita ut omnes hujus arboris seu fruticis partes in re Medica usurpari possint; Amarities in fructibus semper observatur, sed in radicibus perit post decimum circiter annum, quæ nihilominus tamen conducunt pueris & debilibus hominibus: Arbuscula hæc raro occurrit, nec ullibi crescit, nisi in incultis, & saxosis littoribus, ubi rupes plurimæ inveniuntur glabræ & ingentes, quæ separatæ sunt: Mirabile quoque visu est, nec vix comprehendi potest, unde arbuscula hæc suum hauriat nutrimentum, quum ita denudata inter scopulos crescat: quæ vero ulterius a litore remotæ sunt, & in ipsa vegetant terra, solum habent ex comminutis lapillis constans admixta rubræ terræ pauca quantitate: Non in altis crescit saxis, sed in declivibus locis, quæ mari inundantur: Floret in Decembri, fructusque gerit in Januario, uti & in aliis mensibus, ex arbore autem decerpendi sunt, licet virides, si quidam modo nigrescant, vel sint crocei coloris, decidui enim pallescunt, viresque suas amittunt, vel a Cancellis Limacum cochleas inhabitantibus comeduntur, unde raro etiam in arbore inveniuntur.

Nomen. Latine *Rex Amaroris:* ob prædominantem ejus amaritiem; In Malaicensi vel Amboinica lingua, nullum, quantum novi, sortitus fuit nomen, sed Ternatensi nomine *Soulamoe* h. e. *Pharmacum* magnum innotuit, quum Ternatenses illum pro rege quasi medicamentorum habeant, quum vero hi aliam insuper habeant plantam ex genere silvestris Siri, quam eodem denotant nomine, hinc arbusculam nostram vocare solent *Soulamou Caju* vel *Soulamoe Pobon*, & istam silvestrem *Siri Soulamoe Tali*, quam suo describemus loco: Alii vocant nostram *Panawar Pipis*, vel proprie *Pittis* h. e. *Pharmacum Nummularium* a figura fructuum, quorum quidam nummos referunt, ac præcipue illos Sinensium cupreos *Pittis* dictos, fructus vero ipsos istius *Soulamou Caju* seu *Pobon* dicunt *Boahati*, h. e. fructus cordiformes; Amboinenses autem nostri scioli vocant *Oepas Poeti*, quum adhibeatur contra morbum *Cholericam passionem* dictum, alii autem *Oebat Pamali*, quum conducat noxiis piscibus, cancris &c. quæ Amboinenses nominant *Pamali* h. e. infausta: Quosdam Ternatenses nominare quoque audivi *Oepas Massou* h. e. Remedium Cholericum.

Ternatenses bina habent primaria medicamenta, hanc nempe, quam *Panawa Massou* seu *Panawa feminam* vocant, & anticholericam, quæ *libro* 6. describitur, & *Panawa Mas* vocatur, quas in parvis quærunt insulis, in quibus nulli sunt sues, qui transitu in hasce mejunt, conspurcantque salutares hasce radices.

Locus. In Amboina, uti dictum est, raro occurrit, ac tantummodo in littoribus supra memoratis, uti in saxosa ora Mamöa, Capaha, & Tiela, in regione Hitoës, ora Nussanive, in Leytimora, & saxosa Caybobo ora, in Australi ora Omæ, ut & ora Lissatetto in Boerone, tum & in Ternata, & adjacentibus Moluccis, ubi in majori crescit copia, sed in talibus quoque littoribus.

Usus. Multis precibus & donis hujus arboris notitiam accepi ab Æthiopum flamine, qui mihi hanc arborem fide silentii ostendebat, quum tum temporis non nisi in unico Hitoës oræ loco crescebat, isque multas hac instituebat curationes, postea autem cognovi apud Ternatenses in vulgari esse usu, iste flamen hujus arboris quadraginta virtutes in charta notaverat, quas mecum promiserat communicare, sed tam diu illud differebat, ac continuo ita prolongabat tempus, donec discedere coactus essem, plurimus vero ejus usus erat contra *Oepas*, quo intelligunt *passionem Cholericam*, tum & contra Pleuritidem; utrosque periculosos & in India vulgares morbos; Ægro autem dant ejus fructum in minutas conscissum partes, ut cum Pinanga manducet, ejusque devoret succum, qui in subsequentibus morbis simili usurpatur modo, sed difficile est opus, quum horrenda amarities tam diu os inquinet, sæpiusque nau-

bitter, waar in de vruchten wel het meeste uitsteken, en afgryzelyk bitter zyn, daar naast aan de wortelen, voorts de schorsse, bladeren, en het hout, zo dat ook alle deelen van deze bomen of struiken in de Medicynen gebruikelyk zyn; de bitterheit blyft in de vruchten voor altyd, maar in de wortelen vergaatze omtrent of wat na het tiende jaar, doch dewelke niet te min dan noch goet zyn voor kinderen en swakke perzoonen. Dit boompje werd weinig gevonden; en wast nieuwers, dan op onbollige of holbollige, stenige, en onbewoonde stranden, daar 't vol gladde en groote klippen is, die niet aan malkander vast, maar van malkander gesepareert zyn, en 't is wonder om te zien, midsgaders niet te bezeffen, waar 't boompje zyn voedzel af heeft, zo bloot staat het in de klippen: en de gene, die nog al eenige treden landwaart in staan, hebben een grond van enkelde gebryzelde steentjes, met een weinig rode aarde gemengt: 't Wast ook niet op hoge klippen, maar op lage plaatzen, daar de Zee tegen aanspatten kan, men ziet het bloeyen in December, en de vruchten heeft men in January, als mede in andere maanden, en men moetze van den boom afplukken, al zynze nog groen, als 'er maar eenige beginnen geel of swartachtig te werden: Want de afgevallene of verbleekte zyn als dan min kragtig, of werden van de kleine krabbetjes die in de slekkehuizen wonen, opgegeten, daarom men zo weinige van die boomen vind.

Naam. *In 't Latyn* Rex Amaroris, *wegens zyne grouwelyke bitterheit, in 't Maleyts, en Amboins heeft hy noch geen my bekende naam, maar hy is bekent met de Ternataanschen naam* Soulamoe, *dat is, groot tegengift, om dat hem de Ternatanen voor een Koning der Medicamenten achten, doch dewyle dezelve nog een andere plant hebben, uit het geslagte van de wilde Siri, en van die zelfde naam, zo plegenze dit boompje te noemen* Soulamou Caju, *of* Soulamoe Pohon, *en 't gemelde touw-gewas of wilde Siri* Soulamoe Tali, *'t welk wy op zyn plaats ook zullen beschryven: Andere noemen 't* Panawar Pipis, *of eigentlyk* Pittis, *dat is,* Pharmacum Nummularium, *na de gedaante van vruchten, die eenigen na penningen, en voornamentlyk na de Sineeze kopere Pittis gelyken, en de vruchten van de gemelde Soulamou Caju of Pobon noemenze* Boahati, *dat is Hartjes-vrucht, echter onze Amboineezen willen mede wat weten, en noemen 't* Oepas Poeti, *om dat het gebruikt werd tegens de ziekte het Bort genaamt, andere noemen het* Oebat Pamali, *om dat het dient tegens de schadelyke visschen, Crabben &c. en dewelke de Amboineezen* Pamali, *dat is,* Infausta, *noemen: Ik heb het ook zommige Ternatanen horen noemen* Oepas Massou, *dat is Remedie tegens het Bort.*

De Ternatanen hebben twee Kapitainen van alle Medicamenten, te weten deze, dieze Panawa Massou, *ofte* Panawa *het wyfken noemen, en de* Anticholerica *(staande in 't zesde Boek beschreeven) dieze* Panawa *'t manneken noemen, en zoeken die beide op kleine Eilanden, daar geen varkens wonen, die met haar overlopen, en bepissen, deze heilzame wortelen zouden kunnen verontreinigen.*

Plaats. *In Amboina, als gezegt, vint men zeer weinig van deze boompjens, en die nog maar alleenig op zodanige stranden als boven beschreeven zyn, gelyk daar zyn den stenigen hoek Mamöa, Capaha, en Tiel, op 't land van Hitoe, de hoek van Nussanive, op Leitimor, op de stenige hoeken van Caybobo, op Omas Zuid-kust, en den hoek Lissatetto op Boero, dan in Ternaten, en de omleggende Moluccos heeft menze in meerder quantiteit, doch al mede op zodanige stranden.*

Gebruik. *Ik heb met veel vleyen en giften de kennisse dezes booms van een Moors Priester moeten leeren, die my den boom, op belofte van stilswygentheid, toonde, om dat hy doenmaals niet meer als op een plaats van Hitoes kust staande was, en hy deet veel kueren daar mede, doch namaals heb ik ervaren, dat hy by de Ternatanen in gemeen gebruik zy: De gemelde Paap had op zyn briefje van dezen boom geschreven veertig deugden, die hy my beloofde te openbaren, doch maakte daar mede zo veel tyds t'zoek, tot dat wy van malkander raakten, zyn meeste gebruik was tegens 't* Oepas, *waar onder zy verstaan het Bort, en daar na ook tegens de Pleuris: Twee gemeene en gevaarlyke ziektens in Indiën, gevende den patient een vrugtje of hertje in kleine stukjens gesneden, met een Pinang te kaauwen, en 't zap in te swelgen, gelykze meest in de volgende ziektens ook doen, 't welk een zeer moeyelyk werk is, om dat de grouwelyke bitterheit zo lang in de mond blyft, en dikwils walging veroorzaakt, dies*

nauſeam cauſſet, unde alii præferunt binos tales fructus ſupra porphyritim cum aqua conterere, atque ægroto una vice propinandos exhibere.

In omni febrium genere ex corruptis humoribus ortum habentium hi quoque in uſum vocantur fructus cordiformes, quorum antea bini treſve tantum adhibebantur, poſtea vero quinque vel ſeptem bono cum ſucceſſu fuere aſſumpti, hoc porro medicamentum, nempe tam fructus quam radices cum aqua contritæ propinantur contra Colicam, tuſſim, ac præcipue illam convulſivam, aſthma, omniaque abdominis tormina: debilem corroborat ventriculum, proſtratumque reſtituit appetitum, vi porro penetrante inteſtinorum reſolvit & aperit obſtructiones, & contra alios quoque morbos cum ſucceſſu fuit adhibitum. Incolæ autem tam irregularem applicandi exercent modum, adeoque morbos confundunt, ut fere nil certi inde concludi poſſit: Dicunt quoque medicamentum hoc eſſe adeo efficax, ut in ejus uſu non opus ſit, ut quis ſeſe abſtineat ab hoc vel illo ciborum genere, (quod Ternatenſes *Foſſo* vocant) uti plerumque id obſervandum eſt in aliorum medicamentorum uſu: Memoratus iſte flamen mihi quoque adfirmabat aliquem, ſi per quinque vel ſeptem dies unum aſſumeret fructum, immunem fore a multis morbis, præſertim ſi in tali regione morbus graſſetur epidemius: Radix comprobatum eſt antidotum contra noxios piſces, quos ſi quis incaute ederit, ſique hoc non operetur medicamentum, conclamatum eſt de ægri ſalute: Contra omne venenorum genus cum cibo aſſumptum quoque valet, hoc enim vomitu rejicit, ſi in ventriculo ſit, alias vehementi expellit ſudore & urina, ſi in inteſtinis niduletur: Folia ejus contrita abdominique inpoſita aquoſos emittunt humores, quem in finem quidam recenti ejus cortice utuntur, quem cum aqua contritum propinant, quo modo aſſumptum quoque vomitu rejicit venenum, ſuaque vi ei reſiſtit. Idem hic cortex aquæ incoctus & propinatus cum pauxillo Nucis Moſchatæ exhibetur quoque in morbo *Oepas Ajam*, h. e. Epilepſia & Spaſmo, quo in caſu Ternatenſes binis utuntur fructibus.

Folia aquæ incocta, cum pauxillo Caryophyllorum, Zingiberis, & Corticis Maſſoy in olla undique obturata tam diu, donec tertia conſumpta fuerit pars, ſuffitui inſerviunt illis, qui doloribus ac lancinationibus dorſi vel lumborum laborant, corpuſque habent tumidum, immo hæc quoque ipſis propinatur aqua, reliquaque incocta pars cum Bancudu foliis adfectis alligatur partibus.

In Nuſſalaut & Uliaſſers certa eſt venenatorum anguium ſpecies, qui lata gerunt capita, & *Munalatu* vocantur, item Chalcidica lacerta Malaice *Pananat* dicta, a quibus homines aliquando mordentur, atque priorum venenum mox cor petit, hominibusque ingentes cauſſat anxietates & ardorem, ita ut multi inde moriantur, illorum autem multi curabantur radicibus hujus *Soulamoe*, ſi cum aqua contritæ illis propinentur, ſed cavendum eſt tum temporis a Limonum ſucco.

Alter flamen *Aſſa-hoedenſis* gloriabatur, ſeſe, quum in Java eſſet, ubi ingens hominum pars ſubito moriebatur ex Cordis Syncope, tanquam mortuum cecidiſſe, ita ut in foveam in litore excavatam conjiceretur, ac pauca obtegeretur terra, ſed ſubſequenti nocte iterum expergefactum fuiſſe & convaluiſſe, quamprimum forte fortuna hujus arbuſculæ radix, quæ ibi creſcebat, ejus os adtingeret, cujus penetrantes virtutes mox ita ejus corpus percurrebant & adeo corroborabant, ut denuo ſurgeret. Miræ ſunt res, quæ fieri poſſunt, ſed plurima poſſibilia concurrant, neceſſe eſt.

Arbuſculas has ſpithamam circiter altas ſollicite effodi cum adjacentibus lapillis ac terra, atque in hortum tranſplantavi in uſum Medicum, ſed tarde excreſcebant, ac demum perierunt, quum ſuum ament ſolum, radicumque fibrillæ adeo fint raræ ac teneræ, ut facile per effoſſionem rumpantur.

Inquirendum nobis porro eſt, num *Accar Lampau* ſeu *Lampan* in *Succadana* creſcens eadem vel ſimilis ſit radix, quæ etiam flaveſcit & amaricat, ac ibi-

dies eenige andere beter doen, die een paar van die hertjes op een ſteen met water vryven, en die den lyder eens ſlags te drinken geven.

In alderhande koortzen, die uit verdorvene humeuren voortkomen, gebruikt men mede deze hartjes, en waar van voor dezen maar 2. *a* 3. *ſtuks wierden ingenomen, maar daar na quam het op* 5. *en* 7. *ſtuks, en dat met goet ſucces, voorts werd dit Medicament gebruikt, zo de hertjes als de wortelen, in water gevreven en gedronken, tegens 't colyk, hoeſt, en inzonderheit de kinkhoeſt, amborſtigheit, en alderhande ſteeken, die men in 't lyf voelt: Het verſterkt de ſlappe maag, en brengt de verloren appeteyt wederom: Het opent met zyn doordringende kragt alle verſtoppinge der ingewanden, en tot veel andere gebreeken meer is het met goet ſucces gebruikt: Maar de Inlanders hebben zo een ongeſchikten manier van appliceren, en confunderen de ziekten zodanig, dat men geen regt beſcheit daar van krygen kan: Zy zeggen ook dat dit Medicament zo kragtig is, dat men zig onder het gebruiken, niet behoeft te onthouden van de een of ander ſpyze ('t welk de Ternatanen* Foſſo *noemen) gelyk men by meeſt alle andere kuren doen moeſt: De gemelde Paap verzekerde my ook, zo iemand alle* 5. *of* 7. *dagen eene van deze hartjes nuttigde, dat hy van veele ziekten zoude bevryd blyven, inzonderheit als 'er eenige ziekte over 't land graſſeerde: De wortel is een beweerd of geprobeert tegengift tegens de ſchadelyke viſſchen, opblazers genaamt, zo iemand die onvoorzigtig gegeten heeft, en wanneer dit niet helpen wil, datze aan des patients behoudenis deſpereren: Tegens alderhande ander vergift, dat iemand in de koſt ingenomen heeft, wordenze ook geprezen, want zy ſmyten of werpen 't zelve uit door braken, als 't nog in de maag is, of door een geweldig ſweeten, en waterloſſen, als 't tot in de darmen gezakt is: De bladeren gevreven, en op de buik gebonden, trekken de waterzugtige humeuren uit, waar toe eenige de verſche ſchorſſe gebruiken; dezelve in 't water gevreven en gedronken, werpt mede 't ingenomen venyn door braken uit, en wederſtaat 't zelve door haar eige kracht. Dezelfſte ſchorſſe in water gekookt en gedronken met een weinig Note muſcaten, gebruikt men mede in de ziekte* Oepas Ajam, *dat is vallende ziekte, en de kramp, 't zelve doen de Ternatanen met een of twee hertjes in te geven.*

De bladeren in water gekookt met een weinig Nagelen, kleine Gember, en Maſſoy, wel toegemaakt of geſtopt wordende, tot dat 'er een derde verkookt is, daar mede berookt men de gene, die groote pynen en ſteeken in de rugge en lenden hebben, en daar by geſwollen zyn, gevende hun 't zelfde water te drinken, en 't gekookte goet gevreven, werd met de breede bladeren van Bancudu op de leden gebonden.

Op Nuſſalaut, *en* Uliaſſers, *zyn een zoort van fenynige Adders en Slangen met breede koppen,* Munalatu *genaamt, als mede de koperverwige en fenynige Hagedis in 't Maleyts* Pananat *genaamt, waar van zo nu en dan eenige menſchen gebeten werden: en wel meeſt van de eerſte, lopende 't fenyn ſtraks na 't hert, en brengt de menſchen groote benaauwtheit en brand aan, zo dat 'er veele van komen te ſterven, dan deze wierden ook eindelyk genezen met de wortels van dit* Soulamoe, *als men dezelve in water vryft, en hun ingeeft, doch moeten zig wel wagten daar geen Lemoen-zap by te nuttigen.*

Een andere Paap van Aſſa-hoedi *geboortig beroemde zig, dat hy op Java zynde in een groote ſterfte, wanneer de lieden door een hertvang ſchielyk weg vielen, ook eens voor doot nedergevallen was, dies men hem in een ſlegte kuil, op ſtrant gemaakt, ſmeet, en qualyk met wat aarde bedekte, en dat hy de volgende nacht weder tot zig zelven quam, zo haaſt hem by geval de wortel van deze plante, die daar ſtont, in de mond raakte, en wiens ſterke kragten hem ſtraks in 't lyf drongen, en zo verſterkten, dat hy weder oprees: Het zyn wonderlyke dingen, die wel gebeuren kunnen, maar daar moeſten eerſt veele gebeurlykheden t'zamenſtoten of overeenkomen.*

Ik heb deze boompjes omtrent een ſpan hoog, ook zorgvuldig uitgegraven, met de omleggende ſteentjes, aarde en al, en zo in myn Thuin geplant, tot gerief van de Medicynen, maar ſchooten langzaam op, en gingen ten laaſten uit, vermits 't zyn eige grond wil hebben, en de vazelingen of vezelingen aan de wortelen zyn zo weinig en teer, dat men dezelve in 't uitgraven zeer ligt afbreekt.

Voorts ſtaat ons nog te onderzoeken, of de Accar Lampau, *of* Lampan, *op* Succadana *waſſchende, niet mede zodanigen of diergelyken wortel is: Als zynde insgelyks* bleek-

ibidem contra plurimos in usu est morbos: Sic mihi videtur, ac quo modo contra haustum venenum assumatur, videndum est in Capite de *Flore Manillano libr.* 6. *cap.* 45. Crescit quoque in insula *Tampelaen*, quæ sita est in Boerneos ora argestensi.

Fructus supra memorati *Panawa Pipis* contriti exhibentur illis, qui Spasmo laborant, quorum & cor illinitur.

bleek-geel en bitter, en aldaar tegens veele ziekten in groot gebruik: Immers het schynt my toe van ja, en hoeze tegen ingenomen fenyn gebruikt werd, kan in 't Cap. van de Flos Manillanus Lib. 6. Cap. 45. *werden gezien: Zy wast mede op 't Eiland* Tampelaen, *gelegen aan Borneos Noort-West hoek.*

De vruchten van de hier bovengenoemde Panawa Pipis *werden insgelyks gevreven, en de gene die de klem hebben ingegeven, als mede op 't hert gestreken.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Primæ,

Quæ exhibet ramum arboris, quæ *Radix Amaroris* a *Rumphio* vocatur, quam puto *Ligni Colubrini* esse speciem, uti id infra latius explicatur.

A. Ejus *fructum* denotat.

UYTLEGGINGE

Van de een-en-veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Radix Amaroris* van *Rumphius*, die van my voor een zoort van *Slangenhout* gehouden wert, zo als hier onder te zien is.

A. Wyst aan deszelfs *vrucht*.

OBSERVATIO.

Hæc arbor sine dubio species est illius, quam in *Thesauri nostri Tab.* 64. exhibuimus, quæque ibi *pag.* 141. vocatur *Ligustrum* foliis ad singula internodia ternis, *Lignum Colubrinum* officinis creditum, cujus flores, fructusque cordati cum hujus arboris fructibus penitus conveniunt; sed ibi sunt racemosi, in hac autem spicati & folia irregulari ordine progerminant, quum in Zeylanensi terna simul oriantur, cæterum viribus ac sapore conveniunt, utriusque enim vires decantatissimæ sunt contra Venena, omnesque venenosos morbos, febresque malignas, uti latius in *Thes. Zeyl. l. c.* id explicatur, variique de *Ligno Colubrino* auctores, horumque opiniones recensentur.

In *Valent. Amboinæ descript. pag.* 193. nomine Boha-Hati occurrit & in *Tab. no.* XXVIII exhibetur.

AANMERKINGE.

Deze Boom is zonder twyffel een zoort van die geene, dewelke op de 64 Plaat van onze *Thesaur. Zeylan.* vertoont is, en aldaar genaamt wert Ligustrum *foliis ad singula internodia ternis* Lignum Colubrinum *officinis creditum*; welkers bloemen, en hartvormige vruchten met deze zyn bloemen en vruchten zeer overeenkomen, dog aldaar zyn ze in troffen, en alhier in een air verbeelt, en de bladen staan aan deze boom zonder order, daar in de Zeylonsche altoos drie by elkander te voorschyn komen; verders komen zy in smaak en krachten met elkander over een; want beide der krachten zyn zeer beroemt tegens de venynen, en alle vergiftige ofte quaadaardige ziektens en koortzen, zo als dit verders ook op de aangehaalde plaats in myn *Thesaur. Zeylan.* blykt, alwaar verscheide Schryvers en gedagten over het Slangenhout aangehaalt werden.

In *Valent. beschryving van Ambon* wert deze Boom op *p.* 193. onder de naam van *Boha-Hati*, dat is *Hart-vrugt-boom* beschreven, en op de *Plaat No.* XXVIII verbeelt.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Anisum Moluccanum: Camelan.

HÆc est arbuscula magnitudinis circiter Punicæ, sed ejus truncus est crassior, crus crassus, vel etiam femoris crassitiem habens, corticem gerens scabrum, ex viridi cinereum, paucis incurvisque sese extendens ramis instar Limonelli, quibus divisam efformat comam: Rami pluribus gaudent foliorum pinnis brevibus, quæ folia gerunt fere instar Granati, sed minora, scabriora, & ex nigro viridia, opposita bina, terna & quaterna constituentia paria extremum inpari claudente, quod maximum est, Granatique foliis simillimum, reliqua autem sunt breviora, ad oras parum nec profunde dentata, binaque inferiora minima, ac magis in rotundum desinentia; Contrita hæc folia fortem spirant odorem fere instar Limonelli, sed ingratum magis, ac Coriandi foliis accedentem: Rami plurimis gaudent brevibus ac firmis spinis, unde intractabiles fere sunt, præsertim in junioribus arboribus. Ramulorum extremum terminant umbellæ raræ, paucis, sed longis insidentes petiolis, quæ sese aperiunt in flosculos pentapetalos, albicantes, parumque excavatos instar Lilii Convallii, qui in centro viride gerunt pistillum, quod in fructum excrescit, qui bacca est subrotunda minor grano Piperis, gemina sibi opposita, ex nigro viridis, tuberculosa, instar minimorum Limonellorum, quæ flava separatur vena: Maturi vero hi fructus obscure lutei sunt, ac dein nigricantes, qui sub tenui pellicula semen gerunt nigrum instar Coriandri, cujus odor penitus convenit cum illo Anisi Europæorum, sed sapor deficit, qui in initio itidem est dulcis & anisatus, ac cito perit, nec diu in lingua percipitur, sed in lignosum degenerat: Arbusculæ hujus lignum est solidum, durum, & grave, ex albido in ruffum tendens colorem.

Nomen.

L. HOOFDSTUK.


De Molukze Anysboom.


Dit is een boompje omtrent zo groot als een Granaatboom, doch met een dikker stam, doorgaans een been, en zomtyds ook wel een dye dik, met een ruige, groen-graauwe schorsse, zig uitspreidende met weinige en kromme takken, gelyk de Limonellus, en daar mede een verdeelde kruin makende. De takken staan vol korte ryskens, en aan dezelve de bladeren: Byna van gedaante als de Granaat-bladeren, doch kleinder, styver, en swart-groen, regt tegens over malkander, met 2. 3. a 4. paren aan een rysken, en een voor uit, het welk 't grootste is, en 't Granaate-blad meest gelyk: zynde de andere vervolgens wat korter, aan de kanten een weinig en wydgezaagt, en de twee achterste de kleinste, midsgaders wat rond toelopende: Gevreven zynde gevenze een sterken reuk van haar, bykans als die van Limonellus, doch onlieffelyker, en de Coriander-bladeren naderkomende: De takken staan vol korte en styve doornen, waaromze ook qualyk te handelen zyn, en bezonderlyk aan de jonge boomen: Aan 't uiterste der ryskens komen kleine en ydele dollen voort, van weinige doch lange stelen gemaakt, en daar op kleine vyfbladige witachtige bloempjes, een weinig hol staande, als 't Lilium Convallium, *in de midden een groen heuveltje vertonende, daar de vruchten uit voortkomen: Zynde dezelve ronde bezien, wat kleinder dan de peper, twee en twee tegen malkander staande, swart-groen, met eenige puntjes bezet, als kleine Lemoentjes, en met een geele ader onderscheiden: De gebeel rype werden donker-geel, en daar na swartachtig, onder een dunne schelle hebbenze van binnen een zaad of swarte korrel, als Coriander, welkers reuk gebeel en al overeenkomt met de Europische Anys, maar de smaak verschilt: Want dezelve is in 't eerste wel zoet, en mede Anysachtig, doch verdwynt haast op de tong, en werd houtachtig: Het hout is massief, hart, en swaar, uit den witten en wat na den rossen trekkende.*

Naam.



Soulamea amara. DC.







Zanthoxylum armatum. DC.

Nomen. Latine *Anisum Moluccanum*, neutiquam ob formam, sed ob odorem Anisi saporemque, licet Ternatensium vulgus spuria denominatione *Anisum Castela* & *Anys Oetan* h. e. silvestre Anisum vocent: Amboinensibus nostris dicitur *Camela*, quod nomen aliis quoque graviter spirantibus foliis tribuunt, atque vulgare est. In Java circa Grisseccam nominatur *Carancang*, & Orientalibus Ceramensibus *Samirin*, Ternatensibus vero ipsis *Catti Catti Garo.*

Locus. In Amboina, ac præsertim circa castellum Victoriam arbuscula hæc raro occurrit: Rayas Soya in suo hanc plantaverant horto, quam vero mulierculæ decerpendis foliis fructibusque adeo vexaverant, ut tandem periret, ita ut ibi jam sit ignota: Sponte vero crescit in montibus nudis saxosisque vel rupibus, tam circa maris litora in Leytimora, quam in aliis quoque ejus tractibus, uti in illo *Oerimessing* circa maris rupes *Seri*, ut & in saxoso monte *Ema*, quæ ambo loca in Australi Leytimoræ plaga sunt sita, unde arbusculæ hæ cum saxosa terra effossæ huc transplantantur: In Java quoque reperitur circa Gresecсam, sed plurimum in Moluccis, ac præsertim in Ternata, circa *Gammalamma* in locis saxosis, haud procul a litore, item in Cerama Orientali in altis nudisque rupibus, æque in litore ac in montibus.

Usus. Licet hæc arbuscula tantum spiret odorem, ut ejus semen totum, in quo depositum est, repleat locum, usus tamen ejus est rarus, saltem apud Amboinenses; Horum autem mulierculæ aliquando ejus sumunt baccas, quas unguento Bobori dicto admiscent, quo post corporis lavationem illud inungunt, ipsarum judicio ob dulcem odorem: Javani solebant quoque ejus folia fructusque Bocassam addere, ut gratum ipsi concilient odorem; Apud Ceramenses Orientales non est peculiari in usu, nisi quod lignum ad manubria securium adhibeatur, duritiem enim habet Limonii ligni.

In Java circa Bataviam arbor crescit magnitudine Limonii, quæ ibi vocatur *Boa Balangan*, Javanis *Cabestan*, Portugallis *Folho d'Anis.* Ejus folia forma, odore & sapore cum antecedenti conveniunt, magisque Anisi habent saporem, & ore masticata acria sunt, eorumque pedunculi sulcati sunt, qui ab utraque parte oram gerunt extensam, unde alati sunt; Ejus fructus multum differt a priori, magnitudinem enim habet *Bilac Tellor*, inferius latus, ac superius collum gerens angustatum, acsi olla foret, unde & tale nomen Malaicense fuit fortitum; Putamen ejus est ligneum, uti in Bilaco, viridibus tenuissimis albicantibus punctis variegatum, odoremque Anisi spirat; Caro ejus est dulcis, gratioremque habet saporem quam Bilacus, cujus separatam hic sistimus iconem.

Arbusculam hanc accurate describam in Auctuario, quum fructus floresque mihi exhibuerit examinandos. Arbuscula autem cum hac foliatura conveniens reperitur in *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 14. nomine Malabarico *Tsjeria-Katoe-Naregam*, quæ Portugallis dicitur *Limoins da Folha Crusado.* Belgis vero *Claver-appels.*

Naam. *In 't Latyn* Anisum Moluccum, *geenzints na de gedaante, maar na den Anysachtigen reuk en smaak, hoewel het de gemeene man in Ternaten met een bastaart woord* Anys Castela *en* Anys Oetan, *dat is wilden Anys, noemt: By onze Amboineezen hiet het* Camelan, *zynde een naam, dieze ook aan andere sterk riekende bladeren geven, en dienvolgende gemeen is: Op Java, omtrent Grieſſek hiet het* Caraneang, *en by de Oost Cerammers* Samirin, *en by de Ternatanen zelfs* Catti Catti Garo.

Plaats. *In Amboina, inzonderheit ontrent 't Kasteel Victoria werd dit boompje weinig gevonden: De rajas van Soya, hadden 'er een hier beneden in hare woninge geplant, doch 't welk de vrouwtjes met afrukken en plukken van blaadjes en vruchten zodanig quelden, dat het ten laatsten uitging, zo dat het aldaar nu onbekent is: Doch van zelfs wast het op kaale en steenige bergen of klippen, zo omtrent de Zee-strand van Leytimor, als een weinig daar van af, gelyk in 't district van* Oerimessing, *omtrent de Zee-klippen van* Seri, *en op 't steenige voorgebergte van* Ema, *beide op Leitimors Zuid-zyde gelegen, van waar men de boompjes met de steenige aarde uitgraven en verplanten kan. Men vindze ook op Java, omtrent Grieſſek, doch aldermeest in de Moluccos, en inzonderheit op Ternaten, omtrent* Gammalamma, *op klippige plaatzen, niet verre van strand, als mede op Oost Ceram, op hoge kale klippen, zo wel op strand, als in 't gebergte.*

Gebruik. *Hoewel dit gewas een zo merkelyken reuk heeft, dat het zaad daar mede ook de plaats vervult, daar 't leid, zo heeft het echter een zeer klein gebruik, immers by de Amboineezen: Doch de Amboineeze vrouwtjes nemen zomtyds wel de bezien, en mengen die onder haare Bobori-zalven, waar mede zy naar 't wassen hun lyf bestryken, (haars oordeels) om den zoeten reuk. De Javanen plegen ook de bladeren en vruchten onder hare Bocassam te mengen, om dezelve een goeden geur te geven. By de Oost Cerammers heeft het geen zonderlyk gebruik, als dat het hout tot steelen van bylen gebruikt wert: Want het is zo hart, als Lemoen hout.*

Op Java, omtrent Batavia, groeit een boom in de grootte van een Lemoen-boom, aldaar genaamt Boa Balangan, *in 't Javaans* Cabestan, *by de Portugeezen* Folho d'Anis; *De bladeren in gedaante, reuk, en smaak komen met het bovenstaande over een, doch de blaadjes smaaken sterker naar Anys, zyn scherp in de mont, en haare steeltjens zyn gegeut, hebbende ter weder zyde een scherpe kant als vleugeltjes. De vrucht verschilt veel van 't voorgaande, want zy is in de grootte van een* Bilac Tellor, *achter breet, en voor met een smalle hals gelyk een potje, waar vanze in 't Maleyts den naam heeft. De buitenste schaal is houtachtig, gelyk aan Bilac, groen met fyne witte spikkeltjes, en ruikt mede na Anys. Het binnenste vleesch is zoet, en aangenaamer tot eeten dan de Bilac, waar van hier nevens een byzondere figuur te zien is.*

Dit boompje neem ik voor uitvoerlyker te beschryven in myn Auctuario, wanneer het hier zal bloeyen en vruchten dragen. Een boompje in bladeren met het voorgaande overeenkomende, ziet in Hort. Malabaar part. 4. Fig. 14. *onder den Malabaarsen naam* Tsjeria-Katoe-Naregam, *in 't Portugees* Limoins da Folha Crusado. *In 't Duits* Claver-appels.

Tabula Quadragesima Secunda

Arbusculæ ramum exhibet, quæ *Anisum Moluccanum* a *Rumphio* vocatur, quod facile dignoscitur esse ex plantarum Umbelliferarum familia, & uti mihi apparet, pertinere ad *Oreoselini* genus, videturque esse species illius plantæ, quæ *Oreoselinum Africanum Anisi folio* a *Tournefortio* vocatur, ex qua *Gummi Galbanum* colligi vulgo putatur, unde & *Galbanifera* a plurimis cognominatur auctoribus, uti id ulterius patet ex *Horti Cliffort. pag.* 69. ubi ad genus, *Bubon Linnæo* dictum, refertur.

NB. In *Rumphii Auctuario* nulla *Boa Bolangan* ulterior mihi obvenit descriptio, unde L. B. hac brevi contentos esse velim, quam ex adjecta adcurata & eleganti icone facile supplere poterunt.

De twee-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van een Boompje, het geen *Anisum Moluccanum*, ofte het *Moluccis Anys* van *Rumphius* genaamt wert, het geen men ligt zien kan, dat tot de *plantæ Umbelliferæ* behoort, en zo 't my voorkomt, tot het *Oreoselinum*, schynende het my toe een zoort te zyn van die plant, die het *Oreoselium Africanum Anisi folio* van *Tournefort* genaamt, en een plant is, die de *Gom Galbanum* geeft, waarom ze ook *Galbanum*-draagende doorgaans van de Schryvers toegenaamt wert, zo als breder te zien is in de *Hortus Cliffort.* op p. 69. alwaar ze onder het geslagte, *Bubon* genaamt van *Linnæus*, gestelt wert.

NB. In het *Auctuarium* van *Rumphius* heb ik geen verdere beschryving van de *Boa Balangan* gevonden, waarom de goetgunstige Lezer zig met deze korte dient te vergenoegen, welke hy verder uit de naauwkeurige en nette bygevoegde figuur kan opmaken.

Altera *Anisi Indici* species in officinis nostris occurrit, quæ *Anisum stellatum* vulgo vocatur, quodque ex *Fraxinellæ* genere videtur, saltem eo retulit *Sam. Dale* in *Pharmacolog. p.* 194. Ego autem in Horto Medico hujus generis, uti mihi apparuit, alias observavi species, quæ a *Cl. Commelino* ad *Spiræas* Africanas relatæ fuere, harum enim arbuscularum vascula seminalia omnino cum illis *Anisi stellati* conveniunt, quod si de floribus verum sit, ejusdem omnino sunt generis, quod a *Linnæo Diosma* fuit vocatum in *Hort. Cliffort. p.* 71.

Anisum Moluccanum a *Valent.* in *Amboin. descript. pag.* 194. commemoratur, & in *Tab. no.* XXX. exhibetur.

Een tweede zoort van *Indisch Anys* wert in onze Apotheken gevonden, het geen doorgaans *ster-Anys* genaamt wert, het geen tot het geslagt van de *Fraxinella* zoude schynen te behoren, ten minsten *Sam. Dale* heeft het daar onder gestelt in zyn *Pharmacolog. p.* 194. En ik heb van dit geslagt andere zoorten in onze Hortus Medicus ontdekt, dewelke van de beroemde *Casp. Commelin* onder de naam van *Spiræa Africana* beschreven zyn; deze boompjes dragen zaat-huisjes, zeer met het *star-Anys* overeenkomende, met welke indien de bloemen overeenkomen, zekerlyk tot een geslagt behooren, het welke *Diosma* van *Linnæus* genaamt wert in de *Hort. Cliff. p.* 71.

De *Molukze Anysboom* wert mede by *Valent.* in de beschryving van *Ambon. pag.* 194. vermelt, en op de Plaat No. XXX. verbeeldt.

Tabula Quadragesima Tertia

Exhibet Arboris ramum, quæ *Anisi folium* seu *Foelio d'Anis* a Rumphio vocatur, atque Limonelli species videtur, ad quod genus a *Rayo* in *histor. pl. p.* 1658. ut & a *Pluknetio in Almag. pag.* 239 refertur illa, quæ in *Hort. Malab. part.* 4. *Tab.* 14. exprimitur, hoc tamen discrimine, quod hæc flores tantum gerat solitarios, quum illa Rumphii plurimos simul collectos producat flores.

Hujus porro arbusculæ Synonyma & auctores collegi in *Thesaur. Zeylan. p.* 143. ubi *Mal-Naregam. H. Malab. Tab.* 12. *Tom. IV.* ad Limones silvestres pertinet.

De drie-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van een Boompje, het geen *Anys-bladt* of *Foelio d'Anis* by *Rumphius* genaamt wert, het geen wel een zoort van Liemisjes gelykt, zo als het daar toe ook van *Ray* in zyn *historia plantar. pag.* 1658. en van *Pluknet.* in zyn *Almagest. p.* 239 gebragt is, welke in de *Hortus Malabaric. vierde deel. Fig.* 14. mede verbeelt en beschreven wert, doch met dat onderscheit, dat daar maar enkelde bloemen, en hier veele by elkander t'zamen te voorschyn komen.

Van deeze boom zyn de benamingen en Schryvers verders aangehaalt in onze *Thesaur. Zeylan. pag.* 143. alwaar de *Mal-Naregam* van de *Hortus Malabaricus* in het *vierde deel Tab.* 12. verbeeldt, tot de wilde *Zeylonse Liemisjes* behoort.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Saponaria. Rarak.

HÆc proprie est arbor Javanica, sed quum per transmissa semina in Amboina progerminaverit, hinc & in hoc libro locum etiam obtinet: Arbor ipsa excrescit trunco rectissimo, altissimo, & gracili, qui corticem gerit glabrum & æqualem. Ramos majores habet raros, sed plurimis hi gaudent rachibus striatis, quæ ab utraque parte folia gerunt, ita ut comam constituant densam.

Folia in quibusdam rachibus sunt alternata, in aliis vero opposita, forma & modo crescendi *Caju Cuda* similia, sed minora, quum longitudinem habeant circiter quatuor pollicum, unius vero latitudinem, superius angustata, ad oras æqualia, læte viridia, rubro nervo intermedio donata, saporis ingrati: In junioribus autem arboribus ultra sex pollices longa sunt, longis insidentia petiolis, ad duodecim paria & ultra in singulis, quæ Persicæ folia referunt, in vetustioribus vero arboribus octo vel decem paria singulis rachibus junguntur, inpari aliquando extremum claudente, aliquando non: Flores ex ala rachis in ramis progerminant, qui sunt parvi ac pallidi flosculi, quibus subsequuntur fructus, qui plurimi simul dependent racemosi, rotundi, instar globulorum sclopeti, sed paulo majores ac protuberante sulco notati, primo lutei, dein per maturitatem rubentes, qui sub glabra pellicula carnem gerunt paucam, croceam, & mucilaginosam, primo fatuam, sed dein ingratam & linguam acriter vellicantem, in hac officulum reconditur rotundum, durum, ac penitus nigrum, instar globuli puerorum lusorii, glabrum instar machinularum rosarii, in inferiore autem parte parum est striatum: Hujus arboris lignum siccissimum est, & ex variis constructum annulis, instar convolutæ chartæ papyraceæ, quod in medio nigricans habet cor seu medullam: Ejus cortex est succosior, lignoque ita fortiter adhæret, ut non nisi parvis segmentis separari possit; Rami sunt adeo fragiles, ut vento sæpe rumpantur, nec iis insistere quis possit.

Nomen. Latine *Saponaria*, Belgice *Zeep-korrels* ex ejus usu, sic quoque Malaicensibus vocatur *Boa-Sabon*, & Javanis *Rarak.*

Locus. Plurimum in Java crescit, sponte in planis silvis, ibique in altam adsurgit arborem, ejus officula in

LI. HOOFTSTUK.


De Rarak-boom, ofte Seep-korls-Boom.

Dit is een Javaanse boom, maar door overgebragt zaad in Amboina voortgekomen zynde, zo heeft hy mede in dit boek plaats gevonden. Den boom schiet op met een zeer regten, hogen, en ranken stam, hebbende een gladde en effene schorsse: De hooft-takken zyn weinig, maar staan vol dunne wat gestreepte ryskens, en dezelve met bladeren aan wederzyden beladen, zo datze evenwel een digte kruin maken.


De bladeren staan aan zommige stelen overhants, en aan andere regt tegen malkander over, aan gedaante en manier van wasschen of groeyen, 't Caju Cuda *gelyk, doch kleinder, als zynde wat min of meer als vier duimen lank, en een duim breet, van vooren smal toegespitst, aan de kanten effen, blyd-groen, glad, en met een roode senuwe in de midden, onlieffelyk van smaak, aan de jonge bomen zynde wel over de 6. duimen lank, staande aan lange ryskens by* 12. *paren en meer aan ieder, gelykende wel na de Persick-bladeren, doch aan de oude bomen staan'er maar* 8. *en* 10. *paren aan een rysken, zomtyds met een alleen voor uit, en zomtyds niet: Het bloeizel komt uit den schoot der ryskens aan de takken, zynde kleine bleeke bloempjes, en daar op volgen de vruchten, dewelke veele by malkander hangen, en rond van gedaante zyn als Musquet-kogels, doch wat grooter, en met een uitstekende naad van buiten, eerst geel, en daar na ryp zynde rood, bedekkende onder een effen vliesken, een weinig hoog-geel, en slymerig vlees, eerst laf, doch daar na onlieflyk en scherp op de tong, daar binnen in leid een ronden, harden, en pik-swarten steen, als een kleine knikker, glad als Coralen van eeu Paternoster, doch aan de onderste kant wat gestreept:* 't Hout *van dezen boom is zeer droog, en van verscheide omwindzelen t'zamengezet, als een opgerolt boek papier, in de midden met een swartachtig hert. De schorsse is wat zappiger, en kleeft zo vast aan 't hout, dat menze niet dan met kleine stukken daar aftrekken kan. De takken zyn zeer bros, en licht door de wint brekende. Ook en kan men daar op niet staan.*

Naam. *In 't Latyn* Saponaria, *in 't Duits* Zeep-korrels *van haar gebruik, en zo ook op Maleyts* Boa Sabon, *op Javaans* Rarak.

Plaats. *Hy wast meest op Java van zelfs in de vlakke Bosschen, en wert aldaar een zeer hogen boom, de korrels* in



Feronia Elephantum. Ham.



in Amboinam translatæ ibi progerminarunt in altas & graciles instar Abietis arbores, quæ usque in duodecimum annum nondum fructus produxerunt, uti hoc in plurimis obtinet arboribus Javanis, quum anni tempora (uti sæpius dictum fuit) ab hujus regionis temporibus sint diversa.

Usus. Vulgo in Java ejus fructus loco saponis usurpantur ad lintea lavanda & depuranda; si enim hi manibus in aqua conterantur calida, caro exterior mucosa instar saponis spumescit, cujus infusum seu aqua omnes ex pannis tollit sordes: compertum autem fuit hanc carnem nimis acrem & arrodentem esse, ita ut pannos vel lintea sæpius quasi comburat, unde citius pereant, nec ita sint durabilia ac alio modo lota net: Mercatores Chinenses fructus hos siccatos plenis venales adferunt saccis in Orientales hasce regiones, ut loco saponis usurpentur, qui vero non omnibus annis ibi venales prostant: Quidam tentarunt hisce fructibus caput suum lavare, sed experti fuere nimis corrodentes esse, atque capillos inde fluere.

Nigra horum officula inter lavandum integra manent & abjiciuntur, vel flaminibus Æthiopum donantur pro rosariis, si enim poliantur vel tornentur, splendent ac nigrescunt instar ligni Ebeni, licet multo leviora sint: non facile franguntur, ac forti mallei vi vix separantur; Videntur hi fructus convenire, saltem haud multum differunt ab iis, qui in India Occidentali crescunt, tam in Hispaniola, quam in continenti & Guiana, de quibus *Oviedus Hist. gener. & natural. libr. 9. cap. 5. Nic. Monardus de simpl. Medic. cap. 65.* & *Carol. Clusius libr. exotic. 2. cap. 16.* mentionem fecerunt, vocanturque ipsis *Sphærulæ Saponariæ*, & Anglice *Sopæ Berriës*, uno testantes ore carnem eorum externam loco saponis, interna vero ossicula nigra & dura ad rosaria adhiberi, non autem aliquem offendat, quod arboris folia ab ipsis cum Filicum foliis comparentur, quod Hispanicis scriptoribus familiare est omnia talia folia, sive sint longa sive brevia, quæ in longis pinnis per bina paria sunt opposita, cum Filicibus comparare. In Java horum fructuum caro adhibetur ad depuranda ora argentei cujusdam vasis vel operis, si fuerint cœrulei coloris vel commaculata.

Altera talis, cujus cortex similem suppetit usum, qui *Cortex Saponarius* vocatur, & Malaice *Langir*, postea describetur *libr. 6. cap. 73.*

Similis *Saponaria arbor* descripta quoque occurrit in *Hort. Malab. part. 4. Fig. 19.* nomine *Poerinsji.* Portugallice *Sabaon dos Canarins.* Belgice *Zeep-nooten:* quæ in Bengala quoque crescit.

in Amboina overgebragt, zyn daar wel opgeschoten tot hoge ranke bomen, als sparren, maar hebben in 't 12de jaar nog geen vruchten willen dragen, gelyk veele Javaansche bomen doen, om dat (gelyk meermaals is gezegt) de Moussonnen, dat zyn jaar-getyden met die van deze landen komen te verschillen.

Gebruik. *De gemeene Man op Java gebruikt de vrugten in plaats van Zeep, om alderhande linnen daar mede te wassen: Want als menze met de handen in warm water vryft, zo begint het buitenste slymerig vlees als Zeep te schuimen, en welk water dan alle vuiligheit van 't linnen wegneemt, doch men heeft ook bevonden, dat dit vlees wat te scherp is, en 't linnen eenigzints verbrant, waar door 't zo lang niet duuren kan, als het anders wel zoude doen: De Sineeze Koopluiden brengen deze gedroogde vruchten met zakken vol in deze Oosterze quartieren, om te gebruiken in plaats van Zeep, die men aldaar niet alle jaaren bekomen kan. Zommige hebben ook onderstaan met deze vruchten het hooft te wassen, maar bevonden, datze al mede te scherp waren, en 't haair deden uitvallen.*

De swarte korrels blyven in 't wassen geheel, en werden weggesmeten, of aan de Moorze Papen gegeven, om Paternosters daar van te maken, want als menze draait en polyst, dan wordenze zo schoon swart als Ebben-hout, hoewel veel lichter: Zy breken ook niet licht, moetende al met een goede hamerslag getroffen zyn, eer menze van malkander krygt. Het schynt dat deze vruchten overeenkomen, of immers niet veel verschillen van die geene, die in West-Indiën *wasschen, zo op* Hispanjola, *als op 't vaste land, en in* Guiana, *waar van* Oviedus Hist. Gener. & natural, lib. 9. cap. 5. Nic. Monardus, lib. de simplic. Medicam, Capit 65. & Carolus Clusius, lib. 2. Exoticorum, cap. 16. *gewag maken, onder den naam van* Sphærulæ Saponariæ, *en in 't Engels* Sopæ Berriës, *eenparig getuigende, dat men 't buitenste vlees in plaats van Zeep, en de binnenste swarte en harde korrels tot Paternosters gebruikt, doch men moet zig daar aan niet stooten, datze deszelfs bladeren by die van Varen gelyken, om dat het de Spaansche Schryvers in gebruik hebben, alle zodanige bladeren, zy zyn dan lang of kort, die aan lange ryskens in 2. ryen tegen malkander staan, by 't Varen kruid te vergelyken. Op Java gebruikt men het vlees van deze vruchten ook om de zilvere kanten, die raauw uitgeslagen zyn, daar mede schoon te maaken.*

Nog een andere boom, van wiens schorsse men ook diergelyk gebruik heeft, genaamt Cortex Saponarius, *en in 't Maleyts* Langir, *vind men hier na beschreven* lib. 6. cap. 73.

Diergelyken Zeep-boom ziet beschreven in Hort. Malab. part. 4. Fig. 19. *onder den naam van* Poerinsji. *In 't Portugees* Sabaon dos Canarins, *in 't Duits Zeep-noten, dewelke men ook in Bengalen vindt.*

OBSERVATIO.

In aliis quoque Indiæ locis *Saponariæ arbores* occurrunt, uti in Zeylana, quæ ab *Herm.* in *Par. Bat. Pr.* & *Mus. Zeyl. p.* 69. vocatur Saponaria arbor, Zeylanica, trifolia, semine Lupini, & in *Thes. meo Zeyl. pag.* 209. recensetur, quæ cum illa *H. Malab.* convenire videtur, ubi in notis alii, & qui a *Rumphio* supra laudati sunt auctores, citantur; reliqua vero vide in *Thes. Zeyl. l. c. Ray tom.* 3. *app. p.* 65. *no.* II. Cum *Rumphii* vero descripta arbore convenire penitus videtur illa, quæ Prunifera racemosa, folio alato, costa media, membranulis utrimque extantibus donata, fructu Saponario. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 184. ubi plurimos hujus vide collectos auctores. nec non in *S. Dale. Pharmac. p.* 338. & *Hist. Jamaic. vol.* 2. *p.* 131. ubi figuræ *H. Amst. part.* 1. *Tab.* 94. & *Pluknet. Phytogr. Tab.* 217. *Fig.* 7. huic præ omnibus adnumerantur arbori. Saponaria hæc arbor nomine *Rarak-arbor's* in *Valent. descript. pag.* 194. occurrit.

AANMERKINGE.

In de andere plaatzen van de Indiën werden verscheide *Seep-ballen-bomen* gevonden, gelyk onder andere in Ceylon, welke van *Herman* in de *Par. Bat. Pr.* en het *Museum Zeylan.* genaamt wert *Saponaria Zeylanica*, trifolia, semine Lupini, welke in myn *Thes. Zeyl. p.* 209. opgetelt wert, en schynt over een te komen met de Poerinsji van de *Hortus Malab.* in het *vierde deel Tab.* 19. verbeelt, alwaar in de aanmerkingen de Schryvers van onze *Rumphius* vermeldt, mede aangehaalt werden, het overige zie verders in onze *Thes. Zeylan.* en in de *Appendix* van het *derde deel* van *Ray p.* 65. *No.* II. Doch met de Boom, van *Rumphius* beschreven, schynt over een te komen die geene, die by *Sloan. in de Catal.* van de *Jamaische gewassen pag.* 184. vermeldt wert, alwaar zeer veele Schryvers van deeze boomen aangehaalt en vermeldt werden, als mede in de *Pharmac.* van *Sam. Dale p.* 338. en in de *Historie van Jamaica tweede deel pag.* 131. alwaar de *Figuuren* in het *eerste deel* van de *Amsterd. tuyn Tab.* 94. en die van *Pluknet.* in zyn *Phytogr. Tab.* 217. *Fig.* 7. aan deze boom werden toegeeigent. Deze *Zeep-ballen-boom* wert mede by *Valent.* in de beschryving van *Ambon. pag.* 194. onder de naam van *Rarak-boom* vermeldt.

CAPUT LII.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Pharmacum Sagueri: Oebat Sagueer: Sesoot.

HÆc arbor est alta & silvestris, sed inter aromaticas quoque referri potest, ob quotidianum radicum suarum usum, quibus vulgaris potus *Sagueer* dictus præparatur: Non admodum extensam gerit comam, sed elegantem & bene ordinatam, quæ folia ac ramos gerit densos instar majoris Caryophylli arboris, ejus autem truncus plerumque adeo crassus est, ut eum vix ulnis amplecti liceat: In binas dividitur species; in feminam nempe seu *Pharmacum Legitimum*, & alteram *Pharmacum Limonicum* dictam. Harum autem primam describemus *Pharmacum Legitimum* seu *Feminam*, *Oebat Sagueer* dictam, quæ usitatissima est.

Ramulos ac raches (uti dictum est) gerit densas, sed regulari ordine locatas. In ramis enim primo foliorum raches seu ramuli erecti & oppositi, quatuor vel quinque foliorum paribus constantes, non vere cruciformes uti in Caryophyllo arbore, sed sine ordine, licet quidam crucem etiam efforment, inque his aliæ minores locantur tenues sed firmæ raches, quæ sese iterum in alias minores dividunt, quarum plurimæ sunt cruciformes. In istis rachibus tam majoribus, quam minoribus folia quoque regulari ordine sunt opposita brevibus insidentia petiolis, in longioribus ramulis sex septemve paribus constantia, in brevioribus vero binis ternisve, atque ubi raches minores concurrunt, sub singula tali minori rachi minus locatur folium.

Folia quodammodo Caryophylli folia referunt, hoc tamen discrimine, quod plerumque sint breviora, nec inferius ita angustentur ac in Caryophylli foliis, & superius in longum apicem desinant, sunt autem scabra, glabra, & splendentia, quatuor vel quinque pollices longa, binos lata digitos, obscure sæpe virentia, ac superius tam glabra, ut nullæ ibi appareant venulæ protuberantes, atque nervus intermedius sulcum quodammodo ibi efformat, ab inferiore vero parte plurimæ tenues ac parallelæ conspiciuntur venulæ, oblique ad anteriorem excurrentes partem (quæ in Caryophylli foliis arctiores magisque transversales sunt) ad oras autem æqualia sunt hæc folia. Horum sapor est subtilis, amaricans, sed debilis, ingratus, & sub finem acidulus.

Flores nondum apparuerunt, atque tam raros gerit fructus, ut plurimis incolis, immo talibus, qui quotidie hujus arboris radices eruunt, fere sint ignoti, cujus caussam puto esse, quod ob arborum altitudinem, viridemque suum colorem inter obscure nigricantia folia vix dignosci possint, ac deinde, quod hæ arbores continua radicum spoliatione quasi castrentur, unde nullos proferre possunt fructus; unde & hi non inveniuntur nisi in talibus arboribus, quæ longe distant & ulnæ crassitiem habent, & ab effossoribus vix vel raro vexatæ fuerunt: Fructus autem ejus formam habet incurvi cornu vel in conum desinentis sacci, qui binos circiter pollices longus est, digitum latus, ac fere rotundus vel parum compressus, planus, & ventricosus, ab una parte juxta longitudinem sulcatus, est porro viridis & mollis, si tangatur instar inflati sacculi: Intus ossiculum reconditur planum instar decorticati Canarii, tenui albicante primum ac dein fusca pellicula tectum, sub quo flavescens & oleosa medulla seu pulpa reconditur, qualis est illa *Bintangor*, nullum vero peculiarem habet saporem, nisi quod paululum amaricet: Ossiculum hoc seu nucleus est quoque gibbosus & ab una parte umbilicatus, fere instar pisi vel fabæ, in qua pelliculæ radii quasi in uno centro concurrunt, ubi & brevis durusque apex conspicitur instar hili. Inter hunc nucleum & exteriorem viridem corticem liquor reconditur viscosus, & semipellucidus instar Terebinthinæ: Fructus hi plurimum obscure virent, vel paululum tandem flavescunt in inferiore eorum parte, ubi & per maturitatem dehiscunt, istumque emittunt nucleum, qui in terram pro-

la-

LII. HOOFTSTUK.

De Sesoot-Boom.

DIt is een hooge en wilde boom, doch kan mede onder de speceryachtige plaats krygen wegens het dagelyks gebruik van zyne wortelen, waar mede den gemeenen drank werd toebereit: Hy heeft geen geheel breede, maar een welgeschikte en cierlyke kruin, dicht van loof en takken, gelykende wel een groote Nagel-boom, en den stam is in 't gemeen zo dik als een man omvademen kan: Men verdeeld hem in twee zoorten, die in gedaante weinig van malkander verschillen, te weten; 1. wyfken, of Pharmacum Legitimum, *en* 2. Pharmacum Limonicum, *en waar van wy* Pharmacum Legitimum, *of het wyfken van* Oebat Sagueer *eerst zullen beschryven, als zynde het gebruikelykste.*

Hy heeft, als gezegt, zyn kruin vol takskens, of ryskens, meest in een geschikte ordre staande: Want aan de takken ziet men voor eerst de ryskens na boven, en regt tegens malkander staan, met vier en vyf paaren, niet regt in 't kruis, gelyk aan de Nagel-boomen, maar zonder order, hoewel zommige ook in 't kruis staan, en aan deze staan weder andere kleindere, dunne, en styve ryskens, die zig al wederom in andere kortere verdelen, en meest alle in 't kruis staan: Aan de voornoemde ryskens, zo groot als klein, staan de bladeren mede tegens malkanderen geschikt in rygen, en op korte steeltjes, aan de langere ryskens met 6. *en* 7. *paaren, en aan de kortere met* 2. *en* 3. *paren, en daar de ryskens t'zamen stoten, staat onder ieder rysken nog een kleinder blad.*

De bladeren gelyken eenigzints na de Nagel-bladeren, doch met dit onderscheit, datze doorgaans korter zyn, en achter zo smal niet toelopen als de Nagel-bladeren, midsgaders van vooren een lange spits hebben, zy zyn styf, glad, en glimmende, 4. *en* 5. *duimen lank,* 2. *vingers breet, swart-groen, en aan de boven zyde zo effen, dat men aldaar geen aderkens ziet uitbuilen, ook maakt 'er de middel-zenuwe slegts maar een groeve, doch aan de onderste zyde ziet men veel fyne en paralelle adertjes, wat schuins na voren lopende, (zynde aan de Nagel-bladeren wat dichter, en meerder dwers lopende) voorts met effene kanten: De smaak is subtyl bitter, doch slap, onaangenaam, en in 't einde wat ryns.*

Het bloeizel heeft men nog niet gezien, en hy draagt ook zelden vruchten, zo datze by de meeste Inlanders, ja zelve by de gene, die zyne wortelen dagelyks uitgraven, by na onbekent zyn, en waar van ik de oorzaak eensdeels gisse te zyn, om datze, wegens de hoogte der bomen, en groene koleur, tusschen dat swart-groene loof, qualyk te bekennen zyn, en ten anderen om dat de bomen door het gedurig uitgraven der wortelen eenigzints als gelubt werdende, geen vruchten kunnen voortbrengen: Weshalven men 'er ook niet en vind, dan aan bomen die geheel verre van de hand staan, en wel een vadem in den omloop dik zyn, midsgaders van de uitgravers niet of zelden bezogt werden. Deze vrucht dan gelykt wel een krommen hoorn, of spits toelopend zakje, zynde ongeveer 2. *duimen lank, een vinger breet, en schier rond, of als een weinig plat gedrukt, met een buik aan de eene zyde, en langs dezelve eene naad: Voorts gras-groen, en welke in 't aantasten als een opgeblazen zakje is: Van binnen leid een platte korrel, als een geschelde* Canary, *met een dun, eerst wit, en daar na bruin vliesken bekleet, en daar onder een geelachtige en Olyachtige heest, als die van* Bintangor, *van geen zonderlinge smaak, als alleen een kleine bitterheit: Deze korrel is mede wat bultig, en heeft aan de eene kant een navel, als een boon, alwaar de stralen van 't vliesken als in een middelpunt te zamen stoten, en men ziet 'er ook een kort en hard spitsken aan: Tusschen deze korrel en de buitenste groene schel, leid een lymachtige en half doorschynende vogtigheit als Terpentyn: Zy blyven meest donker-groen, of werden ook wat geel op den buik, alwaarze dan eindelyk openbersten, en hun voornoemde binnenste korrel laten uitvallen, dewelke dan de aarde rakende,*

een

labens novam progerminat arbuſculam: Trunci cortex rugoſus eſt, & ex nigro virens, in ramis vero eſt glaber & ruffus.

Hujus arboris radices ſolæ fere expetuntur, unde ſapiens naturæ Creator illas haud profunde ſub terra abſcondit, plurimum enim ſub rugoſa tantum terræ parte ſinuoſæ decurrunt, hinc inde etiam protuberantes, immo ultra extenſam arboris comam, ita ut facillime ſint eruendæ, atque ubi ita protuberant, nodoſam efformant ſubſtantiam: Harum radicum cortex eſt ſatis craſſus, ex ruffo luteus, ubi terra obtegitur, fragilis porro eſt, & ſi incidatur, ſubſtantia ſicca ſeſe offert inſtar Sulphuris, ſapor autem amaricat cum notabili adſtrictione, ubi vero e terra ſeſe erigit, cortex hic eſt tenuis, quum ſub terra ſit craſſus. Trunci lignum eſt pallidum, ſed ſiccum flaveſcit, ſi fuerit cæſum, ad radices vero magis luteum gerit colorem, nec durum eſt, & facile contunditur, hujus amarities major eſt quam corticis.

Pharmacum Limonicum, ſeu altera ſpecies *Mas* dicta, a præcedenti adeo parum differt, ut adſpectu vix dignoſci vel diſtingui poſſit, ramuli enim ac folia eodem locantur ordine, ſed non ita ſemper oppoſita ac in priore, folia quoque eandem habent formam, excepto quod ſint anguſtiora, longiora, & tenuiora, magisque acuminata; Ramorum cortex non eſt ruffus, ſed cinereus, in trunco quoque cinereus eſt, ſed glabrior & tenuior, æque in trunco ac in radicibus, non ultra culmum craſſus, nec ſubſtantia illa flava & ſulphurea eſt adeo copioſa ac in præcedenti. Sapor quoque maxime differt, qui in mare magis amaricat & accedit ad Limonum corticem, ita ut optimus differentiæ character, quo hæ arbores diſtinguuntur, conſiſtat in corticis craſſitie & ſapore. Unde effoſſores non ad arborem, ſed ad radices attendunt, quæ in mare etiam non profunde terram petunt, ſed hinc inde nodoſæ ſupra illam elevantur, & plerumque non ita craſſæ ſunt vel ruffæ, tam in ligno quam in cortice: Arboris lignum magis albicat, durius eſt, & ſolidius, unde & uſui mechanico magis inſervit. Ejus fructus brevior eſt & rotundior fere inſtar minoris Pruni, viridis quoque, ac ejus liquor non ita viſcoſus eſt, odorem gerens florum *Canangæ*: Officulum ejus eſt magis pallidum, fuſcum, brevius, & craſſius, ſed ſimul ſinuoſum & umbilicatum, ſeu hilo notatum uti in faba, haud male referens aureliam Bombycis: Utriusque ſpeciei fructus menſe Aprili apparent, in mare frequentiores quam in femina, quum ejus radices minus eruantur, oſſicula prolapſa ſub arboribus magna progerminant copia, in arbuſculas excreſcentia.

Nomen. Prima ſpecies vocatur *Pharmacum Sagueri Legitimum* Latine, in Lingua vero Amboinica, & Malaicenſi *Ubat Thuni*, in Hitoe vero *Seſoot* & *Seſoat*, quod generaliter omne denotat, quo Saguerus, ſimilisque potus amarus fit & potabilis: In Leytimora aliisque locis dicitur *Alat* & *Ay-Alat*, *Malul*, *Malun*, & *Malu*, hæc autem ſpecies proprie Amboinenſibus vocatur *Ay-Alat Wabba*.

Altera ſpecies dicitur *Pharmacum Limonicum*, Malaice *Ubat Lemon*, Amboinice *Ay-alat Auſſy*, dum illarum radicum ſapor ut & Sagueri, cui infuſæ ſunt, ad Limonum cortices accedat. Circa denominationem maris & feminæ inter me & incolas magna eſt controverſia. Primam ſpeciem feminam dixi, quum corticem gerat ac lignum mollius, illi autem pro mare hanc habent, & e contrario alteram ſpeciem feminam putant eſſe, ſed non operæ pretium eſt, ut de ea diſputemus re.

Locus. Hæc arbor plurimum creſcit in Amboina, non autem in omnibus ejus locis, ſed tantum in Hitoes montibus, longe a litore, in altis & ſilveſtribus locis, e quibus Tiſſadores ejus radices non ſine magno labore deducunt, quæ enim ſunt propinquiores, multo earum uſu jam diu ſunt illis deſtitutæ, unde longe e montibus prætendæ ſunt: hoc autem commodum adfert hæc arbor, quod late & copioſe ſuas proferat radices, harum autem arborum optimæ & plurimæ creſcunt circa pagum *Xuli*.

een nieuw boompje voortbrengt: De ſchorſſe des ſtams is rimpelig en ſwart-groen, maar aan de takken effen en ros.

De wortelen zyn by na alleen, het gene dat men van, of aan dezen boom zoekt, en daarom heeftze de wyze natuur niet diep onder de aarde willen verbergen, want zy loopen meeſt langs onder de ruigte heen, of met bochten daar onder, en hier en daar boven uitbultende, ja zelfs buiten het bereik van des booms kruin, zo dat menze gemakkelyk uitgraven kan: En daarze zodanig uitbuilen, makenze ook knoeſten van een warrige ſubſtantie: de ſchorſſe van deze wortelen is redelyk dik, en ros-geel, daarze de aarde bedekt, voorts bros, en als men daar in ſnyt, zo komt daar een geele droge ſubſtantie als ſwavel uit, zynde bitteragtig van ſmaak, en met een merkelyke zamentrekking, dog daarze boven de aarde uitpuilt, iſſe dun, maar onder de aarde dik: Het hout des ſtams is bleek, dan beſterft ſtraks geel, als men daar in kapt, aan de wortelen is het wat geelder, niet hard, maar laat zig lichtelyk in ſtukken kloppen, en de bitterheit is daar in merkelyker of meerder dan in de ſchorſſe.

De Pharmacum Limonicum, *of anders het Manneken van dit geſlagt, verſchilt, als gezegt, van dit voorgaande zo weinig, dat menze in 't aanzien qualyk onderſcheiden kan, want de ryskens en bladeren ſtaan in dezelfde order, doch zo precies niet tegens malkander, als aan 't vorige, de bladeren hebben ook het zelfde fatzoen, behalven datze wat ſmalder, langer, en dunder zyn, en ook een langer ſpits hebben, de ſchorſſe der takken is niet ros, maar graauw: Aan de ſtam is zy mede graauwer, en effender, ook doorgaans dunner, zo wel aan de ſtam als aan de wortelen, te weten niet boven een ſtroo-halm dik, en daar komt zo veel geele ſwavelachtige ſtoffe niet uit, als uit het vorige. De ſmaak verſchilt ook merkelyk, zynde in dit Manneken bitterder, en na Lemoen ſchellen trekkende, zo dat de beſte kenteekens, waar mede men deze bomen onderſcheiden kan, beſtaat in de dikte der ſchorſſen, en in de ſmaak: Weshalven de uitgravers niet na de boom, maar na de wortelen zien, en dewelke van 't Manneken mede niet diep onder de aarde lopen, ook hier en daar met knoeſten uitbuilen, maar zyn doorgaans zo dik en ros geel niet, nog van hout, nog van ſchorſſe: Het hout is mede witter, harder, en maſſiver, en dierhalven, tot den huisbouw meer bequaam: De vrucht is wat korter en ronder, bykans als een pruimpje, ook gras-groen, en de binnenſte vogtigheit is min lymachtig, riekende be. ſcheidentlyk na de bloemen* Cananga: *De binnenſte korrel is bleker, bruin, korter, en dikker, midsgaders bogtig, en met een navel als een boon, gelykende niet qualyk een tonnetje van een Zyworm: De vruchten van beide deze zoorten ziet men in April, en aan 't manneken meer dan aan 't voorgaande, of 't wyfjen, om dat zyne wortelen minder uitgegraven werden, de uitgevallen korrels ziet men onder de bomen in menigte opgeſchoten, en tot jonge boompjes geworden.*

Naam. *De eerſte zoorte hiet* Pharmacum Sagueri Legitimum, *in 't Latyn, in 't Amboins en Maleyts* Ubat Thuni, *op Hitoe* Seſooten, *en* Seſoat, *'t welk in 't generaal alle dingen beduid, waar mede men de Sagueer en diergelyke drank bitter en drinkbaar maakt: Op Leitimor, en andere plaatzen hiet hy* Alat, *en* Ay-Alat, Malul, Malun, *en* Malu, *doch in 't byzonder wert deze zoorte in 't Amboins* Ay-Alat Wabba *genaamt.*

De tweede zoorte hiet Pharmacum Limonicum, *op Maleyts* Ubat Lemon, *op Amboins* Ay-alat Auſſi, *dewyl den ſmaak van die wortelen, en van den Sagueer daarze in gedaan zyn, na de Lemoen-ſchellen trekt, omtrent de naam van manneken, en wyfken is tuſſchen my en de Inlanders al vry wat verſchil: De eerſte zoorte heb ik het wyfken genaamt, om datze weeker van ſchorſſe en hout is, maar zy houdenze voor het manneken, en ter contrarie de tweede zoorte voor het wyfken, doch 't welk geen disputerens waard is.*

Plaats. *Deze boom waſt meeſt alleen op Amboina, en dat nog niet op alle deszelfs plaatzen, maar alleenig in 't Hitoeeze gebergte, verre van ſtrand, in hoge wilde boſſchagien, daar de Tiſſadoors zyne wortelen niet zonder groote moeite moeten van daan haalen, want die digt of na by ſtaan, zyn door 't veel gebruik al lange uitgegraven, en men moet nu daarom heel verre in 't gebergte gaan: doch dat voordeel is 'er by, dat den boom zyne wortelen zeer verre verſpreid, en men 'er veele van eenen boom hebben kan, ſtaande omtrent het dorp* Xuli *wel de meeſte en mooiſte.*

Ubat Lemon in Leytimora quoque crescit circa *Caju Puti* silvas, ac plerumque in summis montibus.

Usus. Hujus arboris radices tantum sunt in usu, & plurimum primæ speciei, seu feminæ, licet altera species majori in copia, & locis propinquioribus crescat, Tiffadores maximas effodiunt radices brachium vel crus crassas tali modo, ut arborem non omnino ipsis orbent, sed hinc inde unam alteramve tantum cædunt, ne pereat ipsa arbor, illumque locum rubra & pingui terra, quæ ibi obvia est, tegunt, ut novas ibi emittat radices, ultimis vero annis invidia & avaritia Tiffadorum hæ arbores ita sunt emaciatæ & inminutæ, ut raro occurrant, & ex longinquis *Capabæ* & *Wayæ* montibus altioribus petendæ sint.

Supra libro primo de Saguero potu monuimus, hunc ex arbore recenter destillatum gratum & dulcem esse liquorem, sed simul insalubrem, si quotidie usurpetur, hinc natura has videtur produxisse radices, hominesque edocuisse illas ad hunc adhibere potum, per quas grata quoque inprægnatur amaritie, adstrictione, & calore, unde & ventriculo multo salubrior est, meliusque conducit. Quod porro ad illarum usum attinet modumque præparandi; hujus arboris radices eliguntur in frusta semi pedis vel paulo longiora cæsæ, quæ in minores finduntur partes ad digiti crassitiem vel paulo tenuiores, quæ supra lapidem contunduntur parum, quo fit, ut plurima corticum pars separetur, quæ in fasciculos colliguntur pedem crassos, quorum unus alterve infunditur vasi *Tampajang* dicto, quod repletum est dulci Saguero potu, unde hic liquor mox parum effervescit, qui crassior inde fit, magisque albicantis coloris, atque inter sex octove horas omnem inbibit amaritiem, austeritatem, modicumque calorem, tumque hic potus usui aptus censetur, ita ut Saguerus hic potus, uti suo dictum fuit loco, omnem suam vim ac virtutem ex hac concipiat radice: Ubat Lemon radices non eliguntur nisi defectu Ubat Tuni, quia non modo sunt duriores ac præparatu difficiliores, sed etiam Saguero Limonum amaritiem conciliant, ipsumque magis fatuum minusque gratum reddunt, quique per tres dies conservari, ni acescat, nequit: Oebat Tuni diu quoque integræ & bonæ servari possunt, si solo recondantur sicco atque umbroso, immo etiam trans mare in alias transvehi possunt regiones, ut arborei potus amari reddantur & conserventur, si earum extremitates argilla obducantur: Quidam etiam has infuderunt cerevisiæ vulgari saccharatæ, loco *Amaræ Indiæ* seu *Margosi*, qui comperti fuerunt inde esse calidiorem stomachoque melius conducentem.

Coescoesenses, hujus arboris fructus amatores, illos comedunt, unde & hæc quoque arbor rarior: Saguerus autem cum Oebat Lemon præparatus facilius in acetum degenerat, quam cui Oebat Thuni est infusum.

Vetustæ & dejectæ arbores, sed plurimum Oebat Lemon, lignum dant pallidum, tenuibus constans fibris, & durum, optimo *Cofassu* simile, quod admodum durabile est, ac proinde maxime expetitur ad postes majorum ædium.

Het Ubat Lemon *vind men mede op Leitimor omtrent de Bosschen van* Caju Puti, *en gemeenelyk op of in het stylste der bergen.*

Gebruik. *Van dezen boom zyn alleen de wortelen in gebruik, en dat meest van de eerste zoorte, of het Wyfjen, hoewel de tweede zoorte in meerder quantiteyt, en digter by der hand te vinden is. De Tiffadoors graven de grootste wortelen van een arm of been dik, zoodanig uit, datze den boom niet geheel en berooven, maar kappender hier en daar maar een of twee, op dat hy niet kome uit te gaan: dekkende dan de plaats met roode en vette aarde (gelyk men aldaar heeft) wederom toe, om daar in nieuwe wortelen te schieten, doch in deze laatste jaaren zyn door nyd en gulzigheit van de Tiffadoors deze bomen zodanig vermindert en uitgemergelt, dat men 'er weinig meer vinden kan, en zy moeten nu al vry verre in 't hooge gebergte van* Capaha, *en* Way *lopen, om die aan te treffen.*

Nu hebben wy hier boven in 't eerste boek van den Sagueer gezegt, dat die drank, zoo alsse van de bomen komt, wel lieffelyk en aangenaam zoet, maar ook met eenen ongezont is, om dagelyks te drinken: en daarom schynt het, dat de natuur deze wortelen voortgebragt, en de menschen geleert heeft dezelve in die drank te gebruiken, en waar doorze ook een aangename bitterheit, zamentrekking, en warmte bekomt, en gevolgelyk voor de maag veel gezonder en dienstiger wert. en wat nu wyders het gebruik aangaat, of eigentlyk de maniere van toebereiding, men neemt de wortelen, die in stukken van ½. voet of wat langer gekapt zyn, en klooft dezelve weder in kleine stukjes, in de dikte van een vinger, of wel wat dunder, en deze kneust men dan een weinig op een steen, waar door de meeste schorsse daar afspringt, en dan bind menze in bondeltjes van de dikte als een been, waar van men der een of twee in een pot (Tampajang *genaamt*) *vol zoete Sagueer doet, en daar dien drank straks een weinig van begint te koken, werdende voorts dikker, en witter van coleur, en binnen 6. of 8. uuren alle de bitterheid, vrangigheid, en matige warmte uit de gemelde wortel trekkende, en dan acht men dien drank tot het gebruik eerst bequaam te wezen, zo dat de Sagueer, gelyk ook op zyn plaats gezegt is, alle zyne kragt en deugt van deze wortel verkrygen of bekomen moet. De wortelen van* Ubat Lemon *neemt men niet dan by gebrek van* Oebat Thuni, *dewylze niet alleen harder en moeyelyker te kloppen zyn, maar ook de Sagueer een Lemoenachtige bitterheit mededeelen, ook den zelven laf, en min aangenaam maken, konnende geen drie dagen zonder zuurte bewaart werden: De wortelen van Oebat Thuni kan men ook lange goet houden, als menze begraaft in een droge grond, en schaduwachtige plaats, ja ook over Zee na andere Provincien vervoert, om boomdranken mede bitter te maken, als men de einden met wat klei besmeert: Zommige hebbenze ook in 't gemeene zuikerbier gedaan, in plaats van* Amara Indica, *of* Margosi, *en bevonden dat het warmer, en voor de mage gezonder was.*

De Coescoezen eeten de vruchten ook zeer gaarne, 't welk de schaarsheit dezer boomen nog te groter maakt: en wert den Sagueer die met Oebat Lemon toebereit is, lichter tot Azyn gebragt, dan met Oebat Thuni.

De oude en omgevallene bomen, doch wel meest die van Oebat Lemon, hebben een bleek, fyn, en hard hout, het beste Cofassu *gelyk zynde, zeer durabel, en dienvolgende veel gezogt wordende tot stylen van groote huizen.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quadragesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet Sesoot-arboris, quæ *Pharmacum Sagueri* a *Rumphio* vocatur.

A. Est *folium Oebat Tuni* dicti.
B. *Folium Oebat Lemon.*
C. *Fructum* denotat.
D. Ejus *Ossiculum.*

UYTLEGGING

Van de vier-en-veertigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Sesoot-boom, *Pharmacum Sagueri* van *Rumphius* genaamt.

A. Wyst aan een bladt van *Oebat Tuni* genaamt.
B. Een bladt van de *Oebat Lemon.*
C. Verbeeldt een *Vrucht.*
D. Deszelfs *Kern.*

OBSERVATIO.

Arbor hæc in *Valent. descript.* nomine *Sesoot pag.* 193. occurrit, & *Tab. No.* XXIX. exhibetur.


AANMERKING.

Deze boom komt by *Valent.* voor onder de naam van *Sesoot-boom pag.* 193. en wert op de plaat *No.* XXIX. verbeelt.

CAPUT LIII.



Connarus Inga? Ham.



CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Capraria. Caju Cambing.

ARbor hæc hominis habet craſſitiem, paucos gerit majores ramos, qui plurimum eriguntur, & in eorum ſummo ſine ordine plurimæ excreſcunt raches longæ quæ virides, ex rotundo ſtriatæ, & ad ramorum ortum nodoſæ ſunt, ubi facile rumpuntur; Hiſce folia inſident per octo decemve paria, illis *Boarau Oetang* adeo ſimilia, ut vix ab iis dignoſci poſſint; ſunt enim quoque quinque vel ſex pollices longa, binos & binos cum dimidio lata, inferius rotunda, ſuperius acuminata, multis parallelis coſtis pertexta, & piloſa inſtar illorum *Boarau*, ſunt autem molliora, tenuiora, magisque ad tactum lanuginoſa, tam folia quam ramuli, rachesque præſertim in junioribus arboribus, ita ut ex ſerico videantur conſtructa; Hujus folia non ſunt acida, uti in Boarau, ſed ſapor illorum eſt fatuus ac ſiccus, cum parva adſtrictione, ad oras tenuiſſime ferrata ſunt, quod autem in vetuſtioribus vix apparet, aliquando per paria tantum locantur, aliquando inpar extremum claudit: Major nervus non directe per medium tranſit, ſed ad anteriores oras magis accedit, unde pars inferior ſemper eſt latior, ejusque nexus ad petiolum rotundior eſt magisque protuberans, inſtar foliorum *Solani*. Superiora folia plerumque ad ſuum ortum aliud minus, tamquam auriculam ſeu laciniam gerunt, & juniora folia rubent.

Nullos flores fructusque ego nec alii umquam in hac obſervavimus arbore, licet Hoehoenenſes prædicent, in ſua patria ſponte creſcentem hanc aliquando fructus produxiſſe inſtar Gnemonis; Rami ejus ſunt fragiles, intusque repleti medulla ſicca & fungoſa: Trunci cortex ſatis craſſus eſt, externe rugoſus ac ſcaber, ex nigro viridis, ſuccoſus admodum, & viſcoſo repletus liquido inſtar Papedæ glutinoſo, qui demum in Gummi exſiccatur ſine notabili odore, ac parum modo reſinam *Nanarii* ſpirat. Hujus corticis ſapor eſt dulcis inſtar mollis Junioris Calappæ putaminis: Lignum eſt album, molle, & inutile, brevique putreſcit, ſi pluviæ exponatur. Propagatur hæc arbor per ramos, ſed plurimi illorum marceſcunt, ac pereunt, unde alii præferunt, non ita recens cæſos terræ eſſe committendos, ſed per aliquot dies in umbroſo deponendos loco, donec ſponte gemmas emittant, ac tum demum terræ eſſe demandandos.

Nomen. Latine *Capraria*, Malaice *Caju Cambing*: Amboinice *Aybibi*; quidam autem putant tria hæc nomina ipſi eſſe inpoſita, quum capræ ejus folia tam avide expetant.

Locus. In Amboina non multum obvia vel nota eſt, in quorundam enim hortis tantum occurrit circa ædes plantata, ubi per ramos propagata eſt & deducta ex Plo-Tiga, quæ tres ſunt parvæ inſulæ ſcopuloſæ & ſitæ ante Hitoes oram, ubi hæ arbores ſponte creſcunt, ut & in Hoehoenenſium regione.

Uſus. Plurimum in hortis colitur, quum ejus cortex expertum ſit remedium in Dyſenteria, in qua inteſtina jam ſunt exulcerata, qui ſequenti præparatur modo. Hujus corticis ex arboris trunco desquamati pars ſumitur palmaris longa & lata, cum quarta junioris Calappæ parte, qui parum contunditur & aquæ incoquitur cum manipulo *Pangaga*, paucisque foliis *Daun Cucuran*, donec dimidiæ aquæ pars fuerit conſumpta, quæ transcolatur, hujusque bis de die hauſtus ſumitur, ſed cavendum eſt omnino tum temporis a lardo: Quidam huic potioni admiſcent ſaccharum, ſi nimis amara ſit, quod autem inprobo, quum tum potus eſt magis nauſeoſus, meliusque eſt, ſi *Cucuran* omnino omittatur. Idem hic cortex ſolus aquæ incoctus & propinatus, diſſolvit, & tenacia pectoris phlegmata expectorat: arbor hæc præterea aliis quoque abdominis morbis inſervit & conducit. Juniora ejus folia cibo inſerviunt & ad Sayor adhibentur. Inferioris trunci lignum eſt ſatis durum ac ſtriatum, operi

LIII. HOOFTSTUK.

Geite Boom.

DEzen boom heeft de dikte van een man, en weinig hooft-takken, die ook meeſt overeind ſtaan, en aan 't uitterſte der zelve, rondom en zonder order, veele lange, groene, en regte ryskens, uit den ronden wat geſtreept, en met knietjes aan de takken ſtaande, doch daar ze licht af te breken zyn; Aan dezelve ſtaan de bladeren regt tegen over malkanderen by 8. en 10. paar, die van de Boarau Oetang zo gelyk, datze daar van qualyk te onderſcheiden zyn, want zy zyn mede 5. a 6. duimen lank, 2. en 2½. breet, achter rond, en in een lange ſpits uitlopende, met veele parallele ribben doortogen, en hairig, gelyk die van de Boarau, maar veel ſlapper, wolachtiger, en zagter in 't aantaſten, zo wel de bladeren, ſtelen, als ryskens, en inzonderheit die van de jonge boomen, zo datze als van laken ſchynen gemaakt te wezen: Ook en is in deze bladeren geen zuurte, gelyk in de Boarau, maar wel een laffe en droge ſmaak, met een kleine zamentrekking, aan de kanten zynze zeer fyn gezaagt, doch 't welk men echter aan de oude heel qualyk bekennen kan, ſtaande zomtyds met paren, en zomtyds een alleen voor uit. De groote zenuwe gaat niet regt door de midden, maar leid de voorſte randen altyd wat nader, en waar door de achterſte helft altyd breder is; en haar bil loopt by den ſteel wat ronder, en verder uit, gelyk die van de Solana doen, de voorſte bladeren hebben ook gemenelyk by haren oorſpronk nog een kleinder blaadje, als een lapje, en de jonge bladeren zyn rond, en licht bruin.

ARbor hæc Sinensis mixtam videtur habere formam Canarii & Pruni Cerei, unde & obiter ipsam descripsi in *Herbarii libr.* 3. *cap.* 2. ad *Canarium Zephyrinum*, hic autem ejus historiam latius deducam, prout eam observavi in horto meo vegetam, & productam ex seminali officulo ex Sina delato. Intra annum ultra hominis altitudinem excrescebat trunco erecto, cujus superior pars erat lanuginosa, ut & rami ejus laterales, in quibus tria quatuorve foliorum paria opposita cum inpari locantur, uti veri Canarii folia, quæque superiora erant, sex septemve pollices longa erant, inferiora vero quatuor & binos lata pollices, in adultioribus vero & vetustis arboribus audivi multo esse minora, horum oræ sunt æquales & integræ, in teneris vero ac junioribus foliis tenuissime dentatæ erant, cujus & vestigium in superiore subsequentium parte apparebat: Ad partem infimam sunt latissima hæc folia, inque apicem acutum desinunt, quæ brevibus insident petiolis: Nervus medius ab utraque protuberat parte, qui dividitur in majoribus in duodecim, in minoribus in septem vel octo costas sinuosas, contritorum horum foliorum odor est resinosus, maximeque ad Canarinum accedit: Flores me hactenus latent. Fructus vero sunt oblongi, ab utraque acuminati parte instar Prunorum cereorum, nux interna optime refert oblongum silvestre Canarium, quod *Nanary* vocatur, ab utraque nempe parte acuminata & trigona, in tres quoque cellulas divisa, in quibus tres angusti locantur nuclei.

Hujus tres numerantur species. Prima dicitur *Tsjacana*, quum fructus ejus sit lignosus, quique maximus est, & officula maxima habet vulgari Canario similia, cujus descriptio data est. Secunda vocatur simpliciter *Cana*, cujus fructus referunt Canarium trigonum, odoratum, ab utraque vero parte sunt acuminati instar officulorum Pruni cerei. Tertia & minima species nominatur *Tengio-Cæna* h. e. Cana Caryophyllacea, quum ejus officula formam gerant Caryophyllorum, optimique sint saporis: Omnes autem hæ tres species in altas & erectas excrescunt arbores, ex corticibus truncorum hinc inde quoque exsudat Gummi nigrum, sed rarum, quod durum est & concrescit, carbonibusque inpositum haud injucundum præbet odorem.

Nomen. Latine *Canarium Sinense*, vulgo *Sinees Cana.*

Locus. Crescit autem in *Sina*, *Tunquin*, & *Cochin-China.*

Usus. In Sina ejus fructus usurpantur æque crudi ad tragemata aliosque cibos, uti hic Canarii fructus adhibentur, ac muria conditi, qui in has sæpe transferuntur regiones, quodque mirabile est, Sinenses his utuntur ad sitim exstinguendam, quum itinera instituant, licet quam maxime salsi sint cum parva austeritate, omnes autem hæ tres species adhibentur tam ad fercula, quam quod solæ edantur, Sinenses enim hosce fructus tanquam alimentosum habent valdeque nutrientem cibum: inepti autem sunt ad Oleum exprimendum.

In primæ speciei nucleis sculptores suam exercent artem, qui enim plurima ipsis insculpit hominum capita, palmam accipit, talemque servo nucleum, in quo octodecim distinctæ apparent atque notatæ sunt facies.

In het 5de Hoofdstuk van het Auctuarium *vint men op de volgende wyze beschreven*

De Sineesse Canary-Boom.

DEzen Sineessen boom schynt een gemengd fatzoen te zyn van 't Canarium *en* Prunum Cereum, *weshalven ik hem ook ten deele beschreeven heb in myn* Kruydboek lib. 3. cap. 2. *onder 't* Canarium Zephyrinum, *doch hier zal ik zyn Historie wat uitvoerlyker stellen, zo als hy zig vertoond heeft in mynen Thuin, gewassen van een gedroogde korrel uit* Sina *gebragt. Hy schoot binnen een jaar hooger dan een man op met een regt stammetje, wiens bovenste deel wolachtig was, gelyk ook de zydetakken. Aan dezelve staan* 3. *en* 4. *paar bladen regt tegens malkander, met een voor uit alleen, gelyk de Canary bladeren; de voorste aan de ryskens van dezen boom, zyn* 6. *en* 7. *duimen lank, de achterste* 4. *en* 2. *breed, doch aan de oude boomen versta ik, datze veel kleinder zyn. Hare kanten zyn effen, doch aan de eerste uitkomende blaadjes waarenze fyn getandt, waarom men nog de voetstappen aan 't voorste deel der volgende bekennen kon. Omtrent het achterste zynze op 't breedst, en eindigen in een lange spits, staande op korte voetjes. De middel-zenuwe puilt boven en onder uit, verdeelt zig aan de groote in* 12., *aan de kleine in zeven of acht ribbekens, die bogtig lopen; de reuk aan de gevreevene is hersachtig, en trekt merklyk na de Canary reuk: Het bloeizel is my nog onbekend. De vruchten zyn lankwerpig, achter en vooren toegespitst gelyk de geele Pruimen, het binnenste nootjen gelykt best na een lankwerpige wilde Canary, die men* Nanary *noemd, te weeten, achter en vooren spits, en driekantig, binnen mede in* 3. *celletjes verdeelt, en daar in* 3. *smalle beestkens.*

Men heeft 'er drie zoorten van: De eerste is genaamt Tsjacana, *om dat het grof is als hout, zynde de grootste van vruchten en steenen, onze gemeene Canary gelyk, waar na de beschryving gemaakt is. De tweede hiet slegts* Cana, *welkers vruchten gelyken ons* Canarium Trigonum Odoratum, *doch aan beide einden toegespitst, gelyk de korrels van voornoemde geele Pruimen. De derde en kleinste hiet* Tengio Cana, *dat is* Garyoffel-Cana, *om dat het van binnen kleine korrels heeft als Kruit-nagelen, het beste van smaak, alle drie werden hooge en regte boomen, uit de schorsse des stams sweet hier en daar, doch spaarzaamlyk een swart Gom, 't welk hard opdroogt, op kolen gelegt niet onlieflyk van reuk.*

Naam. *In 't Latyn* Canarium Sinense, *in 't gemeen* Sinees Cana.

Plaats. *Zy wasschen in* Sina, Tunquin, *en* Cochin China.

Gebruik. *In Sina werden de vruchten gebruikt zo wel raauw tot Banquet-werk, en verscheide koeken, gelyk men hier met de Canaris doet, als ook ingepeekelt, dewelke men zomtyds in deze Landen vervoerd, en het welk wonder is, de Sineezen gebruiken ze om den dorst te verslaan alsze ryzen, hoewelze uittermaten zout zyn, met een kleine wrangigheid, alle drie werdenze zo wel gebruikt tot toespys als alleen om te eeten, want de Sineezen boudenze voor een voedzame kost. Om Oly daar van te maken zynze onbruikbaar.*

Aan de korrels van de eerste zoorte willen de Beeldhouwers haare konst betonen, want die de meeste koppen daar op snyden kan, wint den prys. Ik heb een zulken korrel waar op 18. *volkome aangezigten te kennen zyn.*

CAPUT III.

CAPUT TERTIUM.

Canarium Silvestre alterum, sive Nanarium Nanary.

HÆc proprie silvestris Canarii species est, trunci magnitudine binis prioribus cedens, quique non crassior est, quam ut homo illum amplecti ulnis possit, inferiorque ejus pars paucis parvisque constat alis, nec cinereus est hic truncus uti praecedentium, sed obscure viridis, vel nigricans ejus cortex est: Coma quoque angustior est & acutior, rami rariores, plurimis instructi fragilibus & nodosis ramulis, ex quibus raches excrescunt breviores quam in antecedentibus, geruntque ad suum ortum binas squamas auriculatas, inque rachibus bina, terna, quaternave tantum foliorum paria opposita sunt uno impari extremo; folia minora sunt quam in *Canario Barat*, a quatuor ad septem pollices longa, binos binosque cum dimidio lata, ab utraque vero parte magis acuminata quam in prioribus &c. superius longo apice donata, scabra quoque & obscure viridia cum nervo intermedio flavescente, costisque lateralibus parallelis, quarum quaedam sunt oppositae, quaedam vero alternatae.

Flores praecedentibus similes sunt, sed plerumque minores, nec ita splendentes.

Fructus rari ac solitarii fere dependent ex longis lignosisque pedunculis, non tantum in ramorum extremo, sed etiam ad horum ortum ex crassioribus ramis. Fructus ipsi formam gerunt majorum Myrobolanorum, superiore parte latiores, inferiore magis angustati, ex oblongo rotundi nec trigoni, plano pericarpio contenti, cui diutius juncti manent, quam caeteri Canarii fructus, primo virides, dein lividi, ac demum nigri, sed non ita glabri & politi ac praecedentes, sed rugosiores, cinereisque maculis notati: Nux vero est oblonga, binos transversales digitos longa, minorem circiter digitum lata, ab utraque acuminata parte, plurimum rotunda, vel paululum trigona, prope pedunculum angustissima, estque magis fusca, quam vulgaris, alteram quoque habet speciem uti reliqua Canaria, brevem nempe & rotundam, transversalem vix pollicem longam, pauloque crassiorem praecedente, ex rotundo angulosam, tribus, quatuor, & sex angulis saepe protuberantem.

Nuces hae tres semper gerunt cellulas, raro quatuor, suntque rotundiores, quam in vulgari Canario, singula autem harum repleta est angusto oblongoque nucleo, tenuissima pellicula fusca obducto, ejus autem substantia interna est alba, dulcis saporis, uti reliqui Canarii fructus, vel etiam ad Catappos accedentis, siccaque & oleosa.

Hae nuces non aperiuntur contusione lapidum uti reliquae, quum nimis arcte & copiose repletae sint, omnes enim nuclei contusione frangerentur, sed transversaliter cultro caesorio dissecantur, nucleique bina segmenta ab utraque parte incurva acu vel hamulo extrahuntur, sed magis ex delectamento quam necessitate.

Ex hisce truncis duplex colligitur resina, ex superiore enim truncorum parte sicca, alba, & fragilis exstillat resina, inpurae calci vel Caphurae similis, debilis odoris nec magna copia, unde vix colligitur. Inferior autem trunci pars majorem exhibet quantitatem, sed neque magna copia, estque nigricans, liquida, non autem viscosa, sed fragilis, nec unquam ita indurescit, ac alia Dammara, plurimum mixta cum corticis sordibus vel & ipsius terrae.

Resina haec similis fere est, ac forte congenera speciei *Occidentalis Carannae*, quoad substantiam & odorem, Caranna autem carbonibus inposita jucundiorem spirat odorem, cum Amboinensis magis ad Canarinum accedat.

Anni tempus. Hujus fructus in Amboina maturescunt sub initium pluviosorum mensium, Majo nempe, Septembri autem sub arbore quoque prolapsi colliguntur, ita ut non certum videantur observare anni tempus.

Nomen. Latine *Canarium Silvestre alterum* & *Canarium Montanum* & *Nanarium*: Malaice *Canari Utan.* Amboinice *Nanari.* In Hoeamohela aliisque vicinis in-

III. HOOFTSTUK.

De tweede wilde Canary-Boom.

Dit is eigentlyk de wilde Canary, aan grootte van stam de beide voorgaande Canaris wykende, als die niet dikker is dan effen een man omvatten kan, beneeden met weinige en kleine vlerken, niet witachtig als de voorige, maar vuil-groen, of swartachtig van schorsse, de kruin is ook smalder en spitzer, de takken weiniger, met veele breekzame en knopachtige takjes bezet, daar aan de ryskens staan korter dan aan de voorige, hebbende by haren oorspronk twee gebaarde schubben, en maar 2. 3. en 4. paar bladeren regt tegen malkander over, met een voor uit alleen, de bladeren zyn nog kleinder dan aan 't voorige Canary Barat, *van vier tot zeven duimen lank, twee en twee en een half breed, achter en vooren meer toegescherpt dan de voorgaande &c. met een lange spitze voor uit, mede styf en swart-groen, met een geele middel-zenuwe, en evenwydige dwers-ribben, sommige regt, sommige overbants tegen malkander staande.*

't Bloeizel is als aan de voorgaande, doch doorgaans kleinder, en glimt zo niet.

De vruchten hangen ydel en weinig by malkander, aan lange houtachtige steelen, niet alleen aan 't uiterste der takjes, maar ook uit derzelver oorspronk, by de dikkere takken voortkomende. De vruchten zelfs hebben de gedaante van groote Myrobolanen, te weten vooren breetst, en achter by den steel smalder, lankwerpig-rond, en niet driekantig, in een vlak schooteltje staande, daar aanze langer vast hout, dan andere Canaris, eerstelyk mede groen, daar na loodverwig, ten laatsten swart, doch zo glad en effen niet als de voorige, maar ruiger, die met graauwer plekken zyn. Het nootje is lankwerpig, twee dwers-vingers lank, schaars een pink dik, achter en voren toegespitst, meest rond, of een weinig driekantig, en by den steel op 't scherpste, bruinder dan de gemeene, zy hebben mede haar tweede geslagt, als andere Canaris, te weten, de korte ronde zynde pas een duim-breet lank, en wat dikker dan 't voorgaande, uit den ronden wat hoekig, met 3. 4. en 6. uitsteekende ruggen.

De Nootjens hebben van binnen altyd drie kamertjes, en zelden vier, die ronder zyn dan in de gemeene Canaris, en een ieder is digt uitgevult met een smalle lankwerpige beest, buiten met een zeer dun en bruin vliesken bekleedt, binnen met een wit merg, zoet van smaak, als andere Canaris, of de Catappan wat bykomende, droog, zynde mede Olyachtig.

Deze Nooten klopt men niet op met steenen als andere, om datze te digt uitgevult zyn, en alle de beestjes in 't staan bryzelen, maar men kaptze dwers door met een Houw-mes, en de stukken van de beestjes haalt men ter weder-zyden uit met een krommme spelde of haakjen, dog meer uit plaizier, dan uit nuttigheid.

Uit deze stammen heeft men tweederlei hers, want uit de bovenste stam druipt een droog, wit en bryzelig hers, vuilen kalk of Campher gelyk, slap van reuk, en zeer weinig, daarom 't niet vergadert werd; De onderste druipt wat meer, doch mede in geen quantiteit; 't zelve is swartachtig, week, doch niet kleverig, maar brokkelig, en nooit zo hard werdende als andere Dammar, meestendeel vermengt met de vuiligheid van de schorsse of den grond.

Dit hers is schier gelyk, en misschien een medezoorte van de West-Indische Caranna, *aan substantie en reuk, doch de Caranna is op de koolen wat lieflyker, daar de Amboinsche nog sterker na* Canary *riekt.*

Saysoen. *Zy werden ryp in Amboina met het begin van de regen-Mousson in May, doch men vindze ook in September onder de boomen leggen, zo datze schynen geen bestendig Saysoen te houden.*

Naam. *In 't Latyn* Canarium Silvestre alterum, *en* Canarium Montanum & Nanarium, *op Maleyts* Canari Utan; *op Amboins* Nanari. *Op Hoeamohel, en de by-*

insulis vocatur *Yanele* h. e. *Canari Lain*, acsi spurium Canarium dicerent.

Locus. Non occurrunt circa hominum ædes vel in ipsorum hortis, sed in montibus crescunt remotis, altisque silvis, inque omnibus insulis Amboinensibus inveniuntur, & notæ sunt hæ arbores.

Usus. Fructus hi ab hominibus non æstimantur, quum nimis magno constent labore, ut aperiantur, & ut nucleus eruatur, qui insuper adeo pusillus est. Ex delectamento tantum eduntur, si in silvis inveniantur ac forte fortuna sese obferant, reliqua portio apris inservit, qui hosce fructus admodum expetunt ob nucleorum dulcedinem. Quidam hos colligunt fructus, quibus sues saginant domi.

Nigra *Dammara* seu resina ex inferiore trunci parte exstillans *Dammar Itam Cring* dicta, h. e. *Dammara nigra friabilis*, ubi magna invenitur & colligi potest copia, facibus inservit, sive sola, sive aliis Dammaris nigris mixta, quum melius etiam flammam concipiat, licet jucundiorem spiret odorem vulgari Dammara nigra.

Trunci malis quoque inserviunt, uti aliorum Canariorum, sed non ita frequenter, quum rarius inveniantur, ac difficile sit illos ex remotis altisque petere montibus.

byleggende Eilanden Yanele, *dat is* Canari Lain, *als ofze bastaart Canary zeiden.*

Plaats. *Zy wasschen niet omtrent de woningen der menschen, of in hare Thuinen, maar in 't afgelegene gebergte, en hooge bosschen, en zyn bekent in alle Amboinsche Eilanden.*

Gebruik. *Deze vruchten werden van de menschen niet geacht, om datze te veel moeiten kosten om op te kloppen, en de heest daar uit te halen, daar dan nog zo weinig aan is. Alleenlyk werdenze zomtyds tot plaizier gegeeten, als men in 't Bosch is, en by geval onder deze boomen komt. De rest word voor de wilde Verkens gelaten, die daar zeer graag na zyn, om de zoetigheid der korrels. Zommige vergaderenze, en mesten de Swynen t'huis daar mede.*

De swarte Dammar uit den onderslen stam druipende. Dammar Itam Cring, *dat is* Dammara nigra friabilis *genaamt, daar menze in meenigte hebben kan, wert tot toorzen gebruikt, 't zy alleen, of met andere swarte Dammar gemengt, wanneerze ook beter brant, hoewelze veel lieflyker van reuk is dan de gemeene swarte.*

De stammen werden mede tot masten gebruikt, gelyk de voorgaande Canary, doch zo veel niet, om datze weiniger te vinden, en moeyelyker uit het gebergte te halen zyn.

Tabula Quadragesima Nona

Ramum exhibet *Canarii silvestris secundi*, quod *Nanarium* vocatur, ubi Litt. A A. officula ejus seminalia denotant.

De negen-en-veertigste Plaat

Vertoont een Tak van het *tweede wilde Canari*, die *Nanari* genaamt wert; alwaar de Lett. A A. deszelfs Zaat-kerns verbeelden.

OBSERVATIO.

Canarii species a *Valent.* in *Amboinæ descript. pag.* 212. recensentur.

AANMERKINGE.

De zoorten van de *Canaries* werden van *Valentyn* in de *beschryving* van *Ambon* op *pag.* 212. vermeldt.

CAPUT QUARTUM.

Canarium Odoriferum. Camacoan.

Licet omnes Canarii species odoriferam exsudent resinam vel lachrymas, huic tamen proprie odoriferæ cognominationem tribuere volui, quum ejus resina, ac præcipue lachryma inter omnes Canarii species jucundissimi sit odoris. Silvestris penitus ac rara Canarii species est, quæ raro occurrit, nec nisi hinc inde una alterave invenitur arbor in montibus silvestribus.

Hæc species plurimas habet varietates, quas ad binas has reducam species, glabram nempe & rugosam.

Primo itaque *Canarium Odoriferum leve*, Belgice gladde of witte *Canacoan*, multo altiorem & majorem gerit truncum quam proxime antecedens, qui tam crassus est, ut duo vix viri illum ulnis amplecti possint, cujus cortex est gilvus, seu squallide albicans, glaber, sed quibusdam punctis notatus, unde rugosus apparet. Ejus rami sunt nodosi, fragilesque, inque superiorem partem subito terminantur, in his raches foliosæ, maxime vero ad eorum finem locantur, arcte & inordinate sibi junctæ, singulæ autem ad suum ortum geniculum gerunt, unde flexiliores sunt reliquis Canarii ramis: Sed squamæ illæ auriculatæ non adsunt, quæ in aliis Canarii speciebus observantur.

Folia formam habent *Canarii Barat*, sed sunt breviora & latiora, ab inferiore parte latissima, sensimque acuminata, venis quoque flavis pertexta, glabra, firma, intense viridia, maculisque plurimum notata, inferiora autem semper brevissima sunt, sex, septem, & novem digitos transversales longa, tres quatuorve lata: Sex, septem, & octo sæpe paria in una inveniuntur rachi opposita, cum extremo inpari.

Hujus speciei varietas est, quæ non ultra tria quatuorve foliorum paria in una rachi gerit, quæ sunt paulo magis oblonga quam præcedentis, a quinque ad novem pollices longa, tresque lata: Utraque autem gerit vulgarem Canarii characterem, quod raches nempe ad primum secundumque foliorum par geniculatæ

IV. HOOFTSTUK.

De Ruikende Canari-Boom.

Hoewel alle Canary zoorten een riekent hers of traan uitgeven, zo heb ik echter deze eigentlyke den naam van welriekende willen geven, om dat zyn hers, en inzonderheid de traan, onder alle Canaris de lieflykste van reuk is. Het is mede een gants wilde en raare zoorte van Canaris, zelden te vinden, en niet meer dan hier en daar een boom in 't woeste gebergte.*

Dit geslagt heeft verscheiden veranderingen, dewelke ik onder deze twee zoorten brenge, de eerste de gladde, de tweede de ruige.


Eerstelyk Canarium Odoriferum Leve, *in 't Duits gladde of witte* Canacoan, *gewint een veel hooger en grooter stam dan de naastvoorgaande, zo dik dat hem dikmaals twee mannen omvademen moeten, met een vuilwitte of vaale schorsse, effen, doch met zommige punten bezet, die haar wat ruig maaken. De takken zyn knoestig, breeken kort af, en loopen aan haar voorste eind ook schielyk toe. Hier aan staan de telgen of blad-dragende ryskens, omtrent haar uitterste, digt achter malkander, en zonder order, hebbende ieder by zyn oorspronk een knietjen, waar door zy buigzamer zyn dan andere Canary takskens: doch hebben geenzints de ooren of schubben, dewelke men aan andere Canary zoorten ziet.*

De bladeren gelyken na die van Canari Barat, *doch zyn korter en breeder, achter breetst, en allenskens toegespitst, ook met geele ribben doortogen, glad, styf, en hoog-groen, meest met sproeten of plekken bezet, 6. 7. en 9. dwers vingers lank, 3. en 4. breet, zynde de achterste altyd de kortste; zy staan met 6. 7. en 8. paaren aan een rysken tegens malkander, met een voor uit alleen.*

Men vind een verandering van deze zoorte, daar niet meer dan drie en vier paar bladeren aan een rysken staan, en zyn wat lankwerpiger dan de voorgaande, te weten, van vyf tot negen duimen lank, en drie breet, ook hebben zy beide het gemeene kenteeken van alle Canaris, te weten; dat de ryskens by het eerste en tweede paar bladeren



Canarium sylvestre. L.



culatæ ſint: Inter haſce raches ex ramis progerminant alii breves pedunculi, qui in racemis ſimplicibus capitula gerunt viridia, quæ ſeſe in flores aperiunt, qui ſunt irregulares ex tribus brevibus craſſiſque petalis conſtructi. Racemi hi floriferi non tantum in ramorum ſummo, more vulgaris Canarii, ſed etiam inter & ſub foliis progerminant.

Fructus ſimilis eſt rotundo ſilveſtri Canario, vel paulo magis rotundus eſt, in conum itidem deſinens & trigonus, externe ex nigro viridis, rugoſus, & fuſco maculatus colore. Sub craſſo putamine nux reconditur magnitudine parvi ſilveſtris Canarii, rotunda, trigona, & ſuperna parte plana, apice obtuſo, hujus latera ſeu ſegmenta non ſunt æqualia, ſed rugoſa, verruculis quaſi ſeu characteribus certis notata, inſtar decorticatæ Nucis Juglandis. Ejus putamen eſt durum, craſſum, in tres cellulas diviſum, in quibus unus alterve locatur nucleus, ſaporis inſtar reliquorum Canariorum.

Quidam autem fructus oblongi ſunt, nec characteribus iſtis notati, ſed ſtriati ſunt; ſeu rugoſi, quales Leytimorenſes obſervantur.

Ex trunco duplex colligitur lachryma & reſina, quæ enim ex ſumma ejus parte ramiſque exſudat, eſt albicans, ſicca, & fragilis, accedens quodammodo ad Dammaram Selan, quam Amboinenſes quidam inperiti putant eſſe, maxima autem in eo conſiſtit differentia, quod Dammara Selan inter dentes ſtrideat, & in pulverem friabilis ſit, omnes vero *Camacoan* ſpecies inter manducandum molleſcant inſtar Thuris. Ex inferiore trunci parte lachryma exſtillat ex ruffo, flavo, & nigro mixta colore, inſtar vulgaris Terebinthinæ, ſique comprimatur, tenue exſudat Oleum odoratum & jucundum, ſed non forte, in una vero arbore penetrantius eſt quam in altera, optimamque lachrymam fundunt tales arbores, quæ in ventoſis collibus ſolique bene expoſitis locatæ ſunt. In vetuſtioribus arboribus fruſta & grumi inveniuntur Terebinthinæ noſtræ vel Colophaniæ pallidæ ſimiles, ſed odore fere deſtituta ſunt.

Alterum *Canarium Odoriferum hirſutum* ſeu *Camacoan* rugoſum ramos gerit craſſos, nodoſos, obtuſe deſinentes, qui paucis conſtant firmis rachibus, calamo craſſioribus, inæqualibus, anguloſis, ſeu inferne rotundis, ſuperne acuminatis, ad ortum amplum & flexile geniculum gerentibus, in quibus octo decemve foliorum paria locantur; in quibuſdam inpari extremo, ad quintum vero vel ſextum par geniculum itidem occurrit, quod in binis inferioribus paribus plerumque decidit; folia hæc a ſex ad novem pollices longa ſunt, quatuor vel quinque digitos lata, brevibus craſſiſque inſidentia petiolis, ſuntque craſſa, firma, & ſinuoſa, quorum ſuperior pars rugoſa eſt inſtar piloſæ cutis Lamii piſcis, inferior autem pars lanuginoſa eſt & flaveſcens.

In Manipenſi ſpecie folia hæc ſunt piloſiora, magiſque pungentia, uti folia in variis arboribus forma, & magnitudine varia ſunt, quæ peculiarem hinc non conſtituunt ſpeciem. Ex foliorum alis racemus florifer progerminat, palmam vel ſpithamam longus, inque ipſo flores parvi ex capitulis conſtantes prioribus ſimiles.

Fructus in extenſis dependent racemis inſtar *Canariorum*, digiti articulum circiter longi, pollicem craſſi, ſuperius acuminati, ſi ſint juniores, rugoſi admodum ſunt, piliſque pungentibus obſiti, qui cutis pruritum excitant, ex rotundo trigoni. Nuces internæ ſunt majores quam Amboinenſium fructuum, eleganter inſculptæ & trigonæ. Putamen ſub glumi exteriore videtur ex tribus ſegmentis compoſitum, quorum ſingulum latus ex uno formatur ſegmento, quod in extrema ſuperficie & protuberante angulo puncta ſeu characteres gerit. Interior fructus pars eſt uti in ſuperiore ſpecie.

Racemi frugiferi ad ramulorum extremum progerminant ex plurimis compoſiti pedunculis, fructus autem ipſi ab utraque parte obtuſi ſunt. Ex ejus trunco gummi exſtillat liquidum & mucoſum, ſi incidatur, ruffum, & flaveſcens, quod, ſi comprimatur, Oleum exſudat, quo oleo incolæ capillos ſuos inungunt, quum non ſit viſcoſum. Gummi hoc ſenſim exſiccatur in obſcure ruffam ſeu nigricantem reſinam, quæ recens gratum ſpirat odorem, ad Ambram accedentem, ſed

deren een knietjen of bogtjen hebben. Tuſſchen deze ryskens uit de takken komen voort andere korte ſteelen, die in ydele trosjes groene knopjes vertoonen, waar uit het bloeizel werd, zynde ongefatzoeneerde bloempjes, van drie korte en dikke blaadjes gemaakt; Deze bloeyende trosjes komen niet alleen aan 't voorſte der takskens, na de manier van de gemeene Canaris, maar ook tuſſchen, en achter de bladeren.

De vrucht is gelyk die van de ronde wilde Canaris, of wel zo ront, en ſchielyk toegeſcherpt, ook wat driekantig, van buiten uit den groenen ſwart, ruig, en met graauw bevlekt. Onder een dikke bolſter leid het nootjen, van grootte als kleine wilde Canaris, regt ront, driekantig, en na vooren breed, met een ſtompe ſpitze. De zyden zyn niet effen, maar wat ruig, als met eenige wratjes of caracters uitgegraveert, gelyk een geſchilde Ocker-noot. De ſchaal is hard, dik, en binnen in drie kamertjes verdeelt, daar in twee a drie lankwerpige heeſten leggen, van ſmaak als andere Canaris.

Zommige vruchten zyn lankwerpiger, hebben niet veel verhevene Characters, *maar veel meer geſtreept of rimpelig, gelyk meeſt zyn die van Leitimor.*

Uit den ſtam heeft men tweederlei traan en hers, want het geene uit de bovenſte ſtam en takken komt, is witachtig, droog, en bryzelig, gelykende eenigzints na Dammar Selan, *waar voor het zommige onervarene Amboineezen houden, doch het verſchil beſtaat meeſt daar in, dat de Dammar* Selan *tuſſchen de tanden knerſt, en tot ſtof bryzelt, maar alle de zoorten van* Camacoan *vallen in 't knauwen leenig, als wierook. Uit den onderſte ſtam heeft men een gemengde traan van ros-geel, en ſwart, gelyk gemeene harpuis, en zo men daar op drukt, zo ſweeter een dun Oly uit, aangenaam en welriekend, doch niet ſterk, maar in den eenen boom kragtiger dan in de andere, en geven wel de beſte traan zodanige boomen, die op lugtige heuvels, en wel ter Zonne ſtaan. Aan de oude boomen vind men klontertjes onze harpuis, of bleeke* Colofonie *wel gelyk, doch die hebben weinig reuk meer.*

De tweede Canarium Odoriferum Hirſutum, *of het ruige* Camacoan *heeft dikke knoeſtige takken, van vooren ſtomp toelopende, met weinige ſtyve ryskens rondom, dikker dan een ſchaft, en oneven, hoekig, of onder rond, en boven met een ſcherpe rugge, by haar oorſpronk een breed en buigzaame knie, daar aan* 8. *a* 10. *paren bladeren, aan zommige met een voor uit alleen, en by 't vyfde of zesde paar is mede een knietje, en de tweeachterſte paren vallen gemeenelyk af, zy zyn van zes tot negen duimen lank, vier en vyf vingers breed, op korte dikke voetjes, dik, ſtyf, en wat bochtig, de bovenſte zyde ruig, als een haye-vel, de onderſte zyde wolachtig, en aldaar geel-groen.*

Aan 't Manipeeze geſlagte zynze haairiger en ſteekeliger, gelyk ook de bladeren aan diverſche boomen, in grootte en gedaante van malkanderen wat verſchillen, waar van echter geen byzondere zoorte te maken is. Uit den ſchoot der bladeren komt den bloeyenden tros voort, een hand of ſpan lank, en daar aan het klein knopje van 't bloeizel, gelyk aan 't voorige.

De vruchten hangen aan uitgebreide troſſen, als Canaris, *ſchaars een lidt lang, en een duim dik, vooren met een korte ſpitze, alsze jong zyn zeer ruig, en met ſteekelige en veele haairtjes bezet, die een jeuken op de huit maken, uit den ronden driezydig. De nootjens daar binnen zyn grooter dan van de Amboinſche, aardig gegraveert, en regt driekantig. De ſchaale onder de buitenſte bolſter ſchynt uit drie ſtukken t'zamen gezet te zyn, ieder ſtuk een zyde uitmakende, dewelke aan de buitenſte vlakte, en uitſteekende ribbe, puntjes of characteren heeft. Het binnenſte is geſtelt als boven.*

De vruchtdragende troſſen komen aan 't einde der takjens voort, gemaakt van veele ſteelen, en de vruchten zyn achter en vooren ſtomp. Uit dezen ſtam druipt een weeke ſlymerige Gom, als men hem keept, donker-ros en geel, daar Oly uit ſweet, als men daar op drukt, met welken Oly de Inlanders de hooft-haairen beſmeeren, want 't niet kleverig is. 't Gom droogt metter tyd op, tot een donker-ros en ſwartachtig hers, 't verſche is lieflyk van reuk, na den Amber trekkende, maar komt zo ſchaars

ſed adeo rara ac pauca ex arbore exſudat, ut pro Dammara vix habeatur, neque colligatur; e contra ex priore levi ſpecie grumi ſatis magni exſtillant.

Optimam vero rugoſæ ſpeciei virtutem habet illud oleum, quod ſponte ex hac arbore exſtillat, cumque iſta inpura ac rara Dammara commixtum eſt. Hoc oleum jucundum admodum ſpirat odorem, proxime accedentem ad Balſamum occidentalem *Decopal* dictum, idem illud Oleum ex trunco in terram deſtillans ſordidam format maſſam ex foliis, furfuribus, & terra commixtam, quæ gratum tamen præbet odorem, ita ut pro terra ex Ambra confecta haberetur, de qua infra ulterius.

Nomen. Primam ſpeciem Latine voco *Canarium Odoriferum Leve*, nomen Malaicenſe ignotum eſt. Amboinenſe vero in Leytimora eſt *Camacoan*, quod generaliter odoratam denotat Dammaram: Hituenſes, uti dictum eſt, erronee illam vocant *Caman Silan* ſeu Dammaram *Selan*, niſi credere velimus, hanc Dammaram proprie *Cama Silan* ab illis vocatam fuiſſe a Ceramæ parte Zephyrea, circa ſinum Hayenſem ſita, quæ *Silan* dicitur, ubi hæ arbores creſcunt.

Altera ſpecies vocatur *Canarium Odoriferum hirſutum*, in Leytimora vero eodem denominatur vocabulo quo præcedens, *Camacoan* nempe. In Waya *Soë-Weyer*, in Manipa nota eſt nomine *Habumaloſſey*, h. e. porcorum crepitus, quum apri hos fructus avide crepitu frangant.

Locus. Hæc arbor in montibus magnæ ac parvæ Amboinæ creſcit ſed admodum rara: Aliis adſtare nolunt arboribus ſilveſtribus, ſed locum amant apricum, liberoque aëri expoſitum: Optimæ & copioſiſſimæ occurrunt in Manipa & Kelangha, atque frequentiores invenirentur, ſi incolæ ex hiſce aliquem reditum haberent, quo ventrem ſuum implerent, vel lucrum facerent.

Uſus. Reſina hæc optima eſſet pro facibus formandis, quæ ad quotidianum ac domeſticum adhibentur uſum, ſed Dammara Batu in ſufficienti quantitate adquiri poteſt; e contra hanc negligunt reſinam, quum hæ arbores tam parce illam ſuppeditent, nec prius illam exſtillent, quam ulnam craſſæ ſint.

Ceramenſes iſti Silanenſes illam tamen ad faces adhibent, venduntque hanc aliquando Bandenſibus: Aurifabri illa quoque utuntur Dammara, uti in aliis locis Dammara Selan dicta, vel Gummi lacca, quæ Malaicenſibus *Ambalo* vocatur: Harum enim ſumunt Dammararum in pulverem contritarum unam partem, binas autem partes contuſorum Javanenſium vaſorum Gorgeletten dictorum, quæ ex certa terræ ſpecie inſtar terræ ſigillatæ componuntur, miſcentque illa cum Calappæ lympha in craſſam paſtam, ſupra quam lamellas aureas tenuiſſimas trahunt, in quibus dein ferreis typis varias formant figuras, continue maſſam illam calefacientes, ſi nimis indureſcat. Hac ſimilive maſſa impleta ſunt capitula pugionum, armillæ, & capitula aureorum torquium, quæ forma ſerpentum vel draconum efformantur, ſine hac autem maſſa repletoria omnes figuræ cito perirent ob tenuiſſimas lamellas, ex quibus componuntur. In re medica hactenus nullum habet uſum.

Altera ſeu rugoſa ſpecies plus daret utilitatis, ſi meliora ac plura cum ea inſtituerentur experimenta: Ejus autem fructus ſeu Canarii non colliguntur, quum ipſorum nuclei ſint adeo parvi, ſed illos apris relinquunt, unde & memoratum accepit nomen. Optandum vero eſſet, ejus oleum ſeparari poſſe ab inpura & fragili Dammara, cum qua mixtum & inquinatum eſt, vel copioſius ex arbore exſtillare, tum oleum haberemus odoratum, quod cum Balſamo quodam Indico, ac præſertim cum illo *Copal* dicto, comparari poſſet; Cortex quoque ebullitione excoctus craſſiorem forte exhiberet ſubſtantiam *Liquidambaro* convenientem, cujus experimentum nondum potui inſtituere, quum arbores tam raro occurrant: Incolæ autem neque hoc oleum, neque reſinam in aliquem colligunt uſum, quum tam pauca exſtillent copia, oleumque fruſtra exſtillat ac depluit in terram ſuppoſitam, quod ſordibus, ſcoriis, ac terra commixtum eſt, cui gratum inſtar Ambaræ conciliat odorem, ſi terra hoc oleo inprægnata effodiatur, Solique exponatur ardenti, parva odorati hujus olei quantitas ſupernatat, quo muliereulæ Amboinenſes ſuum inungunt caput, quum non

ſchaars uit den boom, dat men het voor geen Dammar rekent, en ook niet vergadert; daar en tegen uit de voorgaande gladde zoorte komen redelyke groote klonteren.

De beſte deugd in deze ruige zoorte is het Oly, 't welk van zelfs uit den boom loopt, en met de voornoemde vuile en ſchaarſſe Dammer vermengt is. Dezen Oly is van een zonderlinge aangenamen geur, zeer na by komende by den Weſt-Indiſche balzem, Decopal *bygenaamt. Den zelven Oly uit de ſtam in den ondergelegenen grond druipende, maakt daar van een ongezienen modder, van bladeren, ſtoppelen, en aarde, doch zeer aangenaam van reuk, dat men het voor een Amber-aarde zoude houden, waar van hier na breeder.*

Naam. *De eerſte zoorte noemen wy in 't Latyn* Canarium Odoriferum Leve, *de Maleytſche naam is onbekent: Den Amboinſchen op Leitimor is* Camacoan, *'t welk in 't generaal welriekende Dammar beduit. De Hitueezen, als gezegt, noemenze abuzivelyk* Caman Silan, *of Dammar* Selan. *Ten ware men wilde giſſen, datze de Dammar eigentlyk* Cama Silan *genoemt hebben, na Cerams zuidelykſte zyde, omtrent de bocht van Haya; 't welk* Silan *genaamt werd, alwaar deze boomen groeyen.*

De tweede zoorte hiet Canarium Odoriferum hirſutum, *op Leitimor heeft het dezelfde naam met het voorgaande, te weten* Camacoan. *Op Way* Soë Weyer: *Op Manipa isze bekent met de naam van* Hahumaloſſey, *dat is Verkens kraakzel, dewyl de wilde Swynen deze vruchten gaarn opkraaken.*

Plaats. *Men vind deze boom, doch zeer ſchaars, in 't gebergte van groot en klein Amboina. Zy willen onder andere Wout-boomen niet ſtaan, maar hier en daar alleen, daar het luchtig is. De beſte en meeſte vind men op Manipa, en Kelangh, en men zouder wel meer opdoen, zo de Inlanders iets daar van hadden, daarze de buik mede vullen, of profyt mede doen konden.*

Gebruik. *Dit hers zoude bequamer zyn om toortzen van te maken, die men dagelyks in huis gebruikt, dan de Dammar Batu kan men in genoegzaame quantiteit bekomen; daar en tegen wordenze nu meeſt verlaaten, om dat de boomen zo weinig uitgeven, en dat niet eerder, voor datze een vadem in de ronte dik zyn.*

De voornoemde Cerammers van Silan gebruikenze echter tot branden, en verkoopenze zomtyds aan de Inwoonders van Banda: Zo gebruiken ook de Gout-ſmeeden deze Dammar, gelykze op andere plaatzen met de Dammar Selan, *of met* Gummi lacca *(by de Maleyers* Ambalo *genaamt) doen, want zy neemen een van deze Cammars tot poeder gewreeven, en daar van twee deelen geſtampte Javaanſche Gorgeletten, die van een zeker aarde (als* Terra Sigillata*) gemaakt werden, een deel, en vermengen zulks met Calappus-melk tot een dikken deeg, daar over zy dan dunne goude blikken ſlaan, en daar na met yſere ſtempeltjes alderhande figuuren daar in dryven, telkens de maſſa een weinig warm makende, alsze te hart word. Met deze of diergelyke maſſa dan ziet men uitgevult de hoofden van haare pongjaarden of kritzen, armringen, en hoofden van haare goude halsbanden, dieze in de gedaante van Slangen of Draaken maken, en zonder dit uitvulzel zouden alle figuuren metter haaſt bederven, wegens de dunte van 't blik, waar vanze gemaakt zyn. In de Medicyne is het tot nog toe onbekend.*

Van de tweede of ruige zoorte zoude men meerder nuttigheid hebben, indien het beter onderzogt wierde. De vruchten of Canaris *vergaderen de menſchen niet, om dat te weinig pits daar in is, maar laten dezelve voor de wilde Verkens, waar van het den bovenſtaanden naam heeft. Maar het was te wenſchen dat men den Oly konde afzonderen van de vuile en brokkelige Dammar, waar mede het vermengt is, of dat het wat rykelyker uit den boom wilde tranen, zo zoude men welriekende Oly hebben, dewelke met den eenen of anderen Weſt-Indiſchen balzem, inzonderheid met die van* Copal, *zoude konnen vergeleeken worden: Ook zoude men miſſchien door opkoking van de baſt een dikker ſubſtantie kunnen hebben, met het* Liquidambar *te vergelyken, het welk ik tot nog toe niet heb konnen onderzoeken, wegens de ſchaarsheid der boomen. Nu werd nog Oly, nog hers van de Inlanders vergadert tot eenig gebruik, om dat het zo ſchaars uitkomt, en den Oly druipt voor niet in den ondergelegenen gront, daar het zig met ſtoppelen, vuilgheit, en aarde vermengt, en dezelve een aangename Amber-reuk geeft, als men dezelve modderige aarde uitgraaft, en in de heete Zonne ſtelt, zo komt een klein gedeelte van dien wel-*

non ſit viſcoſum, ac cito exſiccetur. Quod autem cum pura & ſicca commixtum eſt terra, in occluſis ollulis diu conſervari poteſt, ut gratum iſtum ſervet odorem. Talisque terra Ambra hacce inprægnata ex Manipa mihi transmiſſa eſt, cum relatione naturalem iſtius terræ eſſe odorem, quæque pura penitus erat. Ulteriore autem indagine compertum fuit, binas Canarii ſpecies hanc habere naturam, ut ex inferiore trunci parte ſubtile exſudarent oleum, quod in ſubjectum depluens ſolum, hoc inprægnabat odore.

Primum optimumque exſtillat ex *Canario hirſuto*, quod ſubjectam terram tali Ambarato inbuit odore, ita ut pro certo concludere quis poſſet, veram Ambram ipſi eſſe mixtam, vel Ambram ibi ortum ſuum habere, licet ſemper aliquid Balſami iſtius Occidentalis videatur adeſſe: Hæc addo non tantum ad ulteriorem inveſtigationem, ſed etiam ut veroſimilitas relationis cujusdam eluceſcat, quam natio noſtra, inſulam Mauritii inhabitans, transmiſit gubernatori *Joanni Maatzuykero*, in illa nempe inſula arbores creſcere ingentes vaſtasque, quarum trunci ac radices gummi quoddam exſtillant atque exſudant, adeo Ambram griſeam referens, ejusque ſpirans odorem, ut concluderent, omnem Ambram griſeam ex talibus provenire arboribus, uti infra ad *Nanarium minimum* ulterius de eo agetur. Ex illo enim ſecunda Ambræ terra colligitur, quam primo optimam eſſe putabam, dum fortiſſimum ſpirat odorem, ulteriore autem inveſtigatione expertus fui, illam ſub Canario hirſuto collectam multo jucundiorem eſſe, primumque itaque jure & merito obtinet locum. An itaque hinc concludere liceat Ambram nullum alium habere ortum, niſi ex talibus arboribus? de hoc ulterius in ſubſequente agetur capite.

Veroſimile eſſe, oleoſam hanc reſinam virtutem habere balſamicam vel conſolidantem, ex hac concluderem relatione. Incolæ enim dicunt, apros ſub hiſce arboribus lubenter ſeſe continere, non tantum ad nuces frangendas, ſed obſervatum quoque fuit, hos fortiter ac magna vi ſeſe ad arbores haſce defricare, ut oleum illud ex cortice exprimant, illoque ſe inungant, præſertim quum vulnerati ſint, unde colligitur, apros hoc oleo ejusque reſina uti tanquam balſamo vulnerario.

Butonenſes, qui populi ſunt avari & fallaces, peregrinis vendunt certam reſinam, cum *Camacoan* magnam habentem convenientiam, ſed purior eſt, inque majores condenſata grumos: Semi-pellucida eſt, atque in quibusdam maculis ex viridi nigreſcit inſtar vitri lagenarii, in quibusdam vero flaveſcit vel albicat inſtar inpuri viſci bovini vel Gummi Elemi, cui ſubſtantia & duritie ſimilis eſt, facile enim in ramenta diſſilit & comminuitur, ſi contundatur vel mordeatur, e contra vero Elemi mitius eſt. Debilior quoque eſt ejus odor, immo fere inodora eſt hæc reſina, carbonibusque inpoſita, dulcem ſpirat tantum odorem, qui mox in nidoroſum degenerat, maſticata quoque eſt inſipida: Butonenſes illam vocant, venduntque pro *Ambra Montana*, hominibus perſuadentes illam ſub terra ſeſe invenire; ex adhærentibus vero ſcoriis patet ex arbore deſtillaviſſe, ac cum ipſius cortice, aliisque ſordibus terræ eſſe commixtam, ulteriore vero indagatione comperi, Butonenſem hanc Dammaram reſinam eſſe alius arboris, quæ in Boerneo *Rowayl* vocatur, cujus deſcriptionem vide ſupra in capite *Pſeudo-Sandali Amboinenſis libr.* 2. *cap.* 20. datam.

Alia inſuper reſina nomine Dammaræ Selanenſis ad me delata eſt ex ſinu *Elipa Puti* in Ceramæ parte Zephyrea quoque ſito, quæ gleba erat palmam longa & lata, ex plurimis albicantibus pellucidisque grumis inſtar ſquamarum compoſita & adunata, albæ Dammaræ ſimilis, ſed viſcoſa magis erat, ſcoriisque corticis commixta, carbonibus inpoſita ſtridet inſtar Dammaræ Selanenſis, odorem vero ſpirabat Dammaræ *Camacoan*, puto autem eandem cum Dammara Selanenſi eſſe, atque ex juniore arbore collectam.

In inſulis Uliaſſerenſibus Canarium odoratum invenitur, quod Canarium ſeu *Yalanaſſoy* vocatur, h. e. Canarium orbum, quum hæ arbores tam raro occurrant, & tanquam orbæ relictæ hinc inde in montibus ſolitariæ creſcant & inveniantur: Hoc autem nomen binis diver-

welriekende Oly boven op dryven, waar mede de Amboinſche Vrouwtjes haare hoofden beſmeeren, want het is niet kleverig, en droogt haaſt op. Het geene met de zuivere en drooge aarde gemengt, kan men in beſloote potjes lang bewaren, dat den goeden reuk daar by blyft. En zulke Amber-aarde wierd my van Manipa gezonden, met voorgeven, dat het de natuurlyke reuk van dien grond was, te meer alzo 't een zuivere aarde was: Doch na veel onderzoekens wierd bevonden, dat twee Canary zoorten die natuur hadden, datze uit den onderſten ſtam een ſubtile Oly lieten druipen, het welk den ondergelegenen grond zodanigen reuk geeft.

Het eerſte en beſte komt van dit Canarium Hirſutum, 't welk zyn ondergelegenen grond zodanigen Ambar-reuk mededeelt, dat men voor vaſt zoude konnen gelooven, dat daar Ambar onder gemengt was, of den Ambar moeſt aldaar zyn oorſponk hebben, hoewel nog altyd iets van den Weſt-Indiſchen balzem-reuk daar onder loopt. Ik zette dit hier by, niet alleen tot nader onderzoek, maar ook om de waarſchynlykheid te vertoonen van zeeker verhaal, daar onze Natie op het Eiland Mauritius reſiderende, aan de Heer Generaal Joan Maatſuiker gezonden, dat op 't zelve Eiland zeekere groote boomen waſſchen, wiens ſtam en wortelen eenig Gom uitſweeten, zo wel na Ambergrys riekende, en gelykende, datze ſuſtineerden, al het Ambargrys van diergelyke boomen te komen, gelyk hier na in 't Nanarium minimum daar van breeder zal gezegt werden. Want uit het zelve komt de tweede Ambar-aarde, die ik in 't eerſte voor de beſte hielde, dewylze de ſterkſte van reuk is, doch by nader onderzoek bevond ik, dat die onder het Canarium Hirſutum veel aangenamer was, en dierhalven den eerſten plaats behoorde te hebben. Of men nu hier uit beſluiten mag, dat den Ambar geen anderen oorſponk hebbe, dan uit zodanige bomen, daar van zal breeder in 't volgende Kapittel geſprooken werden.

Dat het nu waarſchynelyk zy, dat dezen Olyachtigen traan een balzem of heelende kragt aan zig hebbe, zoud ik hier uit beſluiten, dewyl na het verhaal der Inlanders de wilde Verkens zig gaarn onder deze boomen ophouden, niet alleen om de nooten op te kraaken, maar men heeft ook gezien, datze haar ſterkelyk tegens dien boom wryven, om dien Oly uit de ſchorſſe te perzen, en zig daar mede te beſmeeren, inzonderheid alsze gequetſt zyn, waar uit men giſt, dat de Verkens dezen traan voor haaren wondbalzem gebruiken.

De Boetonders, zynde een gierig en bedrieglyk volk, verkoopen aan de vreemdelingen een zeker hers, met de Camacoan groote gelykeniſſe hebbende, doch zuiverder, en in grooter ſtukken. Het is half-doorſchynend, aan zommige plekken uit den groenen ſwart, als bottel-glas, aan zommige geel of witachtig, gelyk vuilen Oſſchen-lym of Gummi Elemi, het zelve aan ſubſtantie en hardigheid niet ongelyk, want het bryſelt, en ſpringt kort af, als men daar op ſlaat of byt, daar en tegen het Elemi leniger is. Het is ook ſlapper, ja bykans zonder merkelyken reuk, alleen op de koolen riekt het eerſt wat zoet, maar trekt ſtraks na gebraden vet, gekauwt zynde zonder ſmaak; de Boetonders noemen, en verkoopen het voor Ambra Montana, of Berg-Amber, de Luiden wysmakende dat zy het onder de aarde vinden, daar het nochtans uit de aanklevende ſtoppelen blykt, dat het uit een boom gedropen zy, en zig met deszelfs ſchorſſe of andere vuiligheid van den grond gemengt hebbe; doch by nader onderzoek houde ik deze Boetonſche Dammar voor een Reſina van een andere boom, op Boero Rowayl genaamt, waar van ziet hier boven het capittel van Pſeudo-Sandalum Amboinicum lib. 2. cap. 20. beſchreeven.

Nog is my een hers onder den naam van Dammar Selan gebragt, uit de bogt van Elipa Puti, mede op Cerams Zuid-zyde gelegen, 't welk was een klomp van een hand lank en breet, van veele witte, meeſt doorſchynende ſtukjes, als ſchilferen aan malkander klevende gemaakt, de witte Dammar gelyk, doch kleveriger, en met ſtoppelen van de ſchorſſe vermengt, op koolen knerſtze als Dammar Selan, van reuk, als de Dammar Camacoan, en ik meende dat het de zelfde Dammar Selan, en van een jongen boom genomen was.

In de Uliaſſers hebbenze een welriekende Canari, dieze Canary of Yalanaſſoy noemen, dat is Wees-kints Canary, om dat de boomen zo weinig gevonden werden, en als verlatene weezen hier of daar in 't gebergte alleen ſtaan, doch ik bevinde dezen naam aan tweederlei boomen gege-

ven

diversis comperi datum fuisse arboribus, in Oma enim *Nanarium* hoc vocatur nomine, & in Honunoa hoc quoque Canarium Odoriferum vocatur, ostendebant enim mihi nucem parvam, trigonam, & maculatam, qualis supra descripta est, atque squallide albicantem fragilem & odoratam Dammaram ex eadem collectam arbore.

Camalanan seu *Camalane* ex arbore conquiritur in Boernei ora Zephyrea crescente, quæ forma foliisque Canario silvestri similis est.

Nuces autem sunt minores quam *Camacoan*, trigonæ quoque, sed rugosiores, magisque striatæ: Ejus resina in majoribus colligitur frustis quam Camacoan, cæterum ejusdem fere substantiæ & coloris, excepto quod magis russescat, primo liquida & lenta, sed tempore ita indurescit, ac Dammara Selan, cum qua odore etiam maxime convenit, vel paulo magis accedit ad *Tacamahacam* occidentalem, quæ adiposum spirat odorem, quum Dammara Selan herbaceum vel floriferum gerat odorem. In Boerneo ad suffitus quoque adhibetur, sed non magna occurrit copia.

Inde similis quoque allata fuit resina nomine *Cotoarus*, veræ Dammaræ Selan similis, sed mollior & lentior erat, si masticabatur. Dicebaturque esse collecta ex arbore, quæ parvas trigonasque dat nuces Canarias, unde pro una eademque habeo resina cum proxime antecedente *Camalanana*: Igni injecta stridorem quoque dat ingentem, licet satis sit inpura: Raræ ejus occurrunt arbores, nec nisi in remotis montibus.

ven te zyn, want op Oma noemenze de Nanari aldus, en op Honunoa dit Canarium Odoriferum, want zy toonden een klein driekantig en gepuckelt nootjen, gelyk hier boven beschreeven, en een vuil-witte, bryzelige, en welriekende Dammar uit deszelfs boom genoomen.

Camalanan, *of* Camalane *komt van een boom op Boeroos Zuid-zyde wasschende, aan gedaante en bladeren de wilde Canary gelyk.*

De nootjens zyn wat kleinder dan die van Camacoan, *ook driekantig, doch ruiger, en gerimpelder van buiten. Zyn hers heeft men met grooter klonters dan de Camacoan, anders meest van dezelfde coleur en substantie, behalven dat het wat rosser is, in 't eerste week en taai, maar besterft metter tyd zo hard als Dammar Selan, van de welke het ook aan reuk meest gelyk is, of wat na den West-Indischen* Tacamahaca *trekkende, die na den vetten ruikt, daar de regte* Dammar Selan *wat bloemachtig rieken moet. Zy wert op Boero mede tot branden gebruikt, doch is in geen overvloed te vinden.*

Nog is my van daar gebragt een diergelyk hers, onder den naam van Cotoarus, *de regte Dammar* Selan *gelyk, maar weeker, en taayer in 't knawen. Het wierde mede gezegt van den boom te komen, die kleine en driekante Canaris draagt, dies ik 't voor een en 't zelfde met de naastgenoemde* Camalanan *aansie. In 't vuur knerstze ook zeer, hoewelze redelyk vuil is. Men vind 'er weinige boomen van, en dezelve verre in 't gebergte.*

Tabula Quinquagesima

Ramum exhibet *Canarii Odoriferi lævis*, quod *Camacoan Litsjing* vocatur.

De vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van het *gladde Canari*, die de *Camacoan Litsjing* genaamt wert.

Tabula Quinquagesima Prima

Ramum exhibet *Canarii Odoriferi hirsuti*, quod *Camacoan* vocatur; ubi *Litt.* A A. Officula seminalia denotant.

De een-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de *ruikende ruige Canarie*, die *Camacoan* genaamt wert; alwaar de Lett. A A. de *Zaat-korrels* aanwyzen.

CAPUT QUINTUM.

Dammara Nigra. Dammar Itam.

HÆc quoque arbor de Canarii genere est, sed non tam crassum gerit truncum, comamve adeo extensam: Folia duplicem habent formam, in junioribus enim arboribus sunt pilosa & flaccida, in adultis sunt minora, scabriora, & glabriora, atque per bina, ternave paria in rachide locata sunt, uno inpari extremo, vulgaris formæ sunt, inferiora autem quinque pollices, superiora novem vel decem longa, quatuor pollices lata, superne glabra, & obscure viridia, inferne rugosa, non autem pilosa, cum apice acuto, illorum costæ quoque flavescunt, magisque oblique decurrunt, quam in vero Canario, plurimis intermediis venulis pertexta, quæ folia ab inferiore parte rugosa efficiunt: Ad horum ortum tam ad rachidem quam ad petiolos genicula quoque observantur uti in Canariis, contrita autem non tam fortem ac penetrantem spirant odorem resinosum, sed ad acidulum hic magis accedit. Foliorum vero rachides non crassas illas gerunt squamas ad suum ortum ex ramis, quæ vera Canaria habent, sed binas tantum parvas quasi cellulas ipsarum loco.

Dit hers gelykt de Dammar Selan *zo wel, dat ik het langen tyd voor de beste stukken daar van gehouden hebbe, of immers door menschen handen daar uit gemaakt; want uit de uiterlyke gedaante der stukken zoude men oordeelen, datze in eenig vat gegooten waren. Het zyn meest platte stukken of wat bochtig, een vinger dik, en een paar duimen lank, meest van eenparige dikte, van buiten witachtig, als beschimmelt, en vol streepen ofte plooyen, van binnen klaar, zuiver, en bykans doorschynend als rossen Bern-steen, of den steen* Carneool, *die den gemeenen Man roode Agaat noemd.*

De reuk op koolen is als van Dammar Selan, *doch slapper en lieflyker, ook wat byzonders hebbende. Nu by nader onderzoek heb ik verstaan, dat het anders niet is, dan een oud en van naturen gerafineerd Dammar* Selan, *doch niet aan of uit deszelfs boomen voortkomende, maar werd gevonden in de scheure der Steen-rotzen, als een* Colophonia Mineralis, *en daar van zeggenze, zalze haar platte figuuren hebben, als zynde tussen de steenen geformeerd. Men vind het zeer weinig, dierhalven het ook duur is, en de meeste Maleytse Kooplieden weten zyn oorsprong niet, zo dat ik 'er veele gevonden hebbe, die met my meenden, dat het een* Artificiele *Dammar* Selan *zy, van deszelfe vetste stukken door smelten en rafineeren aldus gemaakt, gelyk men by ons de* Colophonia *prepareerd.*

Naam. *In 't Latyn* Resina Carneola. *Op Maleyts* Ramak Daging *en* Dermack. *of* Dormack Daging, *alles van de vleeschverwige coleuren, by zommige ook* Lemmack Daging.

Plaats. *My is niet bekend, dat het elders valt dan op 't Eiland* Crimata, *het welk zeer klippig is, en daar de steenen op malkander leggen, als groote kisten, alwaar ook veel Dammar* Selan *boomen wasschen, als mede in de lage heuveltjes langs de strand veel yser-steenen, De Maleyers zeggen, dat het over al in hare Landen valle, daar Dammar* Selan-*boomen staan, by derzelver wortelen in de klippen.*

Gebruk. *Deze* Resina *werd tot branden of wierooken niet gebruikt, maar alleen tot de Medicyne by de vrouwtjes, dieze met andere droogeryen onder hare vermaarden drank* Djudjambu *mengen, dewelke zy de jonge dochters en Vrouwen, die uit het kraam-bedde wederom opstaan, ingeven. De Portugeezen gebruiken het tot wierook in de Kerken, tot reukwerk, en om de luiren der kinderen te berooken tegens de quade-lugt.*

Nog vind men op 't zelfde Eiland Crimata *uit de overhangende klippen op strand uitsweeten een weeke Gom,* in

forma Myrrhæ, sed inpurum magis, semperque mollem obtinens substantiam, nec unquam indurescens, ex quo obscure fuscæ præparantur placentulæ instar denarii minoris: Hæ inpurum referunt mel cum quadam re condensatum, sed non visciditate adhærent, saporis fatui & fere insipidi, aliquando parum salsi. Si masticetur, arenosum apparet, quod fit, quum ex scopulis colligatur: Rarissime hoc gummi reperitur, unde & carius est *Ramack Daging*: Maleyenses illud vocant *Mor* seu *Umor Daging*, quod denotat aliquid, quod carnem conservat, vel aliquid, quod forma carnis semper sese offert.

Usus. A mulierculis adhibetur uti præcedens resina ad potum nempe *Djudjambu*, & magis interne, quam *Ramack Daging*: Hic loci inserere illud debui, licet minerale videatur, quod ad plantas non pertinet, sed quum utraque cum Dammara Selanica magnam habeant convenientiam, simulque vendantur in eosdem usus, hic convenienti locari poterant modo.

De ejus ortu jam non agam, sed quidam hanc denotant differentiam, dicentes, *Mor* seu *Umor Daging* ita dictum fuisse, quum ingestum sese cum carne nostrisque venis assimilet, hasque in prospera conservet valetudine, *Dormac* vero *Daging* ulterius penetrare, in ipsam nempe nostrorum ossium medullam. Commiscent vulgo utrumque, infantibusque propinant, uti dicunt, ad salubrem solidamque ipsorum carnem constituendam.

Si propinetur cum *Padma*, qui est fructus niger & squammosus, & *Djudjambu* potui incoctus, mulierculas reddit post partum *Rapat* i. e. coarctatas, naturam exsiccans, licet etiam exhibeatur puellis.

in de gedaante van Myrre, doch vuilder, en altyd week blyvende, en niet hard werdende, waar van men donker-bruine koekjes maakt, in de grootte van een kleine schelling; Zy gelyken ook vuilen honing, die met iets dik gemaakt is, doch gants niet kleverig, aan smaak smets, en bykans onsmakelyk, en zomtyds wat siltig. In 't kaauwen werd men ook eenige zandigheid gewaar, dewyl het van de klippen afgenomen werd. Men vind 't ook zeer weinig, en is nog duurder dan 't Ramack Daging. *De Maleyers noemen 't* Mor *of* Umor Daging, *'t welk wil zeggen, of iets, dat het vlees langduurig maakt, of iets, dat altyd in de gedaante van vleesch blyft.*

Gebruik. *Het werd van de Vrouwtjes gebruikt als van 't voorgaande, onder de* Djudjambu, *doch meer binnens lyfs dan de* Ramack Daging, *ik heb 't alhier moeten zetten, hoewel 't schynt een mineraal te zyn, het welk onder de planten niet en hoord, en dat om datze beide met de Dammar* Selan *groote gemeenschap hebben, te zamen verkogt, en tot eenderlei einde gebruikt werden.*

Immers zynen oorsprong uitgesteld; zo maaken ook andere dezen onderscheid, dat het Mor *of* Umor Daging *alzo genaamt zy, om dat het ingenomen zynde, zig met ons vleesch en aderen vermengt, en dezelve in een gezonde dipositie behoudt, maar* Dormac Daging *dringt dieper in tot in 't merg der beenderen van ons lyf. Zy mengenze gemeenelyk t'zamen, en gevenze de kinderen in, zo ze zeggen, om een gezond en hard vleesch te maken.*

Met Padma *een swarte schilfferige vrucht, en* Djudjambu *gedronken, maakt de Vrouwtjes* Rapat, *dat is geslooten na 't baren, en de natuur opdroogende, hoewelze het ook de jonge Dochters ingeven.*

CAPUT DECIMUM.

Dammara alba. Dammar Puti; seu Dammar Batu.

HÆc secunda usitatissima & vulgatissima hisce in regionibus est resina: Ejus arbor omnium fere altissima & maxima est, trunco erecto & rotundo altam Abietem vel Cedrum referens, qui nunquam sinuosus est, vel ullis constat ramis, nisi in summo vertice, ubi respectu trunci parva tantum conspicitur coma.

Ejus cortex est glaber, ex ruffo & cinereo mixtus colore, forma sua ab aliis facile hæc distinguitur silvestribus arboribus: Ejus vulgaris crassities est octo vel decem pedum in diametro, inferiorque trunci pars magnis constat nodis instar capitis, ex quibus tamquam ex mammis profluit ejus Dammara.

Ejus mas & femina occurrit, trunco ac foliatura parum differens, unde simul has describemus arbores, illarumque differentiam in fructibus notabimus.

Foliorum rachides sunt rectæ, lentæ, & virides, & cruciatim fere in ramis locantur, rotundæ, in anteriore parte striatæ: Hisce folia insident utcunque opposita, exceptis junioribus surculis, in quibus alternata sæpe locantur.

Sunt autem angusta, ab utraque acuminata parte, in junioribus vero arboribus longiora, magisque acuminata, quatuor nempe vel quinque pollices longa, ultra digitum lata, Salicinis foliis simillima, sed non serrata, in senioribus autem arboribus tres vel tres cum dimidio pollices longa, vix digitum lata, obtuse acuminata, unde & hæc Oleæ folia æmulantur.

Nullum gerunt nervum intermedium, sed ibi parum sunt excavata instar canalis, suntque porro scabra, glabra, ac per longitudinem tenuissimis ac vix notabilibus venulis pertexta, glauca, primo autem propullulantia ac tenera foliola pallide virent, vetusta vero folia ad oras retroflectuntur, acsi ab inferiore parte cymbam formarent. Adeo brevibus insident petiolis, ut sessilia fere sint, sed ibi parum intorta sunt, unde hæc folia non recto locantur ordine, sed obliquam efformant crucem. In surculis foliorum rachides nunc oppositæ, nunc alternatæ progerminant, inque iis a tribus ad sex foliorum paria excrescunt: Con-

X. HOOFTSTUK.

De Dammar Batu-Boom.

DIt is de tweede gebruikelykste en de gemeenste hers in deze quartieren: Den boom is eene van de hoogste en grootste, met een regte ronde stam, een hooge mast of Ceder-boom verbeeldende, nooit bochtig, en zonder takken tot boven toe, alwaar hy na proportie van den stam een kleine kruin heeft.

De schorsse is essen, uit den licht-rossen en graauwen gemengt, en aan zyne gedaante onder andere Wout-boomen van verre ligt te kennen. Zyn ordinaris dikte is acht a tien voeten in de ronte, en de onderste stam is bezet met groote knoesten als koppen, daar de Dammar als uit mammen loopt.

Hy is Manneken en Wyfken, aan stam en bladeren weinig van malkanderen verschillende, daarom zullen wyze onder malkander beschryven, en het verschil alleenlyk in de vruchten aanwyzen.

De ryskens zyn regt, taai, en groen, en staan bykans in kruis om de takken regt-rond, na vooren wat gestreept. Aan dezelve staan de bladeren meest regt tegen malkanderen, behalven aan de jonge telgen, daar aan zommige verwisselt staan.

Zy zyn smal, achter en vooren toegespitst, aan de jonge boomen vooren spitzer en langer, te weten, vier en vyf duimen lank, ruim een vinger breed, de willige bladeren gelyk, doch zonder kerven, aan de oude boomen drie en drie en een half duimen lank, schaars een vinger breed, en met een stompe spits, dierhalven de Olyf-bladeren gelyk.

Zy hebben geen middel-zenuwe, maar zyn aldaar wat hol, gelyk een geut, voorts styf, glad, in de lengte met subtile en pas kennelyke adertjes doorreegen, booghof Zee-groen, doch de eerste uitkomende welke blaadjes bleek-groen, ook krommen aan de oude bladeren de kanten wat nederwaarts, als ofze van onderen een schuitje wilden maken. Zy hebben zo korte voetjes, dat zy schier gene schynen te hebben, maar zyn aldaar wat gedraait, weshalven de bladeren niet in ryen staan, maar een schuins kruis maken: Aan de telgen staan de ryskens ook dwers en regt tegen malkander, en aan ieder van drie tot zes paren bladeren; gevreeven zynze van een bersachtigen reuk, en

Contrita hæc folia reſinoſum ſpirant odorem, talemque habent ſaporem, avulſa diu ſunt viridia? Flores ob arborum altitudinem, quæ adſcenſum negant, ignoti ſunt, nec ſub arboribus umquam inveniuntur decidui, unde concludo, fructuum germina mox pro-pullulare ſine natabilibus floribus, quum vero ex fructibus optima inter marem & feminam detegatur differentia, ſeparatim utrosque deſcribam fructus.

Primo itaque feminæ fructus, qui vulgatiſſimi & maxime noti ſunt, formam habent & magnitudinem *Limonis Manis* ſeu Aurantii Sinenſis, ſubrotundi nempe, ſuperius parum compreſſi, coloris glauci, in ſimplices diſtincti ſquamas, inſtar Pinearum, quæ tamen ſibi adhærent & adglutinatæ quaſi ſunt, quamdiu virides, ſi vero maturi ſunt fructus vel avulſi, intra paucos dehiſcunt dies, atque ſeparantur hæ ſquamæ; quæ non craſſæ ſunt, ſed plurimæ ſibi incumbunt, interne albicantes, molles, & ab inferiore anguſtatæ parte, ubi fiſſuram patiuntur, communique pedunculo adfiguntur, refertæ ſeminibus amplis & planis, inſtar Cucumeris ſeminum, ſed latioribus & tenuioribus, quæ ſquamarum ſpeciem etiam referunt, quæ primo ſunt alba, dein fuſca, inque medio parum protuberant, ubi farina reconditur alba, mollis, & ſicca, in qua vis ſeminalis latet. Fructus hi in rachidis ſummo ſolitarii vel gemini excreſcunt, plurimis inſidentes brevibus, craſſis, & lignoſis pedunculis, multis minoribus rachidibus obſeſſi, juniorem referentes Ananaſſæ fructum, quam diu nempe in ſquamas nondum excrevere.

Secundo; Maris fructus multum differt a præcedenti, multoque minor eſt, binos longus pollices vel paulo magis, digitum craſſus, extremitatem referens apexabonis, ex plurimis formatus parvis & anguſtis ſquamis, quæ regulari ordine ſibi invicem arcte incumbunt: Juniores hi fructus flava adſperſi ſunt farina, dein vero ex viridi & purpureo mixti colore, ſi matureſcant, intenſe lutei vel fuſci ſunt. Si horum ſquamæ ſibi adhæreant, ſunt glabræ ac fere ſplendentes, quum autem aperiantur, non pungunt uti Pini, ſed facile a communi decidunt pedunculo, ubi etiam bifidæ ſunt, inque hac fiſſura paleaceum quidquam reperitur, quod ſemen mentitur, hi autem fructus plurimum inmaturi decidunt, unde hæ arbores non multum propagantur.

Ex utrisque hiſce domeſticis arboribus, ſed præſertim ex femina, pellucida effluit reſina, primo mollis & viſcoſa, ſed intra paucos dies inſtar lapidis indureſcens, alba atque pellucida inſtar Cryſtalli, præſertim quæ arboribus ſiccata adhæret, in quibus dependet inſtar conorum glacialium, quæ autem ex arboribus in terram deſtillat, nigricat, & ſordibus commaculata eſt. Glaciales iſti coni aliquando palmam lati & pedem longi ſunt, ſtriati, & ex plurimis quaſi compoſiti loramentis, quod elegantem præbet adſpectum.

Primo ſemi-anno, uti dictum eſt, reſina hæc eſt alba & pellucida, ſed dein elegantem contrahit aureum colorem inſtar Succini, fragilis, interne ſplendens inſtar diſfracti vitri. Multo durior eſt præcedente *Dammara Selanica*, & frigida quodammodo inflecti vel duci poteſt, ſed contuſa friabilis eſt: Quæ ex mare colligitur, magis pellucida eſt & albicans, ſed lentius exſiccatur & pauca exſtillat quantitate, unde rara vel nulla fere ex hac colligitur arbore. Ut itaque hæc majori copia hanc ſuppeditaret reſinam, inferior trunci pars inciditur magnis cultris, ex quibus vulneribus copioſior hæc effluit Dammara, unde arbor ibi magnos generat nodos, conſtantes ex duro & variis venis intricato ligno inſtar Aceris, qui inſtar capitum protuberant, atque in ſuperficie ſua continuo Dammara obducti ſunt, plurimisque conſtant ramis. Incolæ etiam undique circa hujus arboris radices terram depurant, foveolasque excavant, in quibus depluentem colligunt Dammaram, ut non ita ſordibus ſit commaculata, ubi vero radices ſupra terram ſeſe erigunt & denudatæ ſunt, nodoſæ ſunt per inciſiones, ſimiliterque hanc exſudant reſinam, quæ albo cortice ipſis quaſi ſuperducta eſt.

Odor recentis & mollis Dammaræ reſinoſus admodum eſt, ſicca autem nullum ſpirat odorem; Carbonibus inpoſita mixtum dat odorem ex Reſina Pini & Maſtiche, qualis & ſapor eſt, ſed ad Canarinum accedit hic. Facile ignem ſuſcipit, diutiusque fovet quam

en ſmaak, en afgebrooken hare groente lang behoudende. Het bloeizel is, wegens de hoogte der boomen, die onbeklimmelyk zyn, onbekent, en onder de boomen is het ook nooit te vinden, zo dat ik giſſe, dat de ſchepzelen van de vruchten ſtraks voortkomen, zonder kennelyk bloeizel. En dewyl aan de vruchten het beſte onderſcheid tuſſchen Manneken en Wyfken te kennen is, zo zal ik ieder in 't byzonder beſchryven.

Eerſt de vruchten van het Wyfken, als zynde de gemeenſte en meeſt bekende, zyn in de groote en gedaante van een Lemon Manis *of Sineeze zoete-appel, te weten, rondachtig, en vooren een weinig gedrukt, ligt Spaanſch-groen, en in enkelde ſchubben verdeelt, gelyk de pyn-appels, die echter aan malkander kleeven, zo langze groen zyn, maar aan de rype en afgebrookene openenze haar in weinige dagen, en vallen van malkander: Deze ſchubben zyn niet dik, en leggen veele op malkander, binnen wit, week, en achter toeſmallende, alwaar ze een kloofjen hebben, en aan de middelſte ſteel breede platte zaden, als Comcommers-zaden, doch breeder, en dunder, die men voor ſchubben zoude aanzien, eerſt wit, daar na bruin, in de midden hebbenze een kleine buik, daar een wit, week, en droog meel in leid, waar in de zaad-kragt ſteekt. De vruchten ſtaan aan 't voorſte der ryskens, een of twee by malkander, omgeven met veele kleine ryskens, en op korte, dikke, en houtachtige voetjens, gelykende een jonge* Ananas, *zo lang zy niet ſchilferen.*

Ten tweeden; de vrucht van 't Manneken verſchilt veel van de voorgaande, en is veel kleinder, twee duimen lank of wat meer, een vinger dik, gelykende een eindeken van een Soucys, van veele kleine en ſmalle ſchubben gemaakt, die ordentelyk en digt op malkander leggen. De jonge vruchten zyn met een geel meel beſtrooid, daar na groen, en paars gemengt, alsze ryp zyn, donker-geel en bruinachtig. Als de ſchubben nog aan malkander kleven, zynze glad, en bykans glimmende, en al geopend ſteekenze geenzints als de pyn-appels, maar vallen mede ligt af van den middelſten ſteel, alwaarze mede gekloofT zyn, en daar tuſſchen leid ook iets kafachtigs, 't geene het zaad wil zyn, doch vallen deze vruchten meeſt onryp af, en daarom vermenigvuldigen hun deze boomen niet veel.

Uit beide deze ſtammen, doch voornamentlyk uit het Wyfken, vloeid een helder hers, eerſt week en kleverig, maar in weinig dagen ſteen-hard werdende, wit en doorſchynende als kriſtal, inzonderheid het geene aan de boomen opdroogt, alwaar men het ziet hangen, als yskegels, maar het geene van de boomen afdruipt op de gront, is ſwartachtig, en met vuiligheid gemengt. De voornoemde ys-takken zyn zomtyds een hand breed, en een voet lank, geſtreept, en als uit veele ſtrengen t'zamen gezet, fraai om aantezien.

In 't eerſte halve jaar zynze, als gezegt, wit en doorſchynend, maar verkrygen daar naar een ſchoone goudgeele coleur, gelyk den Bern-ſteen, kort afbreekende, en van binnen glimmende, als gebrooken glas. Het is veel harder als het voorgaande Dammar Selan, *laat zig kout zynde, eenigzints buigen en aftrekken, maar bryzelt geklopt of geſlagen zynde. Dat van 't Manneken is klaarder en witter, droogt lankzamer op, en druipt zeer ſchaars uit, daaromme van dezelve geene of weinig vergadert werd. Op dat nu deze boomen rykelyker dit hers zouden uitgeven, werdenze beneeden in de ſtam rondom gekapt met houwmeſſen, uit welke quetſuuren dan rykelyk deze Dammar uitloopt, waar door de boom aldaar groote knoeſten gewind, van een hart en met aderen verward hout, gelyk het Boog-hout, die als koppen uitſteeken, en buiten geduurig met* Dammar *bekleet, en vol takken zyn: Ook maken de Inlanders rondom de wortelen dezen boom ſchoon, en eenige kuiltjes, daar in ze de afdruipende* Dammar *vergaderen, om met minder vuiligheid vermengt te werden; daar de wortelen bloot boven de aarde leggen, zynze knoeſtig door het kappen, en ſweet insgelyks dit hers uit, dat met een witte ſchorſſe daar op hangt.*

De reuk in de verſche en weeke Dammar *is zeer hersachtig, maar in de drooge heeft men geenen. Op koolen gelegt of gebrant, heeftze een gemengde reuk van pynhers en Maſtyk, gelyk ook den ſmaak is, doch wat na de* Canaris *trekkende. Zy ontfangt ligt het vuur, en houd het*

quam Dammara Selanica. Rarum & nullum fere dat ſtrepitum, ſed plurimum emittit fumum acidulum, inſolitis gravem. Uti vulgaris Dammara, quæ in foro venalis proſtat, alba ac ſemi-pellucida eſt, qualis colligitur ex nodis inferioris trunci, ita & hæc verſicolor reperitur, nunc enim ruffa eſt, nunc cornea, nunc vero nigricans, nihilominus tamen dura & ſemipellucida, quales ſunt magnæ glebæ & capita, quæ ex craſſioribus ramis & vetuſtiſſimis dependent arboribus, quum enim hæ arbores ob ſummam altitudinem non conſcendantur, glebæ iſtæ ibi diu ſunt pendulæ, priſtinamque perdunt ſuam albedinem, corneique ſunt coloris, hoc autem plurimum obſervatur in Dammaræ arboribus circa Way, unde comperio, colorum diſcrimen provenire ex diverſo tempore, prout glebæ diu ex arbore dependent vel decidunt, atque in terram prolapſæ fuerunt.

Anno 1688 tale fruſtum miſi ad Academiam Leidenſem, quod formam habebat capitis infantis, & pauliſper ope humana tali modo formatum erat, hujus vero naſus deformis erat, prope quem rubra decurrebat ſtria, acſi ſanguis foret: Servo quoque ejus fruſtum album & ſemi-pellucidum, formam gerens veſicæ fellis ingentis bovinæ: Criſtallinos iſtos ramos quoque in Patriam transmiſi, ſed certus ſum nullos albo colore præditos, ſed inſtar Succini flavos ibi perveniſſe.

Arboris lignum albicat, longitudinalibus conſtans fibris inſtar Pinaſtri, putaretque aliquis lignum eſſe Cedrinum: In aſſeres ſecari poteſt, & ſatis bene poliri, inque loco ſicco ſatis durabile eſt, neutiquam vero in aqua marina, unde ad ligniarium uſum non adhibetur, præſertim quum hocce lignum difficulter ex remotis petatur montibus: Obſervavi quoque projectos ejus truncos intra paucos annos omnino putrefactos fuiſſe, inque rubram degeneratos terram, quale ſolum erat circumjectum, inque rubra iſta terra diſtincte notari poterant venæ iſtius ligni, atque inter illas plurimi pellucidi ramuli duræ Dammaræ: In hiſce putrefactis truncis hinc inde pulchra quoque reperiuntur fruſta pinguis ligni, mellei coloris, quibusdam in locis ſemi-pellucida & eleganter venoſa, quæ circa nodos trunci ac ramorum locata fuerant: Pinguia hujus ligni fruſta non putreſcunt, licet quam diutiſſime in terra projecta fuerint, ſed non ſunt majora, quam ut ex iis cultrorum manubria, vel globuli ad opus acicularum formari poſſint.

Nomen. Latine *Dammara Alba*: Malaice *Dammar Puti* & *Dammar Batu*, h. e. lapidea reſina, quum ſit duriſſima omnium Dammararum, unde proxime accedit ad *Gummi Animæ*: Ternatenſibus dicitur *Salo* ſolummodo, & *Salo Bobuda*: Amboinice *Camal*, *Camar*, & *Cama*, & circa Lariquam *Iſſe*. Javanis circa Griſeccam *Dama*, quod cum Arabica voce in antecedenti explicata capite convenit.

Locus. Nuſquam hæ arbores occurrunt, niſi in ſummis montibus & ſolitudinibus, ab hominum converſatione remotis, unde & noſtræ nationi ſunt plurimum ignotæ, ſolum amant rubrum argilloſumque, quo omnes fere Amboinenſes montes conſtant, omneſque porro excelſos locos, ita ut per regionem Hituenſem pervagantes, illas quaſi plantatas videamus ad mediam montium partem eo præciſe loco, quo terra eſt altiſſima, & ab utraque parte declivis fit. In ſummis vero & frigidis montibus non creſcunt: Mas utcunque ſolitarius invenitur aliis junctus ſilveſtribus arboribus, hujusque in lata via, quæ per iſtam Hituenſem decurrit regionem, quatuor vaſtæ & ingentes arbores prope viam locatæ ſunt, quarum omnium, quantum apparet, radices ſibi mutuo junctæ & intricatæ ſunt, binæ ſaltem harum arborum ſupra terram ita conjunctæ ſunt, ut inter illas tamquam in ſedili quis ſedere poſſit.

Femina ſemper copioſe, plurimæque ſimul creſcunt, quæ peculiarem formant ſilvam, non tamen denſam, ſed diſperſam, circa terræ quoque ſummitatem, quales in Amboina ſunt ſilveſtres montes inter Mamalo in Hitoes ora & Waya, ubi plurima invenitur Dammara, quæ in Amboina uſurpatur; occurrit porro in Hocamohela in montibus poſt Lockin & Anin. In Batsjana vero in magna inſula *Gelolo*, ac forte in plurimis inſulis Moluccis, uti etiam in Boero, ſed non multum inde defertur hæc reſina, quum ejus ſil-

het zelve beter, dan de Dammar Selan. Zy knerſt niet of weinig, maar geeft veel rook van haar, die na den zuuren trekt, en de ongewoone beſwaarlyk voorkomt. Gelyk nu de gemeene Dammar, die men op de markt verkoopt, wit en half doorſchynend is, diergelyke men haald uit de knoeſten van den onderſten ſtam, zo heeft men daar en tegen dezelve nog van andere coleuren, namentlyk ros, hoornverwig, en ſwartachtig, niet te min hard en half-doorſchynend, gelyk 'er zyn de groote klompen en koppen, dewelke aan de dikke takken en zeer oude boomen hangen, want dewyl deze boomen wegens haar hoogte niet beklommen werden, zo blyven de klompen aldaar lang hangen, verliezen hare eerſte witte coleur, en worden hoornverwig, doch vind men dit meeſt aan de Dammar-boomen omtrent Way, waar uit ik bemerk, dat het onderſcheid der coleuren komt, na dat de klompen lang aan den boom gehangen of afgevallen, op den grond gelegen hebben.

Anno 1688. heb ik zulken ſtuk na de Academie van Leyden gezonden, gefatzoeneert als een lankwerpig kinds-kop, zynde maar een weinig door menſchen hand geholpen, en de neus wat mismaakt, waar by men een roode ſtreep zag, als of het bloet was: Ik hebbe ook een ſtukje wit en half doorſchynend, gefatzoeneerd als een groote gal-blaas van een Os. De voornoemde Criſtalyne takken heb ik ook in haar eerſte coleur na 't Vaderlandt gezonden, doch betrouw, dat daar van geene in haar witte coleur, maar Bernſteen-geel zullen overgekomen zyn.

Het hout is wit, langdradig als vuurenhout, en men zoude meenen, dat men Ceder-hout voor hadde: 't Laat zig ook tot planken zagen, en redelyk glad werken, en op het drooge kan het een tyd lank duuren, maar in Zee-water geenzints, en daarom werd het tot timmerwerk niet meer gebruikt, te meer, alzo dit hout moeyelyk uit het verre gebergte te haalen valt. Ook heb ik bevonden, dat de omgevallene ſtammen in weinig jaren gants vergaan, en in roode aarde weder verandert waren, gelyk de gront was, daarze op ſtonden, kunnende men in dezelve roode aarde nog duidelyk beſpeuren de aderen van 't hout, en daar tuſſchen veele klaare takjes van harde Dammar. In deze verrotte ſtammen vind men ook hier en daar mooye ſtukjes vet hout, honingverwig, en op zommige plaatzen half-doorſchynend en mooi geadert, 't welk aan de knoesten des ſtams en takken geſtaan heeft. De vette ſtukken vergaan niet, al leggenze nog zo lang in de aarde, maar zy vallen niet grooter, dan dat men kleine ſteelen, en hegten of kloſſen tot ſpelde-werken daar van maken kan.

Naam. *In 't Latyn* Dammara Alba, *in 't Maleyts* Dammar Puti *en* Dammar Batu, *dat is ſteen-hers, om datze de hartſte onder alle Dammar is, en daar in zeer wel met het* Gummi Animæ *overeenkomende. Op Ternaats* Salo *ſlegts, en* Salo Baboda, *op Amboins* Camal, Camar, *en* Cama. *En omtrent Larique* Iſſe. *Op Javaans omtrent Griſec* Dama, *het welk met 't Arabiſche in 't voorige kapittel geſteld overeenkomt.*

Plaats. *Men vind deze boomen nieuwers dan in 't hooge gebergte en wilderniſſen, gants van menſchen omgang afgezondert, en daarom zynze onze Natie meeſt onbekent. Zy beminnen een roode klei-grond, gelyk meeſt alle de Amboinſche bergen zyn, ende altyd de hooge plaatzen zodanig, dat men 't Land Hietu overgaande dezelve als geplant vind, halfweegen juiſt, daar 't Land op 't hoogſte is, en men te weder zyden afgaat: Doch op 't allerhoogſte en koude gebergte willenze niet waſſchen. Het Manneken ſtaat meeſt eenzaam, onder andere Wout-boomen gemengt, en daar van ziet men aan de groote Land-weg, die 't voornoemde Land Hitoe overgaat, vier geweldige groote boomen digt aan de weg ſtaan, alle vier (zo men niet beter bemerken kan) met de wortelen aan malkander vaſt, immers twee daar van zyn boven de aarde aan malkanderen vaſt, dat men daar tuſſchen als in een ſtoel zitten kan.*

Het Wyfken waſt altyd veel, en met groote troepen by malkander, maakende een byzonder Boſch, niet digt, maar ydel verſpreid, meede omtrent 't hoogſte van 't land, gelyk in Amboina is 't woeſte gebergte tuſſchen Mamalo *op Hitoes-kuſt en Way, alwaar men de meeſte Dammar vind, die men in Amboina gebruikt: Voorts vind menze op Hoeamohel, in 't gebergte achter Locki en Anin: Op Batsjan, op 't groot Eiland* Gelolo, *en miſſchien in de meeſte Molucze Eilanden, als mede op Boero, doch werd niet veel afgebragt, om dat deszelfs wilde bergen niet wel*

ſilveſtres montes vix perambulari poſſint. Ex quibusdam intellexi Maleyenſibus in Borneo quoque occurrere hanc reſinam, ſed parva cum differentia, quum non ita alba ac pellucida ſit ac Amboinenſis.

Uſus. Uti Dammara Selanica in occidentalibus aquoſæ Indiæ partibus eſt uſitatiſſima ad faces, ſic & hæc Dammara Batu in Amboina huicque adjacentibus inſulis. Melius ardet, nec tanto conſtat labore ejus præparatio, quanto *Dammara Selanica*, ejus enim dura fruſta, qualia naturaliter ſunt, ſive pura ſive inpura promiſcue ſumuntur, hæcque involvuntur foliis Gomuto vel Sagueri ad pedis longitudinem, ac trium digitorum craſſitiem in forma facis, quæ etiam Dammara vulgo vocatur: Hæ autem Dammaræ in ſuperiore parte accenſæ æqualiter ardent cum pauco & ſæpe nullo ſtrepitu, ſed vehementem emittunt fumum inſtar coronularum picearum, qui inſolitis gravis & incommodus eſt, omnemque ſupellectilem atro obducit colore, ubi multum accenduntur hæ faces, ac præſertim in loco clauſo. Sæpius autem ſunt perforandæ, quum ſæpe nimis fortiter compactæ ſint, nec flammam concipiant.

Amboinenſes peculiares formant ex *Gabba Gabba* ſedes, quibus hanc inponunt Dammaram, quæ ſæpius totæ conflagrant, quum dormiunt homines.

Ardentes guttæ, quæ inſtar ſtellularum ex hac deſtillant Dammara, quum per plateas circumfertur, ſtatim ſuffocantur, quæ alioquin ſæpius noxas cauſſarent, ſi vero alicujus tangant cutim, quod ſervis ſæpe accidit, qui illam gerunt, vehementer urunt, & malignam dant exulcerationem, quæ ſæpius in Amboinenſes degenerat phlyctænas, ſi non cito curetur.

In re medica ejus uſus nondum eſt exploratus, quidam vero Amboinenſes, quod tamen ego, ac multi mecum nollent experiri, præſertim quum pedum vulnera contrahunt ex tribulis, acutisve lignorum ramentis, quam primum illa extraxerunt, unam alteramve ardentis hujus Dammaræ inſtillant vulneri guttam, qua vulneris ulcus prohibetur, hanc autem Indi in corneis ſuis ac calloſis pedum plantis vix ſentiunt.

Dammara hæc ſola difficulter liqueſcit, ſed melius cum Calappi oleo, vel pice noſtra, qua quidam navigia obliniverunt, compertum autem eſt, illam non fortiter adhærere, ac facillime decidere, unde huic operi inutilis eſt, ſaltem non ulterius tentatum fuit, licet defectus picis navigationem periculoſam reddat in hiſce regionibus, quod tamen per ſupra memoratas reſinas ſuppletur quodammodo. Illis, qui ſcripturam exercent, vel ab actis & Secretis ſunt, hæc quoque Dammara in uſu eſt, ſi enim hi erronea quædam vocabula vel litteras male expreſſerint, atque illa expunxerint, iſti loco inſpergunt pulveriſatam hanc Dammaram, qua glabram terunt chartam, in quo loco alias formare poſſunt & inſcribere litteras, hæ autem tempore iterum decidunt.

In deciduis & putrefactis truncis, uti dictum eſt, elegantia conſpiciuntur pinguia iſta fruſta, quorum illa elegantiſſime ſunt ſtriata & venoſa, quæ nodis inhæſerunt, ex quibus Dammara profluxit: Hæc fruſta eligunt Maleyenſes & Macaſſarenſes, ex quibus manubria telorum & cultrorum formant, quæ eleganter norunt incidere.

Ex cæteris craſſioribus fruſtis ſphærulæ fabricantur pro acicularum opere, & gradus ſediles, lignum vero eſt fragile, nec vim ferre poteſt. Hæc fruſta ignem facile concipiunt, elegantemque ſpirant Maſtichinum odorem, præſertim ſi lignum hoc raſpatum carbonibus inponatur. Dammara hæc accenſa & patinæ ſuppoſita, ipſam obducit atro levique rubro colore, ex qua maſſa ſcriptores Æthiopes ſuum conficiunt atramentum, uti apud nos Typographi atramentum ſuum librarium præparant ex fuligine; illud autem atramentum eſt nigerrimum, citoque ſiccatur & facile expungi poteſt, ſi neceſſitas illud requirat.

Æthiopum illud atramentum difficillime præparatur ex iſta Dammaræ fuligine, quæ acquiritur, ſi magna Dammaræ quantitas foſſæ inponatur & accendatur, ipſique ſuperinponatur patina terrea parum irrorata liquore quodam: Fuligo hæc bis terve cum aqua conterenda eſt, ac bis cum aceto exſiccare vel evaporare debet, ultimo iterum cum aqua, in qua cortex Catappan & Mangæ Utan incocta eſt, omni die commo-

 vendo

wel te bewandelen zyn. Van zommige Maleyers hebbe ik verſtaan, datze op Borneo ook valt, doch met een kleinen onderſcheid van 't hers, 't welk zo wit en doorſchynend niet is als het Amboinſche.

Gebruik. *Gelyk de* Dammar Selan, *als gezegt, in de Weſter deelen van Water-Indiën de gebruikelykſte is tot het branden, zo is deze Dammar* Batu *in Amboina en deze omleggende Eilanden. Zy brand beter; en men heeft 'er zo veel moeite niet mede om te bereiden, gelyk met de Dammar* Selan, *want men neemt de harde brokken, zo alsze vallen, klaar en onzuiver door malkander, en wind dezelve ſlegts in de bladeren van Gomuto of Sagueers-boomen, in de lengte van een voet, en dikte van drie vingers, tot de gedaante van een toorze, die men in 't gemeen ook Dammar noemd: Deze Dammars dan boven aangeſtooken branden geſtadig met weinig knerſſen, en zomtyds niet, maar geven een geweldige rook van hun, gelyk de pik-kranſſen, dewelke de ongewoone laſtig voorkomt, en alle huisraad met ſwart-root bedekt, daarze veel gebrand werd in een beſloote plaats. Men moet deze toortzen dikwils ſtookeren, om datze zomtyds te digt gepakt zyn, en niet branden willen.*

De Amboineezen maken byzondere ſtoeltjes van Gabba Gabba, *daarze deze Dammar inzetten, die zomtyds met Dammar en al wegbranden, als de Huisluiden daar by ſlapen.*

De brandende droppels, die als ſterretjes van deze Dammar afvallen, als menze over ſtraat draagt, gaan datelyk uit, anders zouden 'er meer ongelukken van komen, maar als dezelve iemand op de huid vallen, het welk de ſlaven dikmaals gebeurt, dieze dragen, brandenze zeer fel, en maken een quade ulceratie, daar uit dikwils de Amboinſche pokken werden, zo men 't niet ſpoedig geneeſt.

In de Medicyne heeft het nog geen bekende gebruik, behalven eene, dewelke ik en veele met my, de Amboineezen niet gaarn zouden willen nadoen, namentlyk alsze de voeten quetzen met trappen in voet-angels of ſpitze houten, zo draze 't zelve uitgetrokken hebben, druipenze een of twee droppels van deze brandende Dammar daar op, 't welk belet dat de wond niet ſweert, 't welk de Indianen aan haare hoorne-zoolen niet veel voelen.

Deze Dammar ſmelt mede moeyelyk alleen, maar wel met Calappus-Oly, of een weinig met onſes Lants teer gemengt, waar mede zommige de vaartuigen beſtreeken hebben, maar men heeft bevonden, dat het niet vaſt en houd, en ligt weer afvalt, daaromze tot dat werk onbequaam is; immers men heeft het niet verder onderzogt, hoewel 't gebrek van pik en teer de Zeevaart in deze Landen bekommerlyk maakt, het welk men eenigzints met de voorgaande herſſen verzetten kan. By de Schryvers op de Secretaryen heeft deze Dammar ook haar nuttigheid, want eenige abuſive woorden op 't papier uitgeſchrapt hebbende, ſtroyenze daar op deze fyn geſchrapte Dammar, en vryvent glad, zo kunnenze andere letters daar op ſchryven, doch deze letters vallen metter tyd weder af.

Aan de omgevallene en verrotte ſtammen, als gezegt, vind men de ſchoone vette ſtukken, waar van die geene mooiſt geadert zyn, die in de knoeſten geſtaan hebben, daar uit de Dammar geloopen heeft; deze ſtukken zoeken de Maleyers en Macaſſaren, om kris-hegten daar van te maken, dieze konſtig weten uit te ſnyden.

Uit de andere ſtukken, die lankdradiger zyn, maakt men kloſſen tot ſpeldewerks kuſſens, en traalytjes voor de ſtoelen, doch 't is bros hout, en kan geen geweld uitſtaan. Deze ſtukken branden licht aan 't vuur gehouden, en geven een aangename Maſtyks reuk, als men 't hout ſchrapt, en op koolen legt. Deze Dammar aangeſteeken, en onder een ſchootel gehouden, zet daar aan veel ſwart en fynrood, waar van de Moorſe Schryvers hare Inct maken, gelyk onze Drukkers van ſwartzel, welke Inct zeer ſwart is, en terſtond opdroogt, ook haar licht weder uitſtrappen laat, als 't van nooden is.

De Moorſche Inct word zeer moeyelyk gemaakt van het voorſchreve roed dezer Dammar, dewelke men gewint, als men een party van deze Dammar in een kuil gelegt aanſteekt, en een aarde ſchootel daar over ſtort, die wat nat gemaakt zy: Dit roed moet men twee a drie malen met water wryven, en tweemaal met Azyn t'elkens weder laten opdroogen, ten laaſten met water, daar in de ſchorſſe van Catappan en Manga Utan opgekookt zyn, alle

vendo per integrum mensem, quum demun sit massa seu atramentum scribendo aptum.

Dammara Radja, Ternatensibus *Salo Colano* dicta, eadem hæc Dammara est, sed ejus tantum maxima & optime transparentia frusta, quæ in superiore trunci parte dependent, nullis commaculata sordibus; Quæ autem in Batsjana & Hallemahera occurrit, nunquam ita flavescit ac Amboinensis, sed plerumque alba est vel sensim parum flavescit, cæterum sapore & odore Amboinensi similis est, inque similibus reperitur & colligitur arboribus. Hæc sola a Moluccorum regibus ad suffimigia adhibetur, unde & Dammara regia vocatur, nec plebi licet illam comburere.

Jucundum præbent spectaculum & exhibent historiam novitiani, si forum frequentent, qui recentem hanc Dammaram habent pro saccharo cantho, quod optime refert; quam vili vendunt pretio, ac læti angulum petunt, ut illam sapiant, sed deceptos sese mox comperiunt.

Uti supra indicatum est, in quibusdam navigatoriis Annalibus adnotatum legitur, magnam Mastiches copiam in hisce reperiri insulis, per quam hæc Dammara Batu intelligenda est, quæ accensa optime Mastiches spirat odorem.

Juniores Dammaræ arbores sunt elegantissimæ, minoremque repræsentant Cedrum, erectum enim gerit truncum, qui non longe supra radicem foliola & ramulos emittit laterales, in quibus hoc peculiare observatur, ramulos hosce transversales ab inferiore trunci parte binos, tres quatuorve in uno circulo esse positos, atque inter horum ramulorum spatium intermedium ex ipso trunco folia per paria excrescunt: Si horum aliquid decerpatur vel avellatur, viscosus effluit succus resinosus, & fortem spirans odorem.

In *Appendice* hæc adduntur.

Anno 1691. ex Ternata mihi transmissa fuit *Dammara alba* regia, *Salo Colano* ibi dicta, tam frustula ipsius resinæ quam juniorum arbuscularum siccatarum, ex quibus liquido constabat, eandem arborum ac resinæ esse speciem, cum Amboinensi alba *Dammara*, sed magis pellucida erat ac purior, quædam enim ejus frusta erant penitus pellucida, & instar Crystalli alba, quædam autem erant inpura & quasi cornea, omnia vero fragilia, nec sub dentibus trita in massam cogi poterant, uti in masticata Mastiche fit, cum qua odore quam proxime conveniebant: Folia illis Amboinensis arboris similia erant, sed paulo longiora, tenuiora, ac flaccidiora, quæ sicca flavescebant, quinque pollices cum dimidio longa, & ultra pollicem lata, quum illa Amboinensis arboris viridia persistant, cæterum eodem locata erant modo in rachidibus opposita. Bataviæ, ut audivi, hæc resina *Dammar Kesi* vocatur.

le dagen omroerende tot een maand lang, wanneerze eerst bequaam werd tot schryven.

Dammar Radja, *by de Ternatanen* Salo Colano *genaamt, is dezelfste Dammar, doch alleenlyk de grootste en klaarste stukken, die boven aan de stam hangen, met geen vuiligheid vermengt, dewelke op Batsjan en Hallemahera valt, 't welk nooit zo geel besterft, als de Amboinsche, maar blyft doorgaans wit, of werd metter tyd een weinig geel, anders van smaak en reuk de Amboinsche gelyk, en valt ook aan diergelyke boomen. Deze werd alleen by de Molucze Koningen tot branden gebruikt, daarom menze Konings-Dammar noemt, en de gemeene Man magze niet branden.*

Een geneuglyke klugt ziet men aan de nieuwelingen, die op de Amboinsche markt komen, en deze versse Dammar voor Candy-zuiker aanzien, daarze wel naar gelykt, dieze dan voor een gering gelt opkoopen, en al blyde daar mede om een hoekje loopen, om op te knappen, maar bevinden haar straks bedroogen.

Gelyk boven gezegt, vind men in zommige Scheeps-Journalen aangeteekent, dat 'er veel Mastyk in deze Eilanden zoude vallen, waar door men deze Dammar Batu verstaan moet, die in 't branden zeer na de reuk van Mastix sweeft.

Een jong Dammar-boompje staat zeer cierlyk, en verbeelt ons een Ceder-boompje, want het zet een regten stam, beginnende niet ver boven de wortel bladeren, en zydetakjes uit te geven, daar aan men dit byzonders ziet, dat de dwers-takjes van onderen op met twee, drie, en vier in een kring staan, en telkens tusschen deze vergaderinge der takskens ziet men aan den stam zelfs de bladeren met paren staan, als men iets afbreekt, loopt 'er een kleverig zap uit, sterk riekende en hersachtig.

In het Aanhangzel *werd dit 'er bygedaan.*

Anno 1691. is my uit Ternaten de witte Konings-Dammar, aldaar Salo Colano *genaamt, toegezonden, zo de stukjes van 't hers als jonge doch drooge boompjes, aan welke genoegzaam bleek, dat het eenderley slag van boomen en hers is met de Amboinsche witte Dammar, doch wel zo klaar en zuiver, want eenige stukken waren helder doorschynent, wit als Kristal, eenige vuil, en trokken na 't hoornverwige, alle gantsch bryzelig onder de tanden, en in geen Massa te brengen, gelyk men aan den geknauden Mastix doen kan, wiens reuk zy zeer na kwamen. De bladeren waren als aan de onze Amboinsche Dammar, doch wat langer, dunder, en slapper, geelachtig opgedroogt, 5½ duim lank, ruim een breet, daar de Amboinsche ook gedroogt, groen blyven, anders stonden zy op dezelfste manier aan de telgen in ordre geschikt tegens malkander. Op Batavia, zo ik versta, wert deze hers* Dammar Kesi *genaamt.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet *Dammaræ albæ*, quæ Mas seu *Damar Poeti Lacki Lacki* vocatur.

A. *Fructum* majori forma denotat.
B. Vero *folium*.
C. *Junioris arboris ramulum*, seu maris seu feminæ demonstrat.
D. Vero ramulum *Dammaræ feminæ*, cum ejus fructu naturali.

OBSERVATIO.

Arbores hæ sub nomine Dammaræ Batu arboris a *Valent. p.* 212. describuntur.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-vyftigste Plaat,

Dewelke een Tak verbeeldt van de witte Dammar-Boom, die het Mannetje ofte de *Dammar Poeti Lacki Lacki* genaamt wert.
Alwaar Lett. A. een vrucht in grooter gedaante vertoont.
B. Deszelfs bladt.
C. Een Takje van een jong boompje, het zy mannetje, het zy wyfje.
D. Is een Takje van de Dammar-Boom het wyfje, met deszelfs natuurlyke vrucht.

AANMERKING.

Deze boomen werden onder de naam van *Dammar-Batoe-Boom* by *Valent. p.* 212. voorgestelt.



Agathis loranthifolia. Spr.

CAPUT UNDECIMUM.

Dammara Celebica. Dammar Celebes.

DAmmaræ Batu præcedenti similis est alia species, quæ Celebica nobis dicitur, quum plurimum in ista occurrat regione, cujus arbor mihi huc usque ignota est, hic tamen illam locare volui, quum magna adducatur copia.

Ex magnis constat glebis seu placentis, ultra pedem latis, externe cinereis & pulverulentis, ita ut pro terra quadam haberetur, interne vero pura est, solida, semi-pellucida, & cornea, quibusdam in locis nigricans, in aliis alba instar Succini vel Gummi animæ, nunquam vero ita clara ac Amboinensium Dammara Batu, sed æque dura est & fragilis, si contundatur vel ore manducetur, & licet vetustissima sit hæc Celebica, nunquam tamen ita ruffescit ac Amboinensis, a qua etiam odore & sapore differt. Celebica hæc fere nullum habet saporem, carbonibus vero inposita pinguiorem spirat odorem quam Amboinensis, fere instar Occidentalis *Tacamahacæ*, cum aciditate quadam instar Emplastri *Oxycrocei*, licet tamen substantia ejus neutiquam cum Tacamahaca conveniat. Cito flammam concipit, sed lentam, minoremque dat strepitum, quam Amboinensis, nec ejus odor adeo gravis est. Quæ in Provincia Manado occurrit, albissima est in claris ejus segmentis, in aliis nigra corneique coloris, atque idem hic color sæpe in unis iisdemque observatur frustis, quæ vero ex Tambucko, Banaya, & Luboe adfertur, ejus partes maxime pellucidæ magis accedunt ad flavum vel ruffum, reliquum vero est itidem corneum.

Ex relatu quorundam testium ocularium hujus resinæ arbor quoad formam & speciem maxime referret Amboinensem, quum sit indem altissima & erectissima, magnisque nodis quasi protuberantibus, capitibusque constans in inferiore trunci parte. Ejus folia autem sunt breviora, latiora, crassiora, magisque subrotunda quam Amboinensis, cæterum ejusdem formæ similique modo striata: Ejus fructus quoque magnitudinem & formam Limonum habent, inque magnis squamis ab invicem decidentes: Ejus resina supra ignem liquescit, inque fervida infusa aqua mollescit, unde patet, pinguiorem magisque ductilem esse Amboinensi: Magnis dependet in glebis tam in crassis arboris ramis, quam ex ejus trunco, atque ejus inveniuntur frusta, quæ Pickol h. e. centum & viginti quinque libras ponderant.

Nomen. Latine *Dammara Celebica.* Malaice *Dammar Celebes*, & *Dammar Bangay*, quum in hisce plurimum reperiatur insulis: Maleyenses hanc quoque vocant *Dammara Batu*, uti præcedentem, cujus generis hæc quoque species habenda est. In Celebe vocatur *Damma*, & in Manado *Dammar.* Circa Tambuco *Hulo.* Quidam ex nostro populo hanc habent pro specie *Tacamahacæ*, uti & mihi ex *Manado* transmissa est nomine *Tacamahacæ Orientalis*, cum qua tamen externa facie parvam habet convenientiam, sed tantum odore quodammodo, qui in vera *Tacamahaca* pinguior est, nec unquam hæc in tantis reperitur glebis, magisque ruffescit, ac magis obscuri est coloris ut & fragilior quam Dammara, de qua ulterius vide *Nicol. Monardi libr. simplicium. cap.* 2.

Locus. Hæc *Dammaræ Batu* species in Amboinensium insulis non crescit, quantum novi, sed magna copia in insula Celebe, ac potissimum in ejus parte Orientali, in Tambucci tractu usque ad Manado, uti & in Provincia Lubock, quæ sita est ad internam magni sinus Boegensis partem, unde & a quibusdam Dammara *Lubo* dicta est. In Bangay etiam reperitur, ejusque districtu Balante, in magna ejus regione. In Manado plurimum occurrit circa ingentem Lacum, prope pagum Dandano, in districtu Tambuao, Bangay, ac porro in Celebes parte Orientali circa litora crescit, ita ut arbores sæpe supra aquam inclinent, hujusque resinæ elegantia & pellucida frusta ubique in litore reperiuntur & colliguntur.

Usus. Bangayenses, Celebenses, & Boegienses hanc adhibent Dammaram ad candelas, quum primum liquescunt in aqua fervida, ac dein manibus formant in

XI. HOOFTSTUK.

Celebische Dammar ofte Harst.

DE voorgaande Dammar Batu heeft een mede-zoorte, die wy Celebische noemen, om datze meest op dat Land valt, wiens boom my tot nog toe onbekent is, echter heb ikze alhier zetten willen, om datze veel ingebragt werd.

Zy bestaat in groote klompen of koeken, van een voet breed en meer, van buiten meest graauw en stoffig, dat men 't voor een schol-aarde zoude aanzien, maar van binnen isze zuiver, massyf, half-doorschynend, hoornverwig, aan zommige plekken swartachtig, aan zommige wit, als Bern-steen of Gummi Animæ, nooit zo helder, als de Amboinsche Dammar Batu, maar even hard en bryzelig, als menze klopt, of daar in byt, en hoe oud de Celebische is, werd nooit zo hoog-geel als de Amboinsche, aan reuk en smaak verschillenze ook, want de Amboinsche trekt wat na de Canary-reuk, als menze kauwt of brant. De Celebische heeft bykans geen smaak, maar op koolen riektze vetter dan de Amboinsche, schier als de West-Indische Tacamahaca, *met eenige goorheid, als de pleister* Oxycroceum, *hoewelze anders aan substantie de* Tacamahaca *gants niet gelykt. Zy brand mede ligt, en gestadig, knerst minder dan de Amboinsche, en den reuk is zo beswaarlyk niet. Die in de Provincie Manado valt, is aan haar klaarste stukken heel wit, en aan de andere swart, hoornverwig, welke beide coleuren men dikwils aan een stuk ziet, maar die men van Tambucko, Banay, en Luboe brengt, trekt aan de klare stukken meer na 't gele en rosse, de rest is ook hoornverwig.*

Na rapport van eenige oog-getuigen, zoude dien boom aan gedaante meest overeenkomen met den Amboinschen, als zynde mede zeer hoog en pyl-regt, met groote knoesten of koppen aan den ondersten stam. De bladeren zyn wat korter, breeder, dikker, en vooren ronder dan de Amboinsche, anders van de zelfste fatzoen, en mede zodanig gestreept: De vruchten insgelyks van grootte en gedaante de Lemoenen gelyk, en in groote schilferen van malkander vallende. De hers daar van komende, kan men over 't vuur smelten, en in heetwater week maken, tot een bewys, datze vetter en gedweeger is, dan de Amboinsche. Zy hangt met groote klompen, zo wel aan de dikke takken, als aan den stam, en men vind 'er stukken die wel een Picol, dat is een hondert en vyf en twintig pont wegen.

Naam. *In 't Latyn* Dammara Celebica. *Op Maleyts* Dammar Celebes *en* Dammar Bangay, *om datze op dezelve Eilanden 't meeste valt. De Maleyers noemenze ook* Dammar Batu, *gelyk de voorgaande, van welkers geslagt zy ook te houden is. Op Celebes noemt menze* Damma, *en in de Manado* Dammar. *Omtrent Tambocko* Hulo. *Zommige van onze Natie willenze voor een zoorte van* Tacamahaca *houden, gelykze my ook van Manado toegezonden is onder den naam van* Tacamahaca Orientalis, *met de welke zy echter aan de uiterlyke gedaante weinig over een komt, maar wel eenigzints in den reuk, die in de opregte* Tacamahaca *nog al vetter is, die nooit met zulke groote klompen valt, rosser en donkerder van coleur is, en brosser dan de Dammar, waar van ziet breeder* Nicol. Monardus Lib. simplic. cap. 2.

Plaats. *Deze zoorte van* Dammar Batu *wascht in de Amboinsche Eilanden niet, zo veel my bekent is, maar overvloediger op 't groote Eiland Celebes, en dat meest aan deszelfs Oost-zyde van Tambuccos district, tot aan Manado, als mede in de Provincie Lubock, gelegen aan 't binnenste van de groote Boegische bogt, waar van daanze by zommige* Dammar Lubo *genaamt werd. Zy valt mede op Bangay, en deszelfs district Balante, op het groote Land. In Manado heeft menze meest omtrent 't groote Lack, by de Negory Dandano, in het district van Tambuao, Bangay, en voorts op Celebes Oost-kust wast ze omtrent de stranden, zo dat de boomen zomtyds over 't water hangen, en de schoone klaare stukken vind men over al op de strand verspreid.*

Gebruik. *Die van Bangay, Celebes, en Boegies gebruiken deze Dammar tot branden, dezelve eerst week makende in beet-water, en rollende dan met de handen tot* de

in crassas candelas spithamam circiter longas, quas *Nipæ* foliis obvolvunt, ita ut Batavicam referant Dammaram, excepto quod minores sint: Continuam atque æqualem dant flammam, nullum vero strepitum, meliusque ignem fovent quam Amboinenses: Manadenses hanc liquefaciunt Dammaram supra ignem, inque tenues effundunt arundines Bambu, quas accendunt uti apud nos candelas. Per totam porro Celebem usurpatur ad omnium armorum manubria firmanda, uti *supra cap.* 7. de *Canario Decumano* fuit dictum.

In Manado incrustant terrea vasa, patinas, ollas cum hac contrita, ac superne illinita, uti Amboinenses illud cum sua perficiunt. Hac quoque obducunt ligneas vaginas telorum suorum & armorum *Krissen* dictorum, qua illas glabras ac splendentes reddunt, lignique nodi inserviunt ad manubria illorum Krissen, trunci vero lignum non est durabile, nec operi mechanico utile est.

Ulteriore disquisitione forte constabit, Dammaram Batu in Borneo crescentem, multo magis cum hac Celebica convenire quam cum præcedente Amboinensi: Corneum amittit colorem, si diu coquatur, atque albescit.

de gedaante van een dikke keerze, omtrent een span lank, dieze dan met bladeren van Nipa *bewinden, datze de Bataviſche Dammar gelyken, behalven datze kleinder zyn: Zy branden geſtadig zonder knerſſen, en houden 't vuur beter dan de Amboinſche. De Manaders ſmelten deze Dammar over 't vuur, en gietenze in dunne Bamboezen, dieze dan branden, als kaarſſen. Voorts wertze op heel Celebes gebruikt, om alderhande wapenen in haar ſteelen vast te maken, gelyk boven cap.* 7. *van het* Canarium Decumanum *gezegt is.*

In Manado verglazenze ook de aarde potten, ſchootels, en bakken met deze gewrevene, en daar op geſmeerde Dammar, gelyk de Amboineezen met de haare doen. Zo beſtrykenze ook de houte ſcheede van hare Kritzen daar mede, om dezelve glad en glimment te maken, en 't hout van de knoeſten dient tot krits-hegten, maar dat van den ſtam is niet durabel, en dient tot geen timmerwerk.

By nader onderzoek zal men miſſchien bevinden, dat de Dammar Batu, op Borneo vallende, veel meer met deze Celebiſche Dammar zal over een komen, dan met de voorgaande Amboinſche. Zy verlieſt hare hoornverwige coleur, als menze lang kookt, en wert wit.

CAPUT DUODECIMUM.

Camirium. Camiri.

CAmirium est arbor crassa, sed non alta, quum ejus truncus mox in ramos sese dividat, qui corticem gerit glabrum, cinereum, multisque punctis hinc inde notatum, fragilem, ac succosum. Folia duplicem habent formam, in junioribus enim ramis multo sunt majora, triangula, inque tres acutos apices divisa, fere instar Hederæ, sed multo majora, plerumque sex pollices longa & lata, aliquando etiam decem & undecim pollices: Tres gerunt ac quædam quinque magnos nervos, qui ad pedunculum concurrunt, qui septem & octo pollices longus est, rotundus, rugosus, acsi arena conspersus esset, vel etiam lanuginosus, uti & supremi rami, ac inferior foliorum pars. Prope foliorum ortum in ipsorum pediculis binæ locantur verruculæ, folia autem sine ordine arcte sibi junguntur circa ramos.

Alia ac maxime vulgaria folia in adultis arboribus ab inferiore parte latissima sunt, sensimque acuminata desinunt, sed nullos habent angulos, excepto quod horum quædam ad oras sint sinuosa, octo novemque pollices longa, quinque vel sex lata, cum tribus ingentibus nervis ad petiolum concurrentibus, sed paucis constantia costis, superne obscure viridia, inferne ex viridi gilva.

Inter folia flores proveniunt brevibus, sed extensis racemis insidentes, tres quatuorve simul juncti, brevibus & herbaceis pedunculis suffulti. Flores hi referunt illos Gayang, sed sunt minores, ex quinque tenuibus & angustis petalis constantes, in quorum centro quædam brevia apparent stamina antheris luteis instructa, illi autem jucundum spirant odorem. Fructus ex ipsis non progerminant floribus, sed eo loci, ubi pedunculi floriferi concurrunt, simplices quoque plerumque proveniunt, aliquando gemini uno in pedunculo brevi, crasso, & lignoso juncti. Singulus iterum fructus duplex est, vel integer vel bifidus, integer formam & magnitudinem fere habet Nucis Juglandis, sed irregularis, & superius obtuso apice instructus. Bifidus formam habet scroti, in medio sulcatus, superius obtuse acuminatus, ex viridi cinereus, & quasi farina & arena conspersus: Exterius putamen simile est Juglandis, sed non ita colore suo manus inquinans, sub hoc reconditur nux in integro simplex, in bifido fructu duplex, singula vero obvolvitur tenui pellicula seu cellula, quæ ab una parte ingens habet foramen, per quod nux conspici potest, duplices autem vulgatissimæ sunt.

Nux ipsa formam habet rotundi Canarii, sed paulo magis est plana & lata, parum compressa, externe nigricans & rugosa. Putamen vero crassius & durius est quam in Canariis, quod non nisi forti ictu aperitur: Ejus

---

XII. HOOFTSTUK.


De Camiri-Boom.

DE Camiri-*boom is wel dik, maar niet hoog van ſtam, die hem ſtraks in takken verdeelt, met een effene lichtgraauwe ſchorſſe, hier en daar met eenige punctjes beſpikkeld, bros, en zappig. De bladeren zyn van tweederlei gedaante, want aan de jonge takken zynze veel grooter, driehoekig, of in drie ſpitzen verdeelt, bykans als die van Eyloof, maar veel grooter, in 't gemeen zes duimen lank, en breed, zomtyds ook tien en elf duimen. Zy hebben drie, en zommige ook vyf groote zenuwen, die by den ſteel zamenſtooten. De ſteel is zeven a acht duimen lank, rond, ruig, als met zand beſtrooit, of wolachtig, gelyk ook de voorſte takken, en onderſte zyde der bladeren. Aan de ſteelen by de bladeren ziet men twee roodachtige vratjes, en ſtaan de bladeren zonder ordere digt agter malkander rondom de takken.*

De andere en gemeenſte bladeren aan de volwaſſchene boomen zyn agter ook breedſt, en loopen allenskens ſpits toe, maar hebben geen hoeken, behalven dat zommige aan de kanten een weinig bogtig vallen, acht en negen duimen lank, vyf en zes breed, met drie groote zenuwen agter t'zamen ſtootende, en voorts weinige ribben, boven donker-groen, en van onderen uit den groenen vaal.

Tuſſchen de bladeren komt 't bloeizel voort aan korte, doch uitgeſpreide trosjes, drie en vier bloempjes by malkander, op korte grasachtige ſteeltjes. De bloempjes gelyken 't bloeizel van Gayang wat, doch zyn kleinder, en uit vyf teere en ſmalle blaadjes beſtaande, in welkers midden men eenige korte draatjes ziet met geele nopjes, die wat lieffelyk van reuk zyn. De vruchten komen uit de bloeme zelfs niet voort, maar aan die plaats, daar de bloemdragende ſteeltjes t'zamen ſtooten, zy komen ook gemeenelyk enkelt voort, zomtyds twee by malkander gevoegt op een korte, dikke, houtachtige ſteel. Ieder vrucht is wederom tweederlei, of enkelt of dubbelt, de enkelde is in de gedaante en grootte bykans van een Walnoot, doch wat ſcheef, en na vooren met een ſtompe ſpits. De dubbelde heeft de gedaante van een klootſak, in de midden van agteren na vooren met een kloove, en een ſtompe ſpitze uit den groenen-graauw, en als met meel en zant beſtrooit. De buitenſte bolſter is gelyk aan de Wal-nooten, doch zo verwende niet: Daar onder leid een noot in de enkelde een, in de dubbelde twee, ieder beſlooten in een dun vliesken, of huisken, 't welk aan de eene zyde een groot gat heeft, waar door men de noot zien kan, en zyn de dubbelde de meeſte.

De noot zelfs heeft de gedaante van een ronde Canaris, doch wat breeder en platter, aan 't een einde wat zamengedrukt, van buiten ſwartachtig en rimpelig. De ſchale is dikker en harder, dan aan de Canaris, die men niet dan





Croton moluccanum.

Ejus interior pars repleta est undique nucleo albo & pingui, substantia & sapore simili Nuci Juglandi, sed hæc oleosior est magisque nauseosa: In maturo fructu putamen parum flavescit ac denuo nigrescit: Trunci lignum est album & inutile, in ramis fragile, medulla aquosa repletum, unde periculosum est ejus insistere ramis, quum facile rumpantur.

Anni tempus. Floret in Septembri, fructus vero dat in Octobri & Novembri, sæpe etiam ejus rami ex inferiore trunci parte progerminant, majores vero rami non erecti excrescunt, sed incurvi, & late sese extendunt.

Nomen Latine *Camirium.* Malaice *Camirin, Camiri,* & *Boa Cras.* Ternatensibus *Saketa.* Amboinice *Yaro Mahu*, h. e. *Canarium Javanum*, vel quia in Java plurimum crescat, vel quia a Javanis ejus usum ac nucleos primum acceperint: Econtra Amboinenses *Ricinum* vocant *Camirium*, quum ex ejus nucleo oleum quoque pingue exprimatur. In Boero *Sibu* & *Sibut.* Macassarensibus *Sapiri.* Boegensibus *Ampiri.* Bimensibus *Callelli.*

Locus. Plurimum crescit in Java & in Moluccis, præsertim in Batsjana & Mackiana: item in Bonoa & Buro, ut & in Celebes parte Occidentali Macassarensibus subdita. In Amboina & Banda quædam etiam hujus inveniuntur arbores, sed raræ, nec ita magnæ sunt quam aliis in locis.

Usus. Vulgatissimus usus apud Javanos & Macassarenses est candelas ex ejus nucleis formare, qui depurati contunduntur, ac commiscentur cum Gossypio vel Calappi putamine, quæ sibi invicem subiguntur, donec consistentiam crassioris sebi habeat, dein bacelli fissarum arundinum Bambu, vel Leleba sumuntur, quibus obvolvitur hæc pasta instar linamenti, quod manibus tractatur, donec crassitiem & speciem candelæ referat, quæ prope arundinem istam accenditur. Hæ candelæ æqualiter ardent, sed citius consumuntur sebaceis, ingratumque spirant odorem, unde a primoribus non usurpantur, sed tantum a plebe. Bonoënses minorem inpendunt laborem, nucleosque modo fasciant veruculo ex Bambu confecto, quo illos perforant: Amboinenses ex naturali pigritia illos non curant, sed quidam illos crudos comedunt, cum pauxillo piperis mixtos, sed non multi simul sunt edendi, eo quod inebrient.

Securissimum est, si totæ nuces in ignem projiciantur, ac tamdiu torreantur, donec putamen exterius deflagret, quod mox exstinguitur, tostusque nucleus eximitur, qui ita comeditur, vel Sajoræ incoquitur loco Calappi medullæ, cujus defectus hoc suppletur nucleo, uti & mulierculæ caput suum hocce lavant loco Calappi nuclei: Oleum excoqui etiam potest eodem modo, ac ex rapsata Calappi medulla, quod viles usurpant homines ad pisces fricandos, si vero sit vetustum, nulli inservit usui, nisi lampadibus illuminandis, quum crassum sit ac lente ardeat: Putamina adhiberi possunt ad carbones, uti Canarii putamina, quum sint pinguia, crassa, ac diu ignem foveant: Eadem quoque putamina *Cassombæ* floribus miscentur, ut pingues ac boni conserventur, ne nimis exsiccentur damno venditoris, licet emptoribus hoc obstet.

dan met een goeden slag open krygen kan: Het binnenste is digt uitgevult met een witte en vette beest, van substantie en smaak de Wal-nooten gelyk, doch wat olyachtiger en walgelyker: Aan de rype vrucht werd de bolster wat geel, en ten laatsten rookachtig. Het hout van de stam is wit en ondeugent, aan de takken bros, en met een waterachtig hert, daarom het op deze takken zorgelyk te staan is, als kort afbreekende.

Saysoen. *Het bloeit in September, de vrucht heeft men in October en November, men ziet zomtyds ook de takken uit den ondersten stam uitspruiten, en de hooft-takken gaan niet regt op, maar krom, en breiden zig ver uit.*

Naam. *In 't Latyn* Camirium. *In 't Maleyts* Camirin, Camiri, *en* Boa Cras: *Op Ternaats* Saketa: *Op Amboins* Yaro Mahu, *dat is* Canarium Javanum, *ofte om datze op Java meest valt, of om datze van de Javanen het gebruik en korrels eerst ontfangen hebben: daar en tegen noemen de Amboineezen den* Ricinus Camirium, *om dat quansuis uit deszelfs korls ook een vette Oly geperst werd. Op Buro* Sibu *en* Sibut: *Op Macassar* Sapiri, *op Boegis* Ampiri, *op Bima* Calleli.

Plaats. *Hy wast meest op Java, en in de Moluccos, inzonderheid op Batsjan en Mackjan. Als mede op Bonoa, en Buro, en op Celebes Westerdeel, onder de Macassaren staande. In Amboina en Banda zynder ook eenige, doch niet veel, en werden zo groot niet als op andere plaatzen.*

Gebruik. *Het gemeenste gebruik by de Javanen, en Macassaren is kaarszen daar uit te maken, want men stampt de schoongemaakte korrels, mengt dezelve met een weinig kattoen, ofte Calappus-bolster te deegen door malkander kneedende, tot de consistentie van dik ongel, daar na neemt men de stokjes van gespleete Bamboezen, of Leleba, en rold dezen deeg daar om, als om een Lemmet, met de handen tot de dikte en forme van een kaarze, die men by dat rietken aansteekt. Deze kaarzen branden wel gestadig, maar consumeeren haastiger dan de ongel-kaarssen, geven ook een onlieflyken reuk van haar, daaromze by groote Heeren niet gebruikt werden, maar alleen by slegte lieden. De Bonoërs doender minder moeite aan, rygende slegts de binnenste korrels aan een speetjen van Bamboezen gemaakt, en steekenze zo aan. De Amboineezen uit aangebooren traagheid, maken der geen werk af, behalven datze zommige raauw eeten, met een weinig peper gemengt, doch men moet 'er niet veel van eeten, want zy maken dronken.*

't Zeekerste is, dat men de nooten eerst in 't vuur smyte, en zo lang brade, tot dat de buitenste schaal in de brant raakt, die men terstond wederom uitbluft, en de gebraden beest wederom daar uitneemt, die men dan zo uit de hant eet, of met ander Sayor kookt, in plaats van Calappuspit, welkers gebrek men door deze korrels vervult, gelyk ook de Vrouwen 't hooft met dezelve wassen, in plaats van Calappus-pit. Men kan der ook een Oly van kooken op dezelfde manier, als uit de geraspte Calappus-pit, het welk de slegte lieden gebruiken, om Vis daar in te braden, maar wat oud zynde, is 't nergens toe bequaam, dan tot branden in de lamp, want het dik is, en langzaam brand. De schaalen kan men gebruiken om koolen daar van te maken, gelyk de Canary-schaalen, want zy zyn vet, dik, en houden 't vuur lange. Dezelfde schalen werden ook onder de Cassomba-*bloemen gemengt om dezelve vet en goet te behouden, en op datze niet te zeer op en droogen, tot schaade van de verkooper, hoewel de koopers daar tegen aanzien.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Octavæ,

Quæ ramum exhibet *Camirii.*
A. Fructum *geminum.*
B. Ejus *nucleum* denotat.

UYTLEGGING

Van de acht en-vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Camiri-Boom.*
A. Verbeelt een *dubbelde vrucht.*
B. De *binnenste korrel.*

OBSERVATIO.

Camirium a *Valent. pag.* 213. describitur, sed ejus figura *No.* XL. proposita penitus diversa est ab illa *Rumphii*, quæ alioquin in omnibus partibus & speciebus cum *Rumphianis* respondent. Nec dubito, quin *Valentinius* figuras suas ex *Rumphianis* composuerit, vel saltem ab hujus pictoribus forte dono acceperit, licet nullam hujus rei in præfatione sua faciat mentionem.

AANMERKINGE.

De *Camiri-Boom* wert by *Valent. p.* 213. mede beschreven, doch deszelfs figuur onder *No.* XL. verbeeldt, verschilt geheel van die van *Rumphius*, die anders in al hun deelen en gedaante met elkander overeenkomen: En ik twyffele niet, ofte *Valentyn* heeft zyn figuren uit die van *Rumphius* ontleent, of door de Teekenaars ontfangen, schoon hy daar van in zyn Voorreden geen gewag maakt.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Pangium. Pangi.

PAngium truncum gerit altiorem magisque erectum, quam præcedens: Ejus folia sunt duplicia, multum a sese invicem differentia, uti de Canario genere fuit notatum, in junioribus enim arboribus sunt maxima, inque tres angulos seu lacinias divisa, pedem circiter longa, decem pollices lata & ultro, plurima autem decem pollices sunt longa & novem lata, quædam ad unam tantum oram angulosa sunt, quum alterius lateris angulus jam excreverit, alia utrisque carent istis angulis. Tenera vero folia sunt cordiformia, ita ut tria quatuorve folia differentia in una conspiciantur arbore juniore: Prope foliorum petiolum quinque, in quibusdam vero septem magni concurrunt nervi, atque foliorum oræ prope petiolum sunt æquales, nec sinuatæ. Petioli autem longi sunt: Folia adultarum arborum cunctos istos amiserunt angulos, formamque habent oblongo-cordatam, novem longa pollices, septem & octo lata, obtuso apice donata, intense viridia, glabra, & splendentia, saporis ingrati & fervidi.

Flores me latent. Fructus vero simplex dependet hinc inde ex ramo forma, & magnitudine ovi Struthiocameli, vulgaris vero ovi Casuarii, plurimi autem sunt umbilicati, ad latera gibbosi, externe obscure ruffi, ac tandem ex fusco cinerei instar Calappi veteris, rugosi, parvisque notati punctis instar fructus *Atun*, qui ex crasso dependent pedunculo, prope fructum extenso. Cortex externus crassus est uti in Malo Punico, sub quo pauca reconditur caro albicans, in qua nuces seu castaneæ quasi compactæ sunt: Hæ nuces sunt planæ, multiformes, plurimæ vero instar compressæ bursulæ, majores Juglandibus, plano latere sibi accumbentes, angusta vero illarum pars introrsum sita est, latissima vero extrorsum, quædam crassiores sunt & triangulares, aliæ aliam habent formam, plerumque unum cum dimidio vel binos longæ pollices, quædam vero tres, binæ enim occurrunt species seu varietates, una major, altera minor. Minor seu vulgatissima species formam habet Nucis Juglandis, plerumque triangularis, aliæ autem ita differunt & irregulares sunt, ut inter decem vix binæ occurrant sibi similes. Pellicula nucis exterior hirsuta est, lignosa, ex nigro cinerea, rugosa, protuberantibus pertexta venis & intricata instar sacci coriacei vetustioris & rugosi, seu contracti: Major autem species instar bursæ formata est, plana, recta, nigra, multoque rugosior, protuberantes enim venæ ita intricatæ decurrunt; ut arbusculas quasi referant, vel ramos & frutices artificum manu elaboratos, omnesque hi elevati sunt, quorum oræ in quibusdam locis adeo acutæ sunt, ut difficulter tractari possint, ac magis spinas referant, inferior vero nucum pars æqualior est, nec ita rugosa, latissima illarum pars, quæ putamini adjacet, aperturam habet, ex oblonga formatam fissura, quæ obtegitur operculo ejusdem substantiæ cum cortice, qui adeo firmiter ipsi inhæret, ut non nisi vi avelli possit. Putamen crassitiem cultri habet substantia &c. conveniens cum Tampurong Calappæ nucis. In hoc reconditur nucleus planus, amplus, albus, putaminis formam habens, qui in bina dividi potest segmenta saporis nucis Avellanæ, substantia constans molliore & lenta, quæ, si non sit matura penitus, amaricat, saltem in Amboina sese ita offert, in aliis vero locis major est, pinguior, & dulcior. Hi fructus in arbore relinquuntur, donec sponte decidant, atque exterior putrescat cortex, tum enim nuclei nigrescunt & permaturi sunt, a quibus caro illos ambiens facile separari potest, illi vero raro ac vix crudi comeduntur, vim enim habent inebriantem, hominesque vertiginosos reddentem, unde & quidam in animi deliquium incidunt, licet satis grati ac dulcis sint saporis, sed præparandi sunt, ut mox indicabitur; Hujus arboris lignum durum est, solidum, & grave: Cortex vero fragilis, lignoque firmiter adhæret.

Nomen.

XIII. HOOFTSTUK.

De Pangi-Boom.

DE Pangi-*boom heeft een hooger en regter stam, dan het voorgaande. De bladeren zyn tweederlei, wel veel van malkander verschillende, gelyk van de Canari gezegt is, want aan de jonge boomen zyn ze zeer groot, en in drie hoeken of lappen verdeelt, omtrent een voet lank, en tien duimen breed, zommige meer, de meeste zyn tien duimen lank, en negen breed, zommige hebben aan de eene zyde nog een hoek, zynde den bogt van de andere hoek bykans uitgewasschen, andere weder zyn niet hoekig. De geheele jonge zyn regt hertformig, zo dat men drie of vierderlei bladeren aan een jonge boom ziet. By de steel stooten vyf, en aan zommige zeven groote zenuwen te zamen, en zyn de randen by den steel vlak, en zonder bogt. De steelen zyn lank. De bladeren van de volwassene boomen hebben alle de uitsteekende hoeken verlooren, en zyn geformeert, als een lankwerpig hert, negen duimen lank, zeven en acht dito breed, met een stompe spits, hoog-groen, glad, en glimment, onlieffelyk van smaak, en wat heet.*

Het bloeizel is niet bekent. De vrucht hangt enkeld hier of daar aan de takken, in grootte en gedaante van een voogel Struis-Ey, in 't gemeen als een Casuaris-Ey, de meeste met een tepel voor aan, en aan de zyden wat bultig, van buiten donker-ros of tanyt, ten laasten grauw, als de oude Calappus, van buiten ruig, en met kleine punctjes bezet, gelyk de vrucht van Atun, *hangende aan een dikke steel, die by de vrucht een kransjen heeft, de buitenste schorsse is zoo dik als aan den Granaat-appel, daar onder een weinig wit vleesch, en daar inne zeekere nooten of Castanjen gepakt zyn. Deze nooten zyn plat, en van veelderlei fatzoen, doch meest als een gedrukte beurze, wat groter dan onze nooten, met de platte zyde op malkander leggende, met 't smalle eind na binnen, en 't breedste na buiten gekeert, zommige zyn wat dikker, gants driezydig, en van andere fatzoen, in 't gemeen een en een halve, en twee duimen lank, en zommige drie, want men heeft 'er twee zoorten van groote en kleine. De kleine of gemeenste zoorte is in de gedaante van een Wal-noot, door de bank driekantig, maar zommige zo verschillend, en rond-bollig van fatzoen, dat men onder tien geen twee zal vinden, die malkander gelyk zyn. De buitenste schel is ruig, houtachtig, uit den swarten grauw, rimpelig, en met uitsteekende aderen door malkander loopende, verwerd, als een leeren zakje, dat nat gemaakt is, en inkrimpt. 't Groote geslagt is meest geformeert als een beursje, en plat, regt, swart, en veel ruiger, want de uitsteekende aderen loopen zo aardig door malkander, datze eenige boompjes verbeelden, of dorre takken en struiken door meesters hand in eenig Ebben-hout uitgesneeden, en dat allegaar verheeven werk, waar van de kanten op zommige plaatzen zo scherp zyn, datze moeyelyk om te handelen zyn, en veel meer doorns gelyken, doch de onderste zyde is altyd effender, en min ruig, den breedsten hoek, die tegen de bolster ziet, heeft een deurtje, zynde een lankwerpige scheur, dewelke gesloten is met een dekzel van dezelfde substantie, als de schel, die 'er zo vast in sluit, dat hy niet dan met geweld kan afgetrokken worden. De schaale heeft de dikte van een mes van substantie &c. gelykende de Tampurong aan een Calappus-noot. Daar binnen leidt een breede, witte, en platte kern, na de gedaante van de schaal geformeert, die zig in twee bladeren laat verdeelen, van smaak als Hasel-nooten, van substantie weeker en tayer, en als hy niet ter deegen ryp is, wat bitter, immers in Amboina is hy zo, maar op andere plaatzen valt hy grooter, vetter, en zoeter. Deze vruchten laat men aan de boomen hangen, tot datze van zelfs afvallen, en de buitenste schorsse verrotte, want als dan zyn de korrels swart, en ter degen ryp; waar van men 't omhangende vleesch gemakkelyk kan afschudden. De binnenste kern werd niet of weinig raauw gegeten, want hy heeft een duizelig- of dronken-makende kragt, waar van ook zommige in swym vallen, hoewel hy redelyk aangenaam van smaak is, maar men moet hem toebereiden, gelyk straks gezegt zal werden. Het hout van dezen boom is hart, digt, en swaar. De schorsse bros, en aan 't hout vast klevende.*

Naam.

Nomen. Latine *Pangium:* Malaice *Pangi*, *Capaya*, & *Copaya.* Javanis *Poutsjong*, præparatus vero ejus cibus vocatur *Caluac* & *Colowac:* Macaſſarenbus & Baleyenſibus dicitur *Pangy*, Boetonenſibus *Pany*, Ternatenſibus *Bobbi* & *Sawan.* Boeronenſibus *Hami.* Amboinenſibus *Any*, Omenſibus *Salea.*

Locus. Optimi plurimique hujus arboris fructus inveniuntur in Celebes regione, ſub Macaſſarenſi & Boegenſi inperio, uti & in Java, Baleya, Boetona, Boero, & Cerama, rari ſunt in Amboina, & tantum hinc inde in planis ſilvis, quumque non ita jucundi ſint ſaporis quam in aliis locis, hinc non multum ab Amboinenſibus expetuntur vel adhibentur, vulgusque anxium eſt illos edere, quum fructus hi habeantur nocivi.

Uſus. Apud Maleyenſes, Macaſſarenſes, Boegenſes, & Boetonenſes fructus hic in magno eſt uſu ad cibum, ſed non crudus, verum ſequenti præparatus modo: Maturæ nuces totæ in aqua ebulliuntur, dein putamina in partes contunduntur, nucleique eximuntur, inque anguſta conſcinduntur fruſta inſtar Braſſicæ lactucariæ, quæ ſcrobiculo inponuntur, intus repleto palea, dein per 24 horas macerantur in fluviali vel pluviali aqua, qua malignitas extrahitur, ac tum ſine noxa comeduntur vel ſola, vel cum Calappa nuce rapſata. Cum hiſce incoquuntur etiam piſces, ut condimentum eorum ſit pinguius, uti alias cum Calappæ medulla fit. Fruſta hæc exſiccantur quoque & conſervantur, ut pluvioſis menſibus cibus hiſce pinguior reddatur: Javani norunt ex ſiccis & calefactis nucleis inter binos aſſeres Oleum exprimere lampadibus inſerviens, quod plenis amphoris fallaciter vendunt pro *Minjac Widjing* ſeu *Oleo Seſamino*, quod multo pretioſius eſt.

Boegenſes illud oleum alio præparant modo, contundunt nempe & in paſtam manibus formant depuratos & ſoli exſiccatos nucleos, ſenſim affundentes aquam tepidam, donec oleum ſupernatet, quod aufertur. Hoc oleum, ſi recens, dulceſcit, & aptum eſt ad placentas & piſces fricandos, nec ita cito ranceſcit ac oleum Calappæ.

Arboris cortex contritus aquæque injectus piſces enecat in ipſa natantes. Foliorum ſuccus ulcerationibus, vel putridis inſtillatus vulneribus, vermes enecat & animalcula pruritum excitantia, quæ circumjectam arrodunt carnem. Hoc autem caſu expertum fuit, quum putrefacta & a vermibus exeſa caro in hiſce obvolveretur foliis, unde hi vermiculi ſtatim mortui fuere, atque ex illa carne in folium tale deciderent, iſtaque caro iterum rubebat, ſanumque adquirebat colorem.

Hanc vero antipatiam habent hæc folia, ſimulque vim omnes enecandi vermes in putrefactionibus nidulantes, quos enecant & prolabi faciunt: Idem quoque præſtant recentes nuclei, ſi manducentur vel aqua conterantur, & capiti illinantur, pediculos enecant: cavendum vero eſt, ne inter manducandum ſuccus eorum deglutiatur: Gallinæ quoque moriuntur, ſi hos crudos vel coctos edant nucleos: Si decidui fructus nondum fiſſi fuerint, paleis vel aliis rebus ſiccis inponendi ſunt, donec putreſcant, ac nuclei tolli poſſint, qui ſub cineribus calidis etiam torrentur, dein oſſicula eximuntur, inque cibos præparantur, uti ſupra dictum fuit. Sinenſes quidam quibusdam abhinc annis nucleos hoſce ex Java venales adduxerunt, quorum decem pro ſtuvero vendunt, quos toſtos cum piſcibus edunt, non erant autem ita rugoſi ac Amboinenſes.

Si Amboinenſes hunc fructum in cibum præparant, clam id efficiunt, nec coram pluribus hominibus, credunt enim, ſi malevolus homo, qualem *Wangis* & *Matta Panas* h. e. Magum & Ferventoculum vocant, caſu præteriret, illosque adſpiceret nucleos, malignam qualitatem talem cibum contracturum eſſe, idem quoque obſervant in præparatione ſilveſtris Oebis: Excavata horum nucleorum putamina adhibentur pro igniario, cui operculum ligneum adaptant. Sæpius illa in mari fluctuant, inque litus projiciuntur, unde nigra & polita ſunt.

Fructus ex craſſis proveniunt ramis, e pediculo longo, & incurvo dependentes, qui major, & craſſior eſt reliquis foliorum pedunculis. Baleyenſes hos non edunt,

Naam. *In 't Latyn* Pangium, *in 't Maleyts* Pangi, Capaya, *en* Copaya, *op Javaans* Poutsjong, *maar de geprepareerde koſt hiet* Caluac *en* Colowac. *Op Macaſſars en Baleys* Pangy, *op Boetons* Pany, *op Ternaats* Bobbi *en* Sawan. *Op Boero* Hami, *op Amboins* Any, *op Oma* Salea.

Plaats. *De beſte en meeſt van deze vruchten vindmen in 't Land Celebes, onder 't Macaſſaarze, en Boegiſche gebiet, als mede op Java, Baley, Boeton, Boero, en Ceram: Weinige heeft men in Amboina, hier en daar in de vlakke Boſſchen, en om datze ſlegter van ſmaak zyn dan op andere plaatzen, werdenze van de Inlanders niet veel gebezigt, zynde 't gemeene volkje meeſt bang, om die te nuttigen, om datze het voor een ſchadelyke vrucht houden.*

Gebruik. *By de Maleyers, Macaſſaren, Boegis, en Boetonders, is deze vrucht in groot gebruik tot de koſt, niet raauw, maar eerſt aldus toebereit. De rype nooten kookt men geheel in water te degen op, daar na klopt men de ſchaale in ſtukken, neemt de korrels uit, en ſnydze in ſmalle riempjes, als kool-ſalaat, legt dezelve in een korfje, van binnen met ſtroo belegt, en weektze een etmaal of een nagt in een Rivier of anders vers water, het welk de quaadaardigheid uittrekt, daar na kan menze zonder ſchade eeten alleen, of met geraſpte Calappus. Men kookt'er ook Viſſchen en Sayor mede, om dezelve vet te maken, gelyk men anders met Calappus-pit doet: Zo werden ook deze riempjes gedroogt, en verwaart, om in de reegenmaanden de koſt daar mede te vetten. De Javanen weten uit de gedroogde, en weder warm gemaakte kernen tuſſchen twee planken een Oly te perzen, tot de lampen gebruikelyk, 't welk zy met potten vol bedrieglyk voor* Minjac Widjing *verkoopen, 't welk veel koſtelyker is.*

De Boegis maaken die Oly op een ander manier, zy ſtampen, en kneeden de ſchoongemaakte, en in de Zon gedroogde kernen, allenkskens werm water opgietende, tot dat 'er de Oly boven op dryft, het welk zy dan afſcheppen. Deze Oly vers zynde, is zoet en bequaam om koekjes en Viſſchen in te bakken, werdende zo ligt niet garſtig als Calappus-Oly.

De ſchorſſe van den boom gewreven, en op water geſtrooit, dood de Viſſchen, die daar in zyn. Het zap van de bladeren in verrotte wonden of ulceratien gedroopen, dood de Wormen, en diertjes daar in, die 't jeuken veroorzaaken, en in 't vleeſch om zig vreeten, zynde dit by geval ondervonden, als men een ſtuk rottende en wormig vleeſch in een van deze bladeren wond, daar van de wormpjes terſtond ſtierven, en uit het vleeſch op 't blad vielen, werdende 't zelve wederom rood, en van een gezonde coleur.

En zulke antipatye en kragt hebben deze bladeren, om allerlei wormen in verrottinge te dooden, en doen afvallen: Het welk ook doen de verſche korrels, als men dezelve kaauwt, ofte met water wryft, en op 't hooft ſmeert, om luizen te dooden, wel toeziende, dat men in 't kaauwen geen zap inſwelge. Ook ſterven de Hoenders, alsze van deze pitten eeten, het zy raauw of gekookt. Als de afgevallene vruchten nog niet geborſten zyn, zo moet menze in ſtroo of andere ruigte begraven, tot datze verrotten, en men de korrels mag uitneemen, die men ook onder heete aſſche braad, daar na de pitten uitneemt, en tot eeten bequaam als vooren maakt. Zommige Sineezen hebben eenige jaren herwaarts deze korrels uit Java alhier te koop gebracht, gevende tien voor een ſtuiver, om gebraden by de viſch te eeten, maar zy waren zo ruig niet als de Amboinſche.

Als nu evenwel de Amboineezen deze vrucht tot koſt willen toebereiden, zo doenze 't zelve buiten 't gezigt van veele menſchen, want zy gelooven als een quaadaardig menſch, diergelyke zy Wangis *en* Matta Panas, *dat is Tovenaars en Heet-oogen noemen, by geval daar voorby gingen, en deze kerns aanzagen, zo zoude dezelve koſt een ſchadelyke eigenſchap ontfangen, 't welk zy ook obſerveeren in 't toebereiden van de wilde* Oebis. *De uitgeholde ſchaalen van deze korrels werden ook gebruikt, om tontel daar in te verwaren, werdende wederom een dekzel van hout daar op gemaakt. Zy dryven dikwils in Zee, en werden op de ſtrand uitgeſmeeten, waar vanze ſwart en mooi geſchuurt werden.*

De vruchten komen ook aan dikke takken voort, aan een lange kromme ſteel, en grooter dan de reſt aan den boom: De Baleyers zullen daar niet van eeten, of moeten

edunt, nisi prius per aliquot septimanas in aqua fuerint macerati, ac prius quædam illorum portio gallinis obsertur, ut exploretur, an sine noxa illos comedere possint. Recentia folia matutino collecta tempore, quum a rore madida sint, cum pauxillo salis & Limonum succo contrita, ac siccæ scabiei, *Cadel* dictæ, illinita, quæ cum pruritu proserpit, si fortiter illinantur, illam curant. In Uliassensibus insulis aliud addunt folium mihi ignotum. In Baleya sæpe fit, ut vaccæ inprudenter hæc comedant folia, quæ inde moriuntur: In fructibus diu in terra projectis & putridis vermiculi generantur.

Pangii maris foliatura convenit cum femina, sed nullos gerit fructus, ac plurimum in Baleya occurrit, ejus autem folia & cortex vim habent magis nocivam quam femina, unde & adhibentur ad pisces enecandos.

Utriusque *Pangii* folia contrita, inque aquam projecta squillas enecant, quæ tamen innoxie edi possunt.

ten eerst eenige weeken in 't water geweekt zyn, en dan werpenze nog eerst wat voor de Hoenders om te beproeven, of die het zonder schade kunnen eeten. De versche bladeren 's morgens vroeg afgenomen, alsze nat van den daauw zyn, met een weinig zout en zap van Lemoen-Maas gewreven, en op de droogeschurft, Cadel *genaamt, gesmeert, het welk met jeuken zeer voortkruipt, eerst dapper gewreven, geneest 't zelve. In de Uliassers doenze nog een ander blad daar by, zynde my nog onbekent. Op Baley gebeurt 't zomtyds dat de Koebeesten onvoorzigtig van deze bladeren eeten, die dan daar van sterven. In de vruchten, die lang op de grond leggen rotten, werden wormpjes gegenereert.*

Pangium *'t Manneken is van bladeren 't Wyfken gelyk, maar 't draagt gantsch geen vruchten, word meest op Baley gevonden, en is aan bladeren en schorsse nog schadelyker dan 't Wyfken, dierhalven tot dooden van Visschen gebruikelyk.*

De bladeren van een ieder Pangi *gewreeven, en in 't water gesmeeten, dooden de Garnalen, dewelke men echter zonder schade eeten kan.*

EXPLICATIO

Tabulæ Quinquagesimæ Nonæ,

Quæ ramum exhibet *Pangii*, ex quo *fructus* dependent.

A. *Fructum majori* exprimit *forma.*
B. Ejus *ossicula* seu *nucleos* sistit.

OBSERVATIO.

Pangium a *Valentino* in *Amboin. descript. pag.* 213. obiter etiam commemoratur.

UYTLEGGING

Van de negen-en-vyftigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het *Pangium* met zyn *vruchten.*

A. Beduyt een *vrucht* in *'t groot.*
B. Deszelfs *korrels.*

AANMERKINGE.

De *Pangi-Boom* wert mede ter loops vermeldt by *Valent.* in de *beschryving* van *Ambon. pag.* 213.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Fructus Musculiformis: Boa Assuesseng.

FRuctus hic videtur esse ex genere præcedentis *Pangii*: Formam habet & magnitudinem coerulei conchylii dehiscentis, ac forte est *Pangium* montanum hirtum, protuberantibus eminentiis & conulis figuratum instar Pangii: A postica parte, quæ dorsum refert, ad aliquam adnectitur partem instar conchyliorum, atque ab ista parte & ad supremum & undique ad acutum apicem fissura est, acsi sese aperiret, in suprema vero ejus parte operculum videtur adhæsisse, quod per maturitatem decidit, uti in Pangio fit, in interna ejus parte bina crassiuscula & sicca apparent foliola instar labiorum, quæ in inferiore sua parte crassissima sunt, atque ex plurimis siccis filamentis intricatis constant: In externa fructus parte aliquando prismatica fungosa substantia reperitur instar suberis, quæ inter siccas rugas facile auferri potest, quum quædam etiam filamenta mollia sint: Siccum putamen nigricat cum cinereo mixtum instar Pangiorum.

Arbor ipsa ignota penitus est. Sicca ac vacua hæc putamina in Ceramæ litore inveniuntur circa Camariam & Hatisoam, uti & in Oma in fluviis prope Aboro, nec incolæ norunt ex quanam decidant arbore, dicentes, per flumina ex altis rapi montibus.

Nomen. Latine hactenus mihi dicitur *Fructus Musculiformis*, & Malaice *Boa Assuesseng*, h. e. fructus Conchylii ex ejus forma. Omenses hunc vocant *Ayhua Ette* seu *Ay Hoeamette*, h. e. fructum nigrum, multi autem non perfectam habent coerulei Conchylii formam, superna nempe parte planam, sed ab utraque parte compressi sunt, ita ut crassiores sint quam plani. Quidam etiam ad summum acute desinunt, unaque pars brevior est altera.

Usus ejus nondum notus est, sed quum rari sint hi fructus, tamquam aliquid curiosum asservantur, & incolæ Omæ illos colligunt, ut internam extrahant medullam, quam clavis pedum vel ulcerationibus illorum inponunt, quas curat.

In

XIV. HOOFDSTUK.

De Mosselformige vrucht.

D*Eze vrucht schynt een geslagt te zyn van de naastvoorgaande* Pangi: *Zy heeft de grootte en gedaante van een blaauwe-Mossel, dewelke gaapt, en is misschien een berg* Pangi, *buiten met uitsteekende rimpels en kanten, gefigureert als de* Pangi: *Van achteren (dat de rugge wil zyn) hangtze mede maar een stuk weegs vast, gelyk de Mosselen, en van daar af na boven, en rondom weder tot aan 't spitze eind is een openinge, als ofze gaapten, doch daar boven op schynt een dekzelken geweest te zyn, 't welk door rypheid afgevallen zy, gelyk aan de* Pangi *geschied, binnen ziet men twee dikachtige gedroogde blaadjes als lippen, die beneeden op 't dikste zyn, en van veele gedroogde draadjes in malkander verwert bestaan. Buiten om ziet men zomtyds nog hangen een perssige vooze substantie, als kork, die men ligt tusschen de gedroogde rimpeltjes kan uitbaalen, wanneer men ook bevind, dat zommige draadjes nog week zyn. De gedroogde schaal is swartachtig, met wat graauw, gelyk de* Pangi-*vrucht.*


Den boom is nog onbekent. Men vind de drooge en leege schaalen op de strand van Ceram, omtrent Camarien en Hatisoa, als mede op Oma in de Rivieren by Aboro, zonder dat de Inlanders weten te verbaalen, van wat boomen datze komen, zeggende alleenlyk, datze door de Rivieren van 't hooge gebergte afgevoert werden.

Naam. *By provisie magze in 't Latyn beeten* Fructus Musculiformis, *of in 't Maleyts* Boa Assuesseng, *dat is Mossel-vrucht, na hare gedaante. Die van* Oma *noemenze* Ayhua Ette *of* Ay Hoea Mette, *dat is swarte vrucht, veele hebben niet de volkomen fatzoen van een blaauwen Mossel, te weten bovenwaarts plat, maar zyn van vooren en achteren gedrukt, datze dikker zyn, dan breed. Zommige loopen ook na boven spits, en de eene zyde is wat korter dan de andere.*

Het Gebruik *is nog niet bekent, behalven dat menze wegens haar zeldzame fatzoen tot een rariteyt bewaart, en dat de Inlanders van* Oma *weeten te zeggen, datze deze vruchten zoeken om 't binnenste merg daar uit te krygen, en op krabben der voeten, of verouderde zeeren der beenen te leggen, en die te geneezen.*

In


Pag. 184.
Tab. LIX.
A
B
B
Tom. II.



In *Rumphii Appendice* hoc caput correctum & auctum sequenti invenitur modo.

HIc fructus, ut certus essem, ex quanam proveniret arbore, per triginta me annos occupatum tenuit, nec huc usque recte cognoscere id potui, diu enim ejus arborem putavi esse montanam praecedentis Pangii speciem, quum incolae nunquam mihi ejus perfectos flores vel folia ostendere potuerunt; qui semper modo depuratos & per aquam circumactos invenerunt fructus in Ceramae ora australi prope fluminum ostia. Donec tandem anno 1693. in magna Correnorum visitatione mihi folia fructusque perfecti fuerint adlata ex Ceramae ora, ex quibus cognovi nullam cum Pangio habere affinitatem, sed potius montanam esse speciem subsequentis *arboris Lactariae*, seu *Mangae Bravae*, in certo enim ejus ramulo mihi apparuit, folia ejus locata eodem fere modo solitaria circa ramulos, quorum tria quatuorve simul uno ex ortu proveniunt, ex quorum centro racemus florifer exoritur. Hujus autem folia sunt minora illis *Mangae Bravae*, inferiore parte angustata, superiore magis dilatata seu rotunde desinentia, instar illorum *Caju-Puti*, sex vel octo pollices longa, tres digitos lata, horumque costae transversales sunt.

Flores ex simplici brevique progerminant racemo, qui similes sunt illis Mangae Bravae, sed multo minores, inque illo unus alterve modo fructus perfectus est, illosque silvestris Catappae aemulans, tres nempe pollices longus, vix unum latus, ex rotundo compressus, & ab utraque parte per longitudinem sulcum planum gerens, externe graminei coloris, interne duriuscula carne fructus hic musculiformis repletur, caro haec lacte turget, uti & cuncta folia, eorumque petioli, in vetustis vero fructibus haec exsiccatur in lentam ac tenacem substantiam, quae adnectitur oris fructuum protuberantibus: Siccus vero fructus, qualis plerumque invenitur, prona parte amplam gerit fissuram, cui tamen nullum operculum fuit junctum, ad dorsum vero & ab inferiore parte usque ad summum connectitur, unde conchae apertae speciem prae se fert: Fructus hic externe rugosus est, apicibus protuberantibus ac lineis obductus, acsi opus topiarium esset, qua in re cum Pangio convenit, omnes autem ejus anguli ac foveae substantia tenaci ac sicca replentur, acsi ex subere esset confecta, quae externe pellicula obducitur tenui.

Intus locantur bina triangularia & sicca foliola labiata, inferiore sua parte latissima & crassissima, atque ex plurimis siccis filamentis adunatis & intricatis constant: Si nuclei substantia eradicetur, vel aquae rotatione abradatur, tum fructus miram contrahit formam, quae est, acsi arte quadam prominentiis certis esset exsculpta, ipsique figurae quaedam inpressae, quaedam autem harum formarum orae sunt molles & fibrosae.

Hujus quoque fructus variae inveniuntur formae, quae forte totidem ejus sunt species, vulgatissimae autem sunt oblongae instar vulgaris conchae seu musculi, quaedam sunt breviores & rotundiores, sed prominentiae harum sunt majores magisque circinnatae, quaedam vero sunt Glandibus minores. Putaminis color est ex cinereo nigricans instar illorum Pangii.

Nomen. Latine *Fructus Musculiformis*: Malaice *Boa-Assusseng*. Belgice *Mossel-vrucht.* Omenses illum vocant *Ay-hua-ette* seu *Ay-hua-mette*, h. e. fructum nigrum, Camarienses vero illum nominant montanum *Wabo* seu *Ohupaë* terrestrem, h. e. *Mangam Bravam* montanam.

Locus. Hi fructus plurimum inveniuntur in littoribus Camariensibus, & in australi Omae plaga circa majorum fluminum ostia, eorum vero arbores incolis fere ignotae sunt, credentes in montibus remotis locari, memorata autem Correorum visitatione compertum est, arbores hasce haud ita remotas a litore crescere.

Usus. Incolae de ejus usu nil nobiscum communicandum habent, excepto quod Omenses praedicent, hosce sese quaerere fructus, ut medullam internam extrahant, quam clavis pedum inveteratisque exulcerationibus inponunt, quas curat, alioquin sicci & depurati hi fructus inter res curiosas adservantur.

Meo

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit Hoofdstuk vermeerdert en verbetert gevonden op de volgende wyze.*

MEt deze vrucht uit te vorschen, van wat boom dat zy komt, heb ik wel 30 *jaaren toegebragt, en tot nog toe geen volkomene kennisse gekregen, want ik hebze lang voor een berg-zoorte van de voorgaande Pangi gehouden, dewyl my de Inlanders nooit bladeren, of volkome vruchten daar van konden toonen; vindende alleenlyk schoongemaakte en door 't water gerolde vruchten op Cerams Zuidkust, by den uitgank van de Rivieren. Eindelyk anno* 1693 *by de groote visite der Corren, zyn my bladeren en volkome vruchten van Cerams kust gebragt, waar aan ik gemerkt hebbe, dat het geen gemeenschap heeft met Pangi; maar veel meer een berg-zoorte zy van de volgende* Arbor Lactaria *of* Manga Brava, *want aan een taksken daar van medegebragt; bevond ik dat de bladeren staan op gelyke manier enkelt rondom de takken, waar van* 3. *en* 4. *by eenen oorspronk t'zamen stoten, gevende uit haar midden het bloeyende trosje. Doch deze bladeren zyn kleinder dan die van* Manga Brava, *achter smal, en vooren breed of rondachtig, gelyk die van* Caju-Puti, 6. *en* 8. *duimen lank,* 3. *vingers breed, en haare ribbekens lopen dwers.*

Het bloeizel komt aan een enkeld kort trosje, gelykende na dat van Manga Brava, doch veel kleinder. Aan 't zelve trosje komt maar een a twee vruchten tot perfectie, en gelyken na die van de wilde Catappan, te weten, 3. *duimen lank, en schaars een breed, uit den ronden wat plat, ter weder zyde in de lengte een vlakke geut hebbende, buiten gras-groen, en met een hartachtig vleesch, de binnenste Mossel-vrucht verbergende, welk vleesch vol melk is, gelyk ook alle de bladeren en steelen zyn, doch aan de oude droogt het op tot een taaye substantie, dewelke vast hangt aan de uitstekende kanten van de vrucht. De drooge vrucht, gelyk menze gemeenlyk vind, heeft aan de voorste kant, als gezegt, een wyde scheur rondom, waar op echter geen dekzel gezeten heeft, en aan de rugge en van onderen rondom tot aan de voorste helft hangtze aan malkander, waar door zy de gedaante van een gapende Mossel verbeelt. Buiten iszе ruig met uitstekende punten en linien, als met graveerzel bezet, waar inze met de Pangi overeenkomt, zynde alle de hoekjes en kuiltjes met een drooge taaye substantie als met kork uitgevult, en buiten om bekleet met een dun velletje.*

Binnen ziet men twee dikachtige en gedroogde blaadjes als lippen, die beneden op 't dikste zyn, en van veele gedroogde draatjes in malkander verwert bestaan. Als men de korkachtige substantie uitpeutert, of door het rollen in 't water versleten werd, zo krygt de vrucht een rare gedaante, als ofze door konst met verheve figuurtjes gegraveert was, doch zommige kanten van dit graveerzel zyn week en vezelachtig.

Zoo heeft men ook verscheide gedaanten van deze vrucht, het welk misschien zo veele zoorten zyn, want de gemeenste zyn lankwerpig als een ordinaris Mossel, zommige zyn korter en ronder, doch het graveerzel is zo klein als Eekelen. De coleur van de schaal is swartachtig, met wat graauw, gelyk die van Pangi.

Naam. *In 't Latyn* Fructus Musculiformis. *Op Maleyts* Boa Assusseng, *in 't Duits* Mossel-vrucht. *Die van* Oma *noemenze* Ay-hua-ette, *of* Ay-hua-mette, *dat is swarte vrucht, die van* Camarien *noemen het* Berg-Wabo, *of* Land-Ohupaë, *dat is Berg* Manga Brava.

Plaats. *De vruchten vind men veel op de stranden van* Camarien, *en op de Zuid-zyde van* Oma, *omtrent de uitgank van groote Rivieren, doch de boomen zyn by de Inlanders meest onbekend, gelovende datze diep in 't gebergte staan, maar by de voornoemde Corre-togt is bevonden, dat de boomen zo heel verre van strand niet en staan.*

Gebruik. *De Inlanders weten ons van zyn gebruik niets te zeggen, behalven dat die van* Oma *voorgeven, datze deze vruchten zoeken om het binnenste merg daar uit te krygen, en op krabben der voeten, en verouderde zeeren der beenen te leggen, om die te geneezen, anders zyn de drooge en schoongemaakte vruchten waard, dat menze onder rariteiten bewaart.*

Myn

Meo autem judicio hæc arbor affinis est alii, quæ itidem anno demum 1693 mihi innotuit, ac memorato in itinere detecta fuit, quæ *Lactaria Salubris* seu *Upas Lacki Lacki* vocatur, quæ affinis quoque est *Mangæ Bravæ*, quæ infra in 42 capite describitur.

Myns oordeels heeft dezen boom eenige maagschap met een ander, dewelke ik ook eerst in 't jaar 1693. *heb leeren kennen, en op de voornoemde togt ontdekt is, genaamt* Lactaria Salubris, *of* Upas Lacki Lacki, *zynde mede een maagschap van Manga Brava, den welken ziet in 't volgende* 42. *Kapittel.*

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ,

Quæ ramum exhibet arboris, cujus fructus *Musculiformis* a *Rumphio* vocatur.

A. Ipsum denotat *fructum.*

UYTLEGGING

Van de zestigste Plaat,

Dewelke vertoont eén Tak van een boom, welkers vrucht de *Mosselvormige vrucht* van *Rumphius* genaamt wert.

A. Wyst aan de vrucht zelve.

OBSERVATIO.

Arborem hanc ad *Apocyni* genus pertinere, facile constat, unde & *Apocynum* arborescens fructu Musculiformi topiario vocari posset.

AANMERKING.

Dat deze Boom tot het geslagt van de *Apocynum* behoort, is licht uit de beschryving af te nemen, waarom ze ook boomachtige *Apocynum* met een Mosselformige verhevene vrucht genaamt kan werden.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Ampacus latifolius. Ampac.

AMpacus duplex est, major nempe & latifolius, alter vero minor & angustifolius, major *Ampacus* hoc peculiariter describetur capite.

Est autem plerumque frutex ingens, raro arbor, hominem crassa est, qualis in desertis crescit locis, ejusque truncus non rectus, sed incurvus & sinuosus est, atque sæpe etiam inclinans. Ejus cortex est ex cinereo russus, fragilis, succosus, ac facile ab arbore separari potest. Folia sunt magna, tria semper juncta in communi petiolo longo, quorum medium longius est binis lateralibus, sunt autem oblonga, ab utraque parte angustata, superius subrotundo-acuminata, plerumque octo longa pollices, quatuor lata, in junioribus vero duodecim longa sunt pollices, septem & octo pollices lata, flaccida, inferius mollia & lanuginosa, instar foliorum Cydoniæ, quales & sunt petioli, qui in tenuibus & longis ramis cruciatim locantur, costæ transversales arcte sibi accumbunt & oblique decurrunt: Ex foliorum alis longi progerminant racemi, uti in Alcanna vel Vite.

Flosculi sunt copiosi & congesti, atque ex quatuor parvis & subrotundis constant petalis, qui in centro plurima gerunt stamina breviuscula cum antheris flavescentibus, in quorum medio stilus excrescit luteus, sunt autem inodori, atque sub hisce racemis bina plerumque foliola supponuntur flaccida, minora reliquis. Flosculis succrescunt baccæ parvæ, binæ sibi junctæ Coriandri semini similes vel paulo minores, virides, quæ sese aperientes officulum exhibent parvum instar seminis Sinapios, ex coeruleo nigrum, glabrum & splendens instar Margaritæ. Si baccæ istæ in quatuor dehiscant segmenta, florem referunt quadripetalum, quæ diu in racemo persistunt, licet semina fuerint delapsa, quæ nullum notabilem habent saporem.

Arboris lignum est molle, album, siccum, & inutile, ex trunco effluit, sed perpauca & rara resina flava, plerumque pellucida, nunc citrina, nunc crocea instar Succini, quæ dura admodum est instar *Dammaræ Batu*, sique recens sit, nullum peculiarem spirat odorem, immo ingrata fere est, sed vetusta & crocea, carbonibus inposita odorem spirat *Styracis Calamitæ* vel proprie *Caju Lacca*, resina hæc non invenitur nisi circa fissum corticem prope nodos, qui soli expositi sunt, in parvis granulis.

Arboris cortex gravem spirat hircinum odorem, incolis tamen gratum, in una tamen regione jucundiorem quam in altera. In Hitoe saltem & Uliassensibus insulis non ita ingratus est quam in Leytimora: Flores fert Junio, ac brevi post fructus conspiciuntur maturi, qui diu ex racemis dependent in quatuor fissi segmenta, qui semina sua emiserunt.

Nomen.

XV. HOOFTSTUK.

De Breedbladige Ampac-Boom.

DE Ampac-*boom is tweederlei, de eerste groote, en breedbladige, de tweede kleine, en smalbladige. De groote, zynde de eigentlyke* Ampac, *zullen wy in dit Kapittel beschryven.*

De zelve blyft meest een groote struik, zelden werdende een boom van een mans dikte, te weten, op eenzame, wilde plaatzen, wiens stam ook niet regt, maar bochtig, en voor over hellende staat. De schorsse is ligt-ros, en met graauw gemengt, breekzaam, zappig, en laat zig ligt van den boom schellen. De bladeren zyn groot, staande altyd drie by malkander op een lange steel, waar van het middelste langer is dan de twee ter zyden, lankwerpig, en achter toesmallende, voor rond met een kort spitsje, in 't gemeen acht duimen lank, vier dito breed, aan de jonge boomen twaalf lank, en zeven a acht dito breed, slap, van onderen zagt en wollig, als queebladeren, gelyk mede de steelen, dewelke aan de dunne lange takken in 't kruis staan, de ribben zyn digt, en loopen schuins. Uit den schoot der bladeren komen lange trossen, gelyk aan de Alcanna *of Wyngaart.*

Het hout is van buiten bleek, witachtig, en allenkskens na binnen werd het rooder, zynde 't binnenste schoon ligt-bruin, na purper trekkende, als onze kersse-boomenhout, hard, fyn; en massyf, als een lever of Ebben-hout, aan de oude boomen is dit bruine hert zo groot, dat het schier de gebeele dikte van den stam beslaat, tot twee a drie vingers wit hout, waar mede 't omvangen is, en 't welk men voor spint houd, welk bruine hert ook in de wortelen te vinden is.

Saysoen. *De bloemen ziet men zelden aan dezen boom, en bloeid in May, zynde 't begin van de regen-Mousson, om welke tyd de tamme Tanjong ook haar meeste bloeizel heeft, de vruchten ziet men ryp in October, en de West-Mousson.*

Naam. *In 't Latyn* Tanjonus Litorea, *in 't Maleyts* Bonga Tanjong Laut *en* Tanjong Laut, *by andere* Cumbang Jatu *en* Cumbang Jati, *zynde misschien zo genaamt, om dat de bloemen gaarn afvallen: By de Amboineezen heeft het veele namen, na de verscheidenheid der plaatzen, want op Hitoe heet het* Lolan Key, *en omtrent* Oerien Patiatta, *op Hoe-Amohel en Bonoa,* Leytir, *en* Leytil, *op Nussalaut* Russukey, *of* Lussukey. *Op Boero* Balan Tronga.

Plaats. *Dezen boom wast van zelfs op weinige stranden van Amboina, en is niet veel te vinden, en dat nergens dan op lelyke klippige stranden, die wegens klippen qualyk te bewandelen zyn, gelyk inzonderheid is 't gebeele voorgebergte van* Capaha, *en den boek van Assaloelo,* tegen

gione trium parvarum insularum Nussatello, Nussanive, & Oma in Leytimora &c. ubi hæ arbores aliquando in nudis crescunt rupibus, quas radicibus suis ambiunt, immo ipsas perforant, ac nihilominus tamen erectæ in altum excrescunt: Majori occurrit hæc arbor copia in insulis ad Eurum sitis, præsertim in *Key*, unde cognomen gerit.

Usus. Hoc lignum magno in usu est apud incolas *Keyenses*, qui ex illo ligneos clavos ac pinnas formant, quibus Corre-Corren, Champans, aliaque navigia connectunt, uti in aliis locis id fit cum ligno Sappan vel Lolan, Keyenses autem dicunt hoc lignum triplo diutius durare quam *Sappan* vel *Lolan*. Nussalautenses & Omenses, qui præcipui navigiorum sunt fabricatores inter Amboinenses nullum aliud adhibent lignum ad talia opera nisi Russa Key, quod tamen a præcedenti videtur quodammodo differre, ibi enim non crescit in litore, sed in ipsa terra, nempe in montibus, ejus folia sunt quoque lætius viridia & majora, arboris cortex fundit quoque quoddam lac, lignum est itidem grave & solidum, ex purpureo in fuscum tendens, ac per longitudinem facile findendum.

Ob hunc usum lignum hoc vocant Malaice *Lolan Corra Corra*, uti lignum Sappan dicunt *Lolan Tsjello*, h. e. tinctorum *Lolan*. Leytimorenses ac præsertim Nussanivenses, uti in præcedenti dictum fuit capite, litoream hanc Tanionum cum præcedenti domestica unam eandemque censent, dicuntque domesticam hominum cultura ita fuisse degeneratam, quod supra refutavimus. Lignum hoc, præsertim si siccum sit, magnam habet convenientiam cum illo *Ackoles* vel *Eckores* ligno, hoc autem magis ruffescit, seu hepaticum habet colorem, atque politum magis splendet.

Lolan Key igni injectum strepitum dat instar salis vel *Nanu ligni*, ingratumque fundit odorem, quod in *Tackole* non observatur. In insulis Papœnsibus clavos navigiorum ex hoc quoque formant ligno. Elegans porro est, & optime poliri potest pro scriniariis & tornionibus, conducens ad cistellas ex ipso fabricandas, ut & manubria, dolabra, & cancellos ex ipso formandos, sed oportet, ut sit penitus siccum, ac diu fuerit conservatum, alias rimas agit & mucescit ob salsedinem, quo vitio plurimum laborant ligna in litore producta, si non penitus sint sicca ac diu conservata. Incolæ quoque ex illo fabricant manubria toranorum & brevium hastarum, ut & ædium postes, ubi frequenti occurrit copia, licet parcant labori lignum hoc cædendi, ob duritiem ac locorum invios accessus, in quibus crescit, in istis sæpe scopulis arbores tales projectæ occurrunt, quarum externum computruit lignum, internum vero ad hominis crassitiem est elegans, durum, fuscum, ac politum instar Marmoris.

Bala Boeronensis multum crescit in ejus ora septentrionali, unde *Balatetto* vocatur, tam in litore quam remotius in terra, in saxosis montibus Ebeno ligno mixtum, ibi quoque illud adhibent ad manubria Toranorum, ex quo & carbones fabrorum exurunt, quos optimos habent isti fabri.

Inquirendum est, an hoc lignum non sit *Ebenum rubrum*, vel fuscum in insula S. Mauritii crescens: Hæ saltem arbores magnam inter sese habent convenientiam tam foliatura, quam cortice, & ligni gravitate.

tegen over de drie kleine Eilandekens Nussatello, den hoek van Nussanive, en Oma op Leytimor &c. alwaar deze boomen zomtyds op de barre klippen staan, die met hare wortelen bevattende, en doordringende. Niet te min zeer schoon en regt. Meerder vind men hem in de Zuid-Ooster Eilanden, inzonderheid op Key, *waar van hy den toenaam heeft.*

Gebruik. *Dit hout is meest in gebruik by de Inwooners van Key, die daar uit alle hare houte nagels of pennen maken, waar mede zy hare Corre-Corren, Champans, en andere vaartuigen aan malkander hegten, gelyk op andere plaatzen met het Sappan-hout of Lolan geschied, en de Keyers zeggen, dat dit hout wel driemaal zo lang duurt als 't* Sappan *of* Lolan. *Die van Nussalaut en Oma, zynde de voornaamste Scheeps-timmer-lieden onder de Amboineezen, gebruiken ook geen ander hout tot zulke werken, als het Russa Key, 't welk echter van't voorschreve wat schynt te verschillen, want het wast aldaar niet op strand, maar wat Landwaarts in, en zelfs in 't gebergte, de bladeren zyn jeugdiger-groen, en grooter, de schorsse des booms geeft ook wat melk, het hout is mede swaar en digt, uit den paarssen meest na den bruinen trekkende, en in de lengte ligt splytende.*

Van wegen dit gebruik noemen zy dit hout op Maleyts Lolan Corra Corra, *gelyk 't Sapan-hout* Lolan Tsjello, *dat is verwers* Lolan. *Die van Leytimor, inzonderheid van Nussanive, gelyk in 't voorgaande kapittel gezegt, houden deze strand-*Tanjong *met de voorgaande tamme voor een en dezelfde boom, en zeggen, dat de tamme door haveninge der menschen alzo geworden zyn, 't welk wy boven wederlegt hebben. Nog heeft dit hout, inzonderheid gedroogt zynde, met dat van* Ackole *of* Eckore *groote gelykenisse, doch dit laatste trekt meer na den rossen, of leververwigen, en gepolyst zynde, glimt beter.*

Het Lolan Key *gebrand zynde, knerst ook in 't vuur, als zout of* Nani-hout, *en heeft daar by een onlieffelyken reuk, 't welk men in 't* Tackole *niet bespeurt. In de Papoeze Eilanden makenze insgelyks de Nagels voor hare vaartuigen daar van: Voorts is dit hout zeer mooi, om te bearbeiden voor kistemakers en draayers, voor alderhande kleinwerk, als steelen, schaven, doosjes, en tralien, maar 't moet ter deegen droog zyn, en lang gelegen hebben, anders scheurt het, en slaat uit wegens de ziltigheid daar in zettende, welke fouten meest alle houten onderworpen zyn, die op strand wassen, alsze niet ter degen oud en bestorven zyn. De Inlanders maken ook de steelen van hare Toranen en korte spieszen daar van, als mede stylen van huizen, daar het in overvloed te krygen is, hoewelze zeer ontzien de moeite van't omkappen, wegens zyne hardigheid en moeyelykheid der plaatzen, daar 't staat, men vind 'er zomtyds boomen op zodanige klippen omgevallen, waar van 't buitenste hout vergaan, en 't binnenste hert schier een mans dikte is, schoon, hard, bruin, en glad, als Marmer.*

Het Boeroneeze Bala *wast veel op deszelfs Noort-West hoek, daar van* Balatetto *genaamt, zo wel op strand, als Landwaart in, op 't klippige gebergte, en onder 't Ebbenhout gemengt: Zy gebruiken het aldaar tot steelen van Toranen, en om smits koolen daar van te branden, dewelke hare smits voor de beste keuren.*

Het staat te onderzoeken, of dit niet zy het roode of bruine Ebben-hout, 't welk onze Natie voorgeeft op 't Eiland Mauritius te wassen: Immers deze boomen hebben groote gelykenisse met malkander aan bladeren, schorsse, en swaarte des houts.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Tanjoni litoreæ*, ubi Litt. A. Ejus *fructus gemellos*.

B. *Ossiculum seminale* denotat.

C. *Internum duplex foliolum* est, ex quo surculus erigitur, qui ex folioli apertura sursum excrescit, inferius autem fructus capitulum in radicem abit.

UYTLEGGING

Van de vier-en-zestigste Plaat,


Dewelke vertoont een Tak van de *Strand Tonjong-Boom*, alwaar Lett. A. deszelfs *vruchten*.

B. De *Zaat-korrel*.

C. Het binnenste *dubbeld blad* vertoont, waar uit een jong boompje groeit, ziende de opening van de blaatjes na de steel, uit het onderste knopje, dat by de spits van de vrucht legt, wert de wortel.

CAPUT XIX.


C
B
A



CAPUT DECIMUM NONUM.

Cananga. Bonga Cananga.

CAnanga eſt arbor ſatis alta, erecto ac rotundo conſtans trunco, orgyiam in diametro habente, qui corticem gerit cinereum & æqualem, raros ramos, ac plurimum transverſos, cum levi coma undique tranſparenti. Folia longis inſident rachidibus per ordines alternatim poſita, uti in Malo Perſico, ſed multo ſunt latiora & longiora, non erecta, ſed oblique ſibi invicem juncta, cæterum cum Monoæ, & Dammaræ Selanicæ foliis multum conveniunt, palmam circiter longa & ſæpe longiora, tres quatuorve digitos lata; juniora vero folia ultra ſpithamam longa ſunt, inferiore parte ſubrotunda, æqualis porro latitudinis, longo apice ornata, læte viridia, tenuia, multisque obliquis pertexta coſtis, ſuperne glabra, inferne parum rugoſa per protuberantes coſtas. Undecim vel tredecim uni adhærent rachidi, exceptis quæ in inferiore prolapſa ſunt parte, præter foliola adunatim inſuper adhærentia.

Trunci vetuſtiores plurimum ſunt ſinuoſi, contracti, & exeſi.

Flores inter & poſt folia racemoſi proveniunt ex flaccidis dependentes petiolis, qui primo adſpectu pro floribus non haberentur, ſed penicilla videntur ex linteo confecta, nunquam enim aperti ſunt, ſed flaccidi & emarcidi quaſi dependent, ex ſex conſtant longis, anguſtis, & flaccidis petalis, digitum longis, minorem digitum craſſis, quæ ſimul trigono junguntur calici, in horum centro tuberculum apparet planum ex plurimis ſtaminulis, uti in Ranunculis, conſtructum flaveſcentibus, in quorum medio ſeſe erigit capitulum ſeu piſtillum ſubrotundum inſtar grani Piperis, quod in fructum excreſcit. Horum florum color triplex eſt, in teneris enim petala ex cœruleo vireſcunt, ac introrſum inflexa ſunt inſtar coronulæ, quum ſeſe magis aperiunt, color eſt inmaturi pomi ex viridi nempe & flavo mixtus, adulti & vetuſti flores luteum habent colorem, ſed ſemper cum viridi mixtum.

Horum odor eſt fortiſſimus, late ſeſe diffundens, ex Narciſſi & Caryophylli odore mixtus, qui ex incolarum ſententia omnium gratiſſimus eſt, noſtræ vero nationi nimis gravis, Indi enim ſemper fortiſſimum odorem, licet non ita ſit jucundus, optimum cenſent: Odor hic e longinquo gratior eſt, quam ſi quis proxime accedat, multoque penetrantior eſt veſperi, obſcuro & placido aëre, ac præſertim tenui pluvia mixto, quum ſtatim obſervatur & ſentitur quaſi, quam primum circa hanc ambulamus arborem.

Flores plurimum decidunt, nullum relinquentes ſemen, exceptis paucis quibusdam, qui in fructus excreſcunt, qui coni ſunt oblongi, fere uti ſuperiores glandium partes, ſed non ita duri, repleti quibusdam mollibus oſſiculis, quæ raro progerminant, licet terræ committantur, ſed a ſturnis, aliisve animalibus comeſta, & per ſtercus rejecta, novas progerminant arbuſculas, unde hæ arbores tali propagantur & transplantantur modo, quæ in ſilvis & ſæpe etiam in hortis per iſtas quaſi conſitæ aves conquiruntur.

Trunci cortex eſt glaber & cinereus. Lignum vero eſt pallidum ac intus magis flaveſcit, neque durum, neque durabile, & in ramis fragile. Recens cæſum, ſi erigatur, multam emittit aquam, nulli operi utile.

Anni tempus. Quotannis circa finem pluvioſorum menſium ſeu Septembri arbor hæc plurima ſua dimittit folia, ita ut paucis ſuis ramis fere tota ſit nuda & emarcida, tum rari etiam in ipſa notantur flores, ſed tunc temporis fructus matureſcunt, qui raro colliguntur, quum ſturni aliæque aves magna hanc arborem occupantes copia illos comedant; Eodem quoque tempore ex trunco vel ejus corticis ſordibus generantur Erucæ deformes, maculis nigris inſignitæ & piloſæ, quæ per totam ſerpunt arborem, ac folia & fructus depaſcuntur, hæ autem ab avibus devorantur, ita ut intra unius menſis ſpatium generentur & pereant; ſubſequenti dein Novembri regerminat arbor, novaque emittit folia, ac flores producit.

XIX. HOOFTSTUK.

De Cananga-Boom.

DE Cananga *is een redelyke hooge boom, met een regte en ronde ſtam, omtrent een vadem in de rondte, een ligt-graauwe effene ſchorſſe, weinige takken, die meeſt dwers ſtaan, en een ydele kruin, daar men overal doorzien kan. De bladeren ſtaan aan lange ryskens, in rygen tegens malkander verwiſſelt, gelyk aan den Perſick-boom, doch veel breeder en langer, niet regt, maar ſchuins tegens malkander, anderzints met die van Monoa en Dammar*-Selan *veel overeenkomende, omtrent een hand lank of meer, drie en vier vingers breed, maar de jonge bladeren zyn ruim een ſpan lank; achter rond, meeſt van eenparige breedte, met een lange ſpits voor aan, blyde-groen, dun, en met veele ſchuinze ribben doorregen, boven glad, maar van onderen wat rimpelig, wegens de uitſteekende ribben. Hier van ſtaan elf a dertien aan een taksken, behalven die geene, die achter afgevallen zyn, en nog een bosje jonge bladeren voor aan.*

De oude ſtam is meeſt wat bochtig, ingekrompen, en doorvreeten.

De bloemen komen tuſſchen, en achter de bladeren by bosjes voort, aan ſlappe ſteeltjes hangende, die men ten eerſten voor geen bloemen zoude aanzien, maar voor eenige quaſtjes of bosjes lint, want zy ſtaan nooit geopent, maar als verſlenſt nederwaarts hangende. Zy beſtaan uit zes lange, ſmalle, en ſlappe blaadjes, een vinger lank, en een pink breed, welke zamen op een driekantig bordje ſtaan, binnen ziet men een vlak heuveltje van zeer korte ſtoppelen gemaakt, digt in malkander gedrongen, gelyk in de Ranunculus, *bleek-geel, boven op met een korltje, als een peper-korl, daar uit de vrucht waſt. De coleur van deze bloemen is driederlei, want nog jonk zynde, zyn de blaadjes blaauw-groen, en ſtaan inwaarts gebogen als een kroontje, heel geopend hebbenze de coleur van een onrype appel, te weten groen en geel gemengt, de oude zyn regt geel, doch zodanig, datter altyd wat groens onderloopt.*

Haren reuk is zeer ſterk, en zig ver uitſpreidende, uit Narciſſen en Carioffel-nagelen gemengt, na 't oordeel der Indianen van de alderlieflykſte, doch voor onze Natie wat ſwaar, want de Indianen oordeelen altyd den ſterken reuk, al is hy zo zoet niet, voor den beſten. Van verre is dezen reuk veel aangenamer dan digt by, ook veel ſterker des avonts, als het donker en ſtil weer is, voornamentlyk by een dunne ſtof-reegen, wanneer men hem genoegzaam voelt, als men omtrent deze boomen wandelen gaat.

De bloemen vallen meeſt zonder zaad af, behalven eenige weinige, die vruchten voortbrengen, dewelke zyn eenige kegelformige knoopen, ſchier als de voorſte einden der eekelen, doch zo hard niet, en binnen met eenige weeke korls vervuld, die zelden opkomen, al rakenze de aarde, maar door Spreuwen of andere Vogels gegeeten, en door den afgang weder uitgeworpen zynde, brengenze nieuwe boompjes voort, dierhalven deze boomen alleen met diergelyke plantjes voortgeteeld werden, dewelke men in 't wild, en zomtyds ook in de hoven, door de voorſchreve Vogels geſaait vind.

De ſchorſſe des ſtams is egaal, en regt-graauw. Het hout van den ſtam bleek, en na binnen toe geelder, niet hard, nog durabel; en aan de takken bros. Het versgekapte, als men het over eind ſtelt, geeft veel water uit, en is tot niets gebruikelyk.

Sayſoen. *Jaarlyks omtrent het einde van de regen-Mouſſon of September werpt dezen boom zyn meeſte bladeren af, en ſtaat als dan met zyne weinige takken zeer kaal, en als uitgedort, als dan ziet men ook weinige bloemen daar aan, maar zyne vruchten werden dan ryp, doch komen weinig te regt, want in die tyd houden de ſpreuwen en andere vogels met menigte daar op huis, dieze opeeten. Zo komen ook in die tyd uit den ſtam of vuiligheit der ſchorſſe voort zeekere lelyke ſwart-geſpikkelde en hairige rupzen, die langs den geheelen boom kruipen, bladeren en vruchten opeetende, die dan door de vogels wederom vernielt worden, zo datze in omtrent een maand opkomen, en vergaan, daar op in November begint den boom wederom nieuw loof te gewinnen, en bloemen te dragen.*

Quum arbor sit tenera, supremi ejus rami sæpius sunt amputandi, ne ita alte excrescat, comamque adquirat densam, quod in vetustis non bene succedit arboribus, quum enim hæ detruncantur, sæpius pereunt per pluvias penetrantes.

Non tantum in & circa pagos crescit, ubi plantata est, sed etiam in silvis, in quibus per aves seritur, altiusque erigitur, floresque sensim degenerant, excepta alia vera silvestri specie, quam in subsequenti describemus capite.

Nomen. Latine *Cananga.* Malaice *Bonga Cananga* & *Canangan.* In Java dicitur *Tsjampe,* quod nomen generaliter odoratum denotat florem. In Batavia *Fula Cananga,* ac nomine Indostano *Fula Betele,* quum ejus flos cum Siri Pinanga sæpius masticetur. Ternatensibus dicitur *Saja Cananga.* Macassarensibus itidem *Cananga.* Baleyensibus *Sondat.* In Banda *Cumbang Cayrano.* In Amboina *Copabbar* & *Coppanabbal,* h. e. flos silvestris, quum Amboinenses hanc arborem non plantent, sed hinc inde in silvis conquirant: In Leytimora vocatur *Copawaarita,* h. e. flos filiformis, ex forma penicilli, vel lintei filamentosi.

Locus. Plurimum crescit in insulis aquosæ Indiæ, uti in Java, Malacca, Baleya, Bima, Celebe, Amboina, ac porro in omnibus Moluccis.

Usus. Potissimum colitur hæc arbor circa ædes & in plateis ob gratum florum odorem, quos Maleyenses omnesque Indi capillis innectunt, & vestimentis ac cubilibus inponunt, servantque hi flores in tertium diem odorem. Sicci quoque Tabaco admiscentur, simulque horum fumus hauritur, alii horum petalum addunt *Siri Pinangæ,* quæ simul manducant ob gratum odorem. Arcus insuper festivi in nuptiis & conviviis hisce ornantur, omnia porro odorata olea cum hisce ac subsequentis *Tsjampaccæ* floribus præparantur, si Oleo recentes infundantur, sæpiusque hoc repetatur, ex quo oleo dein unguentum componitur vel cum aliis aromatibus vel cum radice *Curcumæ,* quæ ambo unguenta *Borri-Borri* seu *Boborri* vocantur, uti in isto indicabitur capite. Quidam putarunt hoc Oleum & Unguentum esse refrigerans, quum incolæ illa in febribus adhibeant, quibus corpora sua illiniunt, quod erroneum est, ambo enim hi flores uno gradu calidiores sunt ultra temperatum, præsertim *Cananga,* atque incolæ suum inungunt corpus talibus in febribus, quæ magno accedunt frigore, ut hoc minuatur. Omne porro Boborri unguentum, quod hi ingrediuntur flores & Curcuma, adhibent incolæ ad corpus calefaciendum frigidis pluviosisque diebus.

Arboris cortex ad similia quoque adhibetur unguenta, quæ contra Leucophlegmatiam præparantur ad consumendam illam & exsiccandam.

Lignum nullum fere præbet usum, quum molle & fragile sit, *Cananga* vero, in Hitoënsibus crescens silvis, ex vetustis truncis satis durabile exhibet lignum, quod incolæ ibi adhibent ad postes ædium, quod tamen facile putrescit & vermes generat, si humiditatem attrahat; A nostra natione observatum fuit, flores hosce vertiginosos homines reddere, si horum nimia quantitas cum Pinanga manducetur.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Canangæ fructus ulterius descripti & examinati sequentem sese in modum habent: In mense Decembri ex racemis progerminant iisdem, ex quibus flores propullulant, forma semi-perfectarum glandium dependentes, sed calcibus destituti, & quodammodo umbilicati, obscure-fusci, molli putamine obducti, in his novem plani & rugosi nuclei locantur pallide fusci, splendentes, ac cimices quodammodo referentes, hi viscosæ insident carni, quæ dulcem & jucundum spirat odorem.

EXPLI-

Als dezen boom nog jonk is, moet men hem zomtyds de bovenste toppen afbreeken of afsnyden, het welk hem belet zo yzelyk hoog op te schieten, maar hout hem laag, en met een digte kruin. Aan de oude boomen wil zulks niet aangaan, want als men zodanige boven den top afkapt, zo gaan zy dikmaals uit, door het inwateren van reegen.

Hy wast niet alleen, en omtrent de Negoryen, alwaar hy geplant werd, maar ook in 't wilde Bosch, zynde aldaar door de Vogels gezaaid, daar hy ook veel hooger werd, en de bloemen verwilderen wat metter tyd, behalven nog een regt wild geslagt, waar van in 't volgende Kapittel.

Naam. *In 't Latyn* Cananga. *Op Maleyts* Bonga Cananga *en* Canangan. *Op Java* Tsiampe, *'t welk echter in 't generaal een welriekende bloeme hiet. Op Batavia* Fula Cananga, *en met een Indostans woord* Fula Betele, *om dat men de bloem veel by de Siri-pinang eet. Op Ternaats* Saja Cananga: *Op Macassers ook* Cananga. *Op Baleys* Sondat. *Op Bandaas* Cumbang Cayrano. *Op Amboins* Copabbar *en* Coppanabbal, *dat is bloeme des wouts, om datze de Amboineezen niet planten, maar hier en daar in het Wout vinden: Op Leytimor* Capawaarita, *dat is touwtjes bloeme, na de gelykenisse van een bosje lint of touwtjes.*

Plaats. *Hy wast meest in de Eilanden van Water-Indiën, als Java, Malacca, Baley, Bima, Celebes, Amboina, en voorts alle de Moluccos.*

Gebruik. *Men havent deze boomen meest omtrent de huizen, en op de straaten van de Negoryen, om den lieflyken reuk der bloemen, dewelke de Maleyers en alle de Indiaanen zeer gaarn dragen, zo in de haairen, als in de kleederen en bedsteeden, behoudende haren reuk tot in den derden dag. Zy werden ook gedroogt, onder den Tabak gesneeden, en t'zamen gerookt, andere doen een blaadje van de bloeme by de* Siri-Pinang, *en kauwen t'zamen alles, om een goeden reuk te maken. Behalven dat werden ook de feest-boogen, op bruiloften en maaltyden daar mede versiert, ook alderlei welriekende Oly werd met deze en de volgende* Tsjampacca-*bloeme gemaakt, als menze vers in Oly weekt, en dikwils repeteert, welke Oly namaals tot een zalve gemaakt werd, of met andere speceryen, ofte met de wortel* Curcuma, *welke beide men* Borri-Borri *ofte* Boborri *noemt, gelyk in 't zelve kapittel zal gezegt werden. Zommige hebben gemeent, dat deze Oly en zalve verkoelende zyn, om datze de Inlanders in de koortze gebruiken, om 't lyf mede te smeeren; 't welk een abuis is, want beide deze bloemen zyn boven de gematigdheid wel een graad heeter, inzonderheid de* Cananga, *en de Inlanders smeeren met dezen Oly 't lyf in zodanige koortzen, die met groote koude beginnen, om dezelve wat te verminderen. Ook alle Bobory-zalven, daar veele van deze bloemen en* Curcuma *inkomen, gebruikt men om 't lyf te verwarmen by koude regenachtige dagen.*


De schorsse van den boom werd ook gebruikt onder zodanige zalven, die men maakt tegens de koude zugt, om dezelve te verteeren en op te droogen.

Het hout heeft meerendeels geen gebruik, om dat het week en bros is, doch de Cananga *in de Hitoeesche Bosschen wasschende, heeft in de oude stammen een redelyk durabel hout, 't welk de Inlanders aldaar tot stylen van huizen gebruiken, dat al mede ligt vergaat, en vermolmt, zo het de minste vogtigheid raakt. By onze Natie is ervaren, dat in de bloemen een duizelig-maakende kragt voor 't hooft steekt, als men te veel daar van met Pinang kaauwt.*

In het Aanhangzel *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

De vruchten van Cananga *naarder beschreeven zyn aldus: In de maant December ziet menze met trosjens by malkander voortkomen, aan dezelfste trosjes, daar de bloemen hangen, in de grootte van halfwassene Eeckelen, dog zonder kelkjes, en eenigzints met kuiltjes, donker-bruin, en week van schaal, daar in vind men 9. platte en wat rimpelige korrels ligt-bruin, glimmende, en eenigzints naar weegluizen gelykende, deze leggen in een kleverig vleesch, 't welk zoet en lieflyk van reuk is.*

UYT-





Uvaria odorata Lam.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Quintæ,

Quæ ramum exhibet *Canangæ* vulgaris, ubi Litt. A. *florem* naturali forma & magnitudine denotat.

B. Ejus *fructum*.
C. *Fructum dissectum*.
D. *Ossicula seminalia*.

OBSERVATIO.

Nomine Canangæ arboris a *Valent. p.* 213. describitur, & in *Tabula* sub *No.* XLII. exhibetur.

UYTLEGGING

Van de vyf-en-sestigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de tamme Cananga-boom alwaar Lett. A. vertoont de *bloem* in zyn *natuurlyke grootte en gedaante*.
B. Deszelfs *vrucht*.
C. Dezelve *geopent*.
D. De *zaat-korrels*.

AANMERKING.

Onder de naam van *Cananga-boom* wertze by *Valent. p.* 213. beschreven, en op de Plaat onder *No.* XLII. verbeelt.

CAPUT VIGESIMUM.

Canangæ silvestres. Cananga Oetan.

Silvestris Cananga domesticæ similis est, excepto quod folia ejus sint majora & latiora, nec ejus truncus ita crassus vel altus est quam domesticæ, Flores non racemosi, sed solitarii dependent, & constructi sunt ex tribus amplis & sinuosis petalis, quæ putarentur parva esse ipsius arboris folia, si costas haberent, suntque pallida, citrini coloris, in medio autem breve & trigonum apparet pistillum, majus quam *Dammaræ Selanicæ*, quod apertum intus exhibet flava filamenta seu stamina. Recentes hujus arboris flores debilem spirant odorem, sicci vero ita penetrantem ac domesticæ: Sponte crescit in silvis juxta litus & in montibus ac potissimum in regione Hitoensi.

Nomen. Latine *Cananga silvestris*. Malaice *Cananga Oetan*. Amboinice *Coppanabbat*.

Usus. Parum hæc arbor præbet usus, excepto quod tenuiores ejus ac recti trunci adhibeantur ad tigilla tectorum & ædium supremam partem, non diu autem durant, quum non modo cito exsiccentur, sed subito etiam pereant.

In *Rumphii Appendice* Caput hoc sequenti ampliatum est modo.

Sub *silvestris Canangæ* nomine tres mihi obvenerunt arbores quas omnes hoc in capite describam, dum parvi sunt usus ac momenti.

Primo, *Cananga silvestris prima, sive trifolia* mixtam habet *Champaccæ* & *Canangæ* formam, hæc enim arbor optime Champaccam refert, truncum gerens mediocrem, ex quo rari & breves progerminant rami rotundi, glabroque obducti cortice, qui in paucos divisi sunt ramulos, horum summo magna insident folia brevissimis innixa pedunculis sine ordine, Canarii foliis quodammodo similia, sed angustiora, novem longa pollices, vix tres lata, superior ipsorum pars æqualis est, sed parum rugosa & quasi granulosa videtur, ab inferiore autem parte nervus medius protuberat dorso acuto, laterales vero costæ sunt raræ ac tenues, foliumque ipsum illo in loco est molle & lanuginosum, si tangatur.

Inter & sub foliis flores progerminant longo insidentes petiolo, magnitudine florum Champaccæ, constructi ex tribus magnis & sinuosis petalis virentibus, qui caliculo insident tripetalo, acuto, instar floris Canangæ, ex ejus centro capitulum elevatur trigonum, quod in fructum excrescit: Petala hæc tria sunt striata & grate quodammodo spirantia, alioquin pro junioribus ipsius arboris foliis haberentur, capitulum autem istud trigonum & acutum in tres sese aperiens lamellas duras plurima exhibet brevia stamina, quæ aliud ambiunt capitulum, quod ipsum fructus est rudimentum. Longe post folia fructus hi excrescunt tres & quatuor perfecti, novem vero simul sæpe una in arbore racemosi excrescunt uno ex pedunculo in ramis, qui magni-

XX. HOOFTSTUK.

De wilde Cananga-Boomen.

De *wilde* Cananga *is de tamme meest gelyk, behalven dat de bladeren grooter en breeder zyn, den stam werd ook zo dik en hoog niet, gelyk aan de tamme, de bloemen hangen niet met bosjes by malkander, maar ydel, en zyn gemaakt van drie breede en bochtige bladeren, die men voor kleine bladeren van den boom zoude aanzien, zoze geribt waren, bleek, Citroen-geel, in de midden ziet men een kort en wat drieboekig kegeltje, wat grooter dan in de Dammar* Selan, *'t welk geopend zynde, vertoont van binnen eenige geele draatjes. De versche bloemen hebben een slappen reuk, maar gedroogt zynde, al zo sterk als de tamme. Het wast van zelfs in de Bosschen, zo langs de strand, als op 't gebergte, en meest op 't Hitoeesche Land.*

Naam. *In 't Latyn* Cananga Silvestris, *op Maleyts* Cananga Oetan. *Op Ambons* Coppanabbat.

Gebruik. *Men heeft weinig gebruik van dezen boom, behalven dat men de dunne en regte stammen zomtyds neemt tot sparren van dakken en bovenwerk van huizen, die niet lang duuren konnen, om dat het niet alleen ligt opdroogt, maar ook haast bederft.*

In de Apendix *van* Rumphius *is dit Hoofdstuk op de volgende wyze verbetert.*

Onder den naam van wilde Cananga, zyn my driederlei boomen voorgekomen, dewelke ik alle drie in dit Kapittel beschryven zal, dewylze doch van klein gebruik zyn.

1. Cananga Silvestris prima sive trifolia, *heeft een gemengt fatzoen van Tsjampacca en Cananga, want den boom gelykt best na een Tsjampacca-boom, met een middelbare stam, daar aan weinige en korte takken staan, rondt, en met een effene schorsse bekleet, en in weinige regte takskens verdeelt, aan 't einde derzelver staan groote bladeren, op zeer korte voetjens zonder order, die van Canary eenigzints gelyk, doch smalder, 9. duimen lank, schaars 3. breed, aan de boven zyde steekt niet met al uit, behalven datze wat ruig en korrelig schynen, aan de onderste zyde puilt de middelzenuwe verre uit met een scherpe rugge, maar de zyde-ribben zyn weinig, en subtiel, ook is het bladt aldaar zagt, en als wolachtig in 't aantasten.*

Tusschen en achter de bladeren komt de bloem voort enkelt, op een lankachtig steeltje, in de grootte van een Tsjampacca-bloem, gemaakt van 3. breede en bogtige bladeren, van coleur groen, op een 3 spitzig voetje rustende als de Cananga-bloem, in de midden met een verheven driezydige knop, waar uit de vrucht wert. Deze drie bladeren zyn wat gestreept, en eenigzins welriekende, anders zoude menze voor jonge bladeren van den boom aanzien, den voornoemde driezydige en spitze knop, zig in 3. harde schillen openende, vertoont veele korte draatjes, omgevende een ander spits knopje, het welk 't regte beginzel van de vrucht is. Verre achter de bladeren komen deze vruchten tot perfectie 3. en 4. en 9. uit eenen boom by malkanderen op eenen steel aan de takken, dezelve zyn in

magnitudinem Prunorum habent, ſuntque oblongo-rotundi, brevi obtuſoque apice coronati, & ad latus ſulco notati ſunt, externe autem parum rugoſi ſunt & granuloſi: Putamen vero exterius durius eſt quam quidem herbaceæ ſubſtantiæ, neutiquam tamen lignoſum. Intus tria continentur oſſicula plana, mucoſa obducta carne, transverſaliter poſita, & quadam parte pellicula ſeparata, quæ exteriori adnectitur putamini.

Quodvis oſſiculum ſeu nucleus tectus eſt dura & ſpadicea gluma ad oras rugoſa, magisque fuſco colore diſtincta. Sub hac gluma reconditur ſubſtantia plana, colorem & formam fructus Muſæ emaradi referens, quodammodo gratum & aromaticum ſpirans odorem.

Trunci cortex eſt cinereus inſtar Champaccæ, ſatis craſſus, ſique incidatur, viſcoſus exſtillat ſuccus, qui in album exſiccatur & condenſatur gummi, quod odoratum eſt inſtar nuclei. Trunci lignum leve eſt & molle, ac quodammodo odoratum. Rami ſunt breves ac facile disrumpuntur.

Nomen. Latine *Cananga ſilveſtris trifolia.* Malaice *Cananga Oetan.* Ab Amboinenſibus varia ipſi inpoſita ſunt nomina, vulgo autem ipſis vocatur *Coeban Abbal* h. e. *flos ſilveſtris.* Peculiariter autem hæc prima ſpecies dicitur *Matta Auwe*, h. e. *oculus horti*, ex quanam vero ratione me latet, alii autem illam habent pro *Leyitir Poeti*, h. e. *albus Lauraſter*, a quo tamen nimium differt. Caybobboenſes illam vocant *Matta Ayn* ſeu *Ay-Hoa-Maroea*, Malaice vero *Boa Djoedjaroe*, h. e. femineus fructus ob ſubſequentem ejus uſum.

Locus. Hinc inde in Amboina occurrit, ſed raro, nunquam in altis montibus, ſed in deſertis hortis ſilveſtribus, tam in planis quam in altioribus locis, unde memorata obtinuit nomina.

Uſus. Hujus arboris paucæ partes ſunt in uſu, exceptis ejus nucleis ſeu oſſiculis, quæ mulierculæ conterunt ad unguentum odoratum ſeu Boborri, quo inter lavandum corpus inungunt, ut bonum ipſi concilient odorem; compertum vero eſt, ſi hiſce fructibus ſolis corpus illiniatur, illud dolore affici.

Ejus lignum eſt leve, ad ædificia tamen adhibetur, hujus enim tenues & erecti trunci palis inſerviunt, ut & ædium tectis, quod tamen haud diu durabile eſt, quum non tantum cito exſiccetur, ſed etiam cito corrumpatur.

Secundo, *Cananga ſilveſtris ſecunda*, ſive *anguſtifolia*, forma & modo creſcendi cum domeſtica convenit, ejus enim folia irregularis quoque ſunt magnitudinis, a ſex ad novem pollices longa, binos cum dimidio & tres lata. Flores ſub foliis progerminant racemoſi tam in ipſorum rachidibus quam in ramulis, ex ſex petalis conſtructi, multo brevioribus quam in domeſtica, non ultra ſemi digitum longis, quisque vero trigono continetur planoque caliculo, qui longo adnectitur pedunculo. Petala hæc circa piſtillum locantur, quod componitur ex obtuſis tubis, in quarum centro granuloſum continetur capitulum inſtar fruſtuli Siriboæ. Poſt deciduum florem piſtillum hoc craſſeſcit, magisque lignoſum eſt, ac memoratum craſſiusculum capitulum ſeſe dividit in 13 & 14 minora capitula, quæ in totidem excreſcunt fructus, cujus & exemplum in Europa proſtat in ceraſis rubris, quorum quatuor vel ſeptem ſæpe uno in pedunculo excreſcunt, quisque autem fructus magnitudinem habet Nucis avellanæ junioris, qui ſub molli & tenui putamine multa recondit plana & tenuia ſemina ſquamoſa, penetrantem ſpirantia odorem.

Uvaria latifolia Bl.

Tertio, *Cananga ſilveſtris tertia* ſive *latifolia*, folia gerit illis *Sjampaccæ* magis accedentia, ſubtus nempe lanuginoſa, multo tamen majora & ſuperius ſubrotunda, octo pollices longa, quatuor lata.

Flores racemoſi dependent plurimi, non in rachidibus, ſed in ramis, qui ex ſex petalis conſtructi ſunt brevioribus quam in præcedente, quorum tria exteriora in triangulo locata ſunt, tria vero interiora apici inſident, quæ in centro capitulum continent uti in antecedente. Hic apex ſeu germen multo majus eſt, ex quo viginti vel viginti quinque fructus excreſcunt, brevibus inſidentes pedunculis arcte adunati, ſed non omnes adoleſcunt. Hi magnitudinem habent perfectæ nucis Avellanæ, primo albentes, dein rubentes, ac demum

in de grootte van Pruimen, lankwerpig-ront, met een korte ſtompe ſpits boven op, en aan de zyde langs heenen met een naat, van buiten wat ruig, en korrelig. De buitenſte ſchaal is harder dan kruidachtig, en echter niet houtachtig. Binnen vind men 3. vlakke korrels, met een ſlymerig vleeſch omgeven, dwers leggende, en een ſtukweegs met ſcheyd-vellekens van malkanderen geſcheiden, die aan de buitenſte ſchaal vaſt zyn.

Ieder korrel is omgeven met een harde en Caſtanje-bruine ſchaal, aan de kanten rimpelig, en ligt-bruin. Onder deze ſchaal vind men een vlakke heeſt, van ſubſtantie en coleur als oude Pinang, eenigzints welriekent en ſperyachtig.

De ſchorſſe des ſtams is ligt-graauw, gelyk aan den Tsjampacca-boom, redelyk dik, en als men daar in kapt, loopt 'er een ſlymerige zap uit, dewelke tot een witachtige Gom ſtolt, en mede welriekende is als de heeſt. Het hout des ſtams is licht, en week, ook van eenigen reuk. De takken zyn kort, en breeken kort af.

Naam. *In 't Latyn* Cananga ſilveſtris trifolia: *Op Maleyts* Cananga Oetan, *by de Amboineezen heeft hy verſcheide namen, want in 't gemeen noemt men hem* Coeban Abbal, *dat is wilde bloem. In 't byzonder hiet deze eerſte zoorte* Matta Auwe, *dat is,* Oculus Horti, *oog of cieraat des Thuins, uit wat reden weet ik niet, andere willen het houden voor een* Leyitir Poeti, *dat is, witte* Lauraſter, *waar van het nogtans te veel verſchilt. Die van* Caybobbo *noemen het* Matta Ayn, *of* Ay-hoamaroea, *en in 't Maleyts* Boa Djoedjaroe, *dat is, meysjes vrucht, om zyn volgende gebruik.*

Plaats. *Men vind het hier en daar op Amboina, doch niet veel, geenzints in 't hooge Boſch, maar altyd in verlatene Thuinen, zo in de vlakte als in 't hooger gebergte, waar van het de bovenſtaande namen heeft.*

Gebruik. *Van dezen boom werd weinig gebruikt, behalven de heeſten uit de drie bovenſtaande vlakke korrels, dewelke de Inlandze Vrouwtjens wryven tot een welriekende zalve, of Boborri, waar mede zy onder 't waſſen 't lyf beſtryken, om een goede geur te krygen, doch men heeft bevonden, als men deze vruchten alleen op het lyf ſtrykt, datze de huit beſeeren.*

Het hout is licht, werd echter tot den huisbouw gebruikt, te weten, men neemt de dunne en regte ſtammen tot ſparren van daken, en bovenwerk van huizen, die doch niet lang duuren konnen, om dat het niet alleen ligt opdroogt, maar ook haaſt bederft.

2. Cananga ſilveſtris ſecunda ſive anguſtifolia, *is aan wasdom en fatzoen de tamme naaſtkomende, want de bladeren zyn mede van ongelyke grootte, van zes tot negen duimen lank, twee en een half, en 3. dito breed. De bloemen komen achter de bladeren voort, met bosjens by malkander, zo wel aan de ryskens als aan de takskens, gemaakt van 6. bladeren, veel korter dan de tamme, te weten, niet boven een halven vinger lank, en ieder ſtaat op een driehoekig plat voetje, en 't zelve op een lange ſteel. Zy ſtaan rondom een heuveltje, gemaakt van ſtompe ſtyltjes, en in de midden van 't zelve ziet men een korrelig knopje, als een ſtukje van een Siriboa. Na 't afvallen van de bloem werd een lange ſteel dikker, en houtachtiger, en 't voornoemde dikke middelſte knopje verdeelt zig in 13. en 14. andere knopjes, waar uit zo veel vruchten werden, waar van men een exempel in Europa aan de roode Karſſen ziet, waar aan zomtyds vier en zeven by malkander zitten op een ſteel, ieder vrucht is in de grootte van een jonge Hazelnoot, onder een weeke ſchaal verbergende veele dunne platte zaaden als ſchubben, en ſterk van reuk.*

3. Cananga ſilveſtris tertia ſive latifolia, *heeft bladeren met die van Tsjampacca naarder overeenkomende, te weten, van onderen wolachtig, doch veel grootter, en van vooren ronder, 8. duimen lank, 4. breed.*

De bloemen hangen in trosjens by malkander, niet aan de ryskens, maar aan de takken, gemaakt van 6. blaadjes wat korter dan de voorige, waar van de drie buitenſte in een Triangel ſtaan, en de 3. binnenſte op een heuveltje verbergende een knop gelyk de voorige. Dit heuveltje, word veel grooter, waar uit 20. en 25. vruchten waſſchen op korte dikke voetjes in malkander gedrongen, doch komen niet alle tot perfectie. Deze zyn in de grootte van een volkomen Hazenoot, eerſt wit, daar na root, ten laaſten blinkent-ſwart. Onder een weeke ſlymerige ſchaal ver-






Fig. 1. Unona tripetaloidea. Bl.
— 2. Uvaria ligularis. Bl.

demum ex nigro splendentes, sub tenui mucosoque putamine bina reconduntur spadicea officula seu nuclei, qui plana parte sibi invicem accumbunt, suntque duri & rugosi, aliquando etiam tres inveniuntur, quorum medius planus penitus & compressus est, nec tam penetrantem spirant odorem ac præcedentis.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Sextæ,

Ubi *Figura prima* ramum exhibet *Canangæ silvestris primæ*, sive *trifoliæ*.
Altera vero figura ramum denotat *Canangæ silvestris secundæ*, seu *angustifoliæ*.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Sampacca. Bonga Sjampacca.

Arbor hæc florifera duplex quoque est, domestica & silvestris; domestica mediocris est arbor instar Mali, trunco longo, paucisque constans crassioribus extensis ramis. Folia plurimum binis in ordinibus sibi opposita sunt, sed nullum observant ordinem, nec ita copiosa sunt in ramulis quam in *Cananga*, suntque plerumque spithamam vel palmam longa, binos lata pollices, in longum apicem desinentia, paucas habentia obliquas costas, suntque scabra, glabra, & læte viridia, vetusta autem folia juniores sæpe emittunt ramulos: Ex foliorum alis flores progerminant plerumque gemini uno in petiolo, qui primo sunt capitula longa & acuminata, instar coni, ex quibus flores formantur Narcissis similes, fasciculata referentes foliola, uti in *Cananga*, sed multo breviores sunt, magisque aperti.

Singulus flos ex quindecim vel sexdecim crassiusculis & flaccidis constat petalis, quorum quinque extrema vix semi digitum longa sunt & extrorsum inflexa quinque alia magis interna erecta sunt ac longiora, quinque reliqua in medio centro posita sunt minima, & instar pyramidis connexa, sub his reconditur pistillum undique cinctum plurimis breviusculis & crassis staminibus, quæ antheras gerunt subrotundas, ex flavo virides. Floris vero color intense luteus seu croceus est, instar vitelli ovi. Odor gratus ac dulcis, sed fortis, ad Narcissum accedens, sique remotus, jucundior est quam *Cananga*, nec ita caput gravans. Ab omnibus Indis hi flores inter amœnissimos & dulcissimos habentur, nostræ vero nationi magis nauseosus videtur, si diu quis illos subolfaciat. Jucunditas hæc per longum non durat tempus, saltem non diutius una nocte, sensim enim fœni adquirit odorem, qui in siccis ingratus est, atque hi Macis seu Nucis-moschatæ floribus adeo similes sunt, ut pro iis haberentur ab inperitis, odor autem illos facile distinguit.

Post deciduos flores medius ille stilus seu germen excrescit in longitudinem trium, quatuorve pollicum, atque ex singulis capitulis fructus provenit forma & magnitudine uvæ Muscadellæ seu Apianæ, nunc rotundior, nunc magis sinuosus instar Fabarum vel Renum, qui simul uvarum racemum referunt. Baccæ hæ externe pallide virescunt, rugosæ sunt, & parvis quasi punctis obsitæ, quarum quævis stelliformis est: Pellicula harum exterior cultri crassitiem habet, sique maturus sit fructus, dehiscit ad ejus partem gibbosam seu convexam, ubi interne exhibet sex vel octo rubentia & angulosa officula; Mali granati officulis similia, sed breviora, in his continetur durum, nigricans, & fere trigonum granum, quod verum hujus arboris semen est. Trunci cortex glaberrimus est & cinereus. Lignum molle, succosum, & inutile. Singulis plerumque floribus supponitur parvum ac viride folium, reliquis simile, sed vix dimidii digiti longitudinem habens, quod eleganter ornat hunc florem, si simul decerpantur. Nullam novi arborem hoc peculiare habentem, quod ex uno nempe flore plurimi ac separati fructus excrescant.

Anni

verbergenze twee Castanje-bruine korrels, met haar platte zyde tegens malkander leggende, hart en gerimpelt, zomtyds 3., waar van de middelste gantsch plat is, en niet zo sterk van reuk als de voorige.

UYTLEGGING

Van de zes-en-zestigste Plaat,

Alwaar de *eerste Figuur* vertoont een Tak van de eerste wilde ofte driebladige *Cananga-Boom*.
De *tweede Figuur* verbeeldt een Tak van de tweede wilde, ofte de smalbladige *Cananga-Boom*.

XXI. HOOFDSTUK.

Druyve-boom, ofte Oranje-bloem, en Tsjampacca-boom.

D*Ezen bloem-boom is mede tweederlei, tamme, en wilde. De tamme werd een middelmatige boom, als onze appel-boomen, met een laage stam, en weinige dikke uitgebreide takken. De bladeren staan meest in twee ryen schuins tegen malkander, doch houden geen precyze order, en staan zo veel niet aan de takjes, gelyk aan de* Cananga, *doorgaans schaars een span of een hand lank, 2. duimen breed, in een lange spits toeloopende, met weinige schuinze ribben, styf, glad, en blyde-groen, doch de oude bladeren naast komende, hier en daar jonge scheutjes uitstootende. Uit den schoot der bladeren komen de bloemen voort, meest twee by malkander op eenen steel, zynde eerst lange en spitze knoppen, als kegels, daar uit werd de bloeme, de Narcisse meest gelyk, of mede een bosje bladeren vertoonende, gelyk de* Cananga, *doch veel korter, en meer uitgebreid.*

Ieder bloem bestaat uit 15. a 16. dikachtige en weeke blaadjes, waar van de vyf buitenste schaars een halve vinger lank, en uitwaarts gekromt zyn, vyf andere na binnen staan meest overeind, en zyn wat langer, en de vyf binnenste zyn de kleinste, en sluiten tegens malkander, als een piramidje, daar onder ziet men een pilaartje, rondom met bleek-groene knopjes bezet, en met veele korte dikke draatjes. De coleur van de bloeme is hoog-geel, als een dooir van een Ey. De reuk is lieflyk en zoet, maar geil, en na de Narcissen trekkende, immers van verre aangenamer dan de Cananga, *en 't hooft min beswarende. Zy werden van alle de Indianen onder de zoetste en aangenaamste gereekent, doch onze Natie komt by wat walgelyk voor, inzonderheid als men hem lange ruikt. Zyne lieflykheid blyft hem ook niet lange by, immers niet langar dan eene nagt, want allenkskens begint hy hooiachtig te werden, en in de gedroogde onlieffelyk. De gedroogde zyn de Foelie of Muschate bloemen zo gelyk van coleur, dat menze daar voor aanzien zoude, doch den reuk onderscheidze terstond.*

Na 't afvallen van de bloemen, wast 't middelste pilaartje uit tot in de lengte van drie a vier duimen, en uit ieder knopje aan 't zelve staande word een vrucht, in grootte en gedaante van een Musschadelle-Druive, zomtyds wat ronder, zomtyds wat bogtig, als boonen, of Nierkens, en t'zamen gelykende een tros Druiven. De bezien zyn van buiten bleek-groen, ruig, en als met kleine punctjes bezet, waar van ieder de gedaante van een sterretje heeft. De buitenste schelle heeft de dikte van een mes, en ryp zynde, berstze aan de bultige zyde open, vertoonende binnen zes en acht roode, en hoekige korrels, die van een Granaat-appel gelykende, doch korter, in dezelve steekt een harden, swarten, schier drieboekigen steen, het welk het regte zaad van dezen boom is. De schorsse des stams is zeer effen, en ligt-graauw. Het hout week, zappig, en ondeugent: Gemeenelyk by ieder bloeme staat een klein groen blaadje, de andere van den boom gelyk; doch niet boven een halve vinger lank, het welk deze bloeme niet weinig verciert, als menze t'zamen afbreekt. Ik weet geen andere boom van die wonderlyke eigenschap als dezen, namentlyk, dat uit eene bloem veele en van malkander gescheiden vruchten komen.

Say-

Anni tempus. Ejus tempus florendi incertum eſt, toto enim anno flores fructusque profert, quieſcit autem aliquando per aliquot menſes: Flos ejus multo gratiorem fundit odorem ſereno ac claro aëre quam pluvioſo, quum multo ſit fortior, ſed & ſimul gravior ejus odor. Colitur hæc arbor circa ædes & arva, ſed non in hortis prope olera, ac propagatur per arbuſculas, quæ ex ſeminibus propullulant, quæ aves devoraverunt & rejecerunt. Luxurioſe excreſcit, ſed non magnam adtingit ſenectutem, atque tandem anguſtam & irregularem contrahit comam. In juniore autem ætate hæc amputanda eſt, ut humilis ſit, ac ſeſe extendat, ſæpiusque ruditer tractanda eſt, ejusque rami avellendi ſunt, ut coma denſior ſuccreſcat.

In Ternata altera hujus occurrit varietas, quæ forma huic ſimilis eſt, ſed ejus flores ſunt minores, crocei itidem, atque odorati.

In Java etiam *Sampacca* reperitur colore multum varians, arbor enim ejusque flores vulgari ſimiles ſunt, ſed floris color eſt cœruleus ac debilis coloris, vocatur ibidem *Tſjampacca Biru*, raro occurrit, ac tanquam aliquid rarum oſtenditur.

Tertia inſuper ac peregrina ſpecies in Java reperitur ut & Baleya, quæ alba cognominata eſt, foliatura ac floribus vulgari ſimilis, ſed flos minor eſt, coloris albi, ac jucundioris odoris quam vulgaris, nullibi occurrit niſi in hortis Magnatum ob ſingularem ejus formam, gratumque odorem, diſtinguenda autem eſt a ſubſequenti Amboinenſi alba, quæ ſilveſtris habetur. Vulgaris radices ſunt externe rubentes, ac ſaporis amari, qualis & eſt trunci cortex, nullos autem format fructus niſi in ſenectute.

Nomen. Latine *Sampacca.* Malaice *Tſjampacca*, quod Portugallici ſcriptores dicunt *Champacca*, & Javanice *Champe* & *Cambang*, generaliter autem denotat florem odoratum, ſic quoque Portugalli Indici hunc florem Indoſtano vocabulo *Fula Champacca*, Belgæ autem in Batavia *Oranje-bloemen*, ſeu croceos flores vocant a colore & uſu florum. Ternatenſibus quoque dicitur *Tſjampacca.* Macaſſarenſibus *Tſjampagga* & *Bonga Eydja.* Baleyenſibus *Tſjampacca.* Amboinenſibus *Copattum* & *Coppa Puckuri*, h. e. flores crocei. Loehunenſibus *Cubane.*

Locus. Flores hi per totam Indiam, ſed plurimum in Malayenſibus regionibus, aquoſa India, ac porro per omnes haſce inſulas vulgares ſunt, nusquam ſponte, ſed ab hominibus cultæ proveniunt hæ arbores.

Uſus. Eundem habent uſum ac præcedens, plurimum autem apud juvenes tam mares quam feminas, Malayenſes autem, Javanæ, & Macaſſarenſes mulierculæ hos maxime expetunt flores, quos crinibus innectunt, ubi elegantes hi crocei flores inter capillos nigros ac ſplendentes mixti elegantem præbent adſpectum & ornamentum, quum vero hic modus plurimum inſtituitur a levibus mulieribus, ut viris placeant, hinc quidam ex noſtro populo, licet præcipiti judicio, hos flores meretricum cognominarunt, non cogitantes apud Malayenſes obtinere hunc morem. Hiſce etiam conſpergunt cubicula, ciſtas, & capſulas, in quibus veſtimenta ſervant, ac lintea, ſed non diutius quam per noctem ibi remanent, quum mucoſum brevi contrahant odorem. Flores hi præcipui ſunt inter ornamenta, quos adhibent ad arcus feſtivos & cubilia nuptialia, ut & convivia, atque elegantem dant conſpectum, ſi amento alligentur, ita ut unus *Bonga Manoor* per ſpithamæ diſtantiam nectatur ſingulis Sampaccæ floribus.

Magno quoque in uſu ſunt in præparatione odoratæ *Minjac Boubou* ſeu *Minjac Mani*, cujus baſis ſunt hi flores, ac ſequenti componitur modo: Recipe flores *Sampaccæ*, *Tanioni*, *Canangæ*, *Manooris*, vel ſimiles odoratos flores ac folia, quantum vis, macera hos in Calappæ vel alio quovis oleo, nullum fere ſpirante odorem, digere illos per triduum in Sole, omni autem die novos adde flores, quos dein abjice, depuratum vero oleum planæ infunde patinæ, in ſartagine dein carbonibus inpone, inſperge tum *Benzoin*, *Unguem Odoratum*, vel *Dupam Macaſſarenſem*, huic ſuperinpone alteram excavatam magis patinam ſeu gabatam, cui fumus adhærere poteſt, qui per oleum tranſit, tum oleum magis inſpiſſatur & odorem retinet, quod in ollis bene obturatis vel cantharis aſſer-

Sayſoen. *Zyn Sayſoen is onzeeker, want hy draagt bloemen en vruchten 't geheele jaar door, nemende zomtyds eenige maanden tot een pauze. De bloeme riekt veel aangenamer by klaar en ſchoon, dan by regenachtig weer, wanneerze wel ſterker, maar ſwaar van reuk is. Men havent dezen boom omtrent de huizen en erven, doch juiſt niet in de Thuinen by de Moeskruiden, en hy werd voortgeteelt door de plantjes, voortgekomen uit de korrels, die de Vogels gegeeten, en weer uitgegeeven hebben. Hy ſchiet weeldrig op, maar komt tot geen grooten ouderdom, gewint eindelyk een magere en onfatzoenlyke kruin. In de jonge dagen moet men hem dezelve afbreeken, dat hy laag blyve, en zig uitbreide, ook hem zomtyds wat ruuw handelen, en de takjes afbreeken, waar van hy dichter werd.*

In Ternaten heeft men eene zoorte van dit tamme geſlagt, van gedaante de gemeene gelyk, maar de bloemen zyn kleinder, ook hoog-geel, en welriekender.

Nog heeft men op Java een Tsjampacca, *in coleur verſchillende, want den boom en bloemen zyn de gemeene wel gelyk, maar de bloeme is ligt-blaauw, en van een ſlappen reuk, hy hiet aldaar* Tsjampacca Biru, *werd zelden gevonden in 't wild, en tot een rariteit vertoont.*


Nog een derde vreemde zoorte heeft men op Java en Baley, bygenaamt de witte, aan bladeren en bloemen de gemeene gelyk, behalven dat de bloem wat kleinder is, aan verwe gants wit, en aangenamer van reuk dan de gemene, men vindze nergens dan in hoven van groote Heeren, wegens hare gedaante en goede reuk, en zy is te onderſcheiden van de volgende Amboinſche witte, die men voor wild acht. De wortel van de gemeene is van buiten rootachtig, en bitter van ſmaak, gelyk ook de ſchorſſe des ſtams, en hy formeert geene vruchten, dan eerſt oud zynde geworden.

Naam. *In 't Latyn* Sampacca. *Op Maleyts* Tsjampacca, *het welk de Portugeezen ſchryven* Champacca, *op Javaans* Champe *en* Cambang, *het welk in 't generaal een welriekende bloeme beduit, en zo noemenze de Indiaanſche Portugeezen, met een Hindoſtans woord* Fula Champacca, *de Nederlanders op Batavia noemenze* Oranje-bloemen, *van de verwe, en Hoere-bloemen van 't gebruik. Op Ternataans mede* Tsjampacca. *Op Macaſſers* Tsjampagga *en* Bonga Eydja. *Op Baleys* Tsjampacca. *Op Amboins* Coppatum *en* Coppa Puckuri, *dat is geele bloemen. Op Loebunees* Cubane.

Plaats. *Deze bloemen zyn in geheel Ooſt-Indiën, doch meeſt in de Maleytze Landen, Water-Indiën, en voorts in alle deze Eilanden gemeen, nergens in 't wild, maar door de menſchen gebavent.*

Gebruik. *Zy hebben dezelfſte gebruik als de voorgaande, meeſt by het jonge volk, zo Mannen als Vrouwen, de Maleytſche, Javaanze, en Macaſſaarze Vrouwen zyn inzonderheid groote vriendinne van deze bloemen, op het hooft in het hair te draagen, alwaar deze goud-geele bloemen onder haar ſwart glimmend hair fraai uitſteeken, en dewyl het gemeene volkje is van ligten aard, en zulks alleenelyk doen, om de Mannen te behagen, zo hebbenze zommige van ons volk, met een verhaaſt oordeel, Hoere-bloempjes genaamt, niet bedenkende, dat het een Maleytze moode is. Zy beſtrooyen ook daar mede haar bedſteeden, kiſten, en koffers, daar in zy 't linnen bewaren, doch men moetze niet boven een nagt daar in leggen laten, of zy krygen een vermufte reuk. Voorts zynze de voornaamſte vercierzelen van feeſt-boogen, en bedſteeden op Bruiloften, en maaltyden, en zy ſtaan fraai aan ſnoeren geregen, zodanig, dat 'er een van* Bonga Manoor *een ſpan lank tuſſchen ieder* Tsjampacca-*bloeme kome.*

Zo zynze ook veel in 't gebruik, om het welriekende Minjac Boubou *of* Minjac Mani *daar van te maken, daar deze bloemen wel de principaalſte in zyn, en werd aldus toebereid: Neemt bloemen van* Tsjampacca Tanjong, Cananga, Manoor, *of andere diergelyke welriekende bloemen, en bladeren, zo veel gy wilt, weektze in Calappus-Oly, of andere Oly, die niet ſterk riekt, en ſteltze drie a vier dagen in de heete Zon, doch alle dagen nieuwe bloemen nemende: Smyt daar na de bloemen weg, en doet de gezuiverde Oly in een vlak ſchoteltje, ſtelt het in een anderen teſt op koolen, daar op ſtrooit* Benzowin, Unguis Odoratus, *of Macaſſaarze* Dupa, *en ſtelpt daar over een andere kom of diepe ſchootel, daar den rook tegen aan ſlaat, en door de Oly trekke, hier van werd de Oly wat dikachtig, en welriekent, dat men in welgeſloote potjes*





Michelia Champacca. L.

asservatur: Hoc oleum quotidiano inservit usui apud mulieres Indicas, quod adhibent post corporis vel capitis lavationem, quo & inungunt corpus ad gratum ipsi conciliandum odorem.

Mulieres Baleyenses hos conterunt flores cum Canangæ floribus in Calappæ oleo, cui admiscent Curcumæ frustulum, quo corpus illiniunt magis per consuetudinem, quam ex utilitate, dicunt autem illud inservire, ut varios ex corpore extrahant morbos, scabiem curent, ac cutim glabram reddant, sed referunt quasi diabolos croceatos vel curcumatos.

Observavi araneas maxime hosce expetere flores, quum enim hos certo tempore mensæ inponerem, ac me averterem, mox ingens sese aranea illis jungebat, sine dubio vires quasdam ex iis extrahens, a quo tempore anxius fui hosce flores cubili vel ejus toralibus inponere.

Contra Nephritidem septem hujus Sampaccæ recipe petala ac nodum *Curcumæ* nodosæ, quæ conterantur supra porphyritim cum pauxillo aquæ, quam panno trajice vel filtra. In hac exstingue candentem testam, quam calefactam epota: Iidem quoque flores urinæ ardori conducunt & Gonorrhææ, tam in viris quam feminis, si septem horum florum capitula sumantur, antequam sese aperiant, quæ incoque juniori Calappæ nuci, dein ebibe ejus aquam, quæ acre expellit pus.

Cortex *Djudjambo* incoquitur, quod puerperis post partum propinant ad lochia pellenda. Lignum vetustorum truncorum circa cor satis durum est, per longitudinem striatum, leve, nec rimas agens, unde aptum est ad fistulas sclopeti ex hoc formandas.

In *Hort. Mal. Fig.* 19. *Part.* 1. *pag.* 31. Malabarico vocabulo dicitur *Champaccan*, ac Brachmanis *Champo*, sed ejus folia ibi latiora describuntur, quam in Amboinensi observantur, nisi junioris arboris descriptio sit formata. Medicinales ejus vires in isto horto sunt subsequentes, radices cum cortice siccatæ, contritæ, ac cum spisso lacte mixtæ Apostemata maturant & aperiunt, si emplastri forma ipsis inponantur. Radicum cortex siccus in aqua contritus, ac propinatus menstrua provocat mulierum, ac lochia expellit, si larga bibatur copia, Contriti ejus flores oleo Calappæ incocti sedant Cephalalgiam & Ophthalmiam ex ardore ortas, ut & podagræ dolorem, si pars affecta illiniatur. Idem quoque præstat Oleum, in quo per quadraginta dies flores infusi ac macerati fuere. Oleum ex officulis ejus expressum flatulentiam abdominis expellit externe illinitum: Flores hi destillati odoratam exhibent aquam, quæ propinatur contra Leypothymiam, & ad corroborandum cor.

jes of kannetjes verwaren moet. Dezen Oly is een dagelyks gebruik by de Indiaansche Vrouwen, zo ingeboorne, als mixtyssen, naar het wassen van het hooft haair, en zomtyds smeeren ze ook het lyf daar mede, om een goeden reuk te hebben.

De Baleysche Vrouwen vryven deze in de voorgaande Cananga-*bloemen, geheel onder Calappus Oly, daar by doende een stukje* Curcuma, *waar mede zy het lyf besmeeren, meer uit gewoonte dan eenige nuttigheid, zeggende, dat het dient om veelderhande ziekten uit het lyf te trekken, alderlei schurft te geneezen, en het vel glad te maken, hoewelze als dan uitzien, als gezafraande Duivels.*

Ik hebbe ervaren, dat de Spinnen groote Liefhebbers zyn van deze bloemen, want als ik eens dezelve op een tafel leide, en my omkeerde, quam 'er datelyk een groote Spinnekop, die zig daar op zette, buiten twyffel eenige kragten daar uitzuigende, na welke tyd ik bekommert ben geweest deze bloemen op myn slaapgoed te duiden.

Tegens het graveel neemt zeven bladeren van deze Tsjampacca, *en een knoest van de knobbelachtige* Curcuma, *vryft het met een weinig water op een steen, en kleinst het door een lapje. Blust daar in uit eenige stukken van een pot, te vooren gloeyend gemaakt, en drinkt het zo warm. Dezelfste bloemen dienen ook tegens de brandpis, en druipert, zo van Mannen als Vrouwen, als men zeven knoppen van deze bloemen neemt, eerze opengegaan zyn, en kookt die in een jonge Calappus, en daar na het zelve water drinkt, het welk de scherpe materie afzet.*

De schorsse werd onder andere Djudjambo *gemengt, om de Kraam-vrouwen naar het baren in te geven, om de nageboorte uittedryven. Het hout aan de oude stammen omtrent het hert is redelyk hard, in de lengte gestreept, ligt, en niet scheurende, daarom bequaam, om laden tot Roers en Musquetten van te maken.*

In Hort. Malab. fig. 19. Part. 1. pag. 31. *werd by in 't Malabaars genaamt* Champaccan, *in 't Braminees* Champo. *Doch zyne bladeren werden breeder beschreven, dan zy aan 't Amboinsche gezien werden, of hy moetze van een jonge boom gehad hebben. De Medicinale kragten in gemelde* Hortus *zyn deze. De wortelen met hare schorsse gedroogt, gewreven, en met dikke melk gemengt doet de Apostemen opbreeken, pleistergewys daar opgelegt. De gedroogde schorsse der wortelen in water gewreeven, en gedronken, verwekt de maandstonden by de Vrouwen, en dryft de geboortens uit, als men wat rykelyk daar van drinkt. De gevrevene bloeme, in Calappus-Oly gekookt, stilt de hooft-pyn, en weedom der oogen uit verhitheid; verzagten ook de pyn des podagraas, als men daar mede smeert. Het zelfde doet ook den Oly, daar deze bloemen veertig dagen ingeweekt zyn. Den Oly uit de kernen uitgeperst, verdryft de opgeblazentheid des lyfs van winden, van buiten opgesmeert. De bloemen gedisteleert geven een welriekend water, 't welk men drinkt tegens de flaaute, en om 't hert te versterken.*

EXPLICATIO

Tabulæ Sexagesimæ Septimæ,

Quæ ramum exhibet *Sampaccæ vulgaris*, ubi Litt. A. *florem separatum.*
B. Ejus *fructum.*
C. C. *Officula seminalia* denotant.

OBSERVATIO.

Hujus arboris varia dedi Synonyma in *Thesauro Zeyl. pag.* 31. ad arborem proceram *Hapughaham* Zeyl. dictam floribus oblongis, luteis, odoratis, *Champacca* Malabaris, *Pau Fule* Lusitanis *Herm. Mus. Zeyl. pag.* 64. estque Tsjampacca Indorum, sive arbor Uvifera Indica, foliis Lauri Americanæ *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 101. & Uvifera arbor Orientalis folio oblongo *Herm. Par. Bat. Pr. p.* 385. reliqua vide in *Thes. Zeyl. l. c.* & in *Ray. hist. pl. pag.* 1641. ut & in ejus *tom.* 3. *Dendrol. p.* 77. & *Append.* 83. sub nomine Tsjampaccæ arboris describitur a *Valent. p.* 214.

Michelia hoc genus vocatur a *Linnæo* in *Char. pl. gen.* No. 337. ubi ejus notus vide charactensticas.

UYTLEGGING

Van de zeven-en-zestigste Plaat,

Dewelke vertoont èen Tak van de gemeene *Sampacca*, alwaar Lett. A. deszelfs *bloem* afgezondert vertoont.]
B. Deszelfs *vrucht.*
C. C. De *Zaadkorrels.*

AANMERKING.

Van deze Boom heb ik verscheide benamingen gegeven in myn *Thes. Zeyl. pag.* 31. die in *Hermans Mus. Zeyl. pag.* 64. genaamt wert een groote Boom *Hapughaha* op Ceylon genaamt, met lankwerpige geele en riekende bloemen, *Champacca* by de Malabaren genaamt, en *Pau Fule* by de Portugeezen; en is de *Tsjampacca van de Indianen*, by *Breynius* in zyn tweede *Prodr. pag.* 101. en de Oost-Indische Druyf-dragende Boom met lankwerpige blaaden van *Herman* in zyn *Par. Bat. Pr. pag.* 385. het overige hier van zie in de *Thes. Zeyl.* op de aangehaalde plaats, en by *Ray* in zyn *histor. der plant. p.* 1641. en in het *derde deel Dendr. p.* 77. als mede in de *Append. p.* 83. onder de naam van *Tsjampacca-Boom*, wert hy by *Valent. p.* 214. beschreven.

Michelia werd dit geslagt genaamt van *Linnæus* in zyn *Charact. der planten No.* 337., alwaar men deszelfs kentekens ziet.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Sampacca silvestris. Tsjampacca Utan.

Silvestris hæc *Sampacca* truncum gerit magis erectum & altiorem, quam domestica, foliatura cæterum ac modo crescendi cum ipsa convenit, rami vero ejus sunt magis erecti, ac folia majora & ampliora, octo vel novem pollices longa, quatuor lata digitos, magisque viridia, pauciores habentia costas quam vulgaris, molliora, ac juniora fere lanuginosa in inferiore parte, quales & ramuli ac petioli, contrita autem florum odorem spirant, suntque saporis amaricantis, ac rubram tingunt aquam, in qua contrita hæc infusa fuere, atque hæc siccata viridem servant colorem, quum vulgaris fusca sint.

Flores cum præcedentis floribus omnino conveniunt, excepto quod petala sint latiora, albicantia, ac coloris straminei, odoris debilis, si vero culta sit arbor, ejus flores penetrantiorem & quasi luxuriosum fundunt odorem, minorem tamen domestica. Pistillum horum brevius est & latius, racemus vero frugifer cum baccis vulgari similis est, officula inclusa incerti sunt numeri, a binario usque in septenarium numerum, nec ita rubentia ac in priori, sed læte rubent quum matura sint.

Altera hujus silvestris occurrit species, quæ flores gerit ex luteo virides, forma cæterum cum priori convenientes, horum autem odor quoque fatuus est, ejus truncus lignum dat molle ac lentum, coloris obscure citrini, si sit recens, vel maceratum, odoremque spirat unguenti haud tamen ingrati, fere instar *Olei Laurini*, vel unguenti *Diapompholigos*.

Nomen. Latine *Sampacca silvestris* & *Alba.* Malaice *Tsjampacca Utan* & *Puti*, distinguendum vero est a domestica *Sampacca Puti*, in præcedenti descripta capite.

Locus. Raro occurrit in silvis Amboinensibus ac locis umbrosis, plurimum vero in Hitoënsi regione & circa Larique, in hortis etiam coli potest, ubi non majorem adquirit altitudinem quam domesticæ *Sampaccæ*, odor autem florum ibi exaltatur.

Usus. Hujus arboris lignum molle quidem est ac facile elaborari potest, attamen durabile est, nec facile fissuram patitur, non autem bene poliri potest. Fistulæ sclopetariæ ex illo formantur, ut & alia minora ad rem scriniariam pertinentia. Diutissime unguenti servat odorem, præsertim si occlusum fuerit.

Juniora ejus folia contusa in aqua macerantur, donec rubrum adquirat colorem, quæ ab Amboinensibus oculis instillatur, ut clarum reddat visum.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Pro silvestri *Sampacca* binæ arbores habentur, prima est *vulgaris alba*, quæ in silvis occurrit. Altera est *Sampacca montana* sequenti in capite descripta.

Primo *Sampacca Alba* seu *Tsjampacca Poeti*, hæc altiorem & rectiorem gerit truncum domestica: reliqua in textu.

Nullum peculiarem præbet hic flos usum, quum debilis sit odoris. Juniora vero folia parum contusa, & in aqua macerata, donec rubescat, ab Amboinensibus oculis instillatur, ut oculorum aciem augeat, illosque claros reddat.

Tabula Sexagesima Octava

Ramum exhibet *Sampaccæ Albæ silvestris.*

XXII. HOOFTSTUK.

De wilde Tsjampacca-Boom.

De wilde Tsjampacca *heeft een regter en hooger stam, dan de tamme, anders aan bladeren en wasdom dezelve zeer gelyk, doch de takken wasschen regter over eind; De bladeren zyn wat grooter, en breeder, acht en negen duimen lank, vier vingers breed, hoger-groen, met minder ribben, dan de gemeene, zagter in 't aantasten, en de jonge bykans wolachtig aan de onderste zyde, als mede de jonge takjes gewreeven zynde, ruikenze meer na de bloemen, bitter van smaak, en verwen het water roodachtig, daar menze gekneust in leid. De gedroogde houden haare groente, daar de gemeene bruin besterven.*

De bloeme is geheel en al de gemeene gelyk, behalven dat de bladeren wat breeder zyn, witachtig van coleur, als stroo, slap van reuk, doch gebavent zynde, werdze sterker en geil, echter de tamme nog al wykende. Het middelste pilaartje is wat korter en breeder, maar de vrucht-dragende tros, met zyne bezien, is de gemeene meest gelyk, de binnenste korrels zyn ongelyk van getal, van twee tot zeven toe, zo rood niet als de voorige, maar licht-rood, als zy ryp zyn.

Men heeft nog een tweede wilde zoorte, wiens bloemen uit den geelen naar den groenen trekken, anders van gedaante de voorige gelyk, werd slap van reuk, den stam heeft binnen een week en taai hout, donker-Citroen-verwig, als het vers is, of droog, zynde geweekt, heeft het een zalfachtigen, doch niet onlieffelyken reuk, bykans als het Oleum Laurinum, *of de zalve* Diapompholigos.

Naam. *In 't Latyn* Sampacca silvestris *en* Alba. *Op Maleyts* Tsjampacca Utan *en* Puti. *Doch te onderscheiden van de tamme* Sampacca Puti *in 't voorgaande Kapittel.*

Plaats. *Het werd weinig gevonden in de Amboinsche Bosschen, en in schaduwachtige plaatzen, meest op het Land van Hitoe, en omtrent Larique, men kan het ook in de boven planten, alwaar het niet hooger werd dan de gemeene* Tsjampacca, *maar de reuk van de bloeme werd verbetert.*

Gebruik. *Het hout van dezen boom is wel week, en laat zig ligt bearbeiden, evenwel durabel, en scheurd niet licht, doch men kan het niet wel polysten: Men maakt 'er laden van Roers van, als mede ander klein schrynwerk. Het behoud zynen zalfachtigen reuk zeer lang, inzonderheid als het opgeslooten staat.*

De jonge bladeren wat gekneust, en in water geweekt, tot dat het roodachtig werd, het zelve doen de Amboineezen in de oogen om het gezigt te verklaren.

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

Voor wilde Tsjampacca *werden twee boomen gehouden, de eerste is de* gemeene witte, *die men in 't wilt vint. De tweede is* Berg-Tsjampacca *in 't volgende Kapittel beschreeven.*

1. Sampacca Alba *of* Tsjampacca Poeti. *Deze heeft een hooger en regter stam dan de tamme. Het overige in den text.*


Men heeft geen zonderling gebruik van deze bloem, dewyl daar weinig reuk by is: De jonge bladeren wat gekneust, en in water geweekt, tot dat het roodachtig werd, doen de Amboineezen in de oogen om het gezigt te verklaren.

De acht-en-sestigste Plaat

Vertoont een Tak van de *witte wilde Tsjampacca-Boom.*



Michelia Tsjampacca. W.



CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Arbor Violaria. *Caju Mera Banda.*

ELegans arboris forma ac florum jucunditas hunc ipsi tribuit locum, licet arbor sit exotica, atque unica tantum a me observata anno 1657. in Bandæ insula summa circa urbeculam Lonthoiram, altissima autem erat arbor instar Tamarindi, vel paulo altior, trunco crassissimo, scabro, ac fisso cortice, coma densa & late extensa.

In ramis sine ordine tenues & erectæ erigebantur foliorum rachides arcte sibi junctæ, uti in *Blimbingo Bulu*, inque iis bini foliorum ordines sibi oppositi, duodecim ac plura paria in quavis rachide. Folia quoque formam habebant istius Blimbing, sed angustiora erant, ac superius magis acuminata, instar illorum *Cassiæ Fistulæ*, licet multo sint minora, superius pallide viridia seu flavescentia, inferius lanuginosa ac gilva.

Ejus flores plures simul progerminant longo insidentes petiolo in ramorum summo, tanquam uni insistentes umbellæ, inter horum vero pedunculos foliola squamosa excrescunt. Florum capitula, antequam sese aperiant, oblonga sunt instar Rosarum, sed glabriora, ejusdemque coloris.

Flos ipse ex quinque componitur petalis interne pallidis, rosacei coloris, formam gerens majoris Violæ, vel florum *Cannæ fistulæ*. In ejus centro incurvum locatur corniculum seu pistillum ventricosum, & acuminatum, fuscum, ex quo in aliis arboribus fructus seu siliqua excrescit, circa illud tria alia incurva & contorta, locantur stamina, in medio quoque ventricosa & lutea, in floris basi quinque alia apparent breviora stamina. Floris odor gratissimus est, ad Violam accedens, quantum autem novi, nulli huic subsequuntur fructus saltem in arbore Bandensi. Quum floret, quod mense Martio in Banda erat, tam copiosis ornatur floribus, ut e longinquo rosam penitus referat, quod elegans oculis præbet spectaculum, sed magis gratum naso, quum odorem spargat jucundissimum. De reliquis ejus facultatibus ac interiore substantia, plura addere non possum, quum ejus possessor nimis caram hanc æstimaret arborem, quam ut incideretur.

Nomen. Bandensibus verum ejus nomen erat incognitum, qui illam interim *Caju Mero*, h. e. arborem rubram vocabant. Ipsi Latinum tribuo nomen *Arboris Violariæ*, seu *Violariæ Cormandelicæ*, inquirendum enim est, an eadem sit arbor, quæ in Java Senting dicitur.

Locus. Uti supra dictum est, unicam tantum ejus arborem inveni in Lontora, quæ ibi in monte locata erat juxta civis cujusdam domum, atque uti dicebatur, antea ibi plantata & adducta erat a mercatoribus Javanis vel Malayensibus, qui semper exoticas quasdam arbores pro senioribus adducebant regionis hujus rectoribus, ut viliori venderent pretio Macim vel Nuces Moschatas, unde & hæc provincia variis abundat arboribus frugiferis præ reliquis vicinis insulis; alii autem mihi narrabant tales quoque arbores magna reperiri copia in ora Cormandelensi, ac forte in aliis Malayensibus ac vicinis ipsi regionibus.

Usus. Arbor hæc in Banda magno habebatur pretio, quum unica tantum in tota illa occurreret regione, ac præsertim ob gratos ejus flores, quos vicini adeo expetebant, ut continuo illos decerperent pro conviviis, nuptiis, aliisque festivis diebus, quod domino sæpius, qui homo morosus erat, displicebat, ita ut totam sæpe detruncare vellet arborem, sed continuis dehortationibus ac precibus id inpediebatur, donec tandem illam totam exstirpaverit, ita ut Banda caro hoc ac rarissimo privaretur dono: An autem hujus hominis invidia, an vero Bandensium civium negligentia (qui illam per ramos facile propagare potuerant,) magis sit culpanda, aliis judicandum relinquo. Utraque non esset absolvenda, si hujus ævi mos ipse illos non absolveret, qui nullas æstimant res, nisi quæ crumenis augendis inserviunt.

Isto anno tres hujus arboris ramos in Amboinam adduxi, ibique plantavi, quorum bini perierunt, quum aqua

XXIII. HOOFTSTUK.

Violier of Roode-Boom.

DE schoone gedaante dezes booms, en lieffelykheid der bloemen heeft hem alhier een plaats verworven, hoewel 't een uitlandsche boom, en maar een eenige van my gezien is, Anno 1657. in Banda op 't hooge Eiland in 't steedeken Lonthoir, het was een zeer hoogen boom, als een Tamaryn-boom, of wel zo hoog met een zeer dikken stam, ruige en geborstene schorsse, een digte en wel uitgebreide kruin.

Aan de takken stonden zonder order, en digt achter malkander dunne en regte ryskens, gelyk aan de Blimbing Bulu, *en daar aan kleine bladeren in twee ryen regt tegen malkanderen, by twaalf en meer paren aan ieder rysken. De bladeren waren ook, als die van voornoemde Blimbing, doch smalder, en vooren meer toegespitst, gelyk die van* Cassia Fistula, *hoewel veel kleinder, boven ligt- of geel-groen, van onderen wolachtig en vaal.*

Deze bloemen staan veel by malkander op lange steeltjes, bykans in een dolle, tusschen welke steeltjes aan 't uitterste der takken, daarze t'zamen stooten, staan verscheide groene en kleine blaadjes, als schubben. De knoppen der bloemen, eerze opengaan, zyn lankwerpig, als rooze-knoppen, doch gladder, en van de zelfde coleur.

De bloeme zelfs bestaat uit vyf blaadjes, van binnen bleek en roozeverwig, gefatzoeneert als een groote Viool of de bloeme van Canna Fistula. *In de midden staat een krom hoorntje, met een breede buik, en een bruine spits, waar uit aan andere boomen de vruchten of houwen wasschen, om het zelve staan drie andere kromme en gedraayde draaden, ook in de midden buikig en geel, op den grond van de bloem ziet men nog vyf andere korte draatjes. De reuk van de bloemen is zeer lieflyk, en na de Violen trekkende, maar zo veel my bekent is, volgender geene vruchten op deze bloemen, immers aan den Bandaezen boom. Als hy bloeit (het welk was de maand Maart in Banda) staat hy zo vol bloemen, dat hy van verre, als vol roozen schynt, een aangenaam spectakel voor het gezigt, maar nog meerder voor den reuk, dien hy als dan verre van zig verspreit. Van zyn verdere eigenschappen en binnenste substantie kan ik niets meer schryven, om dat den eigenaar hem al te waart hielt, om daar in te kappen.*

Naam. *By de Bandaneezen was zyn regte naam onbekent, die hem by provisie* Caju Mero *(dat is roode boom noemen) ik geef hem in 't Latyn de naam van* Arbor Violaria, *of* Violaria Cormandelica, *staande nog te onderzoeken, of hy dezelve zy met die gene, die men op Java* Senting *noemt.*

Plaats. *Als boven gezegt, heb ik maar eenen boom op Lontor gevonden, staande aldaar op den berg naast een Burgers huis, en zo men zeide, was hy in voorige tyden aldaar aangebragt door de Javaansche of Maleytsche Koopluiden, die telkens eenige vreemde boomen aan de oude Regenten des Lands medebragten, om beter koop te vinden aan de Noote-musschaten of Foely, waar door die Provincie van alderhande vrucht-boomen, boven hare naburen, tot nog toe verzien is, andere zeiden my, dat diergelyke boomen op de kust van Cormandel overvloedig te vinden waren, en misschien in andere Maleytsche, en nadere Landen meer.*

Gebruik. *Dien boom was in Banda in groote agting, om dat 'er maar een eenige op het geheele Land was, en wegens zyne lieflyke bloemen, daar de buuren zo gretig op waren, datze die geduurig afbaalden op Bruiloften en andere Hoogtyden, het welk den eigenaar (die een korzelig hooft was) dikwils verdroot, dat hy den geheelen stam daar neer wilde bakken, maar telkens wederom verbeden wierde: Eindelyk heeft hy hem nog omgekapt, en zo wierd Banda van een van hare beste rariteiten berooft. Of nu dezes Mans nydigheid of der Bandaneezen Borgers sloffigheid (die hem ligt met takken hadden konnen voortplanten) meer te berispen zy, laat ik andere oordeelen. Zy zouden beide niet te ontschuldigen zyn, indienze de mode van de tegenwoordige Eeuwe niet zelfs verschoonde, dewelke geene dingen acht, die niet in de beurze dienen.*

Ik hebbe in 't voornoemde jaar drie takken van dezen boom mede naar Amboina gebragt, en aldaar geplant, waar

aqua marina infecti fuerant, tertius autem eleganter excreſcebat, ſed idem cum matrice arbore ſubibat fatum, quum enim in conducto ſtabat horto, cujus poſſeſſor flores ejus tam cupide videbat, ac latro patibulum, brevi etiam cædebatur.

Dein intellexi, talem quoque juniorem arborem reperiri in arvo quodam circa eandem urbeculam Lontoram, dicto *Lackoy*, an autem ſponte ibi progerminaverit, an vero nuper per ramos ibi propagata fuerit, me latet.

In *Appendice* pro ARBORE VIOLARIA ſubſtitui vult *Rumphius* SAMPACCAM MONTANAM ſeu TSJAMPACCA GOENONG, quæ ſequentem in modum ibi deſcribitur.

Vera ſilveſtris ſeu montana Sampacca truncum gerit erectum & altiorem quam omnium præcedentium, foliaque producit ſimilia aliis Sampaccæ foliis, ſed rugoſiora, nec ſubtus lanuginoſa, quæ ſimplicia ſunt & ſolitaria, ramuliſque inſident incurvis & nodoſis. Flos ſolitarius provenit ex novem formatus petalis, quæ introrſum in tribus triangulis locantur, quorum tria exteriora operculi vicem gerunt: quam diu arbori inhæret flos, eſt flavus, avulſi vero flores mox fuſci ſunt, eorumque pars inferior albeſcit, odoremque habent ad Meſpilos accedentem.

Ex medio tubo ſimplex excreſcit fructus magnitudine Pruni, ſed ejus pars ſuperior obliqua eſt, externe rugoſus eſt & quaſi ſquamoſus ſeu paleaceus, ſed non dehiſcens, uti in Manoæ ſeu Pyrorum Sinenſium fructibus. Maturus vero in viginti circiter cellulas diviſus ſeſe aperit, quarum quævis oſſiculum continet planum ac rubrum fructibus *Corallariæ Parvifoliæ* ſimillimum, ſed tenuius. Fructus avulſi vix per 24 horarum ſpatium integri ſervari poſſunt, quin in plurimas rimentur partes ſeu ſegmenta juxta ſquamarum numerum, quas externe exhibent, quævis autem interne cameram repræſentat inſtar cymbæ excavatam, in qua memorata rubentia oſſicula locantur, quæ anguſtiſſima ſua parte per parvum filamentum adnectuntur medio communi ſtilo.

Trunci cortex eſt cinereus, rugoſus, fiſſus, & muſcoſus, interna parte flaveſcens. Lignum eſt album, & longitudinalibus conſtat fibris, ſed non durum eſt, ſi hæ arbores recentes incidantur, tum gratum, ſed debilem fundunt odorem, qui in detruncato penitus diſparet ligno, unde dulcis ac gratus iſte odor tantum in vetuſtis & deciduis obſervatur arboribus, quales anno 1693 circa Alang & Hatoe in remotis montibus varias invenimus, quæ gratum ſpirabant odorem, nemo autem incolarum nobis vegetam demonſtrare volebat arborem, dicentes, ſeſe deciduarum modo arborum ramenta & fruſta ex ſilvis petere, pro uxoribus ſuis, quæ ex illis odorata præparant unguenta. Omnes vero, quæ poſt pagum *Soeli* locatæ ſunt, juniores ſunt arbores, incolæ vero dicebant, idem illud lignum deciduarum arborum ab uxorculis ſuis etiam in uſum adhiberi.

Nomen. Latine mihi dicitur *Sampacca montana*. Malaice *Tsjampacca Utan*, ſeu *Tsjampacca Goenong*, quum præcedens alba Sampacca pro ſilveſtri quoque habeatur ſpecie. Wayenſes & Soelyenſes illam vocant *Pokor Coepan Waſſi*, Alanghenſes vero nobis nullum aliud ſubminiſtrarunt nomen niſi *Bour Hanit*, quod ſine dubio erroneum eſt, quum *Hanit* ſeu *Hanet* alia penitus ſit arbor a nobis *libro quarto* deſcripta.

Locus. In altis creſcit montibus ventoſiſque circa Dammaræ arbores poſt pagos Way & Soely in montibus *Elacka-Siaman*.

Uſus. Quum hæc arbor ita raro occurrat, nec huc uſque bene nota ſit, hinc ſiccum ejus lignum tantum in uſum venit, quod aliquando in altis montibus ex deciduis arboribus colligitur. Quidam tam latos ex illo adquiſivere aſſeres, ut ex iis ciſtas formaverint, quum vero illud lignum non elegantis eſſet coloris, hinc ad Sandapilas illud adhibuerunt.

Noſtrates pluris id fecerunt, atque ex ejus minutis ſegmentis oleum tentarunt deſtillare, quod fortem foliorum Limonis Poerrut ſpirabat odorem, ſed tam pauca illud exhibebat quantitate, ut vix operæ pretium eſſet. Alius vero ac melior modus eſt, ſi hujus li-

waar van 'er twee uitgingen, om dat haar het Zee-water geraakt hadde, de derde begon fraay op te komen, maar hy kreeg het lot van zyn Moeder, want ſtaande op een gehuerden bodem, wiens eigenaar de bloemen zo gaarn zag, als den dief de galg, moeſt hy mede wandelen.

Naderhand heb ik verſtaan, dat diergelyke jongen boom te zien was in zeeker Erf, omtrent het zelve ſteedeken Lontor, genaamt Lockoy, *of hy aldaar van zelfs voortgekomen, of eertyds met takken geplant zy, is my onbekent.*

In het Byvoegzel *wil* Rumphius, *dat men voor de* ARBOR VIOLARIA *ſtelt de* BERG-TSJAMPACCA, *ofte de* TSJAMPACCA GOENONG, *die aldaar op de volgende wyze beſchreven wert.*

De regte wilde of berg-Tsjampacca gewint een grooter, regter, en hooger ſtam dan alle de voorgaande, heeft wel bladeren als ander Tsjampacca, doch ſtyver en van onderen niet wolachtig, ſtaande enkeld aan kromme en knoestige takskens. De bloem ſtaat enkeld, gemaakt van 9. blaadjes binnen malkander in 3. Triangels ſtaande, waar van de drie buitenſte het dekzel zyn, aan den boom bleekgeel, doch de afgebrokene werden ſtraks bruin, en de onderſte helft blyft wit, van reuk als Miſpelen.

Uit het middelſte pylaartje werd een enkelde vrucht in de grootte van een pruim, doch de voorſte hoek ſtaat wat ſcheef, van buiten wat ruig en als ſchilfferachtig. Doch niet opengaande, ſchier als aan de vruchten Manoa of Sineeze Peeren. De rype valt in omtrent 20. huiskens van malkander, ieder verbergende een platte en roode korrel, de vruchten van Corallaria Parvifolia *gelyk, doch dunder. De afgebrokene vruchten kan men qualyk een etmaal heel behouden, ofze berſten in veele ſtukken na 't getal der ſchubben, die zy van buiten verbeelden, en ieder vertoont van binnen een kamertje als een ſchuitje, daar in gemelte ligt-roode zaden ſchuilen, met de ſmalſte hoek aan een klein draatje aan de middelſte pilaar vaſt.*


De ſchorſſe is graauw, ruig, geborſten, en moſchachtig, van binnen bleek-geel. Het hout is wit, en regtdradig, doch niet hart. Als men vers in deze boomen kapt, zo werd men een aangenaamen, doch ſlappen reuk gewaar, maar aan het afgekapte hout niet met al. Dierhalven dien zoeten en aangenamen reuk alleenlyk aan de oude en omgevalle boomen gezogt werd. Diergelyken wy Anno 1693. *omtrent* Alang *en* Hatoe *ver in 't gebergte verſcheide gevonden hebben van een aangenaamen reuk, maar niemant van de Inlanders wiſte of wilde ons den groeyenden boom aanwyzen, zeggende, datze het omgevalle hout maar met ſpaanders en ſtukken uit het Boſch haalden voor haare vrouwen, om welriekende zalven daar van te makan. En alle die gene, welke achter het dorp* Soeli *ſtaan, zyn nog jonge boomen, doch de Inlanders zeiden, dat het zelve hout van omgevalle boomen by haar vrouwtjes mede gebruikelyk was.*

Naam. *Ik noem hem in 't Latyn* Sampacca montana. *In 't Maleyts* Tsjampacca Utan, *of* Tsjampacca Goenong, *dewyl de voorgaande witte Tsjampacca ook voor een wilde zoorte gehouden werd. Die van Way en Soely noemen hem* Pokor Coepan Waſſi. *Die van Alangh hebben ons nog tot geen ander naam opgegeven dan* Bour Hanit, *welk buiten twyffel een abuis is, vermits* Hanit *of* Hanet *een geheel ander boom is, en van ons in 't 4. boek beſchreeven.*

Plaats. *Hy waſt in 't hooge gebergte, daar het luchtig is, en omtrent de Dammar-boomen, achter de Negoryen van Way en Soely in 't gebergte* Elacka-Siaman.

Gebruik. *Wyl dezen boom zo zelden gevonden werd, en tot nog toe niet ter degen bekent is, zo heeft men zig met het drooge hout beholpen, waar van men nu en dan in 't hooge gebergte een omgevallen boom vint. Zommige hebben zo breede planken daar van gekregen, datze kiſten daar van gemaakt hebben, dog dewyl het hout van geen aanzien was, zo hebbenze dit tot doot-kiſten gebruikt.*

De onze hebben wat meer werk daar van gemaakt, en voor eerſt uit het klein gekapte hout een Oly zoeken te diſtilleren, 't welk wel kragtig van reuk was na de bladeren van Lemoen Poerrut trekkende, doch daar quam zo weinig van, dat het de moeite niet waart was. Een ander





Talauma Rumphii. Bl.

ligni raſura in Canarii oleo maceretur, & poſt aliquot dies per pannum trajiciatur, oleum præbet gratum, in hunc vero finem oleum minimorum Canariorum eſt eligendum, qualia in Banda & Boero creſcunt, magna enim & vulgaria Canaria oleum dant rancidum. Eadem hæc raſura ſacculis indita, & inter veſtimenta depoſita, ipſis gratum conciliat odorem.

der en beter manier is, als men het zaagzel van het hout in Canary-Oly weekt, en na eenige dagen door een doek perſt, zo komt 'er een aangenaam Oly van, doch hier toe moet men de Oly van kleine Canaris verkiezen, diergelyken in Banda en op Boero vallen, want de gemeene groote Canaris tot Oly gemaakt, rieken wat garſtig. Het zaagzel in linne zakjes gedaan, en tuſſchen kleederen gelegt, geeft dezelven een aangenamen reuk.

EXPLICATIO

Tabulæ Sexageſimæ Nonæ,

Quæ ramum exhibet *Sampaccæ montanæ.* Ubi Litt. A. *conum* denotat *frugiferum.*
B. Ejus *cellulas*, in quibus ſemen reconditur.
C. *Semen* ipſum.

UYTLEGGING

Van de negen en zeſtigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de Berg-Sampacca Boom. Alwaar Lett. A. vertoont deszelfs *vruchtdragende knop.*
B. De *kamertjes*, daar het zaat in beſlooten is.
C. Het *zaat* zelfs.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Lingoum: Anxana. Caju Lingoo.

Licet hæc proprie arbor pertineat ad ligna ædificatoria ſeu tigna, hic tamen loci inter floriferas, ob inſignes, quos gerit, flores, eam locare volui, qui ob gratum odorem famoſi admodum ſunt, ejusque lignum inſuper dignum eſt, ut ob jucundum odorem inter odoratas numeretur arbores. Hujus tres præcipue obſervavimus ſpecies, inter ſeſe variantes, quarum prima rubrum, altera album, ac tertia ſaxatile vocatur *Lingoum*, de binis autem primis ſpeciebus hoc in capite agemus.

Rubrum itaque *Lingoum* arbor eſt altiſſima, & ſilveſtris, raro trunco conſtans erecto, plurimum vero ſinuoſo & craſſo, qui ad inferiorem ejus partem amplam format baſin ex latis alis conſtantem, quique ſupra ſæpe in binos tresve dividitur truncos, qui corticem habent fiſſum & quaſi laciniatum, aliis paraſitis concretum herbis. Rami glabrum, ſuccoſum, & lentum gerunt corticem inſtar Salicum: In his erectæ locantur rachides, in binos ordines alternatim locatæ, inque iis folia ſimili ſita ſunt modo cum uno impari extremo.

Folia hæc ſunt cordiformia, integra, inferiore parte rotunda & ampla, ſuperius autem acuminata & cito anguſtata, *Cannæ fiſtulæ* foliis ſimillima, ſed minora, tres nempe quatuorve pollices longa, binos lata, tenuibus parallelis coſtis pertexta, læte viridia, glabra, elegantemque præbentia adſpectum.

In vetuſtioribus vero arboribus ſuperius ſunt rotundiora, breviora, & firmiora, ex rachidis folioſæ ortu longi excreſcunt racemi, inque iis plurimi ſimul floſculi Violæ formam habentes, ex tribus conſtantes minoribus petalis, quorum latiſſimum ac ſummum extrorſum reflectitur, bina autem inferiora ſibi mutuo opponuntur inſtar alarum, atque decem contegunt ſtamina antheris flavis ornata, arcte ſibi juncta, crocei elegantisque coloris, ſunt autem tenera atque hinc rugoſa, citoque marceſcentia, gratum vero ſpirantia odorem, perfecte inſtar *Leucoji lutei*, non autem ita durabilis eſt hic odor.

Flores hi viridi inſident caliculo, eorumque petioli in ortu geniculati ſunt, quales & ramorum rachides. Foliorum odor gramineus eſt, ſique manducentur, mucoſa ſunt. Poſt flores iisdem in racemis fructus excreſcunt forma tenuium diſcorum, magis autem ſiccum folium quam fructum referentes, minores nummo imperiali, uno autem latere prominentem gerunt angulum, ſeu brevem apicem, atque prope pedunculum una fructus ora ſinum efformat, ſunt autem inſtar cochlearis excavati. Circa oras fructus hi ſimplices ſunt inſtar pellis, in medio autem duplicati, protuberantes, certisque venis elevati, ſicci, ac duri. In hoc ventre ſeu duplicatura binæ tresve occurrunt cellulæ, in quibus tot locantur oblonga ſemina ſilva, glabra, & dura, Cucumeris ſemina æmulantia, quæ ab una

XXIV. HOOFTSTUK.

De Lingoa-Boom.

*Hoewel dezen boom eigentlyk onder de timmerhouten behoort gerekent te werden, zo hebben wy echter hem alhier onder de bloemdragende plaats gegeven wegens zyne bloem, dewelke om haare aangename reuk vermaart is, zynde daar en boven het hout, wegens zyn goede reuk, ook waardig onder de welriekende boomen geſtelt te werden. Wy hebben daar van drie principale zoorten aangemerkt, met eenige kleine veranderingen, te weten; eerſt het roode, ten tweede het pelzige, of witte, ten derde het ſteen-*Lingoo, *waar van de twee eerſte zoorten in dit Kapittel zullen beſchreven werden.*

Eerſtelyk. Het roode Lingoo *is een zeer hoogen Woutboom, zelden met een regten, maar meeſt bogtigen en dikken ſtam, beneeden een grooten ſtoel met breede vlerken makende, en boven zomtyds zig in twee of drie ſtammen verdeelende, met een geſcheurde en gelapte ſchorſſe, en dikwils met andere ruigte bewaſſchen. De takken hebben een gladde, zappige, en taye ſchorſſe, gelyk de Willigen: Aan dezelve ſtaan regte ryskens, in twee ryen verwiſſelt tegens malkanderen, en aan dezelve de bladeren in gelyke order, met een voor uit alleen.*

Deze bladeren zyn wat hertformig, dan zonder klove, maar achter rond, breed, vooren ſchielyk toegeſpitſt, die van Canna Fiſtula *zeer gelyk, doch kleinder, namentlyk drie en vier duimen lank, twee breed, met fyne evenwydige dwersribben, zeer jeugdig-groen, glad, en fraai van aanzien.*

Aan de oude boomen zynze van vooren wat ronder, korter, en ſtyver, uit den ſchoot der ryskens komen lange troſſen voort, en daar aan bloemkens veele by malkanderen, gefatzoeneert als een Viole, en uit drie blaadjes gemaakt, waar van 't breedſte en bovenſte uitwaarts gebogen ſtaat, en de twee onderſte ſtaan tegens malkander, als twee wangen, en bedekken tien draatjes met geele nopjes, digt tegens malkander ſtaande, ſchoon-geel van coleur, teer, en daarom wat rimpelig, en haaſtig verſlenzende, zeer zoet en aangenaam van reuk, regt als de geele Violen of Leucojum Luteum, *doch zo beſtendig niet.*

Zy ſtaan in een groen kelkje, en hare ſteelen hebben by haren oorſpronk eenige knietjes, gelyk ook de ryskens aan de takken. De ſmaak der bladeren is grasachtig, en in 't kauwen wat ſlymerig. Na de bloemen aan dezelfde troſſen waſſchen de vruchten, in de gedaante van dunne ſchyven, doch meer een gedroogt blad, dan een vrucht gelykende, wat kleinder als een Ryxdaalder, doch aan de eene kant hebbenze een uitſteekende hoek of korte ſpitze, en by de ſteel maakt de eene rand een bogtje, en zyn wat hol, als een lepeltje. Aan de kanten zynze maar enkelt, als een vel, maar omtrent de midden dubbelt, buikig, en met eenige uitbuilende aderen wat rimpelig, droog, en hart. In dezen buik vind men zaden, vaal, glad, en hard, de zaden van Komcommers gelykende, doch aan de eene hoek zynze breed, en hebben een naveltje, als een boone, daar bin-

una parte lata ſunt & umbilicata inſtar fabarum, in his viridis reconditur ſubſtantia in bina ſegmenta diviſibilis.

Ejus lignum variam exhibet ſubſtantiam & colorem, ſub ſuccoſo enim cortice album occurrit lignum, binos treſve digitos craſſum, quod tamen non ubique ita craſſum eſt nec apparet, in quibusdam enim locis mox ſub cortice, ac præſertim in alis & radicibus rubrum apparet lignum, ſub tenui reconditum alba ſubſtantia, atque magis introrſum ſubſtantia ſanguinei coloris, Sándalo rubro adeo ſimilis, ut vix diſtingui poſſit, excepto quod *Lingoum* craſſioribus conſtet fibris. Lignum hoc difficulter per medium finditur, quum intricatum admodum ſit, variis contortum fibris ac nodis, unde potiſſimum ſerra elaborandum atque oblique perdolandum eſt, ſi vero ex vetuſtis ſit arboribus, tandem lævigari ac poliri poteſt, peſſimum vero eſt, quod hoc lignum fruſta non exhibeat magna concoloria, ſi enim magis introrſum vergat, album iterum adquirit colorem, eſtque molle & carioſum, vel omnino excavatum.

Odor recens elaborati ligni eſt aromaticus ac gratus, proxime accedens ad Sandalum Citrinum, vel magis ad lignum *Caju Lacca* dictum, quod licet ſit flagelloſum, cum hoc tamen *Lingoo* magnam habet affinitatem. Optima hujus ligni fruſta colliguntur ex alis prope radicem cæſis, atque ex mediocri arbore firmæ ſatis poſtes ac trabes formari poſſunt, quum ejus cor ſubſtantiam gerat ſolidam.

In vetuſtis arboribus hujus ligni fruſta occurrunt læte rubentis coloris, eleganter ſtriata ac ſolida, adeoque pinguia, ut igni oppoſita oleum exſudent, quod & Agallochum itidem præſtat, ejusque odor multo magis gratus eſt quam in reliquo arboris ligno, quod, ſi comburatur, nullum vel paucum admodum exhibet oleum, ac fundit odorem, copioſum vero acriterque vellicantem fumum.

Fruſta hæc ita eleganter ſæpe ſunt variegata, ut flammam quaſi cum fumo ſuo repræſentent, qualia Malayenſes & Macaſſarenſes valde expetunt, ex quibus armorum vaginas formant. Hæc ſatis bene poliri poſſunt, ſed rubentem ac corallinum non diu ſervant colorem, quum ſicca in fuſcum atque obſcure rubentem tendant colorem, talia quoque ſegmenta circa corticem, ubi truncus fiſſus eſt, ac continuo per ſolis radios agitatur, obſervantur, qui pinguedinem ad has adtrahunt partes, hasque externe nigricantes & quaſi exuſtas reddunt, ſub quibus fuſcum ac dein læte rubens reconditur lignum, ubique ita pingue, ut iſtud oleum ad ignem exſudet ex illo. Tales ſæpe arbores in ſaxoſis ac præruptis inveni litoribus, quarum anteriores radices ab aqua marina conſperſæ ac viciſſim radiis ſolaribus exuſtæ erant, poſteriores vero ſeu quæ ad terram ſitæ erant, neutiquam, quum hæ aliis obtegebantur herbis, in quibus obſervabam, priores iſtas radices eſſe eleganter rubentes, pingues, & odoratas, unde concludebam, Solis ardorem hujus arboris pinguedinem in illas adtrahere, atque ibi quaſi concentrare. In aliis enim arboribus, excavatas itidem in litore radices gerentibus, ab aqua marina itidem & copioſe conſperſas, ſed parum a ſolaribus exagitatas radiis, nullum fere vel paucum admodum reperiebatur rubrum ac pingue iſtud lignum.

Alterum album ſeu molle *Lingoum*, quod vulgatiſſimum, priori ſimile eſt modo creſcendi ac forma, ejus autem folia ſunt magis oblonga & majora, ad *Cannæ Fiſtulæ* folia magis accedentia, ultra quatuor & quinque pollices longa, binos & binos cum dimidio lata. Flores vero ejus, fructus, ac ſemina priori ſimillima ſunt, excepto quod fructus ſint majores inperiali, gilvi, illorumque angulus eminens latior, & major, ac ſemina medullam habent viridem, externa autem ſpecie hæc arbor vix a priori diſtinguenda eſt, maximaque differentia in ligno conſiſtit, quod in hac ſpecie duplex eſt. Primum itaque eſt citrinum ſeu flavum, atque ad ejus extremam partem & circa nodos quasdam gerit maculas rubras, quæ ſæpe tantæ ſunt, ut pro prima haberetur ſpecie, lignum autem hoc multo magis fungoſum eſt, ac craſſioribus conſtat fibris, vix vel nunquam per longitudinem findendum, quum ejus venæ obliquæ ac ſibi intricatæ decurrant, quod difficile eſt ferris aliisque inſtrumentis elaborandum, nunquam vero poliri poteſt. Alterum ex flavo-cinereum eſt pauca rubedine mixtum, priori

binnen zit een groenachtig beeſtje, dat men in tweeen delen kan.

Het bout is zeer ongelyk van ſubſtantie en coleur, want voor eerſt onder de zappige ſchorſſe heeft men een wit bout, twee en drie vingers dik, en dat ook niet over al, want op zommige plekken vind men ſtraks onder de ſchorſſe, zonderlyk aan de vlerken en wortelen, een rood bout, onder dit witte ſpint, wat innewaars vind men een bloed-rood bout, het roode Zandel zo gelyk, dat menze qualyk onderſcheiden kan, behalven dat de Lingoo *wat grofdradig is. Dit bout ſplyt zeer moeylyk in de lengte, want het is verwert, dradig of windig, en quaſtig, daarom men 't meeſt met de zaage bearbeiden, en over dwers ſchaven moet, evenwel zo 't van oude boomen is, laat het zig eindelyk nog glad werken, en polyſten; maar 't ſlimſte van dit bout is, dat men geen groote ſtukken van een coleur daar uit kan krygen, want ſtraks na binnen toe werd 't wederom bleeker, als een gebakken ſteen, zynde voorts 't hert wederom witachtig, week, en vermolzemt, of t'eenemaal hol.*

De reuk van het vers gewerkte bout is ſpeceryachtig, en lieffelyk, zeer na, als witte Zandel, of nog nader, als 't bout Caju Lacca *genaamt, het welk hoewel een touwgewas zynde, met de* Lingoo *groote gemeenſchap heeft. De beſte ſtukken heeft men uit de vlerken naaſt de wortel gebouwen, en uit de middelbare boomen kan men ook maſſive ſtylen en balken hebben, want aan dezelve 't hert nog vaſt van ſubſtantie is.*

Aan de regt-oude boomen vind men ook ſtukken van dit bout, ligt-rood van coleur, ſchoon geadert, maſſyf, zo vet, datze aan 't vuur gebouden, Oly uitſweeten, gelyk 't Agel-bout doet, zynde den reuk daar by veel aangenamer dan aan 't ander bout van den boom, 't welk in 't branden geen of weinig Oly en reuk van zig geeft, maar een ſcherp bytende rook.

Deze ſtukken zyn zomtyds zo ſchoon geadert, dat men een grooten brand, met een draayenden rook, daar in ſpeculeeren kan, diergelyke de Maleyers en Macaſſaren zeer zoeken, om kris-ſcheeden van te maken. Zy laten zig redelyk wel polyſten, maar houden hare coraal-roode verwe niet lange, en beſterven bruin-rood, zulke ſtukken vind men ook omtrent de ſchorſſe, daar de ſtam geſcheurt is, en geſtadig van de Zon geraakt werd, dewelke de vettigheid na deze plekken trekt, dezelve van buiten ſwart en verbrand maakt, waar onder 't bruine, en daar na 't ligt-roode-bout leid, doch over al zo vet, dat voornoemde Oly aan 't vuur uitſweet. Ik heb diergelyke boomen op ſteenige en ſteile ſtranden gevonden, wiens voorſte wortelen van 't zout water beſpat, en met beurten door de heete Zon gebrant wierden, maar de achterſte of Landelykſte geenzints, als zynde met eenige ruigte bedekt, waar aan ik bemerkte, dat de eerſte wortelen ſchoon rood, vet, en welriekende waren, en daar uit beſloot, dat de Zonne-hitte de vettigheid in dezen boom by malkander vergaderde. Want aan andere boomen, die ook met holle wortelen op ſtrand ſtonden, van 't Zee-water rykelyk beſpat, doch weinig van de Zonne getroffen wierden, was geen of weinig rood of vet bout te vinden.

De tweede. Het witte of weeke Lingoo *zynde 't gemeenſte, is de voorige aan wasdom en gedaante meeſt gelyk, de bladeren zyn wat lankwerpiger en grooter, die van* Canna Fiſtula *nader komende, ruim vier en vyf duimen lank, twee, en twee en een halve breed. Bloemen, vruchten, en zaaden zyn als aan 't voorige, behalven dat de vruchten grooter zyn dan een Ryxdaalder, ligt-vaal, en de uitſteekende hoek is wat breeder, en grooter, en de zaden hebben van binnen een groen merg, doch aan 't uiterlyk aanzien kan men dezen boomen qualyk onderſcheiden, zynde 't merkelykſte verſchil in 't bout gelegen, 't welk in deze zoorte tweederlei is. Het eerſte is bleek-geel, en heeft aan de kanten, en by de knoeſten zommige roode plekken, zomtyds zo groot, dat men 't voor 't eerſte geſlagt aanziet, doch dit bout is veel vooſſer en grofdradiger, qualyk of nooit regt ſplytende, om dat de aderen ſchuins door malkanderen loopen, moeyelyk voor de zaagen en ſchaven, en laat zig nooit glad werken. Het tweede is uit den geelen graauwachtig, met weinig of geen rood gemengt, anders 't voorige gelyk, beide van een redelyk en maſſyf hert, buiten met een wit ſpint omgeven, en*

priori cæteroquin ſimile, & utrumque ſatis ſolidum gerit cor, quod externe alba textura obductum eſt, unde & rudioribus operibus mechanicis melius inſervit quam rubrum.

Omnes porro *Lingoi* ſpecies hanc habent proprietatem, quod ex vulnerato cortice, præſertim ramorum, ac ubi is glaber eſt, tenuem ac læte rubentem exſtillent ſuccum, qui mox in obſcure rubens ac molle concreſcit gummi, inſtar ſpiſſi ſanguinis vel opaci Rubini ſeu Pyropi. Hæc quoque arbor adeo luxurioſa ac vegetabilis eſt, ut non ſolum ejus rami, ſi terram tangant, progerminent, ſed etiam magna trunci ſegmenta, ſi in ſilvis projecta ſint, undique tot emittant ramos, ut intra annum virgultum efforment, unde & apti ſunt hi rami ad hortorum ſepes, hoc autem mali habent, ut, ſi terræ commiſſi fuerint, plerumque albas generent formicas.

Florendi tempus plurimum eſt in Menſibus Auguſto & Septembri, quum rubra inprimis ſpecies tot floribus onuſta eſt, ut tota arbor e longinquo unicum referat luteum florem, gratumque undique fundat odorem: Fructus matureſcunt a Februario usque in Aprilem.

Nomen. Prima ſpecies Latine vocatur *Lingoum Rubrum*, generale autem nomen Malayenſe eſt *Anxana*, quod Sinenſes *Angſela* pronunciant, vulgatiſſimum vero ac maxime notum nomen eſt *Lingoo* & *Lingoa*, ac particulare primæ ſpeciei *Lingoa Mera*, & *Lingoa Bonga*, quum hæc rubra ſpecies plurimos proferat flores, alii autem *Lingoa Bonga* primam vocant ſpeciem mollem, quæ ad oras rubra eſt. Ternatenſibus dicitur *Lingo*. Macaſſarenſibus *Pattene*. Amboinenſibus *Nala kiri* a rubro colore ſimili avi *Kiry*: Malayenſibus *Noeri* ſeu *Loeri*. Boegenſes populi illam vocant *Tſjendana*, ex ignorantia cum Sandalo illud confundentes ob communem forte horum lignorum odorem, uti quidam Macaſſarenſes omne *Lingoum Tſjampagga* dicunt, ob gratum ac roſaceum odorem. In Bima vocatur *Narra*; in Timora *Sana* & *Na*.

Altera ſpecies dicitur *Lingoum molle*. Malaice *Lingo Puti*, & *Gabba Gabba*, & *Lingo-Parampuan*: Amboinice *Nala Uppar*, & *Nala Uppal*, idem ſignificans, non quidem quum lignum ſit adeo molle, ſed quum rugoſum ſit inſtar fungoſæ *Gabbæ Gabbæ*, nec facile poliri poſſit.

Locus. Omnes Amboinenſes inſulæ ſatis copioſe hoc exhibent lignum, in ſilvis cunctis præterea invenitur levioribus, in locis declivioribus etiam melius creſcit, ut & ad montium pedes, quam in altioribus ac frigidioribus montibus, ubi raro occurrit. Notum porro eſt per totam aquoſam Indiam a Malacca per Sumatram, Javam, Macaſſaram usque in Moluccos; juxta relationem Sinenſium in Auſtrali Sinæ parte quoque occurreret, ibidemque vocaretur *Tſchet Zutt*.

Uſus. Ambo hæc ligna magno in uſu ſunt ad tigna & ſcriniaria opera, ita ut inter præcipua ædificatoria harum inſularum ligna numerentur, ex quibus poſtes, trabes, & aſſeres formantur, certo tamen diſcrimine: Rubrum enim lignum eſt ſatis ſolidum, ſed non magna exhibet ſegmenta, ob fungoſum ac excavatum ejus cor, unde & plurimum ad ciſtas, forium faſtigia, aliaque ſcriniaria expetitur opera.

Ex alba & pallida ſpecie aſſeres ſatis ampli formari ſed, uti dictum, non bene poliri poſſunt, ſique tractentur, ramenta ſæpe emittunt, unde & difficile dedolantur, ſemperque rugoſæ remanent maculæ. Si rubrum ſit lævigatum, poliendum eſt raſura ſua, aſſuliſque fortiter perfricandum, ac dein laneo panno, ſi cera primum leviter fuerit obductum, detergendum, unde diu rubrum ſuum ac Corallinum ſervat colorem. Si vero tempore fiat nigricans vel obſcure rubens, iterum fricandum eſt rugoſis *Ampelii* foliis, ac memorato poliendum modo.

Si elaborentur hæc ligna, jucundum ſpirant odorem, præſertim ſecundum Citrinum, quod ex rubro mixtum quoque eſt. Ciſtæ, capſulæ, ſimiliaque quam diutiſſime hunc retinent odorem, ſi occluſa ſerventur, ita ut pro Sandalo citrino haberetur hoc lignum. Omnia porro *Lingoi* ligna hanc habent proprietatem, ſi nempe aqua ac præſertim aqua marina ipſi adfundatur, glaucum ſtatim contrahit colorem, puto aquam hunc adquirere colorem, non vero lignum, omniaque porro lintea, ſi ſint madida, quum hoc adtingant lignum, ſimi-

en dierhalven tot grof houtwerk bequaamer dan 't roode.

Voorts hebben alle Lingoos *geſlagten deze verdere eigenſchappen, dat uit de gequetſte ſchorſſe, inzonderheid aan de takken, of daarze glad is, een dun en ligt-rood zap uitvloeid, die ſtraks in een donker, rood, en week Gom beſterft, als geſtolt bloed, of donkere Robynen. Als mede een zodanige weeldrige en groeyende aard ſteekt in deze boom, dat niet alleen alle de takken, zoze de aarde raaken, uitwaſſen, maar ook geheele mooten van den ſtam, alsze in 't Boſch blyven leggen, ſchieten aan alle kanten met zo veele takken op, datze binnen 't jaar een ſtruik maken, en daarom zynze tot thuinſtokken zeer bequaam: Doch hebben deze ſtylen ook die fout, alsze in de aarde ſtaan, datze gemeenelyk witte Mieren genereeren.*

De bloeityd valt gemeenlyk in Auguſtus, en September, wanneer het roode geſlagt inzonderheid zo vol bloemen hangt, dat den geheelen boom van verre een geele bloem ſchynt, en zyn aangename reuk wyd verſpreid: De vrugten ziet men ryp van February tot in April.

Naam. *De eerſte zoorte hiet in 't Latyn* Lingoum Rubrum: *Den generalen naam in 't Maleyts is* Anxana, *'t welk de Sineezen* Angſela *uitſpreeken, maar de gemeenſte en meeſt bekende naam is* Lingoo *en* Lingoa, *en in 't byzonder de eerſte zoorte* Lingoa Mera, *en* Lingoa Bonga, *om dat deze roode zoorte de meeſte bloemen draagt, doch andere noemen* Lingoa Bonga *de eerſte zoorte van 't weeke geſlagt, 't welk aan de kant rood is. Op Ternaats* Lingo: *Op Macaſſers* Pattene: *Op Amboins* Nala kiri *van de roode verw des Vogels* Kiry: *By de Maleyers* Noeri *of* Loeri *genaamt: De Boegiſche volkeren noemen 't* Tsjendana, *uit onwetenheid met 't Sandel-hout vermengende, miſſchien wegens den gemeenen reuk, gelyk zommige Macaſſaren al het* Lingoo Tsjampagga *noemen, wegens zyn goeden of bloemachtigen reuk. Op Bima* Narra, *op Timor* Sana *en* Na.

De tweede zoorte hiet Lingoum molle: *Op Maleyts* Lingo Puti, *en* Gabba Gabba, *en* Lingo-Parampuan, *op Amboins* Nala Uppar, *en* Nala Uppal, *alle van een beduidenis, niet zo zeer om dat het week van hout, maar om dat het ruig is, als vooze* Gabba Gabba, *en zig niet glad laat werken.*

Plaats. *In alle de Amboinſche Eilanden is 't redelyk gemeen in alderlei Boſſchen, inzonderheid die wat ligt zyn, het waſt ook liever in de laagte, of aan 't hangen der bergen, dan op 't hooge en koude gebergte, daar men 't zelden vind. Voorts is 't meeſt door geheel Water-Indiën bekend, van Malacca aan, door Sumatra, Java, Macaſſar, tot in de Moluccos. Na 't zeggen der Sineezen, zoude 't ook in de Zuider deelen van Sina te vinden, en aldaar* Tſchet Zutt *genaamt zyn.*

Gebruik. *Beide deze houten zyn in groot gebruik tot Timmer- en Schrynwerk, zo dat het onder de principaalſte bouw-houten van deze Eilanden te reekenen is, daar men ſtylen, balken, en planken van maakt, doch met wat onderſcheid: want het roode heeft wel vaſt hout, maar men kan geen dikke ſtukken daar van krygen, wegens 't valſche en holle hert, daarom 't meeſt tot kiſten, lyſten, en ander ſchrynwerk verarbeit werd.*

Uit 't bleeke en witte geſlagt kan men wel breede planken krygen, maar die (als gezegt) zyn niet wel glad te werken, in 't handelen zeer ſplinterig, ende moeyelyk in 't ſchaaven, altyd eenige ruige plekken behoudende. Het roode zynde effen geſchaaft moet men polyſten, met zyn eigen zaagzel en krullen ſterk vryvende, en ten laasten met een wolle lap, eerſt wat waſch zagtjes over 't hout geſtreeken, gewreeven, waar door 't zyn coraalroode verwe lange behoud. Als 't nu metter tyd hoogbruin, of ſwartachtig geworden is, moet men 't weder overwryven met de ruigge bladeren Ampelaas, *en polyſten als vooren.*

In 't werken geven deze houten een lieflyken reuk, inzonderheid het tweede, 't welk geelachtig en met rood gemengt is. De Kiſten, Comptoiren, en Laadjes behouden dezen reuk zeer lang, alsze wel geſlooten gehouden werden, zo dat menze voor geel Sandel-hout aannemen zoude. Alle de Lingoos *zoorten hebben ook deze eigenſchap, dat eenig water, inzonderheid zout water daar opgegoten zynde, terſtond Spaanſch-groen van verwe werd: Ik zeg het water, en niet het hout, en alle 't linnewerk, 't welk vogtig zynde, daar aan raakt, mede zo verwt, het welk inzon-*

similem contrahunt colorem, quod præsertim subsequens *Lingoo Batu* efficit, non autem ita *Lingoo Mera*.

Inter tria itaque *Lingoi* ligna rubrum elegantissimum est ad opera scriniaria, *Lingoo Gabba Gabba* vulgatissimum, maxime odoratum & maximum; *Lingoo* vero *Batu* durabilissimum: Ad hortorum sepes, palos, similesque postes, quæ eliguntur, ut progerminent, ubique adhibentur, quod autem tali plantatur modo, cito ac læte satis excrescit, sed raro producit flores, donec in ingentem adoleverit arborem; plantata hæc arbor nunquam fere fructus profert, ramos tamen vidi in Augusto & Septembri plantatos, qui floriferi hujus arboris sunt menses, floribus onustos, antequam folia produxerant, hoc autem semel tantum fit, dein autem nullos dat flores, nisi quum ingens sit arbor.

Apud Malayenses & Macassarenses hujus arboris flores magno habentur in pretio, quos capillis innectunt, unde & hæc arbor prope ædes plantatur, ejusque flores in foro venduntur. Arboris cortex aquæ incoctus multum adhibetur ad pultem Papeda, quæ per hunc indurescit, & solidam adquirit substantiam. Si aqua calcis hujus ligni asseribus inspergatur, illa flavescit, uti aqua marina glaucum adquirit colorem, unde patet, sine dubio pigmenta quædam ex hoc præparari posse ligno, si circa hanc rem experimentum institueretur. Sub hisce arboribus plurimæ sæpe fossæ apparent ab apris excavatæ, qui avide hujus radices expetunt, ut & surculos.

Malayenses, uti dictum est, ruberrima hujus ligni eligunt frusta elegantissime venosa, ex quibus telorum vaginas formant, quæ satis caro emunt pretio, si venæ ex ipsorum sententia decurrant, huic enim operi nil nisi elegantissime venosum expetunt lignum: Plebs Amboinensis & Hoëamohelensis pinguissima hujus ligni frusta adhibent ad suffimigium, loco Agallochi seu *Caju Laccæ*, cum quo plurimum convenit, taliaque pinguia norunt eligere frusta tam in albo quam in rubro *Lingoo*, si arbores Soli rite fuerint expositæ, frusta hæc bene purganda sunt ab adjacente alio graciliori ligno, quod nullum exhibet oleum, licet ejusdem sit coloris, hoc enim acrem ac vellicantem dat fumum, neque solum hoc lignum adhibendum est, sed aliis suffimigiis mixtum.

In exterioribus segmentis, quæ cortici exusto adjacent, venæ sæpe adparent pellucidæ, uti in vero *Calambaco*: Hæc lignum dant fragile, sed pinguissima sunt ac penetrantissimi odoris, quem tamen, diu si fuerint asservata, sensim amittunt: Corticis istius decoctum si gargarisetur, aphthas curat atque os depurat. Idem quoque præstat ruber succus, seu gummi ex trunco effluens, qui interne assumptus diarrhæam curat: Optimum lignum, quod ad postes aliaque ædificatoria adhibetur, silvæ exhibent, in quibus projectum jacet, cujus exterior cortex cæteraque fungosa substantia computruit, præsertim rubræ speciei, ex quo postes formantur, quæ per decem annos in terra perdurant.

Recentia hujus folia cum pauxillo salis contrita, ac per linteum cribratus eorum succus curat *Lappar Garam*, quod cutis malum est grave, si rubeat & rugosa sit, parvis pustulis variegata, ac pruritu infestata, qui tamen minor est quam in Herpete seu *Koecurap*.

Tenera ejus folia parum manibus tractata, donec flaccescant, ulceribus inponuntur ac furunculis, ut maturescant: Eadem quoque folia cum frusto carbonis igniti contrita ac fronti illinita, Cephalalgiam curant, ex ardore ortam.

In Combello litore truncum rubri Lingoi inveni adeo vicinum mari, ut continuo maris æstu per aquam irroretur, quinque circiter pedes altum, cujus radices terræ quodammodo infixæ erant, sed cortice penitus denudatus erat, externe cinereus plerumque, interne vero rubens. Hujus varia adquisivi frusta, elegantesque asserculos, quorum quidam penitus rubri erant, alii læte rubentis seu rutilantis coloris, omnes vero eleganter venosi & solidi, adeoque pingues, acsi frusta essent induratæ ceræ, alia autem ejus segmenta, quæ magis ad terram sita erant, nec ab aqua marina conspersa, ab albis arrosa erant formicis. Ex alis albi *Lingoi*, si nondum adultæ sint, nihil elaborari potest

inzonderheid 't volgende Lingoo Batu *doet, maar* Lingoo Mera *'t minste.*

Zo is dan onder de drie zoorten van Lingoo *het roode geslagt tot werken wel 't schoonste,* Lingoo Gabba Gabba *'t gemeenste, welriekenste, en grootste, en* Lingoo Batu *'t durabelste. Tot thuin staaken, of paggars houten, en diergelyke stylen, die men hebben wil, dat zulken uitstaan, is 't over al gebruikelyk, doch 't geene aldus geplant werd, schiet wel haastig op, maar men ziet het zelden bloemen dragen, tot dat het een grooten boom geworden is; Vruchten draagt het geplante schier nooit, evenwel heb ik gezien, dat staaken in Augustus en September geplant wierden, zynde de bloeimaanden van deze boom, dat dezelve vol bloemen stonden, eerze bladeren hadden, doch dat geschiet maar eens, want daar na bloeyenze niet meer, tot datze groot geworden zyn.*

By de Maleyers en Macassaren zyn de bloemen in groote agting, om in de hairen te dragen, waarom men de boomen ook by de huizen aanqueekt, en de bloemen op de passer op de markt verkoopt. De schorsse van den boom is zeer gebruikelyk in 't water gekookt, waar mede men de Papeda toebereid, dewelke daar door styf en lymig werd. Als 'er kalkwater op deze planken komt, zo werd 't zelve geel, gelyk het zout water Spaansch-groen, waar uit het blykt, dat men buiten twyffel eenige verwe uit dit hout zoude kunnen trekken, zo het eens bezogt wierde. Men ziet dikwils onder deze boomen veele kuilen en groeven gemaakt, het welk de wilde Verkens doen, die greetig zyn naar de wortelen van dezen boom, als mede na de jonge scheuten.

De Maleyers, als gezegt, zoeken de roodste stukken, die mooi geadert zyn, om haare kris-scheeden van te maken, dezelve redelyk duur betalende, als de aderen maar na haren zin loopen, want zy tot diergelyke werken geen ander dan mooy geadert hout willen hebben: 't gemeene Volkje van Ambon en Hoeamohel gebruiken de vetste stukken tot reukwerk, in plaats van Agalhout of Caju Lacca, *met het welke 't meest overeenkomt, en weten zoodanige stukjes zoo wel aan 't witte, als aan 't roode* Lingoo *te vinden, als maar de boomen wel ter Zonne staan: Deze stukjes moet men zorgvuldig zuiveren van al 't mager hout, daar geen Oly uitkomt, al is 't van dezelfde coleur, want dat geeft een scherp-bytende rook van zig, en men moet het dan nog niet alleen gebruiken, maar met ander reukwerk vermengen.*

In de buitenste stukken, die naast de verbrande schaal leggen, vind men zomtyds glimmende aderen, gelyk in 't opregte Calambac: *Dezelve zyn bros van hout, maar de vetste en sterkste in reuk, doch lang verwaart zynde, verliezen veel van haar lieffelykheid. Een afkookzel van de bast gemaakt, en daar mede den mond gespoelt, geneest de spruw, en zuivert de mond. Het zelfde doet ook den rooden zap of gom uit den stam vloeyende, dewelke ook binnens lyfs genuttigt, geneest den buik-loop: 't beste hout, dat men tot stylen en timmerwerk wil gebruiken, is 't geene men in de Bosschen vind van zelfs omgevallen, en waar van 't buitenste spint of witte hout afgerot is, inzonderheid van 't roode geslagte, waar van stylen gemaakt, in de aarde tien jaaren goed blyven.*

Diverssche bladeren met een weinig gemeen hout gewreven, en door een doek gekleynst, geneezen 't Lappar Garam, *een moeyelyk accident, wanneer de huid rood en ruig werd, met kleine pukkeltjes en juiken, dog minder, dan by de Herpes of* Koecurap.

De jonge bladeren een weinig met de handen gehandelt tot datze slap werden, legt men op de sweeren en bloetvinnen, om die te doen rypen: Dezelfde bladeren, met een stukje van een gloeyende koole door malkander gewreeven, en op het voorhooft gesmeert, geneezen de hooft-pyn, die van hitte komt.

Op den strand van Combello heb ik een stomp van een roode Lingoo *gevonden, zo digt op een steenige strand, dat hy gedurig by hoog water van de Zee gespoelt wierde, omtrent vyf voeten hoog, met zyn wortelen nog eenigzints in de grond staande, van zyn schorsse gantsch beroofft, en van buiten graauw bestorven, maar binnen doorgaans rood. Hier van heb ik verscheide stukjes en schoone plankjes bekomen, zommige geheel rood, zommige licht-rood, en vuurverwig, dog alle schoon geadert, massyf, en zo vet, als of 't stukken van eenig verhart wasch waren, dog veele stukken, die wat landwaarts stonden, en van 't Zeewater niet bespoelt wierden, waren van de witte mieren doorwreeten. Uit de vlekken van 't witte* Lingoo, zo

poteſt, quum ipſarum lignum ſit nimis molle, quod etiam inſtar pelliculæ ad craſſitiem trium digitorum totum ambit truncum, internum vero lignum opacum ſemper habet colorem. Rubri ligni partes ore maſticatæ gratum & aromaticum fundunt odorem ac ſaporem *Caju Laccæ* æmulantem, unde detegitur iterum magna inter has arbores affinitas, licet prima ſit arbor, altera flagelloſus frutex. *Lingoum* rubrum circa Malaccam & Peram creſcens non eſt concavum, ſed plerumque ſolidum, adeoque ibi latum, ut ex illo aſſeres trium quatuorve pedum formari poſſint. Vulgo non licitum eſt illud cædere, ſed tantum publicanis, qui ſocietatis mercatoribus illud vendunt, ſolidasque detegunt & norunt arbores, ſi ſecuri illas allidunt, nec ſonitum percipiunt. Ternatenſes *Lingoo* rubro utuntur loco Sandali rubri, præſertim ad dyſenteriam ſiſtendam, quod bonum hoc in morbo præſtat effectum.

Hujus arboris ſuccus in planas deſtillans patinas ad ſolem exſiccatur, vel ſupra ignem, ſanguinisque ſicci formam ac ſpeciem refert, minima vero ejus fruſtula pellucida ſunt inſtar Robini, qualia plerumque in Java formantur, ubi hæ arbores non ita frequentes ſunt quam in Amboina. Gummi hoc vehementem habet adſtrictionem, ſimulque detergit, parvum enim ejus fruſtum ore aſſumptum illud contrahit inſtar Aluminis, detergitque adeo pure ac *Acacia* vel *Catechu*.

In Orientali Timoræ parte in Provincia Ademantutu, certum creſcit rubrum *Lingoum*, quod ab Amboinenſi non differt, niſi quod ejus lignum ad alas & in nodis ſit læte rubens, plurimis conſtans intricatis venis, carbonibusque inpoſitum pinguedinem fundit ejusdem coloris, ac Amboinenſe, in Timora *Nua* ſeu *Sanâa* illud vocatur, lignum hoc Macaſſarenſes multum expetunt, vocantque illud *Tsjampaga Babyan*, ex quo elegantes formant telorum vaginas, quæ per longum ſervant tempus gratum odorem, hoc autem ex radicibus colligitur, non vero ex alis, ſæpe etiam externe rubet, interne pallidum eſt vel flaveſcens: Non mirum eſſet, ſi hoc rubrum Lingoum pro Sandalo rubro haberetur, quum ex Timora etiam adferatur, atque hactenus ignotum fuerit, quænam ſit arbor, donec illam cum noſtra contulerim Amboinenſi arbore, atque comperirem, æque elegantia ac pinguia exhibere fruſta Lingoi arbores vetuſtas Ceramenſes & Amboinenſes ac Timorenſes. Hoc quoque lignum eleganter rubens in Bima occurrit & *Narra* vocatur, quod diu a noſtro populo pro peculiari habitum fuit ligno, ſed nihil aliud eſſe comperio, niſi *Lingoum* rubrum. Bimanenſes ex hoc elegantes fabricant ciſtas & capſulas, plurimis conſtantes forulis, fruſta autem eleganter venoſa Macaſſarenſibus vendunt, qui ex illis elegantes formant vaginas. Optima autem fruſta elegantiſſime venoſa circa craſſas reperiuntur radices, quorum aſſeres vidi ultra ſex pedes longos, tres cum dimidio latos, quæ plerumque elegantiſſimis flammis variegata ſunt, quæ tanquam rara adſervantur.

Veteres Romanos itidem quam maxime expetiiſſe menſas Tigrinas, Pantherinas, & Apiatas, conſtat ex *Plinii libr.* 13. *cap.* 15. ubi dicit, ex radicibus Oxycedri in monte Atlantis creſcentis, pretioſas tales menſas fuiſſe conſtructas, quas ex vario venarum decurſu *Tigrinas*, *Pantherinas*, & *Apiatas* vocabant, quæ vix pedem in diametro & quatuor circiter pollices craſſæ erant, atque a decem ad quindecim ſeſtertias vendebantur, decem autem ſeſtertia novendecim cum dimidio ponderibus argenti æquivalebant, ſeu trecenta ac duodecim cum dimidio inperialia, talis autem menſa ſuppellex fuit *Marci Tullii Ciceronis*.

In junioribus *Lingoi* arbuſculis circinnata ſæpe inveni folia, quæ pallide virentibus obſeſſa erant tuberculis & verrucis, externe herbaceæ ſubſtantiæ, interne vero ligneæ, inque iis teredo parvus latebat, qualis in gallis Quercus occurrit, quædam vero verrucæ foliolo ornabantur, ac facillime ſeparari poterant a pedunculis ac foliis, quibus adhærebant.

Dum, uti ſupra dictum fuit, *Lingoi* ſuccus in ſanguinea fruſta exſiccari poteſt, hinc multi ex noſtra natione in Batavia crediderunt, hunc verum eſſe *Sanguinem Draconis*, atque hanc arborem draconis arborem vocarunt, quem errorem inutile duco multis refutare verbis.

zo ze niet ter deegen oud zyn, kan men niets maken, om datze te week hout hebben, 't welk ook, als een ſpint, in de dikte van drie vingers, den geheelen ſtam omgeeft, zynde 't binnenſte hout altyd donker van coleur. De ſtukken van 't roode in de mond gekaauwt geven een lieflyken en ſpeceryachtigen reuk, en ſmaak van haar, zeer na Caju Lacca komende, waar uit men nogmaals beſpeurt, dat tuſſchen deze beide boomen een maagſchap zy, hoewel 't eene een boom, en 't ander een boſch-touw is. 't Roode Lingoo omtrent Malacca en Pera vallende, is niet hol, maar meeſt maſſyf, en aldaar zo breed, dat men planken van drie a vier voeten breed, daar van kan krygen. De gemeene man mag het niet kappen, maar alleen de pagters, die 't aan de Koopluiden van de E. Compagnie verkoopen. Zy kennen de maſſyve boomen, alsze met een byl daar tegen ſlaan, en dezelve niet hol klinken. De Ternatanen gebruiken 't roode Lingoo, in plaats van rood Sandelhout, inzonderheid om de Bloed-loop te ſtelpen, en vinden daar goede bate by.

Den zap uit deze boomen lopende, en in vlakke ſchooteltjes gedaan, kan men in de Zon droogen, of over 't vuur, werdende als van gedroogt bloet, doch de kleinſte ſtukjes blyven klaar, als robyntjes, gelyk men meeſt op Java doet, daar deze boomen zo overvloedig niet zyn, als op Amboina. Dit Gom heeft een geweldige zamentrekking, met een abſterſie, want een klein ſtukje in de mond genomen, trekt dezelve zo te zamen, als eenig Aluin, en vaagt zo zuiver af als eenig Acacia of Catsjœ.

Op 't Ooſterdeel van Timor, in de Provincie Ademantutu, waſt een zoorte rood Lingoo, niets van de Amboinſche verſchillende, behalven dat het hout aan de vlerken en de quaſten ligt-rood is, met vele en verwerde aderen, op de koolen eenige vettigheid van zig gevende, van dezelfſte reuk, als het Amboinſche, op Timor Naa of Sanâa genaamt, dit hout zoeken de Macaſſaren veel, en noemen 't Tsjampaga Babyan, om ſchoone kris-ſcheeden daar van te maken, die hare goede reuk van binnen lang behouden, doch zy nemen 't van de wortelen, en niet van de vlerken, ook is 't dikwils van buiten rood, van binnen bleek of geelachtig. Het zoude geen wonder zyn, dat men dit rood Lingoo voor rood Sandel aanzag, dewyl 't juiſt van Timor komt, en tot nog toe onbekent is geweeſt, wat 't voor een boom zy, tot dat ik 't zelve met onze Amboinſche vergelykende bevond, dat ik al zo ſchoone en vette ſtukken aan oude Lingoo boomen op Ceram en Amboina gevonden hebbe, als het Timoreeſche was. Insgelyks werd dit hout ſchoon-rood op Bima gevonden, en Narra genaamt, zynde lange by onze Natie voor een byzonder hout geacht, doch bevinde het zelve anders niet te zyn dan rood Lingoo. De Bimaneezen maken 'er fraaye doosjes en kisjes van, met veele binnen laadjes, en zodanige ſtukken, die mooy geadert zyn, verkopen ze aan de Macaſſaren, om kris-ſcheden daar van te maken. De beſte ſtukken, die op 't mooiſt gevlamt zyn, vind men omtrent de dikke wortelen, waar van ik planken gezien heb over de zes voeten lank, drie en een halve voet breed, doorgaans met ſchoone wervels en vlammen verciert, die men voor groote rariteiten houd.

Dat de oude Romeinen ook zeer verzot zyn geweeſt op tafels van gemarmert of gevlamt hout, blykt uit Plinius lib. 13. cap. 15. daar hy zegt, dat men uit de wortelen van den Ceder-boom (anders Oxycedrus en Tyja genaamt) op den berg Atlas waſſchende, zodanige koſtelyke tafel-bladen heeft gemaakt, dieze na verſcheidenheid der aderen, vlammen, en plekken Tigrinas, Pantherinas, en Apiatas noemden, dewelke ſchaars een voet in de diameter hebbende, en omtrent vier duimen dik, voor tien tot vyftien ſeſtertien verkogt wierden, uitmakende de tien ſeſtertia omtrent negentien en een half ponden zilver, of drie hondert twaalf en een halve Ryxdaalder, zynde dit eene geweeſt van Marc. Tull. Ciceroos Huisraad.

Ik hebbe aan jonge Lingoas-boompjes zomtyds kleine gekrulde bladeren gevonden, bezet met bleek-groene knobbelen en wratten, buiten kruidachtig van ſubſtantie, binnen houtachtig, en daar in een klein hard wormtje, gelyk men in de Gal-appels vind, zommige wratten hadden een klein bladje boven op, en zy waren ligt af te trekken van de ſteelen en bladeren, daar aan zy hangen.

Dewyl, als boven gezegt, het zap van Lingoo tot bloedroode ſtukjes kan opgedroogt worden, zo zynder veele van onze Natie op Batavia bewoogen geworden te geloven, dat dit het opregte Sanguis Draconis zy, en dezen boom ook Draaken-boom genaamt, welk abuis ik niet waardig agte met veelen te wederleggen.

EXPLICATIO

Tabulæ Septuagesimæ,

Quæ ramum exhibet *Lingoi* seu *Arboris Draconis* & *Anxanæ*; ubi Litt. A. ejus fructum justa denotat forma.

UYTLEGGING

Van de zeventigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van het *Lingoum*, ofte de Drake-Boom, of *Anaxana*, alwaar Lett. A. de vrucht in zyn grootte vertoont.

OBSERVATIO.

Vocatur hæc arbor in *H. Amst. part.* 1. *pag.* 213. Draco Arbor Indica siliquosa Populi folio. ubi ejus icon per pauciora in rachide folia ab hac differt, estque Angsana Javanica, arbor siliquosa, floribus luteis odoratis, cujus truncus & rami humorem fundunt sanguinis draconis instar *Cleyeri*. hujus & mentionem fecit *Grimmius* in *Ephem. Germ. ann.* 13. *Observ.* 37. & *Ray. in Dendrol. p.* 113.

Variæ autem sunt arbores, quæ Succum rubrum instar sanguinis fundunt, quas collegerunt *Valent.* in *Hist. simpl. reform. p.* 265. *Dale Pharm. p.* 297. & *Pomet. p.* 259. nomine Lingoæ a *Valent. p.* 215. describitur.

AANMERKING.

Deze Boom wert in het *eerste deel* van de *Amsterd. Tuyn* genaamt Peuldragende Indiaansche Drake-boom, met Populier-bladeren, alwaar de figuur door minder blaaden aan zyn steng van deze verschilt: En is de Javaansche Peuldragende Angsana-boom met geele riekende bloemen, welkers stam en takken een root zap geven als Drakenbloedt van *Cleyerus*. van deze heeft Grimmius mede gewag gemaakt in de *Ephemer. German. ann.* 13. *Observ.* 37. en *Ray* in het derde deel in de Dendrol. *p.* 113.

Daar zyn verscheide Boomen, die een root zap als Drakenbloedt uitgeven, welke vermeldt werden en by een vergadert zyn door *Valent.* in zyn *Histor. simpl. reform. p.* 265. door *Dale* in zyn *Pharmacol. p.* 297. en door *Pomet* in zyn *Histoire* de *Drogues. pag.* 259. *Lingoa-Boom* wertze by *Valent. p.* 215. genaamt en beschreven.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Lingoum Saxatile. Lingo Batu.

TErtia *Lingoi* species est saxatilis, cujus truncus altus quidem, sed incurvus & sinuosus est, corticem gerens gilvum ac fissum, qui laciniatus ex trunco dependet, rami, folia, ac flores cum præcedenti maxime conveniunt, excepto quod rami sint magis nodosi ac duriores, sique adtendatur adcurate, discrimen in foliis quoque adparet, quæ in hac specie minora & rotundiora sunt, cæterum eodem ordine in rachidibus locata sunt.

Fructus duplo majores sunt quam in binis prioribus speciebus, quatuor vel quinque digitos transversales lati, ejusdem cæterum formæ, nec ita nigrescunt, ac in rubra specie, quum decidant. Lignum externe albicat ac fungosum est, interne gilvum seu hepatici coloris, si recens sit; siccum vero luteæ penitus est substantiæ, tenuibus constans fibris, durum, ac grave, cum solido corde.

Melius secari ac perdolari potest quam præcedentia, satisque bene poliri, per longitudinem vero non recte finditur, quum ejus venæ oblique & intricatæ decurrant. Circa oras & nodos quasdam gerit elegantes maculas, quæ licet non ita pingues sunt ac in rubro, gratum tamen Sandali spirant odorem, si recentes sint, qualem odorem lignum quoque fundit, si elaboretur, multo tamen debiliorem quam præcedentia, hujus truncus prope radicem non alatus est, ac radices profundius terram petunt. Sin liquor quidam seu aqua marina hoc adtingat lignum, vel si ejus frusta aquæ infundantur, elegantem adquirit glaucum colorem, quod priores quoque species præstant, sed multo minus & aliquando omnino nullum. Aqua calcis ipsi adspersa flavescit.

Lignum hoc luxuriosam ac vegetativam quoque habet naturam, non autem ita activam ac in præcedentibus, unde & non ita bene ad sepes, postes, similiaque adhibetur: Segmenta tamen ejus in silvis sæpe observantur undique ramis propullulantibus cincta, & in fruticem excreta.

Floret in Octobri & Novembri, quo tempore plurima ejus vetusta decidunt folia, fructus autem diu in arbore supersunt, aliquando ultra annum, unde rari sub arbore reperiuntur: Hæc species non ita obvia est quam præcedentes, ac silvestris magis naturæ. Nusquam occurrit nisi in locis saxosis æque in montibus ac in planis.

In Cerama crescit quædam *Lingoi Batu* species, quæ lignum gerit amplum ac solidum, flavescens, intricatissi-

XXV. HOOFTSTUK.

De Steen-Lingoa-Boom.

*HEt derde geslagt is de Steen-*Lingoa, *wiens stam wel hoog, dog niet regt, maar wat bogtig en krom staat, met een vale en gescheurde schorsse, die met lappen om den stam hangt, de takken, bladeren, en bloemen komen meest met de voorgaande over een, behalven dat de takken wat harder en knoestiger zyn, en als men der naauw op let, kan men ook het onderscheid aan de bladeren zien, dewelke in dit geslagt wat kleinder en ronder zyn, anderzints in dezelfde order aan de ryskens staande.*

De vrugten zyn wel tweemaal zo groot, dan aan de beide voorige, vier en vyf dwersvingers breed, anders van het zelfde fatzoen, en werden zo swart niet, als die van 't roode, wanneer zy afvallen. Het hout is van buiten mede wit en spintig, binnen vaal of leververwig, vers zynde, maar droog zynde, besterft geheel bleek, van substantie fyndradig, hard, en swaar, met een massyf hert.

Het neemt de schaaf en zaag beter aan, dan de voorige, en laat zig redelyk glad werken, dog in de lengte splyt het mede niet regt, om dat zyne aderen mede schuins, en wat verwert loopen. Aan de kanten by de knoesten heeft het zomtyds eenige roode plekken, die niet zo vet zyn, als aan het roode, evenwel hebben zy mede een goeden Sandel-reuk, alsze vers zyn, gelyk ook het hout, als men het werkt, doch veel slapper dan de voorige, den stam heeft by den wortel gene vlerken, en de wortelen staan meer in de aarde. Als 'er eenige vogtigheit of Zeewater op dit hout komt, of dat men de stukken in 't water legt, zo werd het zelve schoon Spaansch-groen, het welk de vorige geslagten ook wel doen, doch veel slapper, en zomtyds geheel niet. Het kalkwater daar op gegooten word geel.


Het is ook levend en groeizaam van natuur, doch zo zeer niet als de voorige, daarom het ook zo wel niet tot paggers, of stylen gebruikt werd: Evenwel vind men de stukken van de omgekapte stammen in het Bosch leggen, geheel ende al met de opgeschootene takken bedekt, en tot een struik geworden.

Het bloeid in October en November, in welke tyd de meeste oude bladeren afvallen, de vruchten blyven lang aan den boom hangen, en zomtyds over het jaar, daarom menze weinig onder de boomen vind. Dit geslagt is zo gemeen niet als de voorige, en wilder van aard. Men vind het nergens dan op steenige plaatzen, zo op het gebergte, als in de vlakte.

Op Ceram valt een zoorte van Lingoo Batu, *zeer breed en massyf van hout, bleek-geel, met zeer verwerde en groote*



Pterocarpus indicus. W.



tissimis constans crassis venis, elaboratu difficile, nec per longitudinem sese findens, elegantes tamen exhibet & amplos asseres, qui in mensis & cistis, si politæ sint, elegantes repræsentant venarum flexuras, & concolores sunt, unde merito rubro præferuntur, si vitium non haberet hoc lignum, quod humorem adtingens, viridem adquirat colorem.

Nomen. Latine *Lingoum Saxatile.* Malaice *Lingoo Batu*, non tantum, quod saxosis crescat locis, sed quod lignum multo durius ac solidius sit reliquis prioribus. Amboinice dicitur *Nala Pate*, *Nala Pata*, & *Nala Hatu.*

Locus. In cunctis crescit insulis Amboinensibus & Moluccis, non autem ita circa ædes ac binæ priores, sed in silvis & montibus.

Usus. Hæc species optimum præbet tigni lignum, ad trabes, postes, & asseres: Hoc *Lingoum* fundum petit in aqua ob ejus gravitatem, quod in prioribus non ita observatur.

grove aderen, wel moeyelyk om te werken, en in de lengte niet splytende, maar geeft echter schoone en breede planken, tot tafels en kisten, die gepolyst zynde, schoone draayingen van aderen vertoonen, en van eenparige coleur zyn, daarom ze met reden beter dan het roode geacht worden, indien ze de fout niet hadden, datze vogtigheid rakende, zo ligt groen worden.

Naam. *In 't Latyn* Lingoum Saxatile, *in 't Maleyts* Lingoo Batu, *niet alleen om dat het op steenachtige plaatzen wast, maar om dat het hout veel harder en massyver is, dan aan de voorige, op Amboins* Nala Pate, Nala Pata, *en* Nala Hatu.

Plaats. *Het wast in alle de Amboinsche Eilanden, en Moluccos, niet zo familiaar by de wooningen der menschen, gelyk de twee voorige, maar in de Bosschen en gebergten.*

Gebruik. *Dit geslagt geeft het beste timmerhout tot grof werk, balken, stylen, en planken, dit* Lingoo *zinkt in 't water wegens zyne swaarte, dat de andere niet en doen.*

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

XXVI. HOOFTSTUK.

Bintangor Maritima. Bintangor Laut.

De Zee-Bintangor-Boom.

QUam pulchra etiam hæc arbor est quoad foliaturam ac flores, tam inordinatus ac squalidus est ejus truncus, cortex, & externa facies, quum peculiarem habeat crescendi modum, ita ut, si veteres Poëtæ hasce frequentassent insulas, materiam ipsis suppeditasset singularis Metamorphoseos, videtur enim quasi agricola, qui aliquid quærit, vel ex mari petere studet, id quod amat, semper enim ejus radices ad silvarum oras tantum excurrunt, nec umquam ultra passum extra illas sese in litus extendunt, trunco autem suo ita prominet, acsi continuo in mare prolaberetur, quod tamen nunquam fit, quum sit satis firmus.

Si litora sint prærupta ac declivia, oblique ac magis erecte locata est hæc arbor, si vero sint plana, ita inclinat, ut vix sub ea decurrere quis possit, ac superior tantum trunci pars parum sese erigit, ita ut ejus viridis modo coma supra aquam sese extendat, & jucundum præbeat spectaculum, si attendamus, quo studio hæc arbor tentet vel toto vel semi inclinato trunco marinam conspicere aquam, acsi illam olfacere vellet, comam tamen suam ita conservat, ne ab ipsa conspurcetur.

Arbor ipsa est vastissima, tam crasso constans trunco, ut fere nulla ipsi similem quoad crassitiem gerat, atque hic, uti dictum est, nunquam erigitur, sed semper inclinat, ejusque cortex est crassissimus, rugosus, scaber, & irregularis, qui tam sordidus est, ac cujusvis Lamii dorsum; est enim squalidus, niger, crassus, inque ejus fissuris aliquid flavi apparet instar gummi, sed raro tamen. Paucos gerit majores ramos, sed tantos, ut horum quisque truncum fere referat, hi autem sese dividunt in plures alios rugosos & nodosos ramos, qui omnes densam gerunt comam.

E contra folia omnium elegantissima sunt, quæ inveniuntur, plerumque palmam vel octo longa pollices, quatuor vel quinque digitos lata, in junioribus arboribus longiora & latiora, læte viridia, seu ex flavo viridia, inferius magis lutea, glaberrima, crassa, ac firma instar membranæ, superius subrotunda ac parum fissa, seu bifida, inferius magis angustata: Nervus medius ab inferiore protuberat parte, ubi triangularis & acutus est, non autem in superiore folii parte, parallelis porro folia constant ac tenuibus obliquisque venulis pertexta sunt adeo mollibus, ut vix tactu percipiantur, quæ cruciatim opposita sunt, quatuor simul, si numerentur.

Racemi floriferi in summis progerminant ramis ex foliorum alis ingentes & extensi, hisce insident flores, qui primo capitula sunt albicantia, longis sustentata pedunculis albicantibus, referentes Pomorum Europæorum flores, sed majores, quorum pedunculi cruciatim quoque siti sunt: Flores hi compositi sunt ex novem vel

ZO schoon dezen boom van loof en bloemen is, zo leelyk is hy van stam, schorsse, en uitterlyk aanzien, hebbende daar by een zeldzame manier van wassen, zodanig dat, indien de oude Poëeten in deze Landen waren geweest, zy aan hem stof hadden gevonden tot een rare Metamorphosis, want zy schynt een Landman te zyn, en na iets te zoeken, of te kyken in de Zee, dat hy bemint, om dat hy altyd met zyne wortel aan de rand van het Bosch staat, durvende niet een stap daar buiten op de bloote strand komen, en voorts met het lyf hangt by zodanig over den zelven in de Zee, als of hy alle ommezien vallen wilde, daar hy echter geen noot van heeft.

Als de stranden steil afgaan, zo staat hy schuins en meer opgeregt, maar op vlakke stranden gaat hy zodanig leggen, dat men qualyk onder hem door kan kruipen, en slegts het voorste deel van den stam regt hy wat opwaarts, dat hy effen zyn jeugdig loof boven 't water hout, in somma, 't is plaiziërig te zien, met wat voor een iever dezen boom poogt, of met een geheele, of met een half nedergebogen, en als knielenden stam het Zeewater te bekyken, als of hy daar aan rieken wilde, en echter zyn kruin zodanig bewaart, datze van het zelve niet bespat en werd.

Het is een grooten woesten boom, met een zo dikken stam, als men eenige andere ziet, als gezegt, nooit regt over eind staande, maar altyd voor over hellende, met een zeer grove, ruige, en ontfatzoenlyke schorsse, zo lelyk, als eenig Haymans rugge zyn mag; vuil, swart, dik, en hard, en in de scheuren ziet men iets geels, als een gom, doch zeer schaars. Hy heeft weinig hooft-takken, waar van ieder een geheelen stam verbeelden kan, maar dezelve verdeelen hun in veele andere ruige knoestige takken, alle met een digt loof bekleet.

De bladeren daar en tegen zyn van de schoonste, die men vinden mag, in 't gemeen een staande hand of acht duimen lank, vier a vyf vingers breed, aan de jonge boomen zynze langer en breeder, jeugdig of geel-groen, doch van onderen geelder, zeer glad, dik, en styf, als Parcament: Vooren rond, of een weinig gekloost, achter wat toesmallende, de middel zenuwe steekt onder verre uit, alwaarze driekamtig en scherp is, maar boven niet, voorts over dwers zynze doorreegen met zeer fyne en evenwydige adertjes, die men qualyk voelen kan, zy staan tegen malkander met hun vieren in 't kruis.

De bloemdragende trossen komen aan 't voorste der takken, als uit den schoot der bladeren, groot en wyd uitgespreit, daar aan komen de bloemen, zynde eerst witte knoppen op lange steelen, zeer gelyk het appel-bloeizel in Europa, doch wat grooter, met hun steelen ook in 't kruis, gemaakt uit negen of tien spierwitte ronde, half bolle, en

vel decem albis, ſubrotundis, ſemi excavatis & integris petalis formam minoris Roſæ referentibus, horum bina extrema maxima ſunt, quibus oppoſita ſunt bina alia petala cruciata, inque horum medio quinque vel ſex alia minora petala extrorſum flexa, quorum cavitas iterum erigitur, floris centrum repletum eſt breviſſimis ſtaminibus antheras croceas gerentibus, quales in Roſis Antheræ vocantur, quæ adeo arcte compactæ & repletæ ſunt, ut petala videantur extrorſum flectere, ſtaminula hæc in medio ſubrotundum ac ruffum abſcondunt capitulum, cui piſtillum inponitur albicans, quod in fructum excreſcit. Florum odor eſt gratiſſimus, ad Lilia alba accedens, quem per 24 horas ſervant.

Fructus ſunt perfecte ſphærici, forma & magnitudine rotundi Pruni minoris, vel globuli ſclopeti, glaberrimi & æquales, ſuperius parum acuminati, glauci, quamdiu ex arbore dependent, maturi vero & decidui ſunt flavi vel lignei coloris, horum exterior pellicula ſenſim rugoſa eſt, finditur, ac decidit, ſub hac occurrit capitulum perfecte ſphæricum, pallidi coloris, quod conſtat ex ſicco & fungoſo putamine inſtar ſuberis, in hujus centro verus reconditur nucleus, ex rotundo acuminatus, ſubſtantiæ Caſtanearum, externe albicans, interne craſſus, luteus, viſcoſum exſudans Oleum, quod in vetuſtis etiam nucleis exprimi poteſt, & inſtar Terebinthinæ cum exungia mixtæ ſpiſſum eſt.

In tota arbore continetur viſcoſus, ſed paucus liquor, qui in abruptis foliis craſſus apparet inſtar lactis condenſati, qui in cortice gummi flaveſcens refert, in fructibus vero oleum flavum. Si folia tractentur, odorem ſpirant ſquillarum toſtarum, qui odor penetrantior eſt in cortice vetuſtarum præſertim arborum, qui plerumque gummoſus eſt: Lignum primo intuitu Quercino ſimile videtur, ſed peculiaris eſt formæ, quod a cæteris differt lignis, eſt enim grave, ſolidum, craſſis conſtans fibris, plurimisque raris & intortis fibris & venis, ita ut vix findi poſſit, & nunquam per longitudinem, ſed ſemper juxta decurſum venarum in parva ſegmenta rimas agit.

Illud duplicis coloris eſt, primo enim eſt cinereum inſtar Quercini ligni, maculis aliquando pallidis ſeu flavis diſtinctum ut & fibris craſſioribus. Alterum eſt ruffum inſtar lateris ſemi cocti, tenuiores habens fibras, quarum decurſus plerumque ſunt longitudinales, ſtriasque formant latas, cæterum utrumque eandem habet ſubſtantiam & naturam: Ruffum vulgatiſſimum eſt, ſique politum ſit, ſplendet, & radios ſeu reflexum emittit inſtar Serici, hæc vero ligna difficulter poliri poſſunt, uti infra ulterius indicabitur.

Hæc arbor, uti dictum eſt, ſemper in litore creſcit, radicibus infixa oræ ſilvarum, cæteraque coma ad litus & mare inclinat. Ad diſtantiam vibrationis arcus ſæpe in ſilvis occurrit planis, ſi vero loca hæc adcurate examinentur, apparebit tractum illum fuiſſe a mari auctum & adcretum, atque ibidem nucleos ab hominibus vel avibus fuiſſe projectos. In media enim terra hæ arbores plantari ſatis bene poſſunt, ubi & erectæ ſatis creſcunt in initio, ſed ſenſim increſcentibus annis naturalis inſtinctus ſeſe prodit, quum ad mare iterum inclinant, non autem ita acſi in litore locatæ eſſent.

In iſthmo, quo mons vetus Soya dictus ad Borealem plagam alteri jungitur monti, qui locus per milliare in ipſa regione ſitus eſt, ab antiquis jam temporibus vaſtiſſima ac ſilveſtris penitus ſtetit Arbor Bintangor, nec ulli notum eſt, qua ratione ibi excreverit, hac radicibus ſuis totum occupabat iſtum Iſthmum, ita ut vix aliquis tranſire ibi poſſet, plurimique homines rupes eſſe radices iſtas putabant.

Anno autem 1664 ſubitus hanc arborem infeſtavit ignis, nulla cognita cauſſa, & quum hæc muſco aliisque concreta eſſet herbis, ita totam incendit arborem flamma, ut tota quanta fuerit conſumpta & deflagrata maximo incolarum dolore, qui hoc tanquam infauſtum habebant omen. Ejus lignum itidem ruffum erat, ſed non ita eleganter ſtriatum ac illud, quod in litore creſcit.

Quotannis menſe Decembri copioſos profert flores, quum jucundum ad longam diſtantiam ſpargit odorem: Subſequentibus menſibus matureſcunt fructus, qui plerumque in aquam decidunt, faſtuoſum vero mare amatoris ſui dona ſpernens, illos in litus projicit

en heele blaadjes, in gedaante van een klein roosje, waar van de twee buitenſte de grootſte zyn, by de bloem ſtaan twee andere blaadjes met de voorige in 't kruis, en binnen dezelve vyf a zes kleindere blaadjes uitwaarts geboogen, en dan met de bolligheid weder opwaarts, het middelſte is uitgevult met korte draatjes, die Saffraangeele noppen dragen, diergelyke men in de rooſen Anthera *noemt, zo digt in malkanderen gedrongen, datze de blaadjes ſchynen uitwaarts te perſſen. Deze draatjes verbergen in haar midden een rond en ros knopje, daar een witte draadje op ſtaat, waar uit de vrucht werd, den reuk van de bloemen is zeer lieflyk, na de witte Lelien trekkende, en behouden die over een etmaal.*

De vruchten zyn regt kogelrond, in de grootte van een ronde Pruime, of een kleine Bus-kogel, heel glad en effen, met een klein ſpitsje voor op, Spaanſch-groen, zo lange zy aan den boom hangen, maar de rype en afgevallene zyn geelachtig, of houtverwig, de buitenſte ſchel werd metter tyd rimpelig, ſcheurt en valt af, daar onder vind men dan een regt rond bolleken, bleek van coleur, beſtaande in een drooge en vooze bolſter als kork, in de midden leid de regte korrel, uit den ronden wat ſpits, van ſubſtantie als een Caſtanje, van buiten witachtig, van binnen dik, geel, en kleverig, Oly uitſweetende, het welk men in de oude beeſten nog uitperzen kan, en zo dik word als Terpentyn met ongel gemengt.

In de heele boom ſteekt een kleverig, doch ſchaars zap, het welk zig in de afgebrooken bladeren dik vertoont, als witte melk, in de ſchorſſe als een geelachtig Gom, in de vruchten als een geele Oly: De bladeren wat gehandelt rieken, als gebraden garnalen, welke reuk men ſterker gevoelt in de ſchorſſe, zonderlyk van de oude boomen, die meeſt gommeus is, het hout is in 't eerſte aanzien het Eikenhout gelyk, doch van een byzondere gedaante, en van andere houten verſchillende, want het is ſwaar, maſſyf, grofdradig, en met veele zeldzame draayingen van aderen zodanig verwerd, dat het qualyk ſplyten wil, ſchier nooit in de lengte ſplytende, maar alleen na den loop der draayingen, en dat nog met korte ſtukken.

Het is tweederlei van coleur, het eerſte is graauwachtig, als Eikenhout, en zomtyds met bleeke of geelachtige plekken, en grofdradig; Het ander is bleek-ros als een half gebakken ſteen, fynder van aderen, en wiens draayingen meeſt in de lengte loopen, en maken eenige breede ſtreepen, anderzints beide van eenderlei ſubſtantie en aard, het roſſe is wel het gemeenſte, en als het gepolyſt werd, glimt het, en geeft een weerſchyn, als zyde, doch deze houten laten zig zeer qualyk polyſten, gelyk hier onder zal gezegt werden.

Het waſt, als gezegt, altyd op het ſtrand, en met het reſterende lyf overhangende na de Zee. Men vindze wel een boog-ſchoot daar van af in vlakke Boſſchen, maar als men de plaatzen ter degen aanziet, zal men beſpeuren, dat het voor-Land aldaar aangegroeit zy. Ofte dat de korrels door menſchen ofte vogels aldaar gebragt zyn. Want men kanze wel landwaarts in planten, daarze voor eerſt ſchoon regt opſchieten, en gelyken, als ofze een wakkere boom wilden worden, maar met de jaren vertoont zig de natuurlyke drift, beginnende na de Zee te rieken, en voor over te hellen, doch zo zeer niet, als die op ſtrand.

Op den ſmallen hals, waar mede den berg oud Soya in het Noorden aan de andere berg vaſt hangt, zynde wel een myl Landwaart in, heeft van al oude tyden geſtaan eer zeer grooten en woeſten ſtrand-Bintangor-boom, zonder dat iemand weet, hoe hy daar gekomen is, hy beſloeg met zyne uitſteekende wortelen dien geheelen hals, dat men ter naauwernoot voorby gaan koſte, en de meeſte menſchen zagenze voor klippen aan.

Doch in het jaar 1664. is een ſchielyk vuur in dezen boom gekomen, men weet niet hoe, en dewyl dezen boom met moſch en andere ruigte zeer behangen was, heeft den brand zoodanig toegenomen, dat hy gantſch verbrand is, tot geen kleine droefheyt van de Inwoonders, die dat voor een quaad voorſpook hielden; zyn hout was mede van het roſſe geſlagt, doch zoo mooy geadert niet, als het geene op ſtrand waſt.

Jaarlyks in December ſtaat hy vol bloemen, wanneer hy zynen lieffelyken reuk verre verſpreidt. In de volgende maanden rypen de vruchten, dewelke meeſt in 't water vallen, doch die ſpytige Zee, hares Minnaars gaven veragtende, ſmyt die al weder op ſtrand met hoopen, en dat

projicit magna copia, atque quo usque id fieri potest, ubi nuclei isti sub herbis latentes in arbusculas excrescunt, unde & hæ arbores ad silvarum oras semper locantur.

Nomen. Latine *Bintangor Maritima.* Malaice *Bintangor Laut.* Quidam hanc etiam vocant *Bonga Tanjong,* quod nomen commune est cum arbore supra *capite* 17 descripta, quum plerumque crescat in montibus istis ad mare sitis, quos Malaienses *Tanjong* vocant. Belgæ nostri, Moluccas inhabitantes, ipsi nomen *Caju Marea* tribuerunt, quod forte acceperunt a Lusitanis, qui *Marea* dicunt maris æstum, seu talia litora, quæ vicissim maris itu & reditu inundantur, ubi & hæ arbores potissimum crescunt. Javanis dicitur *Jampelong* & *Tsjankoc*, Baleyensibus *Tsjampœlong* & *Tsjampelong,* quo nomine plurimis Maleyensibus nota est. Ternatensibus *Fidacca*, atque peculiariter ejus flos *Copratsja*, & *Carpuratsja*, fructus vero *Tsjopelon.* Macassarensibus *Punanga Boeg: Betau* & *Bitau.* Amboinensibus *Hataur*, *Hataulo*, & *Hutaulo*, ut & *Hattou-Ui.*

Locus. Nota est hæc arbor per totam Indiam aquosam, ac præsertim in insulis Moluccis, & Amboinensibus, tam in planis quam in præruptis litoribus, quæ raro homines vel animalia frequentant: In Amboina plurimum occurrit in saxoso litore Larique & Suli; in Cerama totus plani litoris tractus a Nassovico isthmo usque ad Affa Hoedi, per aliquot milliaria obsitus est vastissimis *Caju Marea* arboribus, plerumque quasi decumbentibus, comaque sua in aquam inclinantibus, ita ut sub iis tanquam sub umbraculo ambulare quis possit, adeoque vegete crescunt, ut illarum folia ultra pedem longa sint. Observatum fuit, aves aliquando nucleos in montes transferre, ut & in insulas, in quarum litoribus non inveniuntur, nec notæ sunt, qui ibi etiam sæpe progerminant. Hinc quædam tales arbores occurrunt in Bandæ regione altiore, ac forte tali modo ista Soyaensis arbor propagata fuit.

In Occidentalibus Indiæ plagis hæc quoque nota est, uti in Malabara, & Zeylana, ibique longo & sinuoso trunco in litore decumbit, ac superiorem trunci ac comæ erigit partem, ita ut ab aqua marina non adspergatur, ibique plurimos & odoratos profert flores, ejus autem folia ibi sunt minora quam in Amboinensi.

Dum itaque hæc arbor in Zeylana ac vicinis insulis eradicata, casu per mare in Cormandelam transvehi potest, si pro vero assumere velimus, quæ Portugallici scriptores, & inter alios *Jaricus tom.* 1. *libr.* 2. *cap.* 17. *rer. Indic.* ex antiqua Indorum translatione narrant, Apostolum St. Thomam ad urbem Meliapourum seu St. Thomæ, quæ tum temporis duodecim milliaribus a mare distabat, vastam arborem cinctura sua e litore ad urbem pertraxisse, ex qua totum suum sacrarium construxit, quod lignum Rex *Sagamus* antea adeo expetiverat in suum usum, sed omni sui populi vi advehere non potuit, haud male ergo concludi posset, talem fuisse arborem; nullæ enim ingentes in litore crescunt arbores, quæ mechanico huic usui inservire possint.

Usus. Quamdiu hæc arbor crescit, ejus flores ac fructus usui inserviunt: Flores expetuntur a mulieribus, quæ illos capillis suis innectunt, vel in cistis vestimentis adponunt, ut gratum ipsis concilient odorem, florum antheræ usui medico conducunt, atque illum in finem colliguntur & adservantur, quas potiobus incoquunt puerperis propinandis.

Petulantes Baleyæ reges floribus hisce pulvinaria replent, ut gratum spirent odorem, aëri autem sæpius hæc exponenda sunt, quum crassos alioquin ac pingues generent vermes. Hoc autem semen, generali nomine *Sari* dictum, calidioris est naturæ, quam illud *Naggassari*, quod ad similia adhibetur mala, florum caussa hæc sæpe arbor a Maleyensibus & Macassarensibus circa ædes suas plantatur, & loco *Nagga-sari* usurpatur.

Ex maturis ejus fructibus oleum colligitur vario modo, primo enim eorum exteriora putamina decorticantur, interioresque nuclei in Sole exsiccantur, donec flavum exsudet oleum, hi dein contunduntur vel conteruntur, inbræque pilosæ inponuntur ex Calap-

dat zoo hoog op het Land, als ze kan, alwaar die korls, die in de ruigte gesmeeten worden, tot nieuwe boompjes opschieten, en daar van daan komt het, dat deeze boomen altyt in de rand van het bosch staan.

Naam. *In 't Latyn* Bintangor Maritima. *Op Maleyts* Bintangor Laut. *Zommige noemen hem ook* Bonga Tanjong, *een naam gemeen met den boom, boven Kapittel* 17 *beschreven, om datze gemeenlyk staan aan de hoofden of voorgebergten, die in de Zee uitsteeken, die de Maleyers* Tanjong *noemen. Onze Nederlanders, die in de Moluccos woonen, hebben hem den naam van* Caju Marea *gegeven, den welken zy misschien geleend hebben van de Castilianen, dewelke* Marea *noemen het gety van de Zee, of zoodanige stranden, die met beurten door Eb en Vloed bespoelt worden, alwaar deeze boomen meest wasschen. Op Javaans* Jampelong, *en* Tsjankoc: *Baleys* Tsjampoelong *en* Tsjampelong, *met welken naam zy ook by de meeste Maleyers bekent is. Ternaats* Fidacca, *en de bloem in 't byzonder* Copratsja *en* Carpuratsja, *de vruchten* Tsjopelon. *Op Macassers* Punanga Boeg: Betau, *en* Bitau. *Op Ambons* Hataur, Hataulo, *en* Hutaulo, *ook* Hattou-Ui.

Plaats. *Hy is bekent door gantsch water-Indiën, inzonderheidt veel in de Moluxe en Amboinsche Eilanden, zoo wel op vlakke, als steyle stranden, daar weinig gewoel van menschen en vee is. In Amboina heeft men hem meest op de steenige strand van Larique en Suli, op Ceram is de geheele vlakke strand van het Nassausche gat aan, tot Affa Hoedi, eenige mylen lank, met zeer swaare* Caju Maria-*boomen bezet, meest leggende, en met haar hooft aan het water reykende, dat men daar door, als onder Prieelen kan gaan, zoo weeldrig in 't groeyen, dat de bladeren over een voet lang zyn. Men heeft bevonden, dat de Vogels zomtyds eenige korls in het gebergte brengen, ook op Eilanden, op wiens stranden zy onbekent zyn, en komen aldaar zomtyds op. Hier door vind men eenige zoodanige boomen op het hooge Land in Banda, en misschien is de voornoemde Soyaansche boom ook zoo voortgeteelt.*

In de westelyke deelen van Indiën is hy ook bekend, als in Malabaar, en op Ceylon, met een lange en bogtige stam op strand leggende, en het voorste zyne kruinen opligtende, datze buiten het water blyven, aldaar meede veele en welriekende bloemen dragende, doch de bladeren zullen wat kleinder zyn, dan aan de Amboinze.

Dewyl dan dezen boom op Ceilon, en de naburige plaatzen uitgeworteld, by geval door de Zee mede op Cormandel kan gebragt werden, zo men voor de waarheid wilde bouden, het gene de Portugeeze Schryvers, en onder anderen Jaricus Tom. 1. Lib. 2. Cap. 17. Rer. Indic. *uit een oude Traditie der Inlanders verhalen, dat den Apostel St. Thomas by de stad Meliapour of St. Thome, die doemaals twaalf mylen van de Zee lag, een grooten boom met zyn gordel van den strand na de stad zoude gesleept hebben, waar uit de geheelen Kapelle van hem gemaakt zy, en welk hout den Koning* Sagamus *te vooren zo gaarn tot zyn eigen bouw begeert hadde, doch met alle zyn magt niet optrekken konde, zo zoude men niet qualyk konnen gissen, dat het een zodanigen boom moet geweest zyn, want geen groote boomen op strand wassen, die tot die fabryk dienstig zyn.*

Gebruik. *Zo lang als den boom staat, heeft men het gebruik van de bloemen en vruchten. De bloemen zyn begeert van het Vrouw-volk, die dezelve garen in hare hairen dragen, of in hare kisten by de kleederen leggen, om een goede reuk daar van te krygen, het geele Zaat van binnen werd verward tot gebruik in de Medicyne, om in dranken te gebruiken, voor de Vrouwen, die uit het kraambedde opstaan.*

De dertele Koningen van Baley vullen hare hooftpeulen daar mede, om dat het van goeden reuk is, doch men moetze zomtyds verlugten, anders gewint het dikke en witte wormen, en is dit Zaad ('t welk men in 't generaal Sari *noemt,) beeter van natuur, dan dat van* Nagga-Sari, *het welk men tot diergelyke gebreeken gebruikt; om der bloemen wille word ook zomtyds dezen boom van de Maleyers, en Macassaren by hare huizen geplant, en in plaats van* Nagga-Sari *gebruikt.*

Uit de rype vruchten werd een Oly gehaalt, op verscheide manieren, want men schild vooreerst de buitenste bolster af, de binnenste korrels droogt men in de heete Zon, tot dat daar de geele Oly uitsweete, dezelve stampt of vryft men als dan, doet het in een hairige seest, van den Calap-

lappæ arboris Runut confecta, qui inter duo comprimuntur ligna, donec spissum exstillet oleum, vel hi nuclei sicci tam diu conservantur, donec oleum tale requiratur, qui tum contunduntur & in sartagine torrentur; ac priori exprimitur modo, uti cum Nucibus moschatis id fit, tosti hi & contusi aquæ etiam incoqui possunt, ac supernatans tolli oleum ope cochlearis, uti Calappæ oleum colligitur, expressio autem ejus melius succedit, sed magna istorum nucleorum requiritur quantitas: Oleum hocce modice calidum est, conducitque ad cutis sordes & scabiem tollendam & curandam: In Macassara, Baleya, & Bima candelæ ex hisce formantur nucleis, ad solem enim siccati adhibentur, qui acuto adligantur bacello in formam & longitudinem candelæ, vel contunduntur & miscentur cum certa Gossypii quantitate, & circumvolvuntur angustis Bambu arundinis segmentis, vel ex Gabba Gabba confectis in formam candelæ. Quidam semimaturos colligunt fructus, quos muria condunt, quorum exterius tantum putamen instar Olivarum comeditur.

Ejus lignum durabilem satis continet materiam, sed difficillimum est elaboratu dolatoribus, ut & securi, ferra tantum per recens transire potest, atque ex illo non nisi breves trabes & lati asseres formari. Quidquid itaque ex illo desideratur, ex recenti prius ligno formandum est, dein perdolari ac poliri tritura potest frequenti.

Optimum est ad axes, rotas, majoresque machinas ingentium tormentorum bellicorum, quum non findatur, vel rimas agat, licet magni ipsi infigantur clavi ob crispam & vorticosam ejus substantiam, unde & incolæ insulæ Key illud adhibent ad costas navigiorum incurvas, quum in aqua marina quam maxime durabile sit, ferra satis bene etiam in latos formatur asseres, ex quibus mensæ ac cistæ fabricantur, sed difficilem requirunt laborem, antequam glabræ & politæ sint, dolabra enim vix glabrum reddi potest hoc lignum, semperque rugosum ac pilosum est in una alterave parte, dein autem fricatur aqua & arena, ac denuo siccum politum fit ope scorearum ex arundine Rottang fissa confectarum, magna hominum vi applicatarum. Hac frictione demum in conspectum veniunt rari isti vortices, striæ, & undæ venosæ, lignum ipsum splendet, primæque speciei lignum exsiccatur obscure cinereum, secundæ vero pallide russum cum luteo mixtum, quod magis etiam splendet quam cinereum, ac reflexum exhibet.

Portugallorum cistæ in Zeylana & Malabara constructæ ex hoc ligno, multo crassiores habent fibras, suntque rugosiores quam Amboinenses, eleganter autem splendent, & obscure fuscum habent colorem, instar ligni Sideroxyli vetustioris, pro quo male etiam a nostratibus sæpe hoc lignum habetur. Hoc autem non est adhibendum ad quævis opera ex asseribus confecta, nisi rite siccum fuerit, atque per annum adservatum, hi quoque ex hoc confecti non sint tenuiores pollice, hoc enim lignum nunquam rimas agit, neque humiditate, neque colore, sed tenuiter secati & nimis recenter usurpati asseres incurvantur pluvioso præsertim tempore, ac sese contrahunt, recentesque hoc quoque vitium habent, quod cistæ ex illis fabricatæ facillime mucosum spirent odorem; si diu occludantur. Incolæ tam Javæ, quam Moluccarum & Amboinæ raro hoc adhibent lignum, quum parvis suis securibus, reliquisque pusillis instrumentis non valeant ingentes hujus ligni moles elaborare.

Hoc quoque lignum aliud habet vitium, siccæ nempe & rugosæ sæpe in hoc sunt maculæ, quæ nunquam poliri possunt, sed semper rugosæ manent, unde & hoc postea a Boeronensibus & Manipensibus anno circiter 1666 Societati nostræ Indicæ venditum fuit ad costas, carinas, & asseres Liburnæ & Scaphæ ex illo formandos, quod in Liburna ultra duodecim duravit annos, Scaphæ non ultra binos, caussa autem fuit, quod illud, ad Scapham adhibitum, nimis recens fuerit, quo factum, ut nimis contractum fissuras caussaverit.

Hujus arboris cortex depuratus ac sponte decorticatus, cum Sideroxyli cortice, *Samama*, & *Gayang Laut* aquæ incoctus & propinatus depurat puerperas, expellit fluxus albos aliasque inpuritates, si per octiduum ejus cyathus matutino ingeratur tempore, quum dein medicamenta adhibentur confortantia, hujus cor-

*Calappus-boom genomen, (*Runut *genaamt) en pertze tusschen twee planken, tot dat 'er de dikke Oly uitkomt, of men verwaart deze gedroogde korrels, tot dat men de Oly van nooden heeft; als dan stampt menze, en rostze in een pan, en pertze als vooren, gelyk men de Nootemusschaten doet, men kan de grootste en gestampte ook in water kooken, en de bovendryvende Oly met een lepel afnemen, gelyk men de Calappus-Oly maakt, doch de uitpersinge gaat vaardiger voort, maar men moet een goede quantiteit korrels hebben. Deze Oly is matelyk warm, goed om alle vuiligheid en schurft des huits te genezen, op Macassar, Baley, en Bima maakt men ook brantkaarssen van deze korrels, want men neemt die in de Zon gedroogde, en geheele korrels, en rygtze aan een spits stokje, tot de gedaante en lengte van een kaarsse, of men stamptze, vermengtze met wat Cattoen, en ombindze met smalle spaanders van Bamboezen, of Gabba Gabba gemaakt, tot de gedaante van een kaarsse. Zommige neemen de half rype vruchten, en peekelenze in, waar van men alleen de buitenste bolster eeten kan, als Olyven.*

Dit hout heeft wel een durabele stof, doch is zeer moeyelyk om te bewerken voor de schaaf, en byl, alleenlyk kan de zaag door het versche komen, en daar uit niet meer, dan korte balken, en breede planken gewinnen. Wat men dierhalven daar uit hebben wil, moet men uit het versche hout eerst in het ruige kappen, met een groffe schaaf bewerken, en met veel schueren glad maken.

Het is aller dienstigst tot wielen, assen, en affuiten van swaar Canon, want het en scheurt niet, alslaat men grote spykers daar door, wegens zyne werrige substantie, daarom gebruiken het de Inlanders van Key tot alderhande kromme inhouten van hare vaartuigen, want het in Zeewater inzonderheid durabel is, met de zage word het ook tot reedelyke breede planken gebragt, waar uit men tafelbladen, en kisten maakt, maar vereisschen eenen gedurigen arbeid, eer menze glad krygt, want met de schaaf kan menze niet meer, dan effen maken, blyvende als dan nog ruig en pelzig, daar na schuurt menze met water en zant, en ten laatsten polytst menze droog met boenders van gesplete Rottang gemaakt, en met kragt van mans armen. Door dit vryven komen eerst de rare drayingen, streepen, en baren van aderen voor den dag, en het hout begint ter deege te glimmen, bestervende dat van de eerste zoorte donkergraauw, en van de tweede ligt-ros, met geel gemengt, het welk ook meer glimt, dan het graauwe, en een weerschyn van zig geeft.

De Portugeesche kisten, die men op Ceylon en Malabaar van dit hout maakt, zyn veel grofdradiger, en ruiger van buiten, dan de Amboinsche, glimmen echter mooi, en zyn donker-bruin van coleur, als het oude yzer-hout, waar voorze ook abusivelyk van de onze aangezien worden. Men moet dit hout tot geen werk gebruiken van planken gemaakt, of het moet ter deegen droog zyn, en omtrent een jaar gelegen hebben, ook de planken niet veel dunder dan een duim zyn, want dit hout scheurt wel nooit, nog door vogtigheid, nog door hitte, evenwel de dun gezaagde te vers gebruikt, trekken haar wat krom, inzonderheid by regenachtig weer, en krimpen zeer in, zo hebben ook deze planken vers gebruikt deze faute, dat de kisten daar van gemaakt, zeer ligt vermuft ruiken, alsze lang geslooten staan. De Inlanders zo wel op Java, als in de Moluccos, en Amboina gebruiken anderzints dit hout weinig, om datze met haar kleine byltjes, en onnozel gereetschap, geen raad weten, die onbeschofte blocken te bearbeiden.

Dit hout heeft ook nog andere gebreeken, te weeten eenige drooge en pelzige plekken, die geen polysten aanneemen, maar ruig blyven, waarom dit hout van de Boeroneezen en] Manipeezen, omtrent Anno 1666. tot planken gebruikt aan het jagt, over de twaalf jaren goed gebleven is, en aan de sloep niet boven twee jaren, kan de oorzaak zyn, dat het geene aan de sloep verbezigt wierdë, te groen genomen is, waar door het te veel inkrimpende, groote opening veroorzaakt heeft.

De schorsse van dezen boom van de buitenste ruigte gezuivert, en dan van zelfs afschillende, met de schorsse van Yser-hout, Samama, *en* Gayang Laut *in water gekookt, en gedronken, zuivert de Vrouwens, die van het kraambedde opstaan, zet af de witte vloed en andere onreinigheden, achtdagen des morgens een klein kopje vol daar van*

corticis decoctum curat quoque mictum cruentum & Gonorrhæam.

Folia per noctem in aqua pura macerata, hanc cœruleo tingunt colore, uti Tabacum, quam frigidam reddunt, hac oculi lavantur inflammati, vel facies ipsa inmergitur patinæ hac aqua repletæ, quum ardor exstinguatur seu extrahatur, ac visum refocillat, hinc & Chirurgi quidam in Banda hæc destillarunt folia, illaque aqua bonos præstiterunt effectus in ophthalmia.

In Java & Baleya primores hanc plantant arborem circa ædes suas, ut & in hortis, in quibus satis eleganter erecto excrescit trunco, sed arte & labore ita formatur, ab illa parte amputando ramos, ad quam inclinare tentat.

Ob elegantem ejus umbram plantatur, atque ob odoratos flores, qui *Nagassari* accedunt, uti & ob fructus, ex quibus candelas formant.

Si arbor sit tenera, glabrum gerit corticem, increscentibus vero annis rugosus est ac finditur, uti in Amboinensi, tumque lignum aptum est ad asseres pro cistis & tabulis ex illo formandos.

Alter magicus ac superstitiosus usus apud incolas Boëronenses viget, quem tanquam summum arcanum nobis celant. Hujus enim arboris fructus inplantant cranio humano, quod plerumque recens illum in finem detruncatur, hujus oculos effodiunt, illorumque loco orbitis inponunt istos nucleos, quos pauca obtegunt terra, ex quibus excrescit arbor, cujus usum liberis suis relinquunt.

Ex hujus arboris fructibus Oleum conficiunt, quod in lagenula corpori appendunt, quo & istud illiniunt, cujus vi cuncta valent percutere sive per instrumenta jaculatoria, sive per emissaria ex sclopeto similibusve. Hac arte inter cæteros excelluit *Ginadi*, frater *Seg Radja Roemaite* in Boero, qui omnia quam certissime percutere poterat, & simul inpenetrabilis erat nostrorum globis, qui in ipsum emittebantur, quum anno 1680. nostrates in Cajeli provocaret, non autem liber erat a carnificis securi & vecti, quæ ipsum subsequenti anno in Amboinensium catasta tangebant & porrigebantur.

Relatio hæc inservire potest admonitioni nostratibus, ut si quempiam videant tali lagenula in collo ornatum, indicio sit, plerumque talem esse propugnatorem.

Si lignum hoc sit glabrum ac perdolatum, aqua perfricandum est, & pumice, qui per aliquod tempus in mari fluctuavit, unde & multo durior est illo, qui ex terra colligitur circa æstuantes montes, qui tales magna emittunt vi, qui dein in mari fluctuantes reperiuntur.

In *Rumphii Appendice* hæc subjunguntur.

Anno 1692 mihi mirum ligni frustum delatum est ex Caybobbo, quod incolæ prædicabant radicem esse Bintangor, quodque in mari sub aqua excreverat, sed abruptum erat, & per mare diu fluctuaverat, inque litus projectum erat, eleganter erat incisum, acsi statuaria arte esset elaboratum, subsequenti anno Bataviam missum fuit, ac locatum in insula parva, Edam dicta, ubi junctum fuit Japanensi solario Nobiliss. Dni. Gubernatoris senioris *Joannis Camphuysii*, ubi manubrio scalarum inservit.

In *Hort. Malab. part.* 4. *Fig.* 38. Malabarice vocatur *Punna* & *Punnaca*, Belgice *geele Gom-Appels*, ubi ejus descriptio cum nostra satis convenit, excepto quod non indigitetur, arborem esse maritimam seu litoream, nec etiam opinari quis debet, verum flavum Gummi ex hac provenire arbore, quod nostra natio colligit ex alia penitus arbore, *Carcapœli* dicta, quæ in Zeylana *Cureas* vocatur, de qua vide caput subsequens quadragesimum primum.

van gedronken, waar na men de stoppende medicamenten appliceert, de Decoctie van de schorsse geneest ook het bloedpissen, en Gonorrhæam.

De bladeren een nagt in vers water gelegt, geven het zelve een blaauwachtige coleur, als Tabak, en maken het zeer koel, hier mede wast men de verhitte oogen, of men dompelt het aangezigt in een schootel vol van dit water, dit trekt de hitte uit, en ververst het gezigt, hierom hebbe zommige Chirurgyns in Banda deze bladeren gedistilleert, en met het water insgelyks ook goede effecten gedaan aan verhitte oogen.

Op Java en Baley planten de groote Heeren dezen boom by hare huizen, ook Landwaart in, daar hy mooi regt groeit, doch met moeiten daar toe gewend werd, den stam regt houdende, en de takken aan die zyde afkortende, daar hy overweegen wil.

Zy planten hem, om zyn mooye schaduwe, om de welriekende bloeme, die de Nagas Sari *naast komt, en om de vruchten, waar uit zy kaarssen maken.*

Jonk zynde heeft hy een gladde schorsse, maar in den ouderdom werd die ruig en geborsten, gelyk aan het Amboinsche, als dan is het hout bequaam tot planken van kisten en tafels.

Nog een anderen Magischen of superstitieusen gebruik hebben de Inlanders meest van Boero, dieze zeer geheim en voor ons verborgen houden. Want zy planten de vruchten van dezen boom in een dootshooft van een mensch, datze tot dien einde gemeenelyk vers afkappen, de oogen uitgraven, de voorschreeve korrels in de plaats steeken, en slegts een weinig met aarde, latende daar uit een boom groeyen, wiens gebruik zy aan hare kinders overlaten.

Uit de vruchten van deze boom, makenze een Oly, *dat ze in een flesje aan 't lyf dragen, ook het zelve daar mede bestryken, door wiens kragt zy lieden alles raken kunnen, het zy door werp-geweer, als schieten uit roers. Door welke kunst onder anderen vermaart was* Ginadi, *broeder van den* Seg Radja Roemaite *op Boero, die wel op alles wel een wissen schoot had, en vry was voor onze kogels, die na hem gegoit wierden, als hy Anno* 1680. *de onze in Cajely uitdaagde, maar niet voor de beuls byl en koevoet, die hem het volgende jaar op 't Amboinsche Schavot raakte.*

Dit verhaal kan dienen tot waarschouwing voor de onze, als zy diergelyke flesjes met Oly iemand aan den hals zien dragen, dewelke gemeenelyk voorvegters willen zyn.

Als het hout glad en even geschaaft is, zo moet men 't schueren met water, en dat slag van dryfsteenen, dewelke een tyd lang in Zee hebben leggen dryven, en daar door veel harder geworden zyn, dan die men van 't Land en omtrent de brandende bergen neemt, dewelke zodanige genoegzaam uitwerpen, en dan in Zee dryven.

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er by gedaan.*

Anno 1692. *is my een wonderlyk stuk hout van Caybobbo gebragt, het welk de Inlanders voorgaven de wortel van Bintangor te zyn, in Zee onder water gegroeit, doch afgebroken, van de Zee lang gerolt, en op strand geworpen, het was zeer aardig uitgesneden, als of het door Beeldhouwers konst gemaakt was, het is in 't volgende jaar naar Batavia gezonden, en geplaatst op het Eilandeken Edam, aan het Japanze Speelhuis van den Edelen Heer oud Generaal* Johannes Camphuis, *daar het tot een knop aan de trappe dient.*

In Hort. Malab. part. 4. Fig. 31. *hiet hy in 't Malabaars* Punna *en* Punnaca, *in 't Duits geele Gom-appels, met onze beschryving redelyk wel accorderende, behalven dat men niet merken kan, of 't een strand boom zy, ook moet men niet meenen, dat 'er regte geele Gom van dezen boom komt, het welke onze Natie halen uit een anderen boom Carca* Poeli, *en op Ceylon* Cureas, *waar over zie het volgende een-en-veertigste Hoofdstuk.*

EXPLI- UYT-

EXPLICATIO

Tabulæ Septuagesimæ Primæ,

Quæ ramum exhibet *Bintangoræ Maritimæ*, uti a *Rumphio* vocatur.
A. Ejus *integrum* denotat *fructum* justa magnitudine, & putamine obvolutum.
B. *Fructum dissectum.*
C. Ejus *nucleum* sistit *exemptum.*

OBSERVATIO.

Inophyllum hoc genus a me in *Thes. Zeyl. pag.* 131. vocatum fuit ob elegantissima folia striata, fibrosa, & quasi musculariâ; atque hæc planta Inophyllum flore octifido, quæ est Nux Zeylanica oleosa major. *Herm. Mus. Zeyl. pag.* 57. & Punna *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 38. & Calaba *Plum. Nov. pl. gen. pag.* 39. Calophyllodendron Indicum folio subrotundo. *Vaill. act. reg. Paris. an.* 1722. *pag.* 283. & *Calaphyllum* foliis ovatis, obtusis, striis parallelis transversalibus *Linn. H. Cliffort. pag.* 206. quod jungitur alteri hujus speciei flore quadrifido, quæ in *Thes. Zeyl. pag.* 130. *Tab.* 60. describitur & exhibetur. a *Rayo in hist. pl. pag.* 1525. vocatur Prunifera, seu Nucifera Malabarica, foliis Nymphææ, fructu rotundo, cortice pulvinato, & a *Pluknet.* Arbor Indica, Mali Medicæ foliis amplioribus Maderaspatana, forte Punna *H. Malab. Phyt. Tab.* 147. *Fig.* 3. Focraha *Flacourt. Hist. Madagasc. pag.* 139. Nomine Bintangor arboris maritimæ describitur a *Valent. pag.* 216. reliqua vide in *Thes. Zeyl. pag.* 131.

UYTLEGGING

Van de een-en-zeventigste Plaat,

Dewelke vertoont een *Tak* van de *strand-Bintangor*, zo als ze van *Rumphius* genaamt werd.
A. Wyst aan de *geheele vrucht* in zyn *bolster* en *grootte*.
B. De *vrucht opgesneden.*
C. Het *uitgenomene pit.*

AANMERKING.

Dit geslagt van boomen is *Inophyllum* van my genaamt in de *Thes. Zeyl. pag.* 131. om dat deszelfs bladen zeer aardig geadert en gestreept zyn als de vezels van de spieren, en deze plant werd aldaar genaamt Inophyllum flore octifido, en is de groote Zeylonsche olieachtige noot van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 57. en de *Punna* van de *Hortus Malab.* in het vierde deel *Tab.* 38. en Calaba van *Plumier* in zyne *nieuwe geslagten der planten pag.* 39. en Oostindische *Calophyllodendron* met ronde bladen van *Vaill. in de act. Paris* 1722. *pag.* 283. en Calaphyllum met rondachtige stompe en gestreepte bladen van *Linnæus* in de *Hort. Cliffort. pag.* 266. welke verder in de *Thes. Zeyl. pag.* 130. beschreven en *Tab.* 60. verbeeldt werd, en die van *Ray* in zyn *histor. der planten pag.* 1525. genaamt werd een Malabaarsche Pruim ofte Noot-dragende Boom, met bladen als de Nymphææ, en ronde vruchten, en van *Pluknet* Oost-Indische Boom, met breede bladen als de Appel-boomen die mogelyk is de Punna van de *Hortus Malab.* en in de *Historie van Madagasc. pag.* 139. de Zee Bintangor-boom werd by *Valent. pag.* 216. mede beschreven. het overige ziet in *Thes. Zeyl. pag.* 131.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Bintangor silvestris. Bintangor Utan.

Quam irregularem etiam & sordidum truncum gerit præcedens *Bintangor*, tam elegantem & bene ordinatum hæc Bintangor montana seu silvestris, sique inter sese comparentur, differunt quantum crassus & incomptus rusticus a tenera ac polita puella. Truncus montanæ Bintangor est rectissimus & gracilis instar Pinangæ, raro crassitiem Calappi adtingens.

Ejus folia sunt octo vel novem pollices longa, binos lata, vetusta vero acutum gerunt nervum medium ab inferiore parte, atque in longum acutumque desinunt apicem, præcedenti firmiorem, sine ordine petiolis insident, suntque porro litorali Bintangor similia; dum vero hujus lignum duplex est, album nempe ac rubrum, parvum quoque inter folia observatur discrimen, in una enim specie sunt acuminata, in altera vero obtusa.

Hæc etiam sine ordine locantur, aliquando autem opposita sunt, & obliquam formant crucem; Quæ in Boero crescunt, longiora gerunt folia & tenuiora Amboinensibus; Trunci cortex æqualis est crassitiei, externe cinereus vel flavescens ac glaberrimus, interne luteus, qui decorticari potest in magna segmenta, ita ut canales inde formari possint.

Flores Bintangor litoralis floribus maxime similes sunt, vel paulo majores, ex quinque subrotundis, crassis, & albicantibus constantes petalis, qui intus replentur antheris luteis, longioribus insidentibus staminibus, quam in præcedenti, jucundum spirantibus odorem, sed debiliorem. Singuli quoque flores longo insident petiolo albicante, & cruciatim, uti in Caryophyllis, magnis in racemis congesti sunt, quorum plerumque bini oppositi ex foliorum alis progerminant.

Fructus itidem rotundæ sunt pilulæ, duplo minores quam in præcedente, parumque acuminati, in arbore glauci, sine floris vestigio, nudo insidentes pedunculo, binos autem gerunt cortices seu putamina, quorum exterius cultrum crassum est, primo lignosum, & fere friabile, acsi ex arena compositum esset, sub hoc alterum locatur crassius ac durius putamen, sed tan-

XXVII. HOOFDSTUK.

De wilde Bintangor-Boom.

Zoo *lelyk de voorige* Bintangor *van stam is*, *zoo mooy en welgeschikt is de berg*-Bintangor, *en zy beyde met malkander vergeleeken*, *vertoonen eenen groven vierkantigen Boer*, *by een klein Juffertje. De stam van de berg*-Bintangor *is zeer regt en rank*, *als een Pynang-boom*, *zelden de dikte van een Calappus-boom bereykende.*

De bladeren zyn agt en negen duimen lank, *twee duimen breet*, *en meer*, *hebbende onder mede een scherpe middelribbe*, *en vooren een lange smalle spits*, *styver als de voorige*, *staan zonder ordre aan de steelen*, *en zyn verders de strand-Bintangor gelyk: doch dewyl dit hout tweederley is*, *namentlyk wit en roodachtig*, *zoo wert 'er ook een klein onderscheidt in de bladeren gemaakt*, *want aan de eene soorte zynze vooren regt toegespitst*, *en aan de andere loopenze stomp toe.*


Zomtyds staanze ook zonder ordre, *zomtyds tegens malkander*, *en maaken een schuin kruis. Die van Boero zyn ook langer en smalder*, *dan de Amboinsche*, *de schorsse van den stam is egaal dik*, *van buiten licht-graauw of bleekgeel*, *en zeer effen*, *van binnen geel*, *men kanze met groote stukken afschillen*, *zo dat men gooten daar van maaken kan.*

De bloeme is het strand Bintangor meest gelyk, *of wel zoo groot*, *uit vyf ronde*, *witte*, *en vette blaadjes gemaakt*, *en binnen gevult met veel geel zaad*, *op langere draaden dan de voorige*, *mede goed van reuk*, *doch slapper: Ider bloem insgelyks staat op een langen witten steel*, *en in 't kruis*, *gelyk de nagelen*, *aan groote trossen*, *waar van gemeenlyk twee tegen malkander uit den schoot der bladeren voortkomen.*

De vruchten zyn mede ronde pillulen, *tweemaal kleinder dan aan 't voorige*, *met een kleine spitze voor op*, *aan den boom spaans-groen*, *zonder overblyfzel van de bloem op den blooten steel staande. Hy heeft twee bolsters of schellen*, *waar van de buitenste een mes dik*, *eerst houtachtig*, *byna bryzelig*, *als of ze van zant gemaakt was*, *daar onder leyt een ander dikkere en harder schaal*, *ten laat-*



Calophyllum Inophyllum L.



tandem itidem friabile, ex crassiori quasi arena conflatum, in medio vacua est cavitas nucleo destituta, ab arbore decidens, &, si per aliquod tempus in terra prolapsus fuerit fructus, friabilis est, quum primo lignosus fuerit, ac siccus sine ullo oleo vel gummi, forte etiam non omnes vacui & nucleo destituti sunt, sed quidam hoc repleti, qui arborem propagant.

Arbores, quæ folia oblongo-acuta & obscure viridia gerunt, quæ non ruffa sed viridia exsiccantur, ligno constant albo, quod, si recens, gravissimum est, sed cito exsiccatur ad oras, hoc habet rectas ac breves fibras, crassas, & quasi abruptas, oblique etiam interdum decurrentes, internæ autem tenuiores sunt & magis intricatæ; si politum sit hoc lignum, splendet instar serici; lentum vero est quam maxime ob longitudinales fibras, & flexile, nec facile rimas agit vel frangitur, plurima autem ejus vis in longitudinalibus marginum fibris consistit, internum enim lignum facilius rumpitur.

Altera species priori fibris similis est, sed ex albo magis ruffescit, plurimisque constat partibus, quæ crassioribus repletæ sunt venis, nec facile poliri potest, crassæ enim hæ venæ dolabris sese opponentes decidunt, & sulcos formant. Hujus speciei folia superius obtuse acuminata, & aliquando bifida sunt, inque oris deorsum sinuosa: In utraque porro specie nullum observatur gummi, neque in foliis neque in cortice, & uno plerumque florent tempore cum *Bintangor* litorali, seu maritima; nunquam autem in litore occurrunt, sed in densis silvis tam in montibus quam in vallibus, quoque loca sunt sicciora ac magis saxosa, in quibus crescunt, quo melius illarum sit lignum.

Nomen. Latine *Bintangor Montana.* Malaice *Bintangor Utan*, & solummodo *Bintangor*, Malayenses enim hanc pro vera habent *Bintangor*, & præcedentem arborem pro *Champelong*, Amboinice *Hataul Lau-muri.*

Locus. In omnibus Amboinensium occurrit insulis, plurimum vero in Boero, & Hitoensi regione, seu magna Amboina.

Usus. Hujus arboris nil nisi rectus in usum advocatur truncus, si recens fuerit, nec ultra crus crassus ad tectorum fulcra, si vero majores sunt, malis inserviunt navigiorum minorum, sed bene attendendum est, ne hujus ligni nimis magna abradatur copia, sed tantum in rotundam amputetur formam, plurima enim ejus vis, uti dictum fuit, in exteriore consistit parte.

Si navigiis inpositum fuerit, suprema ejus pars lamina plumbea obducenda est, ut ab aquæ pluvialis vi & putredine conservetur, si ita rite sit conservatum, diu usui esse potest, & magnos ventorum ferre inpetus.

Quod tectorum fulcris inserviet, itidem decorticandum modo est, nec aliquid de ligno ipso auferendum, atque decorticati trunci Soli exponendi sunt, ut exsiccentur, & indurescant, si enim nimis recentes & virides tectis inponantur, incurvantur, quod & de præcedenti itidem observandum est ligno, multi autem ex nostro populo hoc negligentes, hoc lignum injuriæ infamarunt inmerito, nec ita durabile esse ac persuadetur, quod tamen ipsorum ignorantiæ inputandum est. Hoc autem lignum semper ad superiores domuum partes adhibendum est, nunquam vero ad postes, quæ terram tangunt, quum ibi facile ac brevi putrescat.

Bintangor Montana aliam seu tertiam habet speciem magnitudine multum a prioribus differentem, est enim arbuscula tenuis, vix ultra pedem crassa, recto tamen itidem trunco constans, & flavescente ac glabro cortice.

Hujus rami sese dividunt in longa ac lenta flagella, hisce folia insident rara, bina sibi opposita; quæ Granati foliis accedunt, vel acumini minoris hastæ, tres pollices longa, minorem digitum lata, sensim acuminata, firma, glabra, tenuibusque pertexta venis parallelis, instar omnium *Bintangorum.*

Flores fructusque me hactenus latent, quum raro in conspectum veniant, uti & ipsa arbuscula: Ejus lignum est lentum, solidum, & ex albo ruffum.

laatsten ook bryzelig, en uit grover zand bestaande, in de midden is een ydele holligheit zonder kern, van den boom afvallende, en een tyd lang op de aarde leggende, wordenze eerst bryzelig, van te vooren zynze houtachtig, dog droog, en zonder eenige olye of gom, misschien zynze ook niet alle ydel, maar eenige vol, die den boom voortplanten.

De boomen, die een lankwerpige spits en donker-groen blad hebben, het welke ook niet vaal of ros, maar groenachtig opdroogt, hebben een wit hout, vers zynde zeer swaar, maar droogt ligt op. Aan de kanten heeft het regte, doch korte aderen, grof en als afgebrooken, ook wat schuins loopende, na binnen zynze fynder, en lopen meer gekrult; gepolyst zynde, glimt het als Satyn, het is zeer taai wegens de lange draaden, zeer buigzaam, zonder te scheuren of te breeken, maar zyn meeste kragt bestaat in de langdradige kanten, want het binnenste hout breekt ligter.

*De andere zoorte is de voorige aan draden gelyk, maar het trekt uit den witachtigen een weinig na den ligt-roszen, vol van stukken grove aderen, en laat zig niet glad werken, want de grove aderen tegens de schaaf opstaande, vezelen uit, en maken groeven. De bladeren van deze zoorte hebben vooren een stompe spits, zomtyds in tween gekloven, en aan de kanten zynze nederwaarts wat gezoomt. Voorts van beide zoorten ziet men gene gomachtigheit, nog in bladeren, nog in schorssen, en zy bloeyen meest op eenen tyd met de strand-*Bintangor*, men vindze geenzints op strand, maar in digte bosschen, zo in 't gebergte, als in de valeyen, en hoe drooger en steenachtiger de plaats is, daarze wasschen, hoe beter menze houdt.*

Naam. *In 't Latyn* Bintangor Montana, *in 't Maleyts* Bintangor Utan, *en slegts* Bintangor, *want de Maleyers houden dit voor den regten eigentlyken* Bintangor, *en den voorigen boom voor* Champelong; *op Amboins* Hataul Lau-muri.

Plaats. *Men vind hem in al de Amboinsche Eilanden, doch meest op Boero, en het Hitoeeze Land, of groot Amboina.*

Gebruik. *Van deze boomen gebruikt men anders niet, dan de regte stammen, alsze nog jonk zyn, en niet boven een been dik, tot sparren van dakwerk, maar grooter zynde, tot masten en rheen van kleine scheepen en jonken, doch men moet 'er wel op passen, dat men van dit hout aan de buitenkant niet veel afneeme, maar slegts een weinig besnoeye, dat het rond werde, want zyn meeste kragt, als gezegt, bestaat in de kanten.*

In de scheepen gezet zynde, moet men het ook boven met een stuk loot of presening bekleeden, dat het voor 't inwateren van den reegen bevryd blyve, dewelke het van binnen ligt doet vergaan, dus verwaard zynde, kan het lange in Zee duren, en wegens zyn styvigheid groot gewelt van winden uitstaan.

Het geene tot sparren dienen zal, moet men insgelyks slegts schillen, en niets van het hout afnemen, de geschilde stammen in de Zonne stellen, datze ter degen uitdroogen en styf werden, want anders te vers gebruikt in het dakwerk wordenze krom, het welk men ook by de voorige aanmerken moet, doch veele van ons volk op deze dingen niet lettende, hebben dit hout zonder schuld in een quaden naam gebragt, zo durabel niet te zyn, gelyk men voorgeeft, het welk doch hare onwetenheid te verwyten is. Men moet dit hout altyd aan de bovenste deelen van een huis gebruiken, en geenzints tot stylen, die in de aarde staan, want daarze dezelve raken, vergaanze in korten tyd.

Nog heeft den Berg-Bintangor *een andere of derde zoorte, aan grootte veel van alle de voorige verschillende, want het blyft een dun rank boompje, niet boven een been dik wordende, doch met een regte stam, en een bleek-gele effene schorsse.*

De takken verdeelen hun in lange en taye gerten: daar aan staan de bladeren zeer ydel, ook twee en twee tegens malkander. De bladeren gelyken die van Granaten wat, of de spitze van een kleine piek, drie duimen lank, een kleine vinger breed, allenkskens toegespitst, styf, glad, en met fyne evenwydige adertjes doorregen, gelyk alle Bintangor.

De bloemen en vruchten zyn my nog onbekent, om datze zelden gezien worden, gelyk het boompje zelfs. Het hout is taai, styf, en uit den witten wat ros.

Nomen. Latine *Bintangor Tenuifolia.* Malaice *Bintangor Daun Kitsjil.* Amboinice *Hataul Laun Maun.*

Locus. Raro occurrit, semperque crescit in locis saxosis ad pedes montium, uti in Hoeamohel circa Lieliam & in magna Amboina, in monte Capahæ, ubique haud procul a litore, & in exilioribus silvis ex minoribus arboribus constantibus.

Usus. Lignum durius & solidius est vulgari *Bintangor*, unde & ad tectorum fulcra adhibetur, sed non magna conquiri potest copia.

Naam. *In 't Latyn* Bintangor Tenuifolia. *Op Maleyts* Bintangor Daun kitsjil, *en in 't Amboins* Hataul Laun Maun.

Plaats. *Men vind het weinig, en het wast altyd op steenige gronden, in 't hangen van de bergen, gelyk op Hoeamohel omtrent Liela, en op groot Amboina, in 't gebergte van Capaha, over al niet ver van strand, en in ligte bosschen van klein boomwerk.*

Gebruik. *Het hout is wel vaster en harder, dan dat van de gemeene* Bintangor, *daarom werd het mede tot het dakwerk gebruikt, maar men kan het in geen overvloed bekomen.*

Tabula Septuagesima Secunda

Ramum exhibet *Bintangoræ* silvestris, uti a *Rumphio* vocatur.

De twee-en-seventigste Plaat

Vertoont een Tak van de *wilde Bintangor*, zo als die van *Rumphius* genaamt wert.

OBSERVATIO.

Nomine *Bintangor silvestris* occurrit apud *Valent. pag.* 217. & *No.* XLV. exhibetur.

AANMERKING.

Onder de naam van *wilde Bintangor-Boom*, komt ze voor by *Valent. p.* 217. en wert op de Plaat onder *No.* XLV. verbeeldt.

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Novella: Daun Baru.

Quasdam nunc describemus arbores, quæ flores itidem gerunt speciosos, & Althææ affines sunt, quæ in nostris seu Europæis terris pusilli sunt frutices, sed hisce in regionibus in arboris formam excrescunt, has in quatuor distinximus species, quarum primam & vulgatissimam cum varietatibus suis hoc in capite describemus.

Novella seu *Daun Baru* est arbor ubique obvia, plurimum uno, sæpe & pluribus truncis instar fruticis excrescens, præsertim quæ in litore crescit, non alta sed mediocris crassitiei instar vulgaris Mali; trunci cortex est cinereus & fere albicans, in litore pallide ruffus, sed remotius in terra cum viridi mixtus, in ramis vero ex fusco & viridi variegatus, in superioribus vero ex cœruleo viridis, ubique admodum lentus, succosus, & a ligno facile separandus, uti in Salicibus.

Folia sunt solitaria & ampla, subrotunda, cordata, latiora quam longa, inferiore parte binis magnis subrotundis auriculis donata, quorum quædam quinque sexve pollices longa sunt, septem vel octo lata, quædam vero quatuor longa & quinque lata, in junioribus autem ramis aliquando occurrunt pedem circiter lata & palmam longa, ad oras tenuissime serrata, in vetustioribus vero foliis oræ sunt integræ, & ad apices seu angulos parva tantum crenarum vestigia supersunt, folia hæc porro superius cito angustantur in apicem acutum sed brevem, suntque superne glabra & læte viridia, inferne cinerea, ad tactum lanuginosa seu rugosa, quinque, septem, & novem sæpe protuberantibus costis donata, quæ per folii superficiem dispersæ sunt, sed ad petiolum concurrunt, exceptis plurimis aliis transversalibus costis.

Folia tenerrima & juniora sunt ex fusco viridia, & instar libri complicata, sique sese aperiant, diu ab utraque virescunt parte, quo autem sint vetustiora, eo firmiora, magisque cinerea sunt ab inferiore parte. Odor & sapor est fatuus, herbaceus, & mucosus, qualis in omnibus Malvaceis detegitur generibus.

Longis insident & rotundis petiolis prope folium reflexis, instar manubrii cochlearis, qui teneri prope suum ortum in ramo bina gerunt peculiaria foliola, inter quæ tanquam inter binas genas locantur, quæ etiam ad petiolos florum observantur, sed sensim decidunt. Vetusta vero folia plerumque perforata sunt a vermibus vel formicis, ac sunt disrupta, rugosa, & sæpe ex relictis tantum costis constantia, hæc enim arbor præ reliquis quam maxime vexatur a nigris formicis.

Flos

XXVIII. HOOFTSTUK.

Nieuw-blad-Boom.

Nu zullen wy eenige boomen beschryven, die mede een aanzienlyke bloeme dragen, en uit de maagschap zyn van Althea *ofte* Heemst, *dewelke wel in onze Landen meest een swakke heester is, maar hier te Lande haar in gedaante van een formeele boom vertoonen, die wy in vier hooft-zoorten verdeelt hebben, waar van wy de eerste of gemeenste met haare veranderingen in dit Kapittel beschryven zullen.*

Novella *of* Daun Baru *is een overal gemeene boom, meest met eenen, en zomtyds ook met meerder stammen, als een heester opschietende, inzonderheid het geene op strand wast, niet hoog, maar middelmatig dik, als een gemeene Appel-boom, den bast aan den stam is ligt-graauw, en bykans witachtig, op strand ligt-ros, maar Landewaart in met vuil groen gemengt, aan de takken uit het bruine en groene gemengt, maar aan het voorste blaauwgroen, over al zeer taai, zappig, en van het hout ligt afschillende, gelyk aan de willigen.*

De bladeren staan enkeld, en zyn groot, rondachtig, als een hert geformeert, breeder dan lank, achter met twee groote ronde en over malkander slaande ooren, zommige vyf en zes duimen lank, zeven en acht breed, zommige vier lank, en vyf breed, doch aan de takken vind men der ook bykans een voet breed, en een band lank, aan de kanten zeer fyn gezaagt, doch aan de oude bladeren zynze effen, of aan de spitzen eenige kleine overblyfzels van tanden behoudende, van voren in een korte of schielyke spitze eindigende, boven glad, en jeugdig-groen, maar van onderen grys of graauwachtig, en in 't aantasten wolachtig, of ruig, met vyf, zeven, en negen uitsteekende ribben, in de ronte verdeelt, alle bei den steel t'zamen stootende, behalven nog veele andere dwersribben.


De geheele jonge bladeren zyn bruinachtig, en t'zamen gevouwen als een boek, en alsze haar openen, blyvenze langen tyd groen aan weer-zyden, en hoe ouder, hoe styver, en graauwer zy van onderen worden. De reuk en smaak is smets, grasachtig, en slymerig, gelyk alle Maluwe-zoorten.

Zy staan op lange ronde steelen, by het blad omgekromt als een steel van een lepel, die jonk zynde, by haren oorspronk aan den tak twee kleine byzondere blaadjes hebben, tusschen dewelke zy als twee wangen staan, welke men ook ziet by de steelen der bloemen, maar metter tyd afvallen. De oude bladeren zyn meest vol gaten, en van de wormen of mieren doorvreeten, ruig, gescheurt, en dikwils in bloote ribben bestaande, want dezen boom meer dan andere van de swarte mieren geplaagt werd.

De



Calophyllum acuminatum Lam.



Flos formam habet uti in Malva & Althæa, calathoides nempe, ex quinque magnis constans petalis, infra firmis, supra flaccidis & rugosis, per longitudinem striatis, quorum quodvis dimidia sua parte alterum complectitur, ita ut totus flos ex uno constructus videatur petalo, non autem ita ample extensus & apertus est hujus flos quam in *Malva*, sed ad unguem magis incisus & excavatus est. Color est flavescens, in centro interno obscure fuscus, ac fere sanguineus: In medio pistillum locatur more Malvaceorum, ultra semi digitum longum, cujus summum plurima ambiunt farinacea stamina, in ejus vertice fuscum apparet capitulum, inodorum penitus. Flos autem duplici barbato insidet calici, cujus inferior pars componitur ex decem, superior vero ex quinque longis viridibusque petalis acuminatis, arcte flori adcumbentibus. Quamdiu flos arbori insidet, non ultra campanæ formam apertus est, sed sub vesperam magis sese extendit instar patinæ, ac plerumque totus quantus decidit, coloremque adquirit magis intensum, ac strias contrahit læte rubentes, externe autem, si tangatur, rugosus apparet. Hic florum lapsus plerumque in adultis observatur arboribus, in junioribus enim plurimi remanent, qui sese sub vesperam contrahunt & claudunt in caput, quod nunquam iterum sese aperit more Malvaceorum: prolapsi autem flores in terra aperti manent, & ita putrescunt.

Post florum lapsum sese contrahunt & claudunt ista quinque calicis petala, & fructum formant, qui constat ex oblongo cono, forma & magnitudine Nucis Moschatæ, externe autem rugoso, & obscure fusci coloris. Hæc fructus capita facillime sese per maturitatem aperiunt in quinque segmenta, quorum singula frustum casei excavatum referunt. Quodvis vero segmentum ablatum sese iterum dividit in binas cellulas, inque singula quinque locantur semina magnitudine acinorum Uvarum, forma gibborum renum, insipida, plurima autem horum seminum pars non perfecta est, sed putrescit, unde & raro ex iis novæ excrescunt arbores.

Hujus lignum est album, fungosum, & siccum levissimum est nec durabile: Rami medullam habent fungosam & aquosam, in vetustioribus vero truncis ultra hominem crassis cineream generant medullam, quæ sæpe ita cinerea est, ac *Salimoeri*, & externo albo ligno ita obducitur, ac caro lardo suo, quod & in Ebeno quoque conspicitur ligno. Medulla hæc durabilis est, nec facile in terra putrescit, licet fungosa ac levis sit, & licet tota arbor saporem habeat fatuum & aquosum, in hac tamen cinerea medulla amarities subtilis observatur, quæ detegitur masticatione, vel si cum aqua supra porphyritim conteratur: quoniam vero comperi medullam hanc cineream in cunctis non reperiri arboribus, præsertim quæ in pagis crescunt per ramos propagatæ, hinc diu cogitavi, uti & multi mecum incolæ, hanc arborem in binas dividendam esse species, quum autem plurimi dicant, unicam tantum esse speciem, eo quod in floribus & foliis nulla notabilis conspiciatur varietas, hinc ad ulteriorem disquisitionem illud differam, licet persuasus sim, quandum posse me ostendere differentiam tam florum quam foliorum: Radices album gerunt lignum, & mucosum corticem, uti tota arbor.

Arbor hæc vegetativam quoque habet naturam, ita ut omnes ejus rami, quam pusilli etiam, terræ commissi progerminent, sed non diu extra terram servari possunt vegetæ, dum totum lignum sit fungosum, & hinc facillime succus vivens exstillat & exsiccatur, unde & tales rami, quam primum cæsi sunt, plantandi sunt, nec ultra noctem servandi; Per totum annum flores producit, sed copiosissime mensibus Decembri, Januario, & Februario, qui sicci sunt menses.

Nomen. Latine *Novella.* Malaice *Daun Baru* & *Caju-Baru*, h. e. novum folium, quum semper nova in hac arbore observentur folia, adeoque sit luxuriosa, qua denominationis significatione in aliis quoque occurrit linguis, uti Ternatensi & Macassarensi *Baru.* Javanica *Condong Waru*, Bandensi *Varu Ranu* & *Varook.* Amboinensi *Haru:* In Luhoe *Pappatale.* In Baleya *Waru*, Portugallice *Volo Condan.*

Locus. Hæc arbor ubivis nota est per totam aquosam Indiam tam in litore, quam in ipsa regione ubique crescens, unde & inter omnes arbores vilissima est

De bloem is geformeert, als die van Malva *en* Heemst *in 't gemeen, te weten kloks-gewys, uit vyf groote bladeren gemaakt, beneeden styf, boven slap en rimpelig, in de lengte gestreept, en elk schier met zyn helft het ander omvattende, zo dat de geheele bloem schynt uit een blad gemaakt te zyn, zo wyd niet geopend, als in de* Malva, *maar dieper en bolder. Hare coleur is licht-geel, op den grond van binnen hoog-bruin, en bykans bloed-rood. In de midden staat een pilaartje, na gewoonte van de Malue, ruim een halve vinger lank, aan het bovenste met veele meelachtige noppen bezet, met een bruin hooftje boven op, zonder eenigen reuk. Zy staat in een dubbelde gebaarde kelk, waar van het onderste deel bestaat uit tien, en het bovenste uit vyf lange groene spitzen, die digt tegen de bloem aanleggen. Zo lange de bloeme aan den boom staat, isze niet meer, dan kloks-gewys geopend, maar tegens den avond openenze haar wyder, te weten, als een schoteltje, en valt voor het meeste deel af, zo geheel als hy is, werd hooger van coleur, gewind eenige ligt-roode streepen, en is van buiten wat ruig in het aantasten: Dit afvallen geschiet meest aan de volwassen boomen, want aan de jonge blyvender veel hangen, en sluiten haar des avonds te zamen in een knop, die nooit wederom opengaat, na de manier van al de Maluwen, de afgevallene bloemen blyven zo geopent op de aarde leggen, en vergaan.*

Na het afvallen der bloemen sluiten hun de vyf bovengemelde baarden wederom toe, en formeeren de vrucht, dewelke is een lankwerpige knop, in gedaante en grootte van een Note-musschaat, *doch van buiten ruig, en donker-graauw van coleur. Deze knoppen openen haar ligt in vyf deelen, daar van ieder een stuk uitgesneeden kaas gelykt: Ieder deel afgenoomen zynde, verdeelt zig wederom in twee kamertjes of celletjes, en in ieder celle leggen vyf zaadjes, in de grootte als de korrels van druiven, in de gedaante van bultige niertjes, zonder smaak, het meeste deel van deze zaadjes komt niet tot perfectie, maar verrot, weshalven ook zelden andere boompjes daar van voortkomen.*

Het hout is wit, voos, en gedroogt zynde zeer ligt, en gansch niet durabel. De takken hebben een voos waterachtig hert, maar in de oude stammen, die dikker, als een man zyn, gewind het van binnen een graauw hert, dat zomtyds zo graauw word als Salimoeri, *met het buitenste witte hout, als vleesch met zyn spek bekleed, gelyk men in het Ebben-hout ziet. Dit hert is durabel, en vergaat niet licht in de aarde, hoewel het voos en ligt is. Ook hoewel den geheelen boom laf, en smets is van smaak, zo vind men nogtans in dit graauwe hert een subtile bitterheid, die men gewaar word in het knauwen, of in het vryven met water op een steen; dewyl ik nu bevonden hebbe, dat dit graauwe hert niet in alle boomen is, inzonderheid die in de Negoryen met stokken geplant worden, zo ben ik lang in bedenken geweest, gelyk ook veele Inlanders met my, dat dezen boom in twee zoorten behoorde verdeelt te werden, maar dewyl de meeste deel staande houd, dat het maar een zoorte zy, alzo men aan de bloemen en bladeren geen merkelyken onderscheid kan zien of aanwyzen, zo moet ik my tot nader onderzoek daar mede conformeeren, hoewel ik my nog al laat voorstaan eenen onderscheid te konnen aanwyzen, zo in de bladeren, als bloemen. De wortelen hebben een wit hout, en slymerigen bast, gelyk het geheele gewasch.*

Deze boom heeft mede een zeer groeyzamen aart, zo dat alle stokken (hoe klein zy ook zyn) in de aarde gestooken wederom uitschieten, doch willen niet lange boven de aarde leggen, want dewyl het geheele hout voos is, loopt'er de groeyende zap zeer haast uit, en verdroogt, dierhalven men de stokken, zo draa zy gekapt zyn, verplanten moet, of immers niet boven een nagt laten leggen. hy heeft wel in 't geheele jaar bloemen, maar meest in December, January, en February, de drooge maanden.

Naam. *In 't Latyn* Novella, *in 't Maleyts* Daun Baru *en* Caju Baru, *dat is Nieuw-blad, om dat men altyd jonge bladeren aan dezen boom vind, en hy zo weeldrig in 't groeyen is, en zo hiet hy ook meest in alle andere taalen, als op Ternaats en Macassers* Baru. *Op Javaans* Condong Waru, *op Bandaas* Varu Ranu *en* Varook. *Op Amboins* Haru. *op Luhoe* Pappatale, *op Baleys* Waru, *op Portugees* Volo Condan.

Plaats. *Dezen boom is een allemans vriendt; want hy is bekend door geheel Water-Indiën, zo op strand, als landwaart in, overal wasschende, en daarom ook de alder*

est, nec curat loca humida, sicca, umbrosa, aperta, & similia, in omni enim crescit solo & cœlo. Elegantissimæ autem & luxuriosissimæ inveniuntur in locis maritimis, ubi & arbores sunt crassiores binis hominibus, uti inter alia apparet in Sumatra, in sinu Lamponico, & in Cerama parva, uti & in omnibus insulis ad Eurum sitis: Nota porro est in firma Indiæ terra usque in Australem Chinæ provinciam.

Usus. Licet hæc arbor vilissima sit, nihilominus tamen multa præbet commoda non tantum in quotidiano usu domestico, sed etiam in Medico; Primo magnum dat hortorum sepibus usum, quum facillime hujus rami terræ commissi progerminent, non autem omnes excrescunt, si arcte sibi invicem jungantur, quum terra non omnes alere possit: si autem hinc inde postes vel fulcra ad aliquid sustinendum locentur, citissime progerminant, si nempe libero exponantur aëri, uti in ambulacris similibusve operibus.

Lentus quoque cortex usui inservit, ex quo omne ligatorium formatur genus, incolæ enim insularum Australium illum adhibent loco funium pro navigiis suis, funis igniarius ex illo quoque confici potest, sed non tam bonæ est notæ, quam qui ex Lontaro arbore fit. Ampla ejus folia optima sunt ad cibum obtegendum, qui per plateas circumfertur in patinis.

Tenera ac juniora folia in aqua contrita optimum præbent capitis lavamen in ejus ardore ac inflammatione, modice enim refrigerant, & capillos alunt.

Obstetrices ejus mucilaginem adhibent ad lubricandas vias tempore partus. Nostra autem natio, si caput lavant succo *Daun Baru*, pruritum sentiunt, quem indigenæ non observant.

Daun Baru radix recenter effossa, cum aqua contrita, & epota optime refrigerat ardenti febri laborantes, insipida penitus est, unde & alii addunt radicem albæ *Gendarussæ*, huic autem fini melius respondent radices *Novellæ rubræ* infra descriptæ. Juniora ejus folia inter manus compressa, ita ut flaccescant & incalescant, Furunculis inposita, alio superinposito folio, illos resolvit, parvi si fuerint, vel illos maturare faciunt, si majores sint. Folia hæc cocta & propinata, vel in balneo infusa *Dysuriam* curant: Interna cinerea ligni medulla in vetustissimis truncis tam fusca est quam in magna *Salimoeri*: Si elaboretur, odorem spirat dulcem & unguentosum, sed cito disparet iste odor: Igni inpositum lignum cito flammam concipit, exsudatque paucam Olei quantitatem, sed multo rariorem quam *Salimuri*.

Hibiscus tiliaceus Auct.

Cinereum hoc lignum licet molle & leve, durabilius tamen est externo albo, quod tamquam inutile abjiciendum, uti album illud Ebeni lignum.

Parvæ ex illo cistæ & capsulæ formari possunt, ut & postes plebejarum ædium, si tantæ magnitudinis conquiri possit, quum in terra durabile etiam sit, apud nostros autem Amboinenses in parvo huc usque est usu, præsertim quum hoc cor seu medulla sæpius concava & exesa sit.

Maxima hujus medullæ segmenta colligenda sunt ex arboribus in montibus vel desertis locatis, quos raro homines frequentant, quum ibi arbor satis rectum generet truncum, qui alias prohibetur continua ramorum amputatione, quum quotidie in re domestica adhibentur.

Funes ex cortice constructi non tantum navigiis inserviunt, sed etiam retibus piscatoriis. Tenues quoque restes ex illo fabricantur piscatorum, quos & in cinctibus gestant, uti id alias fit cum cortice *Gnemonis silvestris*.

Ista quoque medulla a quibusdam in re medica adhibetur, quam propinant cum aqua contritam contra abdominis tormina. Contra Choleram radix quoque *Novellæ* propinatur cum aqua contrita, si simul folia ejus calefacta ventriculo applicentur. Notandum vero est ad usum medicum adhibendas esse talium arborum radices, quæ sponte in silvis crescunt, quum hæ efficaciores observatæ fuere illis, quæ ex depactis propagatæ sunt ramis.

In Sina hæc quoque arbor vulgaris est, sed ibi spernitur. In sinu Lamponico in Sumatra ex hujus cortice

der veragtste onder alle boomen, hy laat zig ook niet gelegen zyn aan vogtige, dorre, schaduachtige, luchtige &c. plaatzen, want hy wast op allerlei gronden. Deschoonste en weeldrigste nogtans wasschen aan de Zee-kant, alwaar de boomen dikker worden dan twee mannen, gelyk men onder anderen zien kan op Sumatra, in de bogt van Lampen, en op klein Ceram, als mede in alle de Zuid-Ooster Eilanden. Hy is voorts bekend op het vaste Land van Indiën, tot in de Zuider Provincie van China *toe.*

Gebruik. *Hoewel dezen boom zo veragt is, niet te min heeft hy verscheiden groote nuttigheden, niet alleen in de dagelykze huishouding, maar ook in de medicyne, voor eerst heeft men een groot gerief daar van, in 't maken van de Paggers, dat is, heggen van de Thuinen, om dat men daar van gemakkelyk de staaken kan krygen, en in der afgebouwene plaats straks andere wasschen, doch groeyen niet alle staaken, zo alsze in de heggen digt tegen malkander gezet staan, want de grond kanze niet alle voeden, maar als men hier en daar stylen zet, om iets te dragen, die schieten zeer ligt uit, te weten, alsze onder den vryen Hemel staan, als stylen van Paggers, en opene Galderyen.*

De taye bast heeft ook zyn gebruik om allerhande bindwerk daar van te maken, en de Inwoonders van de Zuid-Ooster Eilanden gebruikenze ook tot touwen voor haare vaartuigen, men kan der ook lond van maken, dog die is zo goet niet, als van de opregte Lontar-boom. De breede bladeren komen wel te pas, om alderhande kost mede te dekken, die men in schooteltjes over straat draagt.

Met de jonge bladeren in water gevreven, wast men het hooft, als het verhit is, want zy verkoelen matelyk, en doen het hair wasschen.

De Vroedvrouwen gebruiken den zelven slym om de passagie te gladder te maken in barens tyd. Onze Natie gevoelt in 't wassen van 't hooft eenige jeukte van Daun Barus *zap, het welk de Inlanders niet voelen.*

De wortelen van Daun Baru *vers gegraven, met water gevreeven, en gedronken, verkoelen zeer kragtig in de brandende koortzen, zy zyn gants zonder smaak, en zommige doen daar by de wortel van witte* Gendarussa, *dog hier toe zyn bequamer de wortels van de* Novella Rubra, *hier onder beschreeven. De jonge bladeren tusschen de handen wat gedrukt, datze slap en warm worden, en op de bloedvinnen gelegt, met een ander blad daar over, verdeelt dezelve, zoze nog klein zyn, of ryptze, zo zy groot geworden zyn. De bladeren gekookt, en gedronken, ook in een bad gebruikt, geneezen de persing op 't water. Het inwendige graauwe hout werd in de geheel oude stammen zo bruin, en muisverwig, als in de groote* Salimoeri: *In het werken riekt het zoet en zalfachtig, maar dien reuk vergaat haast, in 't vuur brand het ligt, en sweet wat Oly uit, doch veel schaarzer, dan* Salimuri.

Dit graauwe hout, hoewel week en ligt, is nogtans durabelder, als het buitenste witte, het welke men voor spint moet reekenen, gelyk het witte aan het Ebbenhout.


Men kan der kleine kistjes en doosjes van maken, als mede stylen tot gemeene huizen, als men het zo groot krygen kan, want het ook in de aarde durabel is, doch het is by onze Amboineezen nog in klein gebruik, te meer alzo men dit hert dikwils hol en uitgevreeten vind.

De grootste stukken van dit hert moet men zoeken aan de boomen, die in 't gebergte of eenzame plaatzen staan, daar weinig menschen komen, want aldaar gewint den boom een redelyk regten stam, het welk hem anders belet werd, door het afkappen zyner takken, die men dagelyks in de huishouding van nooden heeft.

De touwen van de bast gemaakt, gebruikt men niet alleen tot vaartuigen, maar ook aan de visnetten. Zo werden ook dunne lynen daar van gedraait, als visch-lynen, die de Inlanders in hare broeken dragen, gelyk men anders doet met den bast van wilde Gnemon.

Het voorschreeve hert gebruiken ook zommige in de medicyne, gevende het zelve in water gevreven te drinken, tegens het krimzel of buik-pyn. Tegens het bort of Choleram, *drinkt de wortel van* Novella, *met water gevreeven, en legt eenige laauw gemaakte bladeren daar van op de mage: Maar hier by staat te weten, dat men tot allerlei medicinale gebruik nemen moet de wortelen van zodanige boomen, die van zelfs in 't wilt groeyen, vermits die kragtiger bevonden zyn, dan die van geplante staaken voortkomen.*

In Sina is dezen boom wel mede gemeen, maar werd aldaar veracht. In de bogt van Lampon op Sumatra weten-





Thespesia populnea. DC.

tice in aqua macerato fortiterque contuso, & explicato certas formant minores vestes ruffi coloris, quales in Orientalibus insulis ex cortice *Saccæ lib. 5. cap. 9.* descriptæ construuntur. Ex hoc fabricant tuniculas, qubus se induunt, si in mari piscantur, ac dein iterum eluunt, non autem fortiter circumvolvendæ sunt, quum aquam reddant admodum mucilaginosam, dein iterum siccantur.

Hodie multum in Batavia plantantur ante ædes, & juxta vias, ob umbram: Celebes incolæ hujus corticem macerant in aqua, quem contundunt, & ex quo crassiora formant fila vulgaribus retibus inservientia.

Prima hæc *Novella* in *Hort. Malab. tom. 1. pag. 51. Fig. 29.* Malabarice dicitur *Bu-Pariti*, Bracmanis *Valli-Cari Capoesi.* Ego autem a Malabaris ipsam denominari audivi *Pu-areti.* cujus descriptio ab Amboinensi non differt, excepto quod Malabarica peculiarem habeat qualitatem, a nullis nempe formicis, muscis, vel aliis insectis arrodi, unde & multo viridiorem gerit comam Amboinensi, quæ nunquam a formicis liberata est: Miratus insuper sum doctos illos Bracmanos tam pauca de Medicinalibus ejus virtutibus commentatos fuisse, quas tamen novi Malabaris notas esse, vulgaris enim nimis usus est, ejus folia ulcerationibus inponere, quæ illis modo colligantur. Sic quoque non est *Alcea*, uti Adnotator *Dr. van Syen* ad illud caput adnotat, sed *Althæa arborescens*, a vero *Abutilo* quoque *libr. 6.* descripto differens.

Nostra natio in istis regionibus illas sæpe vocat Tilias Indicas, aliquando flores campanulatos: Malabari etiam vetusta & flavescentia folia cum calce contrita contra Odontalgiam inponunt.

Tabula Septuagesima Tertia

Ramum exhibet *Novellæ*, uti a *Rumphio* vocatur, ubi Litt. *A. tenerum* denotat *folium* acuminatum & crenatum, unde multum a vetustioribus ramorum foliis differt.

OBSERVATIO.

Quum hæc arbor in variis occurrat regionibus, a variis etiam denominata fuit & descripta auctoribus, quos in *Thesauro Zeyl. pag. 136.* collegi, ubi vocatur Ketmia Zeylanica, semper virens & florens, Tiliæ folio, flore luteo. *Hart. catal. femin.* Estque arbor folis Indica, major, seu Alcea Indica arborea, major Tiliæ folio, floribus Ketmiæ ephemeris, fructibus orbiculatis sulcatis, succum Guttæ Gambæ similem fundentibus. *Herm. Muf. Zeyl. pag. 45.* Ketmia Indica Tiliæ folio. *Plum. catal. pl. Amer. p. 2* ut & Ketmia Indica, Populi folio, fructu orbiculato compresso. *Tournef. Inst. pag. 100.* & Althæa arborea, Indica, Populi folio flore Ephemero. *Herm. H. Lugd. Bat pag. 22.* & Alcea arborea Indica maxima, Populi folio, flore majore flavescente *Breyn. Prodr. 2. p. 10.* & Alcea Indica arborescens, folio Populi vel cordiformi, flore ephemero ex albo flavescente *Amm. H. Bosian. pag. 6.* &c.

Hibiscus a recentioribus hoc genus jam vocatum est, hujusque altera varietas a *Royeno.* in *Fl. Leidens. Prodr. pag. 532.* vocatur Hibiscus caule arboreo, foliis cordato subrotundis, acuminatis, crenatis, quæ denominatio huic optime itidem quadrat speciei.

tenze uit dezen bast, door het weeken in 't water, sterk kloppen, en uitrekken, zeekere kleedjes te formeeren, ros van coleur, gelyk men in de Oostersche Eilanden met den bast van Sacca lib. 5. cap 9. *beschreven doet. Hier uit makenze rokjes, alsze op Zee willen gaan vissen, men kanze weder uitwassen, doch niet sterk vringende, wanneer zy het water heel slymerig maken, en dan weder droogen.*

Hedendaags werdenze veel op Batavia voor de huizen geplant, langs de weegen, om schaduwe te maken. De volkeren op Celebes Oost-kust weeken den bast in water, kloppen, en maken daar grof gaaren van, tot slegte netten dienende.

De eerste Novella *werd in* Hort. Malb. tom. 1 pag. 51. Fig. 29. *in 't Malabaars genaamt* Bu-pariti, *in 't Braminees* Valli-Cari-Capoesi. *Doch ik zelfs hebze van de Malabaren horen noemen* Pu-areti. *Wiens beschryving van de Amboinsche niet verscheelt, behalven dat de Malabaarsche een byzondere eigenschap moet hebben, datze van geen mieren, vliegen, of ander ongedierte gequelt werd, en daarom veel jeugdiger loof draagt, daar de Amboinsche, als gezegt, schier noit zonder mieren is. Zo ben ik ook verwondert, dat die geleerde Bramines van zyn medicynale kragten zo weinig opgegeeven hebben, die ik nogtans weet de Malabaaren bekent te zyn, want het een al te slegt gebruik is, de bladeren op ulceratien te leggen, dewelke daar mede slegts toegebonden werden. Zo is het ook geen* Alcea, *gelyk den* Adnotator Dr. van Syen *op 't zelve Kapittel stelt, maar een* Althæa arborescens, *van het opregte* Abutilon *mede verschillende, van ons* lib. 6. *beschreeven.*

Onze Natie in die Landen noemtze zomtyds Oost-Indische Linde-boomen, *zomtyds* Klokjes-bloemen: *De Malabaaren leggen de oude geelachtige bladeren, met kalk gevreven, op de Tand-pyn.*

De drie-en-seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *Nieuw-blad-boom*, zo alsze van *Rumphius* genaamt werd, alwaar Letter A. aanwyst een *jong blad*, dat getant en gehoekt is, en daar door veel van de oudere bladen verschildt.

AANMERKING.

Wyl deze boom in verscheide gewesten voortkomt, zo heeft ze ook verscheide benamingen gekregen, welke ik in myn *Thes. Zeyl. pag. 136.* by een verzamelt heb, alwaarze genaamt werd Zeylonsche *Ketmia*, altyd groen zynde en bloeyende met het blad van een Lindeboom, en een geele bloem, zo alsze van Hartog in zyn Cataloge genaamt werd, en is de Oostindische Zonneboom of groote boomachtige Althæa met het bladt van de Lindeboom, en een dag duurende bloemen, met ronde gevoorende vruchten die een zop geven als de *Gutta Gamba* van *Herman* in zyn *Muf. Zeyl. pag. 45.* en de Oost-Indische Ketmia met het bladt van de Lindeboom, van *Plum.* in zyn *Catal. pag 2.* als mede Indische Ketmia met Populier blad, met ronde gedrukte vruchten van *Tournefor. pag. 100.* in zyn Institutie; en de boomachtige Althæa met een Populier bladt en een bloem die maar een dag duurt van *Herman.* in de *Catal.* van de *Leidze Thuin pag. 22.* en boomachtige Alcea met een Populier blad en een geele bloem van *Breynius* in zyn *tweede Prodr. pag. 10.* en van *Amman* in de *Hortus Bosianus pag. 6.*

Hibiscus is dit geslagt van de nieuwe Kruydkenders genaamt, en van deze zoort wert een diergelyke by de *Profess.* van *Royen* in zyn *Flor. Leidens. Prodr. pag. 532.* genaamt Hibiscus met een boomachtige stengel, met ronde hartvormige blaaden, spits en getant zynde, welke benaminge aan deze plant ook toekomt.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Novella Repens. Baru Tali.

NOvella repens seu Baru, pigra est arbor, truncum gerens vix hominem crassum, qui nunquam sese erigit, sed procumbit in terra, raro rectus, sed plurimum incurvus est & in arcum sinuatus, ita ut sæpe tantum occupet locum, quantus domui sufficeret. Ejus cortex est lentus & mucosus, uti in præcedente, estque crassissimus & mucosissimus omnium *Baru* specierum. Lignum est album, fungosum, & leve, in vetustis vero truncis ejus cor seu medulla est fusca vel cinerea, ruffis ac luteis maculis distincta.

Procumbens hic truncus undique radices emittit crassos ac fibras in terram, & sursum plurimos erectos ramos. Folia vulgaris sunt formæ, sed multo majora, novem nempe vel decem pollices lata, octo longa, infra auriculata auribus sibi mutuo incumbentibus & petiolum obtegentibus, qui rotundus, tenuis, & decem pollices longus est: Vetusta autem folia septem modo pollices lata sunt, & sex longa, novem nervis per superficiem donata, qui prope petiolum concurrunt, quum vulgaris Baru folia septem modo constent nervis, suntque inferius magis albicantia, quam in vulgari.

Flos priori similis est, vel paulo magis oblongus, ad oras flaccidior, nec ita ample extenditur vel aperitur quam vulgaris, sed clausus est instar crateris, coloris flavi, in fundo autem obscure rubentis, quod externe non ita apparet, ac in vulgari.

Semper crescit in locis planis, in collibus frigidiusculis, vel ad ripas aquarum, ubi elegantem format arcum, in præruptis vero & inæqualibus locis non longe excrescit.

Nomen. Latine *Novella Repens*. Malaice *Baru Tali*, quum instar crassi rudentis in solo decumbat. Amboinice *Haru Paracca*, h. e. *Novella secretorum*, quum arcu suo & erectis ramis secretum referat locum, alii autem illam vocant *Haru Palacca*, h. e. *Novella Excellens*, quum maxima gerat folia.

Usus. Ex cortice primo fila duci possunt uti ex illo prioris. Juniora folia contrita & capiti illinita ardorem sedant in febribus ardentibus & Cephalalgia. Lignum ad leves adhibetur postes, si rectum sit, uti & ob levitatem ad ligna fluctuantia, quæ navigiis alligantur, ut melius aquæ innatent.

OBSERVATIO.

Hujus arboris nullam inveni figuram, neque etiam subsequentis, quæ tam ex Hort. Malab. Figuris, quam ex auctoris nostri descriptione intelligi & concipi poterunt: Harum vero arborum species obiter memorantur a *Valent. pag.* 217. in *Amboinæ descriptione.*

XXIX. HOOFTSTUK.

De kruipende Nieuwblad-Boom.

DE Novella Repens *of kruipende Baru is een luyen boom, gewinnende een stam, schaars een man dik, die noit over eind staat, maar legt zigplat neder op de aarde, zelden regt uitschietende, maar meest krom, en in een kring geboogen, besluitende dikwils een plaats zo groot, dat 'er een huis in staan kan. Den bast is taai en slymerig, als aan de voorige, zynde dit de dikste en slymerigste schorsse van alle* Baru *geslagten, het hout is wit, voos, en ligt, doch aan de oude stammen krygt het mede een bruin of graauw hert, met geele of rosse plekken.*

Dezen liggenden stam schiet over al veele dikke wortels of vazelingen in de aarde, en over eind veele regte takken. De bladeren zyn van fatzoen, als de gemeene, doch veel grooter, te weten, negen en tien duimen breed, acht dito lank, achter met twee ronde ooren, die over malkander staan, en den steel bedekken, die rond, dun, en mede tien duimen lank is, de oude bladeren zyn maar zeven duimen breed, en zes lank, met negen zenuwen in de ronte doortoogen, achter by den steel t'zamenstootende, daar de gemeene Baru maar zeven heeft, van onderen witter dan de gemeene.

De bloeme is mede als aan de gemeene, of wel zo lang, en aan de kanten slapper, zy opend haar zo veel niet, als de gemeene, maar blyft gesloten, als een bekertje, van coleur ligt-geel, op den grond een weinig bruin-rood, het welk men van buiten zo niet en ziet, als aan de gemeene.

Hy wast altyd op vlaktens, die in de koele valeyen, of aan de kanten van de wateren zyn, daar hy dan een moye kring maakt, maar op style of oneffene plaatzen word hy niet lang.

Naam. *In 't Latyn* Novella Repens. *Op Maleyts* Baru Tali: *om dat het als een dik Kabeltouw op de grond leid. Op Amboins* Haru Paracca, *dat is*, Novella Secretorum, *om dat hy met zyn kring, en overeind staande takken, een secreete plaats verbeelt, doch andere noemen het* Haru Palacca, *dat is*, Novella Excellens, *om dat het de grootste bladeren heeft.*

Gebruik. *Van de schorsse kan men voor eerst touwen spinnen, gelyk uit die van het voorige. De jonge bladeren gevreeven, en op het hooft gesmeert, verkoelen den brand in heete koortzen, en hooft-pyn. Het hout werd tot ligte stylen gebruikt, als men het regt krygen kan, als mede wegens zyn ligtigheid tot de vlothouten, die men aan de praauwen bind, om te beter op het water te dryven.*

AANMERKING.

Van deeze nog van de volgende boom heb ik geen figuur in dit werk gevonden, welke of uit de Hortus Malabaricus ligtelyk kunnen aangevult, of uit de beschryving van onzen Auteur ligt verstaan werden. Verders zyn de zoorten van *Daun-Baroe* of nieuw bladt by *Valent. p.* 217. ter loops vermeldt.



CAPUT TRIGESIMUM.

Novella Rubra. Daun Baru Mera.

TErtia *Daun Baru* ſpecies forma convenit cum vulgari, ſed ejus truncus non ita externe albicat, magiſque ruffus eſt, viridibus nigriſque maculis notatus. Ejus folia ſunt minora quam vulgaris, ad oras leviter ſerrata, ſeptem quoque nervis donata, qui in inferiore parte rubent, uti quoque pedunculi & ramuli ſuperne rubent, inferne vero virides & rugoſiores ſunt quam vulgaris, venarumque rubedo in vetuſtis ſenſim diſparet foliis.

Flos minor eſt quam vulgaris: matutino apertus tempore, quum campanam refert, coloris vero eſt flaveſcentis, in fundo interne ſanguineus, ſub veſperam ſeſe iterum claudit, totusque flos rubeſcit vel purpuraſcit, ſtriis tamen flavis interpoſitis. Fructus ſunt uti in vulgari.

Lignum eſt album, durius, & ſolidius vulgari, ejus cor ſeu medulla ſenſim quoque ruffeſcit. Cortex mucoſior eſt quam in vulgari, viſcoſumque exſtillat ſuccum, ſi incidatur.

Radices ſunt longæ, ſimplices, binos circiter digitos craſſæ, quæ raras emittunt fibras, atque interne ruffum itidem cor ſeu medullam habent.

Nomen. Latine *Novella Rubra.* Malaice *Daun Baru Mera.* Amboinice *Haru Cou.*

Locus. Hæc ſpecies rariſſime occurrit tam in litore quam in vallibus frigidiuſculis, uti in illis *Waytombo* vallibus, in *Laba* & *Hitoe*, circa rivulum *Wayalla*, in diſtrictu Kaytetto.

Uſus. Lignum & folia vulgo uſurpari poſſunt uti aliarum *Baru* ſpecierum, peculiariter autem hujus arboris radices & lignum virtutem poſſident refrigerantem præ cæteris Baru, unde in aqua contrita propinantur accedente febrium ardore, cui potioni ſubſequitur lenis ſudor, qui magnum adfert levamen, eundem in finem hæc quoque folia conteruntur, quæ inponuntur pectori & fronti.

Quum anno 1678 in Banda ardentes febres vehementer graſſarentur, in magno ibi pretio erat quoddam lignum *Caju Dingin*, h. e. lignum refrigerans dictum, quod quotidie cum ſucceſſu adhibebatur pro refrigerio in iſtis febribus, quum vero ibi non magna occurreret copia, ex Amboina illud petierunt, cujus parva fruſta pro ſpecimine nobis transmittebant, quæ erant alba, ſolida, & levia: Habita adcurata inquiſitione non aliter judicare potuimus, quin eſſet hujus *Novellæ rubræ*, cujus quædam etiam fruſta ibi transmiſimus, quum vero nunquam mihi folia & flores Bandenſis *Caju Dingin* transmiſſa fuerint, res ac concluſio in incerto hæret, inque medio relinquitur.

In *Hort. Malab. tom.* 1. *Fig.* 30. *pag.* 53. Novella hæc Malabarice denominari videtur *Pariti*, ac Bracmanis *Cari Capuſi*, folia enim ibi minora dicuntur vulgaris, ad oras tenuiter ſerrata, inferne plurimis coſtis donata & lanuginoſa.

De ejus virtutibus Bracmani nihil notarunt, niſi quod flores cum femineo lacte conterantur, illudque auribus inſtillatum Cephalalgiam ſedaret.

OBSERVATIO.

Varietas hæc tantum videtur primæ *Baru* ſpeciei, unde neque figura a *Rumphio* addita eſt, eademque huic Synonyma competere videntur, quæ in *Commel. Fl. Malab. p.* 2. porro recenſentur. vide *H. Malabaricum. l. c. Breynium*, & *Plukn. Almag. p.* 17.

XXX. HOOFTSTUK

De roode Nieuwblad-Boom.

DE derde zoorte van Daun Baru *komt aan gedaante met de gemeene overeen, den ſtam is van buiten zo wit niet, maar zomtyds licht-ros, met ſwart en groen geplekt. De bladeren zyn wat kleinder, dan aan de gemeene, aan de kanten fyn gezaagt, ook met zeven zenuwen in de ronte verſpreid, die van onderen rood zyn: gelyk ook de ſteel en ryskens van boven, maar van onderen regt groen, en ruiger dan de gemeene, en de roodigheid der aderen vergaat ook wat in de oude bladeren.*

De bloem is wat kleinder als van de gemeene: Des morgens opgaande vertoondze regt een klokje, van verwe ligt-geel, op een grond van binnen bloet-rood, tegens den avond trektze weer wat t'zamen, en de geheele bloeme werd ligt-rood, of wat paars, echter met geele ſtreepen tuſſchen beiden. De vruchten zyn als aan 't gemeene.

Het hout is wit, digter, en wat harder, dan aan 't gemeene, het hert werd ook metter tyd graauw: Den baſt is wat ſlymeriger als aan de gemeene, met een kleverig ſlym, als men daar in kapt.

De wortelen zyn lank, eenparig, omtrent twee vingers dik, daar weinig vazelingen afhangen, van binnen met een ros hert.

Naam. *In 't Latyn* Novella Rubra. *Op Maleyts* Daun Baru Mera. *Op Amboins* Haru Cou.

Plaats. *Deze zoorte werd zeer zelden en weinig gevonden, zo op ſtrand, als in koele valeyen, gelyk in de valeyen van de* Waytombo, *in de* Laha, *en op* Hitoe, *omtrent het riviertje* Wayalla *in het diſtrikt van* Kaytetto.

Gebruik. *Het hout en de bladeren kan men gebruiken in 't gemeen, gelyk andere Baru, maar inzonderheid zyn de wortelen, en het hout van dezen boom begaaft met een verkoelende kragt, boven andere Baru, daarom wordenze in water gevreeven en gedronken by het aankomen van de hitte in de koortzen, waar op men zagtelyk begint te ſweeten, en groote verligting gevoelt. Tot den zelfden einde vryft men ook de bladeren, en ſmeert dezelve op de borſt en het voorhooft.*

Als Anno 1678. *In Banda de heete koortzen geweldig regeerden, was aldaar in een groot geroep en agting zeeker hout* Caju Dingin *genaamt, dat is, koel-hout, om dat het dagelyks gebruikt wierd tot verkoeling in die koortzen, en dewyl het aldaar in geen overvloed te vinden was, hebben zy het ook uit Amboina gevordert, eenige kleine ſtukjes ons tot een monſtertje toezendende, zynde een wit, digt, en ligt hout. Wy hebben na naarſtig onderzoek niet anders oordeelen konnen, of het is deze* Novella Rubra, *waar van wy hun ook eenige ſtukken toegezonden hebben, evenwel, om dat men ons noit de bladeren en bloemen van het Bandaaſche* Caju dingin *getoont heeft: zo blyft het eindelyke beſluit hier over nog wat opgeſchort.*

In Horto Malab. tom 1. Fig. 30. pag. 53. *ſchynt deze Novella in 't Malabaars genoemt te werden* Pariti, *in 't Braminees* Cari Capuſi, *want de bladeren werden aldaar geſtelt kleinder dan aan de gemeene, aan de kanten fyn gezaagt, van onderen zeer geribt, en wolachtig.*

Van zyne kragten hebben de Braminees anders niet opgegeven, als dat de bloemen, met vrouwen-melk gevreven, en in de ooren gedruipt, de hooft-pyn ſtillen zullen.

AANMERKING.

Dit ſchynt maar een verandering te zyn van de eerſte zoort van de *Baru*, waarom ook van *Rumphius* by dit Hooftſtuk geen afbeelding gedaan is, welke in de *Hortus Malabaricus* op de aangehaalde plaats gevonden wert, en hier toe behooren die benamingen die by Commelin in de *Flora Malabar. p.* 2. by *Breynius* en *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 17. gevonden werden.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Novella Litorea. Baru Laut.

QUarta ſpecies litorea eſt, aliquando ſimplici, aliquando pluribus inſtar fruticis excreſcens truncis; ſimplex autem hominem craſſus eſt, non altus, ſed ſinuoſus, mox ſeſe in ramos dividens. Cortex eſt mollis, ac licet in tenues ductus ſit fibras, muſcoſus tamen ac lentus. Folia maxime a prioribus differunt tribus ſpeciebus, quæ duplicem habent formam, in junioribus enim ramis ac arboribus tribus angulis & apicibus donata ſunt, quorum medius longiſſimus: Prope petiolum fiſſa ſunt & auriculata, ad ſummum decem vel undecim pollices longa, octo lata, plerumque autem octo longa, & quinque pollices lata ſunt. Anguli hi laterales in vetuſtis ſenſim foliis decreſcunt, ita ut penitus ſæpe diſpareant, aliquando vero unus tantum ab una apparet parte, ſuntque breviores prioribus, obtuſo apice conſtantes, porro cordiformia ſunt hæc folia, ſed oblonga & integra, quæ quinque gerunt albos & protuberantes nervos ad pedunculum concurrentes, craſſa, glabra, & glauca, ſaporem habentia aromaticum, parumque ſalſuginoſum. Longis inſident firmiſque petiolis, ſine ordine arcte ſibi juncta, ac plerumque obſita ſunt gallis, quæ inſectorum nidi ſunt ſeſe in hiſce abſcondentium, ad oras ſæpe arroſa ſunt & deformata.

Flos vulgaris *Baru* ſimillimus eſt, ſed major, ex quinque itidem ſeſe ambientibus petalis conſtructus, quæ in fundo & externa parte rugoſa & ſcabra ſunt ad tactum, ſuperior vero ac interna pars eſt flaccida, tenuis, & ſtriata, flaveſcens, in fundo ſanguinea, ſaltem non ita rubens ac in vulgari, eſtque magis clauſus hic flos, nec unquam ita apertus eſt ac vulgaris. Per totum autem matutinum tempus & ante meridiem apertus eſt inſtar crateris vel Tulipæ, poſt meridiem hora tertia ſenſim ſeſe contrahit & claudit, incarnatumque adquirit colorem, ſub veſperam, quum decidit, obſcure rubet. In ejus centro locatur piſtillum articulum digiti longum, antheris luteis obductum, quod tam profunde calici inplantatur, ut externe & oblique erectum vix conſpici poſſit.

Poſt florem fructus ſeu vaſculum ſeminale excreſcit, inſtar panis vel caſei formatum, ex rotundo quinquangulare, ita ut quinque iſti anguli in medio concurrant, & in apicem deſinant, binos digitos latum, unum pollicem craſſum; hujus fructus cortex ſeu putamen externe glabrum eſt, lignoſum, & nigricans, ſponte ſua ſeſe non aperiens, juxta quinque tamen iſtas ſuturas facile findi & aperiri poteſt: Interior ejus pars eſt alba & ſplendens inſtar ſerici, tenuibus ac albis pelliculis in tot cellulas diviſa, in quibus reconduntur quindecim vel ſexdecim majora ſemina, inſtar ſegmentorum caſei formata, dura, externe gilva, interne alba, ſicca, inſipida, ac per totam ſubſtantiam tenuiſſimis & nigris maculis notata.

Rami ſunt fragiles, glabro, cinereo, & lento cortice obducti: Lignum eſt duplex, externum album eſt molle, & inutile ramentum, ſenſim ad internam partem magis rubens, in truncis, qui non ultra crus craſſi ſunt, nullum peculiare cor formans, in vetuſtis vero fuſcum reperitur cor, in quibusdam locis ſtriis nigricantibus pertextum, ab exteriore parte ſeparatum, nec durum, & per longitudinem ramenta exhibens, aromatici quoque odoris ad vinoſum accedentis, qualis & ſapor eſt, quum fricetur vel elaboretur, linguam vellicans, & inter omnia medicamentoſa ligna jucundiſſimum, ſi ingeratur, nec illam habet amaritiem, quæ in vulgari *Baru* deprehenditur, e contra externum lignum album eſt, inſipidum, immo ingratum, ſi hoc lignum ita in litore creſcat, ut viciſſim aqua marina adſpergatur, ejus ſapor quoque ſalſus eſt, quod in uſu medico præſtantius eſt, ſed non ſcriniariis. Ejus ſæpe cor in inferiore trunci parte circa radices craſſas eſt denudatum, ubi a ſole ita exuritur, ut inſtar ſubſequentis *Salimoeri* & *Caju Matta Batu* nigrum ſit, talis autem pinguedo, quum in foco exuirtur hoc lignum, non exſudat.

XXXI. HOOFTSTUK.

De ſtrand Nieuwblad-Boom.

DE vierde zoorte is een ſtrand-geſlagt, zomtyds met een enkelden, zomtyds met verſcheide ſtammen, als een ſtruik opſchietende, den enkelden is omtrent een man dik, niet hoog, maar bochtig, en hem ſtraks in takken verdeelende. De ſchorſſe is zagt, niet te min in dunne ſchilferen geſcheurd, mosachtig, en taai. De bladeren verſchillen merkelyk van de voorgaande drie zoorten, en zyn daar en boven van tweederlei gedaante, want aan de jonge takken of boomen hebbenze drie hoeken of ſpitzen, waar van de middelſte veel langer uitloopt, by den ſteel geklooft, en in twee ooren verdeelt, op 't hoogſte tien en elf duimen lank, acht dito breed, maar door den hank acht lank, en vyf breed. Deze zyde-hoeken verliezen haar aan de oude bladeren, of zomtyds ziet men maar eenen aan de eene zyde, en zyn wat korter, dan de voorige, met een ſtompe ſpits, en voorts regt hert-formig, doch lankwerpig, en aan de kanten ongezaagt, hebbende vyf witte en uitſteekende zenuwen, by den ſteel zamen ſtotende, dik, glad, en hoog Zee-groen, met een ſpeceryachtigen ſmaak, die wat na den ziltigen trekt: Zy ſtaan op lange ſtyve ſteelen, zonder order, en digt op malkander, zy zyn ook meeſt bezet met eenige knobbelen, het welk de huisjes zyn van eenige inſecta, die zig daar in verbergen, aan de kanten afgeknaagt en ongeſtelt.

De bloeme is die van de gemeene Baru *meeſt gelyk, doch wat grooter, mede uit vyf malkanderen omvattende bladeren gemaakt, beneeden en van buiten ſtyf, en ruig in 't aantaſten, maar haar bovenſte deel is ſlap, dun, en rimpelig, ligt-geel, wat beneeden regt geel, en op de grond bloed-rood, immers zo bruin niet als aan de gemeene, zy ſtaat ook meer geſlooten, en opend haar noit zo wyd als die van de gemeene. Den geheelen voormiddag ſtaat zy geopend als een kelk of tulpe, na de middag ten drie uren ſluitze haar allenkskens, en werd ligt-rood. In de midden ſtaat een pilaartje omtrent een lid van een vinger lank, met geele noppen behangen, zo diep in den kelk, dat men het van buiten en wat ſchuins ſtaande qualyk ziet.*

Na de bloeme komt de vrucht, of het zaad-huisken voort, als een klein broodje of kaasken geformeert, uit den ronden wat vyfkantig, zo dat de vyfhoeken na de midden in een heuveltje t'zamen ſluiten, twee vingers breed, en een duim dik. De ſchaale van deze vrucht is van buiten effen, houtachtig, en donker-graauw of ſwartachtig, van zelfs niet ſplytende, echter kan menze langs de vyf naden ligt openen. Aan de binnenſte zyde zynze wit en glimmende als Satyn, met dunne en witte velletjes, in zo veel kamertjes afgedeelt, daar in ſchuilen vyftien a zeſtien grote zaad-korrels, als ſneeden van een kaas geformeert, hard, van buiten muisgraauw, van binnen wit, droog, onſmaakelyk, en door de geheele ſubſtantie met fyne ſwarte punctjes beſpikkeld.

De takken zyn breekzaam met een effene, graauwe, en taye ſchorſſe bekleed: Het hout is tweederlei, het buitenſte is het witte, weeke, en ondeugende ſpint, allenkskens na binnen rooder wordende, in de ſtammen, die niet boven een dye dik zyn, geen byzonder hert makende, maar in de oude word dit hert bruin, en op zommige plekken met ſwartachtige ſtreepen doortogen, van het omleggende ſpint merkelyk afgezondert, niet zonderlyk hard, en in de lengte ſplinterig, mede van een ſpeceryachtigen reuk, na den wynachtigen trekkende, gelyk ook de ſmaak is, als men het vryft of bewerkt, op de tonge wat ſcherp, en onder alle medicynale houten het alderlieflykſte, om in te neemen, zonder eenige bitterheid, die in het gemeene Baruis: Daar en tegen is het buitenſte witte hout onſmakelyk, ja gantſch onlieffelyk, als dit hout zodanig op ſtrand waſt, dat het met beurten van het Zeewater beſpat werd, zo is de ſmaak mede wat ziltig, het welk in de medicyne te beter is, maar niet voor de ſchrynwerkers. Zomtyds leid dit hert aan den onderſten ſtam of dikke wortelen bloot, daar het dan van de Zonne zodanig gebrand word, dat het zo ſwart word als het volgende Salimoeri, *en* Caju Matta Buta, *doch men vind diergelyken vettigheid by het branden in dit hout niet.*

In vetuſtiſſimis penitus truncis hoc cor internum plerumque excavatum carioſum vel exeſum eſt, ita ut optimum ſit in illis, in quibus incipit excavari, ſi enim ſit adhuc ſolidum, nimis viride nec ſatis adultum habetur.

Per ramos etiam in terra propagari poteſt, ut & per ſemina, ſed tum fruteſcit plerumque, non enim læte creſcit, ſi non mari ſit vicinum.

Nomen. Latine *Novella Litorea*, Malaice *Baru Laut* & *Baru Partey.* Amboinice *Haru Layn.* Ternatenſibus *Bayn Java*, quidam etiam Amboinenſes erronee illam vocant *Holla Holla* & *Yan Matta* h. e. piſcium oculos, cum alia arbore ſic vocata hanc confundentes.

Locus. Nullibi ſponte creſcit niſi in litoribus, ac præſertim ſaxoſis & præruptis, in quibus craſſæ ejus radices ſæpe denudatæ conſpiciuntur, & ex fuſco nigrum cor exhibent, quod in arte medica non multum valet, quum ſit nimis vetuſtum, ſiccum, & inſipidum. Amat quoque litora ſolitaria, quæ raro adeunt homines, uti inter alia in promontorio Hoeamohelenſi, quod Ciel vel ſiccum Oryzæ promontorium vocant, ubi hæ arbores elegantiſſimæ obſervantur.

In ſinu Amboinenſi raro occurrit, & ibi tantum fruteſcit, quum ejus rami erecti continuo amputentur & detruncentur. Quæ in ſtagnantibus ſinibus & paludoſis creſcit locis, nullum exhibet lignum elaborando aptum, nec uſui medico utile.

Uſus. Hujus arboris nulla pars in uſu eſt, niſi internum ejus fuſcum cor ſeu medulla, ac primo, ſi longa & elegantia ſint fruſta, operi ſcriniario inſervit, ut ciſtæ & capſulæ, ſclopetorumque fiſtulæ ex hac formentur, quum ſit leve, elegantiſque coloris, nec facile rimas agat, in iſtis enim longis fruſtis aliquando ſeſe offerunt nigræ iſtæ ſtriæ, quæ lignum ornant.

Capſulæ ex hoc conſtructæ & occluſæ diu vinoſum ſervant odorem, ita ut hoc quoque lignum inter elaborandum gratum ſpiret odorem.

Ejus folia ab Amboinenſibus, ſed raro, coquuntur inſtar *Sayor*, & eduntur pro olere, quæ modica ſua ſalſedine haud ingrata ſunt.

In re medica edoctus ſum experientia, hoc lignum eſſe ſaluberrimum, ob præſens auxilium, quod in quibusdam adfert morbis, fuſcum enim ejus cor ſupra porphyritim contritum cum aqua, & propinatum mirifice prodeſt illis, qui *Oepas Mera* ſeu Pleuritide laborant. Qui morbus eſt ſubitaneus & periculoſus apud Malaienſes, qui ægro rubram cauſſat faciem, pectoris lancinationes, lateriſque & dorſi dolorem ac reſpirationem dolorificam. Nec minorem, ſi non majorem præſtat effectum in omni Cholericæ paſſionis genere, Malaienſibus *Oepas Couening* dictæ, quum homines inde eructent & evomant magnam bilis flavæ quantitatem.

In Colica ventoſa hoc lignum miſcetur cum *Caju Tay* ſeu Javanico ligno ſtercorario, propinaturque ad flatus diſſipandos: Hujus ligni vires apud Amboinenſes plurimæ notæ ſunt, arbor autem ipſa ab illis ſpernitur, unde & ſapientum proverbium verum eſſe cognoſcitur, Deum nempe ejusque operationem per naturam nullibi adeo præſentem eſſe, quam in contemptis ab hominibus rebus: Vix ejus vires edoctus fui per pecuniam & preces ex Amboinenſi obſtetrice, cujus mater uſque ad ipſam mortem hujus ligni vires nulli detegere voluit, niſi ſuæ filiæ, eandem quoque cognitionem poſtea inveni apud quosdam Ternatenſes, cujus uſus & notitia, dein a me in Amboina iterum reſtituta, & in uſum vocata fuit, ſicuti & quotidie illud in familia mea adhibeo. In ardentibus quoque febribus propinatur, ut cor corroboretur, ardorque reſtinguatur. Sæpius autem expertus fui ægrum mox evomere ejus potionem, licet, uti dictum fuit, gratiſſima fuerit, ſed indicium eſt ventriculi ſaburra obſeſſi, neque hoc medicamentum ſufficere ad hoſtem ſuperandum, unde & de novo propinanda eſt talis potio.

Ut autem hoc cor medicamento aptum inveniatur, cædendæ ſunt & eligendæ tales arbores, quarum cor nondum carioſum eſt, & adhibenda illa pars, quæ in radicibus vel inferiore trunco continetur, ac nutrimentum ſuum ab aqua marina hauſit, quod lignum inter manducandum ſalſum eſt.

Aan de geheele oude ſtammen is dit hert van binnen gemeenelyk hol, vermolmt, en uitgewreeten, zo dat het beſte valt aan dewelke het effen begint hol te werden; want de geheele maſſive werd nog te jonk geacht.

Men kan het ook met ſtokken landwaarts in verplanten, als mede door de korrels, doch het blyft aldaar meeſt een ſtruik, want het wil niet aarden, als het de Zee niet ruikt.

Naam. *In 't Latyn* Novella Litoria, *in 't Maleyts* Baru Laut, *en* Baru Partey: *Op Amboins* Haru Layn. *Op Ternaats* Bayn Java, *zommige Amboineezen noemen het abuſivelyk* Holla Holla *en* Yan Matta, *dat is, Viſch-ooge, met een anderen boom van dien naam confunderende.*

Plaats. *Het wil van zelfs nergens waſſchen, dan op ſtranden, inzonderheid die wat ſteenig zyn, en ſteil afloopen, alwaar zyne dikke wortelen zomtyds bloot leggen, en het bruin-ſwarte hert ontdekken, het welk in de medicyne niet veel deugt, om dat het te oud, droog, en ſmakeloos is. Het waſt ook liever op eenzame ſtranden, daar geen gewoel van menſchen is, gelyk onder anderen op den uitſteekenden hoek van Hoeamohel, Ciel, of drooge Rys-hoek genaamt, daar deze boomen zeer ſchoon ſtaan.*

In den Amboinſchen Inham vind men hem weinig, en maar een ſtruik, om dat zyne regte takken gedurig afgekapt werden. Het geene in ſtille bogten en moeraſſige plaatzen groeit, heeft geen goet hout tot arbeiden, nog tot de medicyne bequaam.

Gebruik. *Van dezen boom werd anders niet gebruikt, dan het binnenſte bruine hert, eerſtelyk zo het fraaye lange ſtukken zyn, voor de Schrynwerkers en Lademakers, om daar van kleine doosjes te maken, of laden voor roers, om dat het ligt is, mooi van coleur, en niet ligt ſcheurt, want in de lange ſtukken vertoonen haar zomtyds de ſwarte ſtreepen en plekken, die het hout vercieren.*

De doosjes daar van gemaakt, en geſlooten blyvende, houden lang een Wynachtige reuk, zo dat dit hout aangenaam is in 't bewerken.

De bladeren werden van de Amboineezen (doch zeer zelden) als ander Sayor *gekookt en gegeeten, die in het moes met haar matige ziltigheid niet onaangenaam zyn.*

In de medicyne hebbe ik door ervarentheid geleert en ondervonden, dat dit een gezegent hout zy, wegens zyne preſente hulpe, die het in zommige ziekten betoont, want het bruine hert op een ſteen met water gevreeven, en gedronken, helpt wonderbaarlyk die geene, die met het Oopas Mera *(dat is pleuris) aangetaſt werden. Een ſchielyk en periculeus accident by de Maleyers* Oepas Mera *genaamt, om dat de patient rood in het aangezigt werd, groote ſteeken in de borſt, zyden, en rugge gevoelt, en pynelyk adem haalt. Niet minder, zo niet meer operatie doet het in alle zoorten van het bort by de Maleyers* Oepas Couening *genaamt, om datze den menſchen veele geele gal doet braaken.*

In Colica ventoſa *mengt men dit hout met* Caju Tay *of Javaans ſtrond-hout, en geeft het te drinken, om de winden te breeken. De kragten van dit hout zyn by de Amboineezen meeſt onbekent, en de boom zelve by hun lieden veracht, waar uit men merkt de ſpreuke der wyzen waar te zyn, dat Godt en deszelfs werkinge door de nature nergens zo tegenwoordig zy, als in verachte dingen, ik hebbe het ter nauwer nood geleert door gelt, en ſmeeken van een Amboinſche Vroedvrouwe, wiens moeder tot de doot toe de kragten dezes houts aan niemant heeft willen bekent maken, dan aan deze hare dogter, hoewel ik dezelve kenniſſe namaals ook gevonden hebbe by zommige Ternatanen, zynde voorts de kenniſſe dezes houts door my in Amboina wederom vers gemaakt, gelyk ik het zelve tot nog toe in myne huishoudinge dagelyks gebruike. In heete koortzen geeft men het ook in, om het hert te ſterken, en den brand te verminderen. Doch ik hebbe dikmaals ervaren, dat het den patient dadelyk wederom uitbraakt, hoewel, als gezegt, het zelve aangenaam is, om in te neemen, het welke dan een teeken is van een zeer vervuilde maag, en dat dit ſecours te ſwak is voor dien vyand: Men moet zig echter daar aan niet ſtooten, maar al wederom ingeven.*

Om nu dit hert tot de medicyne bequaam te ſoeken en te kappen, moet men zodanigen boom uitzoeken, wiens hert nog niet vermolmt is, en daar van neemen het gene in de wortelen of onderſten ſtam zit, en zyn voedzel van het Zeewater heeft, het welk in het kauwen een weinig brak is.

Fuſcum hoc cor diligenter a reliquo albo adjecto ligno, internaque corrupta parte depurandum eſt, ac ſemel biſve ſalſæ inmergere oportet aquæ, ad ſolem exſiccare, ac dein conſervare, unde vires ſuas uſque in decimum conſervat annum, ſi modo aliquando in aqua ſalſa inmergatur; ſalſedo enim hujus ligni effervеſcentem inprimis ſedat bilem, ut in pluribus ſalſis obſervavi lignis. Quum vero tale cor in vetuſtis arboribus nunquam craſſum reperiatur, quum plerumque ſit concavum, hinc nulla ex hoc fabricari fere poſſunt opera, niſi longæ coronæ, ſclopetorumque fiſtulæ, pro hiſce vero operibus partes ſumuntur ſuperioris trunci, quæ remotius diſtant, & ab aqua ſalſa liberæ ſunt, in quibus nulla vel pauca ſalſedo apparet.

Recentia folia haud ingrata ſunt, ſi cum Siri Pinang maſticentur, totumque replent os grato ſuo odore & acidulo ſapore.

In *Rumphii Appendice* hæc adduntur.

Quidam piſcatores manubria formant majorum cultrorum *Parranghs* dictorum ex fuſco & medicato hujus arboris meditullio, in hunc maxime finem, ut ſi noxium quendam piſcem per infortunium comederint, ac ægre ſeſe inde habeant, tum hæc manubria ſupra porphyritim cum aqua conterunt, quam tanquam antidotum ſuperbibunt.

Dit bruin hert moet men ter degen van al het witte ſpint, en het binnenſte verrotte ſuiveren, eens of tweemaal in zoutwater dompelen, in de Zonne droogen, en dan bewaren, zo kan het zyne kragten behouden tot in het tiende jaar, als men het altemets maar ſlegts in zoutwater legt, want de ziltigheid in dit hout is inzonderheid het gene, dat de woedende galle nederzetten kan, gelyk ik aan meer brakke houten bevonden hebbe. Om dat men nu dit hert aan de oude boomen nooit dik kan vinden, als zynde meeſt hol, zo kan men geen bequamere werken daar van maken, als lange lyſten en laden tot roers, maar tot dit werk neemt men de ſtukken uit de boven-ſtam, en die wat verre van het zoutwater afſtaan, daar in men geene of weinig brakkigheid proeven kan.

De groene bladeren zyn ook niet onaangenaam by den Siri Pinang te kauwen, vervullende den mond met een goeden reuk, en een rynſchen ſmaak.

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

Zommige Viſſchers maken de hegten van haare Parranghs of houwmeſſen uit het bruine medicynale hert dezes booms tot dien einde, wanneerze van een opblazer of ander ſchadelyke viſch eeten, en zig qualyk daar van gevoelen, zo wryvenze deze hegten met water op een ſteen, en drinken zulks tot een tegenbaat.

EXPLICATIO

Tabulæ Septuageſimæ Quartæ,

Quæ ramum exhibet *Novellæ Litoreæ*, uti a *Rumphio* vocatur quæ vero mihi dicitur SIDA *foliis cordato-acuminatis, integerrimis*

A. Ejus *fructum* denotat.

B. *Oſſicula* ejus *ſeminalia.*

UYTLEGGING

Van de vier-en-zeventigſte Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Novella Litorea* ofte de *Sida foliis cordato-acuminatis integerrimis*, zo als ik die liever noem volgens zyn gedaante.

A. Wyſt aan deszelfs *Vrucht.*

B. De *Zaatkorrels.*

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Novella Nigra: Salimoeri.

HÆc quoque arbor ad *Caju Baru* ſpecies refertur, licet maxime ab iis differat, nihilominus tamen vulgarem ſecuti ſumus opinionem: Excreſcit autem nunc ſimplici nunc pluribus ſimul truncis, non erectis ſed incurvis, & ad unam inclinantibus partem: Raros gerit ramos ac foliorum rachides, quæ ex ipſis ortum ſuum habent ſine ordine flavis inſidentia petiolis, non cordiformia uti illa *Daun Baru*, ſed lanceolata inſtar lati apicis haſtæ, & in obtuſum magis apicem deſinentia, ſex ſeptemve pollices longa, quatuor & quinque longa, læte viridia, integra, nec ſerrata, paucis & obliquis pertexta venis. Decidua vero nigreſcunt, & contrita ingratum magis ſpirant odorem ſaporemque quam *Daun Baru.*

Flores racemoſi plurimi dependent, ſed non omnes ſimul ſeſe aperiunt, flores *Stramoniæ* referentes, ſed multo minores ſunt magnitudine *Mirabilis Mexicanæ*, tenui ac longo conſtantes infundibulo, qui ſeſe ſuperius aperiunt in quinque ſexve rugoſa petala, adeo arcte ſibi juncta, ut ex uno conſtructa videantur petalo, coloris aurantii vel inſtar *Calendulæ*, inodori, prout autem petalorum numerus eſt, tot quoque ſtamina flava intus locantur, aliis brevioribus & albicantibus intermixtis. Plurima quidem florum capitula ex uno latoque dependent racemo, unum autem alterumve ſeſe tantum ſimul aperit. Hoſce inſequuntur fructus ſeu baccæ raræ ſimul ex parvo dependentes racemo, ſuntque ex rotundo acuminatæ inſtar obtuſi coni, brevi duroque apice coronatæ, vix articulum digiti longæ, externe glabræ ac plerumque virides, ſenſim vero nigreſcunt, ac prope apicem ſeſe aperiunt. Quæ intus continent officulum pyramidale, ſuperius acuminatum, inferius latum, ubi & excavatum eſt quaſi foveola, ad latera autem quam maxime anguloſum eſt, & acutis obſitum quaſi verrucis

XXXII. HOOFTSTUK.


De ſwarte Nieuw-blad-Boom.

DEzen boom werd ook onder de geſlagten van Caju Baru *gereekent, hoewel hy merkelyk daar van verſchilt, 't welk onaangezien hebben wy 't gemeene gevoelen willen volgen: Hy ſchiet op met een enkeld, zomtyds met verſcheide ſtammen, niet regt, maar bogtig, en naar eene zyde hellende: Hy heeft weinige takken en ryskens, daar aan ſtaan de bladeren zonder order op geele ſteelen, geenſints hertformig, gelyk die van* Daun Baru, *maar als 't breede yſer van een ſpeer geformeert, meeſt met een ſtompe ſpits, zes en zeven duimen lank, vier en vyf breed, ligt-groen, zonder eenige ruigte of tanden, met weinige en ſchuinze aderen doortogen. De afgevallene werden ſwart, gevreeven veel viezer van ſmaak en reuk dan 't* Daun Baru.

De bloemen hangen in troſſen by malkander, maar gaan niet te gelyk open, gelykende de bloemen van Stramonia, *doch veel kleinder, in de groote van* Mirabilis Mexicana *of* Mervilje, *te weten met een langen dunnen hals, en vooren geopent in vyf a zes rimpelige blaadjes, zo digt op malkanderen leggende, datze een ſchynen, van coleur Oranje, of als Gouds-bloemen, zonder reuk, na 't getal der bladeren ſtaan zo veel geele draden van binnen, met nog andere korter en witachtige. Daar hangen wel veel knoppen by malkander aan een wyde tros, maar gaan maar een of twee teffens open. Daar op volgen de vruchten of bezien, weinig by malkander hangende, in een kleine tros, uit den ronden toegeſpitſt, als een ſtompe keegel, met een kort en hart ſpitsje voor op, ſchaars een lid lank, buiten effen, meeſt groen blyvende, doch metter tyd werdenze rookverwig of ſwartachtig, en ſcheuren by de ſpitzen. Binnen leid een pyramidale korrel of ſteen, boven ſpits, onder breed, en aldaar wat uitgeholt, als met een kuiltje, aan de zyden zeer hoekig, en met ſcherpe vratten of kuiltjes bezet, als of hy door een meeſters hand uitgeſneeden was, bleek, houtverwig, alle de kuiltjes zyn uitgevult*



Thespesia macrophylla Bl.



rucis & foveolis, acſi artificis manu elaboratum eſſet, pallidum vero eſt ac lignoſum: Omnes hæ foveolæ excavatæ ſunt ſicca & ſuberacea ſubſtantia, quæ adeo firmiter officulo, externoque ejus cortici adhæret, ut ferro quodam ſeparanda & exuenda ſit. Officulum depuratum Turcicam refert gallam, vel *Mirobalanum Emblicum*, inferior vero iſta fovea ipſum fere concavum reddit.

Fructus penitus maturus in quatuor vel quinque ſegmenta diviſibilis eſt, in ſingulis autem nucleus continetur parvus ſubſtantia, & ſapore conveniens cum *Canario*.

Rami ſunt fragiles, ſique diſrumpantur, odorem amaricantem fundunt.

Cortex eſt albicans, glaber, & tenuis, ingratum quoque ſpirans odorem.

Externum lignum albiſſimum eſt, cujus inutilis pars circiter binos digitos craſſa eſt. Internum cor ex cinereo nigricat ſeu terrei vel pulli eſt coloris, ſiccum, lentum, & rugoſum, ſi incidatur. Si tranſverſum ſecetur, vel cædatur, videtur compoſitum eſſe ex plurimis voloulis ſibi inpoſitis, ad oras nigrius, vel uti vulgus loquitur, magis fuſcum ac durius, ubi & nigræ ſtriæ per cinereum lignum longitudinales decurrunt, ſique poliatur, obſcure viridem reflexum exhibet in quibuſdam locis, unde & multi illud comparant cum Europeæ Juglandis ligno, vel Occidentali *Palo Santo*, immo ejus fruſta adeo nigra inveniuntur, ut cum Ebeno certent ligno, ejus autem levitas, ſtriarumque decurſus differentiam exhibent. Interna medulla ſenſim magis fuſca eſt ac fungoſa, nunquam autem fiſſa vel concava niſi ad nodos.

Lignum hoc duplex eſt: Primum ac optimum eſt nigrum ſupra deſcriptum, quod mas vocatur, nec ultra femur craſſum eſt, nudum nempe ejus cor. Alterum eſt cinereum, nigricantibus conſtans venis, longitudinalibus fere inſtar Abietis; Quod femina dicitur & multo levius eſt, cujus & magna formari poſſunt fruſta, ita ut & aſſeres ex ipſo ſecari poſſint, vilius autem eſt priori.

Si hæc ligna elaborentur vel recentia cædantur, inſtar Moſchi odorem fundunt, ſed debilem, qui penetrantior eſt, ſi carbonibus inponantur, nigerrima fruſta igni expoſita, facillime flammam concipiunt, & oleum exſudant, ſed paucum.

Circa litora quoque creſcit vel non longe ab illis ad lapidis jactum in ipſa terra, optimum autem præbet lignum, quod in litoribus parvis in inſulis creſcit, ubi & radices plurimum nudæ ſupra terram ſeſe erigunt, truncuſque ita incurvus eſt, ut fere ad terram inclinet, ipſique incumbat, unde & hæ arbores mari vel ventis facillime eradicantur vel projiciuntur, quarum externum & inutile lignum brevi putreſcit, internum vero cor magnis fruſtis juxta litora diſjectum reperitur, externe cinereum, interne vero eleganter nigrum: Hæc fruſta meliora habentur ac præferuntur iſtis, quæ recentia ex arbore cæduntur, nulla autem niſi parva opera ex illis formari poſſunt.

Aliæ arbores, quæ binos ſæpe homines craſſæ ſunt, elegans ac latum gerunt cor, quamdiu autem creſcunt, nunquam adeo nigrum eſt iſtis, quæ mortuæ ſunt & in litus projectæ, licet etiam elegantes & nigræ hujus cordis partes in vegetis prominéant & in creſcentibus arboribus, præſertim ſi ſoli bene expoſitæ fuerint, in una eademque etiam arbore truncus ſæpe vel quidam rami ab una parte nudi, & nigro ſuo corde prominentes, altera autem horum pars vegeto & viridi tegitur ligno.

Nomen. Latine *Novella Nigra* & *Ebeniformis*. Noſtra natio illud vocat *Baſtaart Ebben-hout*, ſeu *Ebenum ſpurium*. Ternatenſibus dicitur *Salimoeri*, *Tſjalimoeri*, & *Salungeri*. Quidam illud Malaica lingua vocant *Baru Laut*, cum præcedenti illud confundentes. Amboinenſibus *Kanawa*, *Kanawan*, & *Kanewan*; In Banda & inſulis ad Eurum ſitis *Cenau* & *Caju Waro*, in Buro *Fana* & *Fala*. Macaſſera *Ama*. Altera ſeu cinerea ſpecies in Banda dicitur & Keya *Waranderck*.

Locus. Notum eſt hoc lignum in omnibus Moluccis, Amboinenſibus, reliquiſque ad Eurum ſitis inſulis: Multum etiam & elegantiſſime creſcit hæc arbor in ſaxoſis Cielæ montibus, vel ſicco promontorio regionis Hoeamohelenſis, ubi hæc ac præcedentes arbo-

*vult met een drooge en kurkachtige ſubſtantie, zo vaſt aan den ſteen en buitenſte huit hangende, dat menze met een yzer daar uitpeuteren moet. De ſchoongemaakte korrel gelykt als dan een Turkze Galnoot, of (*Mirobolanus Emblicus*) doch het onderſte kuiltje maakt hem bykans hol.*

De geheele rype kan men in vier of vyf deelen, en in ieder ſteekt een heeſtje, van ſubſtantie en ſmaak, als Canary.

De takken zyn breekzaam, afgebrooken gevenze een bitterachtigen reuk van haar.

De ſchorſſe is witachtig, effen, en dun, mede van een onlieſſelyken reuk.

Het buitenſte hout is zeer wit, en het ſpint uitmakende is omtrent twee vingers dik. Het binnenſte hert is uit den graauwen ſwartachtig of aardverwig van coleur, droog, taai, en pelzig in 't kappen. Als men 't over dwers zaagt of kapt, zo gelykt het t'zamen gezet uit veele dunne rollen op malkander leggende, aan de kanten ſwarter, of gelyk de gemeene man zegt, bruinder en harder, alwaar men de ſwarte ſtreepen of vlammen door 't graauwe hout in de lengte ziet loopen, en als men het polyſt, geeft het een donker-groene weerſchyn op zommige plaatzen, daarom het veele met het Europiſche Nooten-hout, ook met het Weſt-Indiſche Palo Santo vergelyken, ja men vind ſtukken zo ſwart, datze 't Ebben-hout kunnen tergen, maar de ligtheid en 't loopen der vlammen verraadze datelyk. Na binnen toe werd het allenkskens wederom graauwer, en vooſſer, doch nooit geſcheurt of hol, ten ware by de knoeſten.

Men vind dit hout tweederlei: Het eerſte en 't beſte is 't ſwarte, hier boven beſchreeven, 't welk men het manneken noemt, en niet boven een dye dik is, zegge het blote hert. Het tweede is ligt-graauw, met ſwartachtige aderen in de lengte, bykans als het Dennen-hout. Dit houd men voor 't wyfken, het is veel ligter, en men kan 'er groote ſtukken van krygen, zo dat men ook planken daar van zagen kan, maar het werd voor ſlegter gehouden, dan 't eerſte.

Als men deze houten werkt of vers kapt, gevenze een Muſcusachtigen, doch ſlappen reuk van haar, die men ſterker gewaar word, op koolen gebrand, de ſwarte ſtukken aan 't vuur gehouden, branden zeer ligt, en ſweeten een Oly uit, doch ſchaars.

Het waſt ook omtrent de ſtranden, of niet boven een ſteen-werp daar van af landwaart in, doch het beſte is 't geene op de bloote ſtranden van kleine Eilanden waſt, alwaar men de wortels meeſt bloot boven den grond ziet, en den ſtam zo gebogen, dat hy bykans op de aarde leid, daarom ook deze boomen door de Zee of winden zeer ligt uitgewortelt en gebrooken werden, waar van dan 't buitenſte ſpint in korten afrot, en het binnenſte hert met groote ſtukken langs den ſtrand verſpreid legt, van buiten graauw aantezien, maar binnen ſchoon ſwart, deze ſtukken houd men voor beter, als die men van den verſchen boom kapt, maar men kan niet als klein werk daar van hebben.

Andere boomen, die wel twee mannen dik werden, hebben wel een ſchoon breed hert, maar zo lang zy groeien, is 't nooit zo ſwart als de andere, die beſtorven zyn, en op ſtrand leggen, hoewel men ook ſchoone ſwarte ſtukken van dit hert ziet bloot uitſteeken aan de nog waſſende boomen, inzonderheid die wel ter Zonne ſtaan. Men vind ook aan dezen boom zomtyds den ſtam of eenige takken aan de eene zyde bloot, met het ſwarte hert uitſteekende, en de andere helft met 't groeyende hout bedekt.

Naam. *In 't Latyn* Novella Nigra *en* Ebeniformis. *Onze Natie noemt het Baſtaart Ebben-hout. Op Ternaats* Salimoeri, Tſjalimoeri, *en* Salungeri, *zommige noemen 't in Maleits* Baru Laut, *met het voorige vermengende. Op Amboins* Kanawa, Kanawan, *en* Kanewan; *In Banda en de Zuid-Ooſter Eilanden* Cenau *en* Caju Waro, *op Buro* Fana *en* Fala. *Op Macaſſers* Ama. *Het tweede of graauwe geſlagt hiet in Banda en Key* Waranderck.

Plaats. *Het is bekent in alle Moluxe, Amboinſche, en Zuid-Ooſter Eilanden, doch 't beſte vind men, als gezegt, op kleine en onbewoonde Eilanden: Het ſtaat ook zeer veel en ſchoon op 't ſteenige voorgebergte Ciel, of drooge rys-boek van 't Landſchap Hoeamohel, alwaar de-*

arbores ita luxuriosæ & arcte sibi junctæ adstant, ut litus illud præruptum vix perambulari vel ligna distingui possint, quam diu non sint decorticata. Tota Boeræ Borealis pars hoc quoque ligno repleta est, sed maxime specie cinerea, quæ magis in ipsa cæditur regione, licet nigra etiam reperiatur in saxosa Lissatetto ora. In magna Amboina prope promontorium Lienæ, ac in ipsi vicina insula Puloana plurima hujus ligni elegantia & longa reperiuntur frusta juxta litus projecta.

Usus. Ex rectis hujus arboris truncis primo depuratis ab externo & inutili ligno, vel ex nigris frustis, quæ depurata in litore inveniuntur, incolæ formant postes ædium & casarum suarum, hoc enim lignum, licet leve & fungosum appareat, quam maxime tamen durabile est, & resistit pluviis, ventis, ac terræ, nec multum rimas agit, licet nudo exponatur cœlo, sic quoque hi postes incorrupti nudique terræ infixi reperiuntur hinc inde in Ceramæ montibus, ubi ædes ante multos jam annos destructæ fuere.

Quidam harum incolarum indigena ridiculo mihi narrabat modo, affirmabatque sese in Keya tales vidisse postes, qui a mundi initio ibi steterant: Putabat forte ab illo tempore, ex quo ille locus habitatus fuit, Malaienses enim aliquando initium inhabitationis certi loci initium mundi vocant.

In Cerama saltem tales postes ostendi possunt talibus in locis, in quibus a centum annis nullæ ædes exstructæ fuere, uti inter alia in Tanuru, quæ magnæ Ceramæ ora est ad Argestem sita. Nigra quoque & striata illa frusta hodie quam maxime adhibentur & expetuntur ab astulariis, tornionibus, & capsulariis, elegantes enim ex iis cancelli, pedes, & postes sedis, cubilium, scamnorumque sedilium, atque ex latissimis frustis mensulæ, astulæ, capsulæ, ac similia opera formari possunt: Nunc autem tam lati hujus ligni occurrunt asseres, tres nempe pedes lati, ut ex iis ingentes cistæ & mensæ fabricari possint. Ex vulgari ac deteriore ligno variæ sclopetorum fistulæ ac canales parantur, quem in finem Societas Indica magnam hujus ligni quantitatem ex Boero petit, quum enim sit lignum leve, & maxime durabile, optimum & aptum hisce operibus censetur & comperitur.

Si hoc lignum sit perdolatum, in initio nullum exhibet splendorem, si vero siccum sit, & poliatur friceturque, elegantem adquirit colorem spadiceum, tumque striæ seu flammæ istæ in conspectum veniunt, lignum quoque quo magis ad oras seu extremum vergat, eo nigrius elegantiusque striatum est.

In Europa sine dubio maxime expeteretur a scriniariis, si ibi notum esset, ac deferretur. Ex optimis ejus frustis formatas vidi vaginas telorum Krissen dictorum, nullo argento obductas, ut eo melius striæ ac flammæ istæ sese offerrent, gratoque suo odore nasum recrearent.

NB. In transitu adnotandum est, nos Belgice vocare *gevland* in lignis, radicibus, lapidibus, similibusque, quod Latini *Undulatum* & Undatum crispum dicunt, venarum autem flexus, ipsis *Vortices* & *Gyri* vocantur.

Licet autem hujus ligni odor præsertim carbonibus impositi, dulcis sit & instar Moschi, sed gravis simul, Amboinenses tamen hunc fugiunt tanquam perniciosum & nocivum adstantibus, quum hos reddat debiles & inertes, quale & lignum habetur. Hanc calumniam ipsi adtulit Æthiopum flamen Hitoensis, qui forte fortuna suum coqueret cibum in foco ex hoc ligno constructo, ac brevi post cum sociis suis abdominis dolorem sentiebat, quem hujus ligni fumo adscribebat, quum autem maxime peritus esset ac optime novisset cuncta lignorum & asserum genera, ipsi majorem adhibuere fidem: Vidi porro eundem istum flaminem aliosque indigenos Rhizotomos nigerrima ac pinguissima hujus ligni frusta cædentes, quæ ad radicem vel in inferiore trunci parte eminebant, in crescentibus adhuc arboribus, antea autem verba quædam consusurrabant, parvumque deponebant donum nummi cuprei vel sericeorum filorum, quod ipsis moris est, si medicamentosas effodiant radices, ut quasi naturæ donis gratos sese testentur. Hæc frusta eundem fere in usum adhibent ac præcedentis, ad certam scilicet Oepas speciem, quæ ipsis nigra dicitur, ac ple-

ze en de voorige boomen zo weeldrig en digt tegens malkanderen staan, dat men dien stylen strand qualyk bewandelen, nog de houten onderscheiden kan, zo lang zy niet geschilt zyn. De geheele Noort-zyde van Boero is ook *vol van dit hout, doch meest van 't graauwe geslagt, het welk wat Landwaart in gekapt werd, hoewel 't swarte ook te vinden is op den steenigen hoek Lissatetto. Op groot Amboina by den hoek van Lien, en het daar bygelegene Eilandeken Puloanan, vind men veel schoone en lange stukken langs den strand opgesmeeten.*

Gebruik. *Uit de regte stammen eerst van 't buitenste spint geheel en al gezuivert, of uit de swarte stukken, die men al gezuivert op den strand vind, maken de Inwoonders stylen tot hare huizen en hutjes, want dit hout, hoewel 't ligt en voos schynt, is nogtans ongemeen durabel, zo tegen regen, wind, als aarde, ook niet of weinig scheurende, al staat het onder den blooten Hemel, zo vind men deze stylen onbedorven, en bloot in de aarde staan hier en daar op 't Ceramze gebergte, daar de Negoryen al voor lange jaren uitgeroeit zyn.*

Zekere Inlander zeide belaggelyk tot my, en hielt 't ook staande, dat hy op Key diergelyke stylen gezien hadden, die van 't begin des werelds aldaar gestaan hadden: Hy wilde misschien zeggen van dien tyd af, dat die plaats bewoont is geweest, want de Maleyers noemen zomtyds het begin van de bewooning eenes Lands het begin der wereldt.


Immers zy konnen op Ceram stylen toonen op zodanige plaatzen, daar in de naaste hondert jaren geen Negoryen nog huizen gestaan hebben: als onder anderen op Tanuru den Noord-West hoek van groot Ceram. Ook werden de swarte en gevlamde stukken hedensdaags zeer veel gebruikt, en nog dagelyks meer gezogt van de hierlandze kistemakers, draayers, en lademakers, want men kan 'er inzonderheid schoone tralien, voeten, en styltjes van hebben tot stoelen, bedsteeden, en zitbanken: Uit de breedste stukken geheele bladen tot tafeltjes, kisten, kleine doosjes, en diergelyke werken. En nu werden 'er alzo breede planken gevonden, derdehalve en drie voeten breed, dat men groote kisten en tafels daar van maken kan: uit 't slegtste alderhande laden tot Musquetten en roers, waar toe de E. Compagnie jaarlyks een groote quantiteit van Boero ontbied: want om dat het een ligt, en niet te min durabel hout is, werd het inzonderheid daar toe bequaam bevonden.

In 't eerste opgeschaaft, vertoont dit hout geen glans nog gedaante, maar droog geboend en gepolyst, werd het eerst mooi bruin, en vertoonen haar de vlammen, en hoe meer het aan de kanten gestaan heeft, hoe swarter en mooyer geadert dat het is.

Het zoude in Europa buiten twyffel wel getrokken zyn, indien 't de schrynwerkers bekent was, en uitgevoert wierde. Uit de beste stukken heb ik ook gezien kris-scheden gemaakt, met geen zilvere of goude blikken overtoogen, op datze de vlammen te beter zouden toonen, en met haren zoeten reuk van binnen aangenaam zyn.

NB. In passant aantemerken, dat wy in 't Duits gevland noemen aan houten, wortelen, steenen &c. het gene de Latynen Undulatum *en* undatum crispum *noemen, maar draayingen van aderen, 't geene zy* Vortices *en* Gyros *noemen.*

Hoewel den reuk van dit hert, inzonderheid op koolen, zoet en Muscusachtig, doch geil is, werd hy echter van de Amboineezen geschuwt, dewelke hem voor de omstaanders schadelyk houden, als makende dezelve slap en kragteloos, gelyk het hout zelve is. In dit quaad geroep heeft hem een Moorsche Paap van Hitoe gebragt, die by geval zyne kost met dit hout kookte, en kort daar op met zyne maats eenige buikpyn gevoelde, het welk hy den rook van dit hout toeschreef, en dewyl hy een byzonder kenner van planten was, heeft men hem te meer geloof gegeeven. Voorts heb ik gezien, dat dien zelven Paap, en andere Inlandsche Wortelgravers de swartste en vetste stukken van dit hout afkapten, dewelke aan de wortelen of onderste stam bloot uitstaaken aan nog groeyende boomen, dog alvoorens eenige woorden prevelende, en een klein geschenk van een kooperen pennink of eenige zyde draaden by den wortel leggende, het welk by hun lieden een gemeen gebruik is, alsze eenige medicamenteuse wortelen uitgraven, om quanswys de nature voor hare gaven dankbaar te zyn. Deze stukken gebruiken zy bykans tot het zelfste einde, als 't voorige, te weten tot een slag van Oepas, 't welk zy het swarte noemen, en daar door gemeene-





Cordia Rumphii. Bl.

plerumque intelligunt *Colicam ventosam*, hujus autem non tantam habeo experientiam ac prioris, uti & vulgo in re medica non ita notum est.

Si teneris ac junioribus hujus arboris foliis quis manus fricet, ita ut ipsorum odore inpraegnatae sint, inmunis is erit ab ictibus venenatorum piscium, quales sunt *Ican Swangi* & *Ican Sambilang*, sique antea quis ab ipsis fuerit ictus, ac conteratur pars affecta hisce foliis, nullum percipiet dolorem.

Costae minorum navigiorum ex hoc quoque formantur ligno, nostri vero naupegi experti sunt clavos ferreos non inhaerere diu huic ligno, si siccum sit, quum fungosum nimis sit, seseque contrahat. Ut autem hoc praeveniatur, dicunt incolae, lignum hoc viride adhibendum esse, cui per rubiginem clavi magis infixi haerent.

Hoc quoque modo Keienses illud usurpant ad navigiorum costas recenter ex arboribus, neutiquam vero nigrum vel quod in litore fluctuat. Si hoc lignum in bacellos conscindatur, hique iterum colligantur, optimas praebent faces in litoribus, quae non facile a ventо exstinguuntur.

Intellexi, hoc quoque lignum reperiri in Ora Cormandelensi, ibique notum esse nomine Ebeni spurii, ex quo ibidem sedes, cubilium pedes, ac mensae formantur, quae atramento tinguntur, poliuntur, & pro vero venduntur Ebeno, licet multo sit levius, idem cum Amboinensi nostro *Salimoeri* institui potest. An Cormandelense cum hoc conveniat, inquirendum est, ego saltem dubito.

Si Ternatenses ad quendam tendunt locum, in quem pacem transferre student, cantant in suis Corre Corre, quod signi navalis fustis confectus sit ex *Bali-Njawa* seu *Bayn Java*, h. e. praecedenti *Baru Pantey*, receptaculum vero istius, cui infigitur ex *Salimoeri*, eo quod bina haecce ligna praestantia sint medicamenta, ac semper conjuncta instar maris & feminae, sive contrita sive in pultem confecta & externe illinita, ut varios extrahant morbos, ut & intus assumpta. Quo cantu significare volunt, ubi bina haec ligna inveniuntur, bina ibi adesse efficacia medicamenta.

Macassarenses, in quorum litoribus nigrum valde reperitur hoc lignum, illud adhibent ad *Balira*, h. e. panucellium, Malaiensibus *Parang* dictum, ut & ad rhombos.

meenelyk verstaan Colicam ventosam, *maar daar van heb ik zo veel ondervindinge niet, als van 't voorige, gelyk het ook by de gemeene man tot medicyne nog meest onbekent is.*

Als men met de jonge bladeren de handen sterk vryft, datze daar na rieken, zo zal men verzeekert zyn tegens 't steeken van venynige visschen, gelyk daar is den Ican Swangi *en* Ican Sanbilang, *maar zo men van dezelve van te vooren gestooken is, en dezelve bladeren daar op vryft, zal men geen pyn gevoelen.*

De Inbouten en ribben in de kleine vaartuigen maakt men ook van dit bout, doch onze Timmerlieden hebben ervaren, dat de yzere spykers niet wel in dit hout houden, als het droog werd, om dat het te voos is, en wat inkrimpt: Om 't welk voortekomen zeggen de Inlanders, dat men 't groene hout gebruiken zal, waar in de spykers te vaster roesten.

Op dezelve manier gebruiken het de Keyers meest tot inbouten van hare vaartuigen, neemende daar toe 't geene half oud is, en uit de versche boomen, en geenzints het geene swart is, en op den strand dryft. Dit hout tot dunne stokjes gesneeden, en weder t'zamen gebonden, geeft goede toortzen om op strand te ligten, die niet ligt van de wind uitgaan.

Ik verstaa, dat dit hout ook valt op de kust Cormandel onder den naam van bastaard Ebben-hout, waar van men aldaar stoelen, voeten tot bedsteeden, en tafels maakt, die men dan met inkt bestrykt, polyst, en voor opregt Ebbenhout verkoopt, hoewel 't veel ligter is, 't welk men met onze Amboinsche Salimoeri *ook doen kan. Of nu het Cormandelsche daar mede accordeere, staat nog te onderzoeken, ik voor my twyffel daar aan.*

Als de Ternatanen iewers na toe pangayen, daar zy den vreede brengen willen, zingenze op hare Corre Corren, dat den vlagge stok gemaakt zy van Bali Njawa *of* Bayn Java, *dat is, het voorgaande* Baru Pantey, *en het huisje, daar die instaat, van* Salimoeri, *dewyl deze houten twee groote medicynen zyn, en altyd t'zamen gevoegt werden, als manneken en wyfken, het zy gevreven, en tot een pap gemaakt, en van buiten opgesmeert, om verscheide ziekten uittetrekken, het zy van binnen ingenomen. Willende alzo te kennen geven, dat alwaar zy heenen komen twee groote heilmiddelen gekomen zyn.*

De Macassaren, op welkers stranden 't wel zo swart valt, gebruiken het hout tot Balira, *dat is, schiet-spoelen, by de Maleyrs* Parang *genaamt, als mede tot spinraden.*

EXPLICATIO

Tabulae Septuagesimae Quintae,

Quae ramum exhibet *Novellae Nigrae*, uti a *Rumphio* vocatur. Quae vero mihi dicitur IPOMAEA *foliis subrotundo-acutis, integerrimis floribus, fructibusque confertis & racemosis.*

UYTLEGGING

Van de vyf-en-zeventigste Plaat,

Dewelke vertoont een Tak van de *Novella Nigra*, zo alsze van *Rumphius* genaamt werd, welke ik volgens zyn geslagt noem *Ipomaea* met rondachtige spitzen, heele bladen, en trosachtige bloemen en vruchten.

OBSERVATIO.

Haec species ni forte varietas videtur illius, quae IPOMAEA foliis cordatis, acutis, integerrimis, flor bus solitariis vocatur a *Royeno* in *Fl. Leidens. Prodr. p.* 434. quod est Quamoclit Solani folio, flore roseo. *Plum. pag.* 3.

AANMERKING.

Dit schynt een zoort, zo niet slegts een verandering te zyn van die plant, die de IPOMAEA *foliis cordatis, acutis, integerrimis, floribus solitariis* genaamt werd van de Heer van *Royen* in zyn *Prodr.* van de *Flora Lidens. p.* 430. het welk is de *Quamoclit Solani folio, flore roseo* van *Plum.* in zyn *Catal. pag.* 3.



CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Gelala Litorea, *Gelala Pantey*, & *Gelala Itam.*

TRes ſubſequentes arbores inter floriferas locum maxime obtinent, quum certo anni tempore elegantiſſimis ſuis floribus conſpicuæ & e longinquo viſibiles, ab aliis facile dignoſci poſſint, præſertim prima ſpecies, de qua in hoc agam capite, tres enim obſervavi ſpecies 1*mo.* *Litoream* ſeu *Gelalam nigram.* 2*o.* Albam, 3*o.* aquaticam.

Gelala litorea ſeu nigra vulgatiſſima eſt, magnitudine & craſſitie trunci Quercui ſimillima, hujus enim truncus craſſiſſimus eſt, ſed non altus, ac mox ſeſe in ramos craſſos dividens, qui obducti ſunt cinereo & glabro cortice, ubique tamen brevibus, firmis, & latis ſpinis obſiti inſtar ſilveſtrium Roſarum, excepta inferiore vetuſti trunci parte, in qua non obſervantur, cæteræ partes uſque ad ramorum ſummum, immo & rachides undique ita obſitæ ſunt, ut adſcenſum & tactum negent.

Folia magnam habent convenientiam cum illis *Phaſeoli hortenſis*, ſunt autem multo majora & glabriora, quatuor vel quinque pollices longa, paulo minus lata, magnos ſinus gerentia ad oras, tria ſemper conjuncta, quorum medium longiori inſidet petiolo, ad hujus folii ortum binæ quaſi verrucæ locantur, binaque poſteriora binas itidem habent verrucas, breviſſimosque petiolos. Cæterum hæc tria folia ſibi quam ſimillima ſunt, excepto quod in binis lateralibus more Phaſeolorum magnus nervus non recte per medium decurrat. Eorumque ſinus exterior multo latior ſit interiore, ſunt autem ſuperius glabra & obſcure viridia, inferius parum rugoſa.

Flores plurimi ſimul longo in racemo progerminant, atque ex uno conſtructi ſunt petalo, quod ab uno latere ponitur parum convexum, inſtar cymbæ, coloris Kermeſini, ab altero autem latere decem longa & firma locantur ſtamina rubra cum antheris fuſcis, quorum quinque breviora, quinque longiora, horumque medium ſeu undecimum (quod piſtillum) longiſſimum eſt; Totus vero flos minorem digitum longus eſt. Stamina autem prope ſuum ortum conjuncta ſunt, ubi bina alia apparent foliola rotunda & concava inſtar concharum, binis aliis ſimilibus inpoſita foliolis, quorum bina extrema intenſum magis habent colorem ipſo floris petalo, bina vero interna ſanguinea ſunt, ſimulque collem quaſi minorem efformant, locata autem hæc ſunt inter petalum iſtud ac ſtamina illa, nunquam vero ſeſe aperiunt.

Flores ſubſequuntur fructus, qui rotundæ ſunt ſiliquæ, palmam circiter longæ vel paulo minus, minoremque digitum craſſæ, in varios rotundos iſthmos diviſæ, qui collo plerumque anguſto ſibi conjunguntur. In ſingulo tali iſthmo oblonga & craſſa reconditur faba, ab utraque parte compreſſa, acſi plurimæ ex uno volvulo abſciſſæ forent, per dorſum ſutura notatæ, quædam harum rubent, ac more fabarum hilo notatæ ſunt, forma & magnitudine fabarum equinarum. Plurimæ autem tales ſiliquæ ſimul dependent uno ex pedunculo communi, quæ tam diu arboribus inhærent, donec ventis dejiciantur, hiſce enim fabis neque homines, neque animalia veſcuntur crudis. Arboris lignum eſt album, molle, & inutile, ac facillime putredinem contrahens, ſique incidatur, fumoſum ſpirat odorem.

Inter omnes arbores Indicas nulla eſt, quæ tam præciſum obſervat florendi & fructificandi tempus, quam hæc *Gelala*, ſemel enim in anno ſuos profert flores ſub finem Julii, quum Sol Leonem intrat, quum arbor plurima ſua dejicit folia, & undique magnis in ramis elegantes hos rubros profert flores, ita ut arbor e longinquo rubro quaſi linteo videatur tecta, atque hinc inde unum alterumve tantum in ramis remanet folium.

Hoc in ſtatu perſiſtit uſque ad dimidium Auguſti, quum flores magna decidunt copia, Solumque kermeſino quaſi linteo obtegunt, quibus dein menſe Septem-

XXXIII. HOOFTSTUK.

De ſtrand of ſwarte Gelala-Boom.

DE drie navolgende boomen hebben mede plaatze onder de bloemdragende, om datze op zekere tyd des jaars door hare bloemen aanzienelyk, en van verre kennelyk werden, inzonderheid het eerſte geſlagte, waar van wy in dit Kapittel handelen, want ik heb drie daar van aangemerkt. 1. *De ſtrand of ſwarte* Gelala. 2. *De witte of gevlamde.* 3. *De water-*Gelala.

Eerſtelyk de ſtrand of ſwarte Gelala *is de gemeenſte, in de grootte en dikte van ſtam den Eiken-boom meeſt gelyk, want dezen ſtam is zeer dik, doch niet hoog, en zig datelyk in dikke takken verdeelende, bedekt met een ligtgraauwe effene ſchorſſe, doch over al met korte, ſtyve, en breede doornen bezet, als die van wilde rooſen, behalven aan het onderſte van den ouden ſtam, daar menze niet gewaar werd, de reſt tot aan het uitterſte der ryskens is zo vol, dat men hem nergens beklimmen, nog aantaſten kan.*

De bladeren hebben groote gelykenis met die van de Turksze boonen, doch veel grooter, en gladder, vier en vyf duimen lank, en wat minder breed, met groote wangen aan de zyden, altyd drie by malkander ſtaande, het middelſte op een lankachtigen ſteel, met vratten by het begin van het blad, en de twee achterſte hebben t'zamen twee vratjes, en zeer korte ſteelen: Anders zynze alle drie malkander zeer gelyk, behalven dat de twee ter zyden na der boonen maniere de groote zenuwen niet regt in de midden, en daar door de buitenſte wange veel grooter dan de binnenſte hebben, boven glad, en hoog- of donkergroen, van onderen wat ruig.

De bloemen komen veele by malkanderen voort aan een lange tros, en beſtaan maar uit een blad, het welke aan de eene zyde ſtaat, een weinig t'zamen geboogen, als een ſchuitje, regt ſcharlaaken-rood, aan de andere zyde ſtaan tien lange en ſtyve roode draaden, met bruine noppen, waar onder vyf kortere, en vyf langere, en het middelſte of elfſte het langſte is. De geheele bloem is een kleine vinger lank: Deze draden zyn by haren oorſpronk aan malkander vaſt, en daar achter ziet men twee andere kleine blaadjes, rond en hol, als ſchulpjes, op twee andere diergelyke blaadjes leggende, waar van de twee buitenſte hooger van coleur zyn, dan het blad, en de twee binnenſte bloed-root, en t'zamen een heuveltje uitmakende, tuſſchen het groote blad en de voornoemde draaden ſtaande, doch haar noit openende.

Na de bloemen volgen de vruchten, het welk zyn ronde houwen, omtrent een hand lank of minder, en een kleine vinger dik, in verſcheide ronde hobbelen afgedeelt, die meeſt met een ſmallen hals aan malkander hangen: in ieder hobbeltje ſchuilt een lankwerpige en dikke boone, aan beide einden wat gedrukt, als of 'er veele uit een rolleken geſneeden waren, met een naat op den rugge, zommige roodachtig, en na den aard der boonen met een navel geteekent, in grootte en gedaante van paarde-boonen. Van deze houwen hangender veele by malkander aan een tros, blyvende zo lange aan de boomen hangen, tot datze van den wind afgeſlagen worden, want nog menſchen, nog vee gebruiken deze boonen raauw. Het hout is wit, week, en ondeugent tot eenig timmerwerk, ligt verrottende, en van een rookachtigen reuk, als men daar in kapt.

Onder alle Indiaanſche boomen is 'er geen, die zyn Sayſoen zo precys houd in bloemen en vruchten te dragen, als deze Gelala, *want hare bloemen brengtze maar eens des jaars voort, en dat in 't laatſte van Julius, als de Zon in den Leeuw begint te komen, wanneer den boom zyne meeſte bladeren afwerpt, en aan alle kanten met groote troſſen deze roode bloemen voortbrengt, zo dat den boom van verre ſchynt, als met een rooden doek overdekt, blyvende hier en daar een blad aan de takken hangen.*

In dezen ſtand blyft hy tot over de helft van Auguſtus, wanneer de bloemen in menigte afvallen, en den grond als met een ſcharlaaken doek bedekken, waar op in September-

tembri insequuntur fructus novaque folia. Quum vero circa Julium, (uti plerumque fit) magni sint imbres ac pluviæ frequentes, florendi tempus differtur ultra mensis dimidii spatium, quum alias in terris crescit, in quibus isto tempore æstas sicca est, uti plurimum hoc obtinet in omnibus insulis ad Occidentalem Amboinæ partem sitis, certum ac dictum observat ordinem: Plurimum in litoribus crescit planis, in ipsa etiam reperitur terra ab hominibus plerumque plantata, quod per depactos fit ramos crassos, licet et ejus fabæ optime etiam progerminent.

Nomen. Latine *Gelala litorea.* Malaice *Gelala Laut* & *Gelala Itam*, quum sponte juxta litora crescat, ac respectu subsequentis speciei obscure viridia gerat folia; Quidam volunt *Dadap* verum esse nomen Malaicense, & *Kelala* Ternatense, Macassarense vero *Rara* & *Caju Madjannang* h. e. quietum folium, cujus ratio infra indicabitur. Amboinice in Leytimora vocatur *Ucken*, in Hitoe & Cerama *Nackil* & *Lackin.* Baleyensibus dicitur *Dalundung.* Bandensibus *Dadap.* Vox *Gelala* derivari potest ab Arabico *Gal* aut *Galal*, h. e. clarum reddere, quia florens rubicundum de se spargit colorem.

Locus. In omnibus reperitur aquosæ Indiæ insulis & ubique in litoribus crescens, in quibus lapilli occurrunt & permixti sunt, in simplicibus vero litoribus non reperitur vel raro, uti in occidentali Baleyæ parte, ubi tamen in ipsa regione sese offert.

Usus. In Occidentalibus insulis hæc arbor majorem præbet usum quam in Amboina, ubi sæpe per copiosos suos flores efficit, ut pisces mensibus Augusto & Septembri perquam rari sint, vulgus saltem hoc illi adscribit caussæ, quum rutilantes ejus flores ex arboribus dependentes ut & in solum prolapsi fulgorem suum longe in mare emittunt, quo pisces perterriti a litore decedunt. Hic tamen defectus iis in mensibus quoque observatur in talibus locis & litoribus, in quibus nullæ inveniuntur *Gelalæ* arbores, unde & Bandenses non adeo hujus arboris floribus quam lacteæ adscribunt aquæ, quæ eodem isto tempore mare inficit, ac per noctem igneum & lacteum quasi reddit mare, unde & pisces fugam arripiunt ad aquas ordinario modo coloratas.

E contra magna est sympathia inter hujus arboris flores & Amboinensem avem *Loeris* dictam, quæ sanguinei penitus coloris est per totum suum corpus, excepto capite, hujusque alia minor species est *Perroquitten* vocata, quæ ex rubro, luteo & viridi variegata est. Hæ itaque aves naturalem gerunt instinctum & ardorem rubri hujus arboris coloris, quæ magna hanc frequentant copia, ipsique insident, quum suos profert flores, ita ut hæ vix ab ipsis distingui possint floribus, quamdiu pacate sedent. Hæ rostro suo istud rubrum capitulum seu nectarium in centro floris positum aperiunt, epotantque succum ex rore ibi collectum.

Hæc porro arbor usum habet in re medica, recentium enim foliorum succus ulcerationibus instillatus, ipsisque folium superinpositum illas depurat & conservat a putredine, crudamque præparat carnem ad consolidationem, per alia emplastra procurandam: Hæc autem cura haud felicem habet successum in hominibus repletis vel potui nimium addictis, qui proinde nimis abundantem humorum adfluxum ad illas habent partes.

In Amboinensium variolis hæc præsertim folia celebrantur, ad inpuras & sordidas ulcerationes depurandas, quod tarde quoque procedit, quum *Gelala* operationem suam perficere nequeat, quamdiu novum generatur pus per continuum humorum adfluxum, unde & talibus hominibus sicca & sobria præscribitur Diæta: Alii autem ulcerationes curant ope foliorum sequenti modo, recipe vulgaris *Gelalæ* tenera folia cum quarta parte *Pangagæ* radicum, stipitum ac foliorum, expone hæc simul per noctem rori, dein exprime succum nulla admista aqua. Intinge huic turundam, & inpone ulcerationi, eamque porro justo modo obvela: Hic autem succus per aliquot dies in Bambu arundine servari potest. Hic omnem consumit corruptam carnem, atque intra spatium trium quatuorve dierum purum reddet fundum, unde curatio cita promovetur. Alii folia ore suo masticant cum pauxillo Cumini, quæ ulcerationi inponunt, alio ejusdem arboris

tember de vruchten, en jonge bladeren volgen. Maar wanneer omtrent de tyd van Julius (gelyk gemeenelyk geschiet) een langdurig reegen-weer voorvalt, zo veragtert de bloeityd wel een halvemaand of meer, daar hy anders in landen staande, daar het in die tyd zoomer of drooge mousson is, gelyk meest in alle Eilanden bewesten Amboina gelegen, de voorschreve order precys agtervolgt. Hy wast meest op vlakke stranden, doch vind men hem ook landewaart in, meest door de menschen aldaar geplant, het welk met dikke takken geschied, hoewel de korrels ook opkomen.

Naam. *In 't Latyn* Gelala litorea. *Op Maleyts* Gelala Laut *en* Gelala Itam, *om datze van zelfs langs de strand wast, en ten aanzien van de volgende zoorte swartgroene bladeren heeft. Zommige willen dat* Dadap *de regte Maleytze naam zy, en* Kelala *den Ternataanschen. Op Macassers* Rara *en* Caju Madjannang, *dat is, stil blad, uit redenen, gelyk hier onder gezegt zal werden. Op Amboins op Leitimor* Ucken, *op Hitoe en Ceram*, Nackil *en* Lackin. *Op Baleys* Dalundung. *Op Bandaas* Dadap. *Het woord* Gelala *kan afgeleidt werden van het Arabische* Gal *of* Gelal, *d. i. klaar en helder maken, om dat hy bloeiende een heldere coleur van zig geeft.*

Plaats. *Men vind hem in alle de Eilanden van Water-Indiën, over al op de stranden wasschende, te weten daar kleine steenen onder gemengt zyn, maar op enkelde zanden vind men hem niet of zelden, gelyk op de Westzyde van Baley, alwaar men hem echter landwaart in heeft.*

Gebruik. *In de Westerlyke Eilanden heeft dezen boom grooter gebruik dan in Amboina, alwaar hy ons dikwils met zyn bloeyen groote schaarsheid van visschen verschaft in de maanden Augustus, en September, immers de gemeene man schryft hem die oorzaak toe, dat zyne vuurroode bloemen zo aan den boom hangende, als op den grond leggende, haren glans verre in Zee verspreiden, en daar door de visschen van den oever jagen. Hoewel men dit gebrek in dezelve maanden op zodanige plaatzen en stranden ook voelt, daar geen* Gelala *boomen staan, dierhalven het de Bandaneezen niet zo zeer het bloeyen dezer bomen, als het melk-water toeschryven, 't welk om dezelfde tyd de Zee infecteert, en by nagt vuurig en melk-wit doet schynen, en de visschen na water van ordinaris coleur vlugten.*

Daar en tegen is 'er een groote vriendschap tusschen dezes booms bloemen, en de Amboinsche Loeris, dewelke bloed-root over het geheele lyf zyn, behalven aan het hooft, neffens een kleinder slag, die men Perroquitten noemt, van rood, geel, en groen geschakeert. Deze vogelen dan hebben een natuurlyken drift tot roode coleur van dien boom, zittende met meenigte daar op, als hy in zyn bloeijen staat, dat menze qualyk van de roode bloemen onderscheiden kan, zo lange zy stil zitten. Zy pikken het voornoemde roode heuveltje, midden in die bloem schuilende, open, en drinken het zap daar uit van den dauw daar in vergadert.

Voorts heeft dezen boom ook zyn gebruik in de Medicyne, want het zap van de versche bladeren in eenige ulceratien gedaan, en een blad daar over gebonden, reinigt dezelve van alle verrottingen en maakt het rauwe vleesch bequaam tot de volgende toebeelinge, door andere pleisters te bevorderen. Doch deze cure heeft weinig succes in perzoonen, die het lichaam met humeuren vervult hebben, of den drank te veel overgegeven zyn, en dierhalven te veel toevloeying in de ulceratie hebben.

In de Amboinsche pokken werden deze bladeren inzonderheid geroemd, om derzelver vuile en zeer etterige ulceratie te zuiveren, het welk al mede langzaam toegaat, want de Gelala *haar werking niet kan doen, zo lang daar nieuwe materie toeloopt, daarom zulke menschen voorschreven werd een sobere en drooge diæet; andere cureren de ulceratien met de bladeren aldus: Neemt de jonge bladeren van de gemeene* Gelala, *met een vierde part* Pangaga, *wortelen, steelen en bladeren te zamen, zet dit een nagt in den douw, en vringt daar na het zap daar uit, zonder eenig water, doopt hier in plukzel, en legt het in de ulceratie, bint het voorts behoorlyk toe: Het zap kan men eenige dagen in Bamboesjes verwaren. Dit byt al het verdorvene vleesch uit, en maakt in drie a vier dagen een goeden grond, die zig voorts tot geneesinge schikt: andere kauwen de bladeren in den mond met een weinig Komyn, en smeeren dat in de ulceratie, boven op een blad van dien boom leggende. Dit byt omtrent een*

ris folio obducta. Hæc pasta per semi-circiter horam operatur ac dein peracta est. Sique hoc mane instituatur, nec ulceratio vesperi intumescat, nec doleat, indicium est, curationem subsecuturam, si contrarium sentiatur, nihil efficiet hæc cura, sique succedat, mensis spatio opus est ad ingentem ulcerationem curandam. Arboris cortex cum Pinanga & pauxillo Massoy manducatus conducit iis, qui Dysenteria laborant. Quidam recentia quoque vulnera hisce foliis curare adnituntur, sed raro successum vidi, quum in illis non sit virtus consolidans nec cicatricans, sed depurans. Tenera ejus folia cum illis *Gumiræ* & Calappi lympha in olus cocta & comesta, atque folia pectori inposita lac generant & augent lactantibus & puerperis. Eadem quoque folia cum floribus quovis modo assumpta in feminis provocant obstructa menstrua. Contrarius autem effectus observatur in cortice, qui, uti dictum, cum Pinanga masticatus, ejusque succus deglutitus prodest Dysenteriæ.

Aves istæ *Loeris* dictæ, plurimum capiuntur, si inter florentes ramos fustes locantur, iisque alligantur visco ex *Socci-lacte* confecto obducti, quibus facilius insident, quum naturales arboris rami spinis undique sint obsessi.

Si florendi tempus desierit, istæ aves iterum montes petunt, nec per totum amplius observantur annum, postquam summa cum patientia ultra mensem garrulum illarum stridorem exaudivimus, maximeque mirandum est tales aves, quæ silvestris admodum sunt naturæ, nec facile mitigandæ, adeo expetere horum florum succum, atque e longinquis montibus prope hominum ædes, quibus adstant etiam hæ arbores, advenire, unde vix hominum tumultu ac clamore fugari possunt.

Folia cum aliis herbis ad olus usurpantur & eduntur, præsertim ad certum cibi genus, quod Ternatensibus *Boboto* vocatur, quum quidam pisces foliis involuti coquuntur.

Ejus lignum virtutem quoque vegetativam habet, quod ramis facile propagandum est, unde & adhibetur ad palos & sepes, qui ex vivis expetuntur claustris, ubi hi rami positi intra breve temporis spatium in crassas excrescunt arbores, ex quibus simul folia ad usum colliguntur. Lignum hoc, quam vetusta etiam sit arbor, semper fungosum est & leve, ficcumque diu fovet ignem, fumum emittens, donec totum frustum in cineres collabatur, nec unquam flammam concipit, licet etiam vento vel flatu agitetur.

Carolus Clusius hanc videtur depinxisse arborem in libri rariorum plantarum appendice primo *pag.* 253. qui ejus folia accepit a medico quodam Lusitano, qui arborem *Corâl*, forte a rubro florum colore, vocabat, dicebatque illam ex Ameriea accepisse.

Quædam hujus *Gelalæ* species occurrit in Java, & Baleya, vocaturque peculiari nomine *Dap Dap*, cujus truncus altior est præcedenti, sed nullis obsitus spinis, ejusque folia sunt minora, rotundiora, & tenuiora, flores vero fructusque præcedenti similes, ejus autem fabæ sunt rotundiores. Adhibetur quoque ad palos & sepes uti prior, ejus folia non eduntur. Lignum ejusdem est substantiæ & usus, ad lentum nempe fovendum ignem.

Similis vel non multum diversa arbor est Sinensium *Goudong*, in provincia litorea Fockien seu Hockien crescens, crescendi modo & forma *Gelalæ* vulgari conveniens ex relatu Sinensium, ejus autem folia sunt majora, rami spinosi, non autem truncus, flores quoque rubent, & fructus sunt instar præcedentium fabarum.

Ejus lignum est quoque molle & inutile, excepto quod adhibeatur ad instrumenta quædam musica, quum bonum edat sonitum: Uno anni tempore dicitur foliis orbata, altera autem anni dimidia parte foliis onusta, ac quotannis mense Augusto folia dimittere, e contra Amboinensis per unum tantum & dimidium mensem foliis destituta est, nec tam certum dimittendi folia observat tempus: Talem mirabilem arborem locatam esse perhibent Sinenses in palatio regio Pecking prope celebrem puteum, ut quidam mihi indicavit Sinensis, qui præ reliquis suis popularibus doctus & peritus est, hæc autem natio præ reliquis Chaldæorum superstitionibus addicta mira

een half uur, en daar na is het gedaan. Als men dit des ogtens doet, en de ulceratie des avonds niet opswelt, of zeer doet, zo is het een teeken, datze de geneezing wel wil aanneemen, maar anders gevoelende, zal men hier mede niets uitregten, en als het dan nog lukken wil, zo heeft men nog een maand tyd van noden tot een groote ulceratie: De schorsse met Pinang, en een weinig Massoy gekaauwt, is goet voor die geene, die de roode loop hebben. Zommige willen ook versche wonden met deze bladeren, en haren zap geneezen, waar van ik weinig succes gezien hebbe, vermits daar geen heelende nog cicatricerende, maar zuiverende kragt insteekt. De jonge bladeren met die van Gumira met Calappus-melk tot een moes gekookt, en gegeeten, en de bladeren op de borst gelegt, vermeerderen de zuigende Vrouwen haar melk. Dezelfste bladeren met de bloeme op eenigerhande manier genuttigt, verwekken de Vrouwen haare opgehoudene maantstonden. Een contrarie kragt heeft men in de schorsse, dewelke, als gezegt, met Pinang gekauwt, en het zap ingeswolgen, helpt tegens de roode loop.

De voornoemde Loeris werden ook als dan meest gevangen, als men tusschen de bloeyende takken eenige stokken bind met Vogel-lym van Soccun-melk gemaakt, bestreeken, daar zy te ligter opzitten, om dat de regte takken vol doorns zyn.

Als de bloemen over zyn, vervliegen voornoemde vogels weder in 't gebergte, en men zietze dan 't geheele jaar niet meer, naar dat men met patientie meer dan een maand lang haar gekakel en geraas op die boomen heeft moeten uitstaan, zynde te verwonderen, dat zodanige vogels, die zeer wilt van aart en qualyk te temmen zyn, zo greetig op den zap van deze bloemen zyn, datze uit het verre gebergte digte by de woonhuizen komen, daar deze boomen staan, en qualyk door het geschreeuw der menschen konnen weg gejaagt worden.

De bladeren werden ook onder ander Sayor tot moeskruit gebruikt en gegeten, inzonderheid tot een zoorte van kost, die de Ternatanen Boboto noemen, als men eenige visschen met zeekere bladen bewind, en zo kookt.


Het is mede een groeizaam hout, het welk met stokken ligt voort te planten is, daarom werd het gebruikt tot Paggar-stylen en groote heiningen, die men van levende Pallissaden hebben wil, alwaar deze stokken gezet in korten tyd uitstaan, en tot dikke boomen werden, waar van men met eenen het gebruik der bladeren hebben kan. Dit hout hoe oud den boom werd, blyft altyd voos en ligt, droog zynde, houd het vuur lange al smookende, tot dat de geheele stok in assche vergaat, zonder dat het ooit vlamme van zig geeft, hoe zeer men ook daar in blaast.

Carolus Clusius schynt dezen boom afgeschetst te hebben in zyne boeken van de rare planten in Appendice 1. pag. 253. hebbende deszelfs bladeren ontfangen van eenen Siviliaanzen Medicus, dieze Corâl (misschien van de rode coleur der bloemen) noemde, en voorgaf dezelve uit America ontfangen te hebben.

Een zoorte van deze Gelala vind men op Java, en Baley, in 't byzonder Dap Dap genaamt, van stam zo hoog, als de voorgaande, doch zonder eenige doornen, de bladeren zyn kleinder, ronder, en dunder, voorts bloemen en vruchten de voorgaande gelyk, doch de boonen zyn ronder. Hy werd ook gebruikt tot stylen van Paggers, als de voorgaande, doch zyne bladeren eet men niet. Het hout is van dezelve substantie en gebruik, te weten om een langzaam vuur te onderhouden.

Een diergelyke of niet veel verschillende boom is de Sineeze Goudong, in de strand-Provincie Fockien of Hockien wasschende, in de manier van wasschen en gedaante de gemeene Gelala meest gelyk, naar het zeggen der Sineezen, doch de bladeren zullen wat grooter zyn, de takken wat doornachtig, maar de stam niet, de bloemen insgelyks rood, en de vruchten als boonen.

Het hout is week, wit, en onnut, behalven tot eenige musicale instrumenten, om dat het goeden klank geeft. Hy zoude de eene helft van 't jaar zonder bladeren, en de andere helft met bladeren beladen staan, jaarlyks in Augustus beginnende zyne bladeren af te werpen, waar tegens de Amboinsche maar een en een halve maand zonder bladeren staat, en zulke precysse tyd van het afvallen der bladeren niet onderhoud. Een zulke wonderbare boom zeggen de Sineezen te staan in 's Keyzers Hof tot Pecking by een vermaarde waterput, zo als my zeekere Sinees verhaalt heeft, dewelke boven zyne landluiden gaauw en geleert moet zyn, want deze Natie boven andere met Chaldeeusche superstitie ingenomen zynde, wondere dingen





Erythrina dioica. [illegible]

ra de hac Peckensi fabulantur & gloriantur *Goudonga*, illam nempe quotannis puncto Lipsiu, quod meo judicio est sub Solis accessum ad decimum quartum gradum Leonis, quarto nempe Augusti die, suum primum dejicere folium, quo minuto per Astronomum antea pronuntiato & proclamato, Cæsar cum sua familia & Magnatibus in genua procidere & precari debat, quando intra horæ quadrantem vel folium decisurum est, vel Astronomus plectitur instar mendacis, vel tanquam in arte sua inperitus. Altera autem Sinensium *Goudonga* non ita præcisum observaret minutum illud, uti & puto Peckensem non ita posse præstare, ni fallax diabolus in scenam prodiret, qui simul invocatur.

Si ulteriore disquisitione appareat, has tres ultimas species nimium a vulgari *Gelala* differre, hujus operis renovatione peculiare ipsis tribuendum est caput.

Nomen Macassarense *Rara* & *Madjanang* (h. e. pacatum folium) ex eo derivatur, quod virides ejus ramos circa illum plantent locum, in quo puerpera decumbit, quo indicare student, ut circa illum locum quiete sese tenere homines oporteat, hujus quoque folia sub infantum cubilibus & pulvinaribus deponunt, ut subitos clamores & illorum terrores in somno inpediant. Fabas *Gelalæ* quidam ex plebeis torrent parum in sartagine supra ignem, quas edunt vel cum piscibus coquunt.

Tæda feu pinguia ifta frufta, quæ ex hoc eliguntur ligno, & pro Agallocho fpurio habentur, vocantur *Garo-Laut* & *Garo-Matta Buta*, quibusdam *Garo-Boaya* h. e. *Caaymans-hout*, ex rugofa ejus pelle feu cortice, quo obducitur plerumque, in Banda vocantur *Garo tay aros*, quum fæpius in litore inveniantur, aliis mixta & projecta ejectionibus: Forte idem eft, quod in Baleya *Meningan* feu *Menongan* vocatur, quod fupra *libr.* 2. *cap.* 12. fub *Agallocho fecundario* commemoravimus, ac pro uno eodemque cum *Madjagabu* habebamus, dein autem intellexi *Menongan* pingue effe lignum, ex quo fpiffum elici ac fundi poteft oleum, hinc puto, magis accedere ad *Caju Matta Buta*, eoque magis, quum recens fibi invicem contritum hoc lignum notabilem fpiret Benzoini odorem, Malaice *Minjaan* vocati.

Locus. Arbor hæc maxime nota eft in omnibus aquofæ Indiæ infulis, non tamen in omnibus litoribus, fed folummodo, uti dictum fuit, in ficcis & faxofis, vel quæ cum lapillis vel arena mixta funt, ac femper in litore haud procul a fluminum majorum terminis. Ulterius in ipfa reperitur regione feu terra, fed ibi ope humana plantata, quum ex ejus ligno aliquando fæpes conftruunt, eo quod facile excrefcat, fed *Garo* in hac non eft inveftigandum.

Quum litora majorum infularum, uti ab una parte Sumatræ, Javæ, & Borneo, fint cœnofa, hinc arbor ibi non reperitur vel raro, ac potiffimum inter *Mangi Mangi* in continenti terra, & ad folidiores majorum fluminum ripas. Majori copia occurrit in orientalibus infulis, quæ faxofis plerumque gaudent litoribus, uti in Amboina, Hitoes ora, in Cerama, ac tota Hoeamohel regione, ac porro in boreali ora circa vetus Liffa-Batta; In Ternata plurimum occurrit in infula Mothir, & in magna ejus infula Gelolo, juxta totum Hallemaheræ tractum, eftque porro in Papoenfibus infulis nota, uti & in illis ad Eurum fitis: Quod autem crefcit in finibus placidis feu paludofis locis, non multum participat, aut præbet hujusmodi pingue lignum, atque fuffimigio ineptum eft.

Tabula Septuagefima Nona

Ramum exhibet *arboris excæcantis maris*, feu *Caju Matta Buta*, *Lacki Lacki*, uti ab incolis vocatur.

Tabula Octogefima

Ramum exhibet *Arboris excæcantis feminæ*, feu *Caju Matta Buta*, *Parampuan.*

OBSERVATIO.

Hæ Arbores in *Valent. Amboinæ defcript. pag.* 217. itidem commemorantur & in *Tabula* fub *numeris* XLVII & XLVIII. exhibentur; de hoc porro Ligno vide *Mifc. Acad. nat. curios. dec.* III. *ann.* 3. *obf.* 22. & *Valent. Mantiff. Exotic. pag.* 592.

van den boom, lopende zeer krom en knobbelachtig, en bloot op den fteenigen ftrand, daar men dan mede het fwarte reuk-hout vind, op zodanige plekken, daar geen fchorffe is. Ik heb niet alleen in de figuuren vertoond de bladeren, bloeizel, en vruchten, zo van het Manneken, als van het Wyfken, maar ook op een byzonder blad een gebeelen boom, zo als hy met zyn krommen ftam en veele zoorten van Filix, Polypodium *&c. bewaffen te zien is, op een fteenigen ftrand van* Keyttetto, *op de kuft van Hitoe.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Excæcans. *In 't Duits* Melk-hout, *en* Blint-hout, *zynde geformeert meeft na alle de Indiaanfche namen, als in 't Maleyts* Caju Matta Buta. *Op Maleyts* Caju Coeda *en* Capal. *Op Ternaats* Garo-Matta Buta, *het welk eigentlyk het vette hout is, dat 'er van komt. Op Macaffers* Sambuta. *Op Amboins* Matta Huri *en* Matta Huli. *Op Boero* Maccafuta. *Op Cerams noort-kufte* Maccahita *en* Babuta.

De Tæda *of vette ftukken, die van dit hout komen, en voor baftaart Agel-hout dienen, werden genaamt* Garo-Laut *en* Garo-Matta Buta, *by zommige* Garo-Boaya, *dat is, Caaimans hout, van de ruige huit, waar mede het gemeenelyk is bedekt, in Banda* Garo tay aros, *om dat men het dikwils op ftrand vind, onder andere ruigte opgeworpen. Miffchien is het 't zelffte, 't welk wy op Baley* Meningan *of* Menongan, *het welk wy boven* lib. 2. cap. 12. *onder het* Agallochum Secundarium *aangeroert hebben, en voor een en het zelfde met* Madjagahu *hielden, maar naderhandt verftaande, dat* Menongan *een vet hout zy, waar uit men een dikke Oly fmelten kan, zo giffe ik, dat het nader met dit* Caju Matta Buta *overeenkomt, te meer alzo het vers tegens malkander gewreeven, merkelyk den reuk heeft van* Benjoin, *in 't Maleyts* Minjaan *genaamt.*

Plaats. *Dezen boom is veel bekent in alle Eilanden van Water-Indiën, doch niet op allerlei ftranden, maar alleenlyk, als gezegt, op drooge en fteenige, of die met fteentjes en zand gemengt zyn, en dat altyd op ftrand, niet verre daar van af, aan de uitgangen van groote rivieren. Men vind hem ook wel dieper in het land, maar meeft aldaar door menfchen geplant; die daar zomtyds Thuinftaken van maken, dewelke ligt uitfchieten, maar het* Garo *behoeft men daar aan niet te zoeken.*

Dewyle nu de ftranden van de groote Eilanden, gelyk aan de eene zyde hebben Sumatra, Java, en Borneo, moeraffig en flikkig zyn, zo vind men dezen boom aldaar niet, of weinig, en dat onder de Mangi Mangis *op het vafte land, en aan de harde kanten van de groote rivieren. In meerder quantiteit vind men hem in deze Oofterfche Eilanden, die meeft fteenige ftranden hebben, als in Amboina, de kuft van Hitoe, op Ceram, en het geheele Landfchap Hoeamohel, en voorts op de Noort-kuft omtrent oud Liffa-Batta, in Ternaten heeft men hem meeft op het Eiland Mothir, en op het groote Eiland Gelolo, langs de geheele kuft van Hallemahera, en voorts door de Papoeze en Zuid-Oofter Eilanden overal bekent. Het geene in ftille bogten of moeraffige plaatzen ftaat, heeft niet veel van dat vette hout, en is tot reukwerk onbequaam.*

De negen-en-feventigfte Plaat

Vertoont een Tak van de *Boom der blinde oogen* het *mannetje ofte Caju Matta*, *Buta*-boom, zo alsze van de Inlanders genaamt werd.

De tachtigfte Plaat


Vertoont een Tak van de *boom* der *blinde oogen* het *wyfje*, ofte de *Caju Matta Buta*, *Parampuan.*

AANMERKING.

Deze boomen komen mede voor by *Valent. pag.* 217. en werden op de *Plaat* onder No. XLVII en XLVIII verbeelt. Over dit hout zie verders de *Mifc. Acad. nat. curiof. dec.* III. *ann.* 3. *obf.* 22. en *Valent. Mantiff. Exotic. pag.* 592.




Excoecaria Agallocha. L.





Excoecaria Agallocha. L.



CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Arboris excœcantis usus.

HUjus arboris vitia cuivis nota sunt, unde & incolæ tanto odio eam prosequuntur ac vitant, ut nostram admoneant nationem, illam fugere, si quemvis ipsi propius adstare videant, quum ejus noxam sine dubio magis experti fuere nostra natione, quæ illam non ita timet, quum forte sciat, arborem hanc sæpius innoxie culpari, si enim quis sibi caveat, ne ejus lac oculis instillet, nullum periculum ab hac metuendum est: Lac vehementer quidem purgat, sed tamen non ultra tertium gradum calidum est; Lingua enim exploratum, fatuum est, & in faucibus paucum excitat ardorem, nec cuti nocet. Nautæ nostrates, uti dictum fuit, quondam hoc cædebant lignum pro foco, ac sæpius in ipsorum damnum, hodie autem illum in finem non adhibetur, nisi defectu alius ligni, uti inter alia in Batavia sæpe fit, ubi amplæ illi urbi nimum deficit, & ex parvis petendum est insulis; mos quidem iste obtinet pravus, quum lignum hox vix siccetur, & combustum acrem & oculis nocivum emittat fumum, cæterum adhibetur ad hortorum palos parvosque postes, quum longa emittat flagella, si crassi hujus arboris stipites sæpius detruncentur, uti cum Salice hoc fit. Nostri pulveris pyrii præparatores ex hoc quoque ligno carbones exusserunt, experti autem fuere, carbones ejus esse elegantes, leves, & molles, sed per horum acredinem pulvis iste pyrius sensim mucescit, unde hodie in istum finem eligitur lignum subsequentis *Arboris lactariæ*, quod meliores præbet carbones.

Apud harum insularum incolas majori in usu Medico est quam populis occidentalibus, qui corticem, ejusque lac ad forte adhibent purgans, sed talibus in hominibus, qui robusto constant corpore, ac valent viribus, & malignis repleti sunt humoribus.

Macilentis vero & biliosis nocet hominibus, sed iis conducit, quibus humores prædominantur pravi, unde inpetigines, scabies, paralysis, & similes subsequuntur morbi. Ad ordinarium purgans sumunt corticis partem, binos articulos longam, binosque digitos latam, hunc cum Pinanga masticant, ejusque deglutiunt succum, quum autem ardorem faucium excitet, melius comprobatum fuit, si ex hac arbore quædam hujus lactis guttæ Calappi lymphæ, potui Thee, vel succo alicui infundantur, talique propinentur modo, omnis vero potus, cui hujus lactis guttæ fuere instillatæ, seri lactis consistentiam & formam concipit. Hæ purgationes sursum & deorsum operantur satis fortiter, unde ægris & debilibus hominibus non sunt propinandæ, quod tamen incolæ summo cum ægri discrimine instituunt. Optandum itaque esset M. Doctores & Chirurgos nostros Indicos melius novisse artem præparandi hoc lac, ut tutius & melius ingeri posset, uti *Gutta Cambodje*, alias ejus operatio corrigitur, si semimaturus Musæ fructus sub cineribus tostus superedatur, vel frusta quædam frigidæ pultis, Papedæ dictæ, comedantur. Idem hoc lac valet contra morsus & ictus venenatorum piscium, si vulneri illiniatur, frustumque cupri rubri superligetur; si vero alicujus oculos infestet, eluendi sunt cum Calappi lympha, ac leniter comprimendi, quum hæc nocivum istud adtrahat lac, & simul educat.

Notitia hujus spurii Agallochi, quod ex hisce colligitur arboribus, ante annum 1665 ad nostram non pervenit nationem, immo plurimis Amboinensium nondum innotuit: Quum vero isto tempore munus subalterni gubernatoris in Hitoës ora per decem annos obieram, ac per quinque primos annos æque istam fugerem arborem ac reliqui, illo anno lignum hoc prima vice mihi detectum ac demonstratum fuit a *Patti Cubu* præfecto pagi Hitoënsis *Ely* dicti, qui exactam habebat notitiam herbarum, ac multum me adjuvit in describendo hocce opere, unde & æquum duxi ejus memoriam hic consecrare.

XXXVII. HOOFTSTUK.

Gebruik van de Boom der Blinde oogen.

DE ondeugden van dezen boom zyn by alle man bekent, weshalven hem de Inlanders zodanig haten en vlieden, datze onze Natie vermanen, van dezelve te wyken, alsze die daar omtrent zien staan, hebbende deszelfs schadelykheid buiten twyffel meer geproeft, dan de onze, die daar zo veel vreeze niet voor hebben, misschien wetende, dat dezen boom veel onschuldig lyden moet, want als men zig zelfs wagt, dat de melk niet in de oogen kome, heeft men geen gevaar van dezelve boom te verwagten. De melk is wel sterk purgerende, maar egter niet boven de derde graad heet: Want op de tonge geproeft, isze laf, in de keel verwektze een kleinen brand, en op de huid doetze geen quaat. Onze Matroozen, als gezegt, kapten dit hout eertyds veel tot brandhout, en dikwils tot hare schade, maar hedendaags word het daar toe niet gebruikt, als by gebrek van ander hout, gelyk onder andere tot nog toe op Batavia geschiet, daar het voor die groote stad zeer schaars valt, en van de kleine Eilanden moet gehaalt worden; het is evenwel een quaad gebruik, want het hout qualyk opdroogt, en gebrant een scherp bytende, en voor de oogen een schadelyke rook van zig geeft, anders word het tot Thuinstaken, en kleine stylen gebruikt, om dat men daar lange stangen aan vind, als men de dikke stammen dikwils van haar kruin berooft, gelyk men met de Wilgen doet. Onze kruitmakers hebben uit dit hout ook koolen gebrand voor het Buskruid, maar men heeft bevonden, dat het wel schoone, ligte, en zagte koolen geeft, ogter wegens hare brackigheid met ter tyd het kruid doet uitslaan, en nu neemt men daar toe het hout van de volgende Arbor Lactaria, het welke bequamer koolen geeft.

By de Inwoonders dezer Eilanden heeft het in de medicyne meerder gebruik, dan om de west, dewelke de schorsse, en melk tot sterke purgatien gebruiken, doch by perzoonen, die nog redelyke kragten, en het lichaam vol quade humeuren hebben.

By magere en galachtige lieden doet het geen profyt, maar wel by zodanige, die met zulke humeuren gepropt zyn, waar van pokken, schurft, en lammigheid komen. Tot een gemeene purgatie neemenze een stuk van de schorsse, twee leeden lank, twee vingers breed, knauwen dezelve met Pinang, en swelgen het Zap in, doch dewyl dit eenige brand in de keel veroorzaakt, zo heeft men beeter bevonden, als men van de klare melk dezes booms eenige droppels in Calappus-melk, Thee-water, of Towak vermengt, en inneemt, en werd alle den drank, daar men eenige droppels van deze melk in doet, datelyk als wey. Deze purgatien werken van onderen, en boven al vry wat sterk, en daarom zal menze geene zieke en afgesloofde menschen ingeven, het welk de Inlanders dikwils met het uitterste perykel van den patient doen. Dierhalven was het te wenschen, dat onze Doctoren en Chirurgyns in Indiën deze melk wat beter leerden prepareeren, waar doorze gemakkelyker, en onschadelyker ingenoomen zoude werden, als de Gutta Cambodje, anderzints werd hare werking gestuit, als men een half rype Pissang neemt, onder de assche braad, en opeet, of eenige klonteren koude Papeda inswelgt. Dezelve melk is goed voor het steeken van venynige Visschen, als menze op de quetsure strykt, en een stukje rood-kooper daar overbind, maar als zy iemand in de oogen komt, zal men dezelve geduurig wasschen met Calappus-melk, en telkens zoetjes uitdrukken, want deze neemt de andere schadelyke melk aan haar, en voertze te gelyk uit.

De kennisse van het bastaart Agel-hout, het welk men aan deze boomen vind, is voor het jaar 1665. aan onze Natie onbekent geweest, ja zelfs tot nog toe aan de meeste part van de Amboineezen. Maar als ik omtrent die tyd het ampt van Subalterne hooft over de kust van Hitoe by de tien jaren bekleede, en de eerste vyf jaren alzo schouw van dezen boom was, als de rest, is my in 't zelfde jaar dit hout eerstmaal getoont door Patti Cuhu een Regent of Orangkay van het Hitoeëze Dorp Ely, een ervaren Man in de kennisse der planten, die my in dit werk veel geholpen heeft, waarom ik ook behoorlyk agt, zyne gedachtenisse alhier te zetten.

Primo multum tædii devoravi, ut hocce investigarem & detegerem lignum ob memorata pericula & difficultates, quæ circa hanc arborem occurrunt, subeunda, fortuna autem mihi favebat, quum multæ mihi obvenirent arbores tam in Hitoes ora, quam in ipsi opposita regione Hoeamohel, quæ satis magna copia hoc suppeditant lignum; quam primum vero hoc vulgo innotuit, cito deficiebat illud, quum Æthiopes multa quotidie adhibeant suffimigia ac odorata olea, atque hocce ligno utebantur loco veri *Garo* seu Agallochi, quod parce admodum in hasce defertur regiones: Primo tempore magni etiam hoc faciebam lignum, dein vero comperiens multum sensim amittere de sua jucunditate, simul & minore illud habui in pretio, quandoquidem non valet, & inutile est, si diu adservetur.

Tam ex vetusto quam ex recenti hoc ligno oleum pingue & viscosum excoqui potest forma Terebinthinæ, sed quod magis nigricat & per descensum sequenti præparatur modo: Conscinde & discinde hoc lignum in parva frusta, irrora hæc aqua marina, & his inple vulgarem ollam terream, huic inpone patinam terream, quæ paulo latior est istius ollæ apertura, tali modo ut istius patinæ dorsum ollæ superficici seu aperturæ sit junctum, & oras obiter obtegat, prudenter hæc simul inverte & alii inpone patinæ paulo majori præcedenti, juncturas autem obvela cum viridibus Musæ foliis, quas obtura argilla, sed ubique tam leviter, ut oleum transire possit, inferiorem tum patinam terræ committe, ita ut olla comminuto ligno repleta promineat, supra hanc ignem exstrue, unde pingue sensim liquescit lignum, atque oleum suum emittit, quod per juncturas in inferiorem depluit patinam: post semi circiter horam omnia simul prudenter tolle, ita ut nulla arena vel terra in subjectam decidat patinam, in qua spissum, nigricans, & viscosum reperies oleum instar Terebinthinæ lentum & tenax, fumi spirans odorem, quem nunquam amittit. In olla ista inposita videbis carbones nigricantes ac semiexustum lignum, quæ abjice. Quum repeterem hunc progressum, lignum nulla irrorare volebam aqua, judicans fumosum hunc odorem inde fuisse ortum, præceptor autem meus, qui mihi hanc demonstrabat destillandi artem, *Iman Reti* dictus, qui Æthiopum flamen Boeronensis erat, aquam istam requiri admonebat, quoniam lignum alias flammam conciperet, nec ullum exhiberet oleum: Hocce modo ex omnibus lignis pinguibus, præsertim ex supra memorato *Lingoo* & *Salimuri*, olea exstrahi possunt, quod inquirendum restat.

Oleum hocce adhibetur, ad cunctas scabiei species & cutis sordes detergendas, externe illinitum, quum vero sit admodum viscosum, cum pauxillo Calappi oleo commiscendum & calefaciendum est. Sensim autem fit resinosum instar Terebinthinæ, viscositatem vero nunquam amittit.

Ex junioribus ramulis, ac tenuibus radicibus a cortice denudatis, dentiscalpia formantur, quibus dolentes punguntur dentes, Catharris repleti, ut humores effluant catharrosi; exurit autem quam maxime os.

Maturi ejus fructus in mare decidentes a Sardis, Cabelinis, similibusque minoribus piscibus comeduntur, quorum intestina abjicienda sunt, in quibus horum fructuum nuclei reperiuntur, eo quod amarum præbeant saporem; Si oleum supra descriptum deficiat, ejus loco rasura pinguis istius ligni adhibetur cum Calappi oleo mixta, qua scabies illinienda est.

Amboinenses hujus radices effodiunt oriente sole, ita autem, ne effodientis umbra radices tegat, has in septem minora conscindunt frusta, quæ corpori ingestant contra incantamenta & præstigias. Eadem hæc radix cum Zingibere contrita & illinita omnes curat manuum vel pedum phlegmonas. Ternatenses pingue terunt lignum supra porphyritim, & cum aqua mixtum propinant vel cum debili potu Araca contra Choleram & intestinorum tormina. Vidi Sinenses quoque hoc exhibere contra Asthma, ad quod vero utuntur suo *Garo*, *Timbion* dicto.

Sinenses & Malayenses cum peregrinos volunt decipere mercatores, ipsisque hoc *Garo-Laut* pro vero vendere *Calambaco*, tales eligunt nodos ac frusta, quæ cum vero certant *Calambaco* quoad colorem ac formam, hæc irrorant aqua rosarum, vel alia quavis odorata aqua, in quam rasura veri *Calambaci* fuit inmissa & mace-

Ik nam in 't eerste veel verdriets, om dit hout op te zoeken, en te leeren kennen, wegens de voornoemde moeyelykheid, en perykelen omtrent dezen boom uittestaan, en ik had het geluk, dat ik juist doenmaals veele boomen aantrof, zo op de kuste van Hitoe, als het tegen over gelegene land van Hoeamohel, die dit hout in redelyke quantiteit uitgaven, maar zo haast wierd het niet bekent onder den gemeenen man, of het raakte haast op, om dat de Mooren met reukwerken en welriekende Olyen gedurig omgaan, en dit hout in plaats van opregt Garo *of Agelhout gebruiken; het welk in deze Eilanden zeer schaars gebragt word. Wy maakten dan in 't eerste mede wat werks daar van, maar namaals bevindende, dat het met verloop van jaren veel van zyn lieffelykheid verliest, heeft het ook veel van zyn agtinge verlooren, want het niet deugt om lange te bewaren.*

Zo wel uit het oude, als uit het versche hout, kan men een dikke kleverige Oly smelten, in de gedaante van Tarpentyn, doch swartachtig, het welk geschiet per descensum, aldus: Kapt en snyd het hout in kleine stukken, bevogtigt het met Zeewater, en vult daar mede een gemeene aarde pot, doet daar op een aarde schoteltje, het welk een hairtje breeder zy, dan de mond van de pot, en zodanig dat den rugge van de schootel in de mont van de pot kome, en aan de randen losselyk sluite. Stelpt dit zo met malkander om, in een ander schootel, die weder wat grooter zy, dan de voorige, en bewind de zamenvoeginge met groene bladeren van Pissang, strykt daar over wat kley, dog over al losselyk, dat 'er de Oly tusschen beide doorloopen kan, begraaft de onderste schootel in de aarde, dat de pot met het gekapte hout uitsteeke, daar op gy dan een vuur zult stooken, zo zal het vette hout beginnen te smelten, en zyn Oly van zig geven, dewelke tusschen de zamenvoeging in de onderste schootel loopt. Na omtrent een half uur, neemt alles zoetjes op, dat 'er geen zand, nog aarde in de onderste schootel valle, zo zult gy in dezelve een dikke, swartachtige, en kleverige Oly vinden, zo vasthoudende, als tarpentyn, maar zeer rookachtig van reuk, die het ook noit verliest. In de bovenste pot vind gy een party swarte koolen, en half verbrand hout, 't welke weg smyt. Ik wilde het hout met geen water bevogtigen in het herdoen, om dat ik oordeelde den rookachtigen reuk daar van te komen, maar mynen Baas, die my dit disteleeren leerde, Iman Reti, *Moorsche Priester van Boero, vermaande my, dat zulks noodig was, om dat anderzints het hout in den brand zoude raken, en geen Oly geven. Op deze manier konde men uit allerley vette bouten, inzonderheid van boven gemelde* Lingo *en* Salimuri, *een Oly krygen, 't welk nog te onderzoeken staat.*

Deze Oly werd gebruikt, om allerlei schurftheid en onzuiverheid des huids te verdryven, van buiten opgesmeert, doch dewyle het zeer kleverig is, moet men het met een weinig Calappus-Oly warm maken, en vermengen. Het word mettertyd harstachtig, als tarpentyn, maar zyne kleverigheid verliest het noit.

Uit de jonge takjes, en dunne wortelen van de schorsse ontbloot, maakt men tandestookers, waar mede men zeere tanden stookt, die met zinkingen beladen zyn, daar de vogtigheid dan uitloopt: doch het verbit den mond al vry wat.

Alle de rype vruchten in Zee vallende, werden van de Zardeynen, Cabelyntjes, en andere kleine Visschen gegeeten, welkers ingewand men dan moet weg smyten, daar men deze korrels in vind, alzoze het zelve bitter maken. Als men de voorschreve Oly niet heeft, kan men het schraapzel van het vette hout nemen, met Calappus-Oly mengen, en de schurftheid daar mede bestryken.

De Amboineezen graven de wortels uit met de opgaande Zonne, zodanig dat des gravers schaduwe niet over de wortel valle. Deze snydenze in zeven kleine stukken, en dragen die om het lyf, tegens alderhande tovery en beleesing. Dezelfde wortel met kleine Gember gevreven, en opgestreeken, geneest alle heete geswellen aan handen en voeten. De Ternatanen vryven het vette hout op een steen, en geven het met water of slappen Arack te drinken, tegens het bort, of snyding des ingewants. Ik heb het ook de Sineezen zien ingeven, tegens den korten aasem, gelyk zy met haar Timhion, *of opregt* Garo *doen.*

De Sineezen en Maleyers, willende de vreemde Koopluiden bedriegen, en dit Garo-Laut *voor opregte* Calambacq *verkoopen, verkiezen zodanige knoesten en stukken, die het opregte* Calambacq *aan coleur en fatzoen naast komen; deze bestrykenze met roozen, of ander welriekent water, daar in schraapzel van goed* Calambacq *geweekt is,*

macerata, dein hæc obvelant siccis Musæ foliis, quæ per mensem adservant in loco clauso vel olla, tum hæc frusta verum adquirunt *Calambaci* odorem ac formam.

Fraus tamen mox detegitur, si comburatur, vel ore masticetur hoc lignum, quum odor & sapor utriusque hujus ligni multum varient.

Verum est, utraque esse amara, si manducentur, *Calambaci* vero amarities ad Corticum Citri accedit saporem, grataque est, *Garo Laut* autem Absynthium vel Aloën æmulatur.

Boeronenses totos hujus arboris ramos comburunt circa arva sua Oryza consita, horumque fumo mures fugare volunt, qui magnum ipsis adferunt damnum: Quidam inter urendum folia arboris *Lolowaral* seu *Lolowaran* addunt, Boeronensibus *Fatahu Besaar* dictæ, quæ strepitu ac stridore mures fugant: Baleyenses ex albo hujus arboris ligno albos formant Cothurnos, quum lentum ac leve sit, quos Magnates pedibus suis gestant.

Si quis comperiat, ipsi visum esse tenebricosum tam fumo hujus ligni, quam aliorum odoratorum lignorum, oculos suos abluet cum liquore, qui ex calicibus *Globæ* exprimitur, quibus fructus insident.

is, daar na bewindenze die met drooge Pissang-bladeren, en bewaren die een maand lang in een beslooten plaats of pot, zo bekomen deze stukken den reuk en aanzien van opregt Calambacq.

Het bedrog werd echter datelyk ontdekt, als men 't brand, of in de mond kaauwt, want reuk en smaak veel van deze beide verschillen.

Het is wel waar, datze alle beide bitter in de mond zyn, maar de bitterheid van 't Calambacq trekt na de Citroen-schillen, en is aangenamer, maar deze trekt na Alzem of Aloë.

De Boeroneezen branden de geheele takken van deze boom omtrent hare rysvelden, willende met dien rook alle muizen verjagen, die het gezaaide groote schade doen. Zommige snyten in het branden de bladeren van den boom Lolowaral *of* Lolowaran *daar by, by de Boeroneezen* Fatahu Besaar *genaamt, dewelke met haar knerssen en kraaken dezelve verjagen. De Baleyers maken uit het witte hout van dezen boom hare witte trippen, om dat het taai en ligt is, die de voornaamste perzoonen aan hare voeten dragen.*

Als iemand bemerkt, dat hem het gezigt verdonkert is, zo wel door den rook van dit, als andere welriekende houten, die zal de oogen wassen met de vogtigheid, die men uit de kolven van de Globa *drukt, daar de vrugten aanwassen.*

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Arbor Lactaria. Manga Brava.

Altera lactifera arbor a vulgo pro specie silvestris Mangæ habetur, nos potius ipsi peculiare tribuimus genus. Magnitudinem habet Mangæ, truncum gerens tenuiorem, virum plerumque crassum cum cortice glabro, comam cæterum gerit quoque extensam, ejus rami sunt pingues, graves, fragiles, deorsum flexi, nigricante obducti cortice, nodosi, acsi in articulos forent divisi, adscensum negant ob fragilitatem, exceptis crassissimis ramis.

Folia irregulari ordine arcte sibi juncta locantur, Mangæque foliis simillima sunt, sed multo majora, octo nempe digitos vel decem plerumque longa, binos vel binos cum dimidio lata, in junioribus arboribus duodecim & tredecim longa, tres lata, flaccidiora autem magisque succosa sunt Mangæ folia, superiore parte latissima, in obtusum apicem desinentia, atque inferius sensim angustata. Horum costæ ac nervi albicant, oblique decurrunt, nec ita parallelæ sunt ac in Mangæ foliis, scabie quasi & verrucis obsessa videntur, quod fit a muscarum ovis in illis latitantibus, quum decidunt, rubent instar Cancrorum coctorum.

Flos ex vagina provenit ex binis tenuibus foliolis composita, inferiorque floris pars ex stella quasi constat, ex quinque angustis & læte virentibus petalis constructa, quæ pro peculiari haberetur flore, ex hujus autem centro verus erigitur flos longo tubo constans, & in quinque ampla & alba petala sese aperiens, formam Narcissi referens. Hujus petala sunt flaccida, superius subrotunda & lata, brevi reflexo apice constantia, uti & ipsa folia sinuosa sunt, in illorum centro tubus quinquangularis & concavus apparet, oris constans rubris & dentatis, fimbriatus quasi, sine ullis staminibus, odoris expers.

Post supremi floris lapsum fructus ex centro inferioris stellæ excrescit, qui pomum est nunc rotundum, nunc ex oblongo ovale, magnitudine semi perfectæ Mangæ vel fructus *Condondong*, hic nempe in Amboina, in Macassara enim aliisque Occidentalibus insulis duplo fere majores sunt hi fructus, instar Granati nempe, externe glabri, pallide virentes, tenui pellicula tecti, sub qua pilosa reconditur substantia ex crassis ac lignosis fibris constructa, quæ in ejus centro nucleum continet Pruni magnitudine & Castaneæ substantia, sed pinguiorem & cibo ineptum, im-

XXXVIII. HOOFTSTUK.

De wilde Manga-Boom, ofte het Melk-hout.

Den tweeden Melk-boom werd van den gemeenen man voor een zoorte van de wilde Mangas gehouden, maar wy willen hem liever zyn geslagt op zig zelven laten houden: hy is in de grootte van een Mangas-boom, doch met een dunder stam, gemeenelyk een man dik, en een effene schorsse, anders mede van een uitgebreide kruin, de takken zyn vet, swaar, bros, nederwaarts geboogen, met een swartachtige schorsse bedekt, en wat geknopt, als in leden verdeelt, men kanze niet beklimmen, om datze zo ligt breeken, of men moet op de dikke takken staan.

De bladeren staan zonder order digt op malkander, en zyn de Mangas bladeren zeer gelyk, doch veel grooter, te weten, in 't gemeen acht en tien duimen lank, twee en derde-halven breed, aan de jonge boomen twaalf en dertien lank, drie breed, slapper en zappiger, dan de Mangas-bladeren, van vooren op het breedst, met een stompe spits, en naar achteren allengskens toesmallende. De ribben en zenuwen zyn witachtig, schuins, en zo evenwydig niet, als aan de Mangas-bladeren, zy zyn meest schurft van aanzien, en met vratten bezet, in dewelke Vliegen-eyers schuilen, alsze afvallen, werdenze vuur-root, als gekookte kreeften.

De bloeme komt uit een booze of scheede van twee dunne blaadjes gemaakt, en bestaat het onderste van de bloeme uit een sterre, mede van vyf smalle en ligt-groene bladdjes gemaakt, dat men voor een byzonder bloem zoude aanzien, maar uit de midden van dezelve komt eerst de regte bloeme voort, met een langen hals, en in vyf breede witte bladeren geopent, in de gedaante van een Narcissus. Deze blaadjes zyn wat slap, van vooren rond, en breed, met een korte omgedraaide spitze, gelyk de bladeren zelfs wat bogtig staan, in de midden ziet men een vyfhoekige holle pype, met roode kanten, die wat gekartelt zyn, als franjen, zonder eenige draaden in de midden, en zonder reuk.

Na het afvallen van de bovenste bloem, wast de vrugt uit het midden van de onderste sterre, zynde een Appel, zomtyds rond, zomtyds lankwerpig ovaal, in de grootte van een half volwassene Manga, of de vrucht Condondong, *te weten hier in Amboina: want op Macasser en andere Westelyker Eilanden werdze wel tweemaal zo groot, te weten, als een Granaat, van buiten glad, ligt-groen of bleek, met een dun huideken bekleed: daar onder leid een hairige substantie van grove en houtachtige draden gemaakt, dewelke in haar midden verbergen een witte beest, in de grootte van een Pruim, en substantie als Castanjen, doch*

mo noxium; a Malayenſibus ſaltem & Portugallis funeſtus cenſetur, in hiſce vero regionibus nihil aliud compertum eſt, niſi quod fructus hic ſeu nucleus inmaturus inprudenter comeſtus magnam adferat anxietatem.

Lignum eſt album, molle, & facile exſiccandum, in vetuſtioribus arboribus circa meditullium cinereum. Omnes hujus arboris partes, ubi etiam læſæ, copioſum fundunt lac, majori ſane copia & tenuius quam in præcedente, unde non male haberi poſſet pro arboreſcente *Tithymali* genere, hoc tamen lac non ardet vel linguam mordet, ſed fatuum eſt cum nauſeoſa amaritie mixtum.

Plurimum creſcit in oris maritimis vel haud procul ab iis, ut & ad ripas fluminum in locis planis ac cœnoſis. In paludoſis vero locis ita luxuriat & craſſeſcit inſtar craſſiſſimæ Mangæ, multo majores proferens fructus ac folia quam ſupra deſcriptum fuit. Bini ſæpe etiam fructus oppoſiti ſunt tanquam teſtes in ſcroto, binis diverſis nucleis conſtantes.

Maturi ejus fructus magna copia in litus projecti inveniuntur a pellicula exteriore denudati, ita ut nil niſi fibroſa ſubſtantia reſtet.

Nomen. Latine *Arbor Lactaria* ad diſtinctionem *Herbæ Lactariæ*, quæ eſt *Tithymalus.* Belgice *Melk-hout.* Portugallice & Malaice *Manga Brava*, & generali vocabulo *Caju Suſſu.* Amboinice *Wabba* & *Wabbo*, in Hoeamohel *Yabbal* & *Obopaë.* Ternatice *Goro*, & *Gorogoro.* Macaſſarice *Lambuto.* Baleyice *Bintaro*, & *Saſſuru Utan.* Quidam Malaice illam quoque vocant *Caju Gretje*, quod quidam pronunciant *Caju Gorita.* Male a quibusdam vocatur *Caju Matta Buta* ſeu *Blint-hout.*

Locus. Nota eſt hæc arbor per plurimam Indiæ partem, præſertim in magnis aquoſæ Indiæ inſulis, quæ æſtuariis conſtant, & per quas magna decurrunt flumina; maximæ hujus ſpeciei arbores in Macaſſara creſcunt, uti putatur.

Uſus. Licet huic arbori noxia adtribuatur vis, non tamen ita periculoſa eſt, quin aliquid ingeri poſſit. Injuriam ipſi itaque faciunt, qui illam inter arbores excœcantes ponunt, haud enim compertum fuit oculis noxam adtuliſſe, quum ejus lac neutiquam ſit adeo cauſticum & acre quam præcedentis, unde & Amboinenſium quidam hujus recentia & juniora folia in olus coquunt & comedunt uti reliquarum herbarum, quod olus leniter alvum ſubducit, hoc tamen lac forti ac purganti valet vi, ſed non fortiter operatur in bilioſos, ſed tantum pituitoſos & aquoſos evacuat humores.

Fruſta corticis trunci adhibentur illarum arborum, quæ a mari diſtant, ad palmæ longitudinem, vel fruſtum radicis ſpithamam longum, abradatur ejus pars exterior rugoſa, quæ abjicienda eſt, cætera pars usque ad ipſum lignum in tenuiſſimam radatur ſcobem, quam ſubige aqua junioris Calappi, tranſcola per linteum, ejusque lymphæ poculum ingere, ac mox Pinangam maſtica contra nauſeam, poſt binas horas ſine moleſtia alvum commovebit & ſubducet, ita tamen, ut quis incedere, viamque proſequi poſſit; Dum autem hujus potionis ſatis magna copia ingerenda eſt, hinc quidam hanc raſuram præparant cum anatica aceti & aquæ portione, vel ſolo cum aceto debiliori, cujus binos cyathos, qui ad potum Thee in uſu ſunt, adſumunt, quod melius operatur, nec ita nauſeoſum eſt. Hoc Amboinenſium vulgare & quotidianum eſt purgans, quod ab Europæorum familiis nunc etiam receptum & in uſum vocatum eſt. Expertus tamen fui in quibusdam temperamentis parum operari, licet magnus ejus ingeratur hauſtus, e contra in aliis, qui minorem adſumpſerant doſin, fortiſſime operatum fuiſſe, cujus cauſſa eſt; quod in quibusdam humores non ita ſint præparati, nec tanta copia, quam in aliis. Si quidam velint bis terve alvum deponere, depuratæ radicis fruſtum ſumunt, quod cum Pinanga maſticant, ejusque deglutiunt ſuccum. Juniorum arborum cortex non ita fortiter operationem ſuam exercet quam adultiorum: Sunt etiam quidam, qui non certam obſervant doſin, tantamque depurati corticis ſumunt quantitatem, quanta ipſis lubet, quem cum aqua ſubigunt, cui Oryza incocta fuit. Interiores fructus nuclei, uti ſupra dictum fuit, noxii ſunt hominibus & animalibus, crediturque, ſi magna ingeran-

doch vetter, tot eeten ganſch ondienſtelyk, ja zelfs ſchadelyk; immers by de Maleyers en Portugeezen werdze voor doodelyk gebouden, doch in deze landen heeft men niet anders bevonden, als dat de onrype vrucht of korrel onvoorzigtig gegeeten, een groote benaauwtheid aanbrengt.

Het hout is wit, week, en ligt opdroogende, aan de oude boomen omtrent het hert aſch-graauw. Aan alle kanten daar men dezen boom quetſt, inzonderheid aan de takken, loopt 'er de melk overvloedig uit, immers rykelyker, en dunder, dan aan de voorgaande, daarom men niet qualyk oordeelen zoude, dat het een boomachtig geſlagte zy van Tythymalus, *echter is deze melk niet heet of ſcherp op de tonge, maar eer laf, en met een walgelyke bitterheid vermengt.*

Hy waſt meeſt aan de Zeekant, of niet ver daar van af, aan de oevers van de rivieren, daar het vlak en ſlykig is: In moeraſſige plaatzen word hy zo dik en woeſt, als de grootſte Mangas-boom, met veel grooter bladeren, en vruchten, als boven ſtaat. Men vind ook dikmaal twee vruchten tegens malkander gewaſſchen, als een Scrotum, *ook met twee bezondere korrels.*

De rype vruchten ziet men in meenigte langs den ſtrand opgeworpen, van de buitenſte huid gezuiverd, dat men 'er niets aanziet, als de draadige bolſter.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Lactaria, *tot onderſcheid van de* Lactaria Herba, *'t welk is de* Tithymalus. *In 't Duits* Melk-hout. *Op 't Portugees en Maleyts* Manga Brava, *en in 't generaal* Caju Suſſu. *Op Amboins* Wabba *en* Wabbo, *op Hoeamohel* Yabbal *en* Ohopäe. *Op Ternaats* Goro *en* Gorogoro. *Op Macaſſers* Lambuto. *Op Baleys* Bintaro, *en* Saſſuru Utan, *zommige noemen 't ook in 't Maleyts* Caju Gretje, *'t welk zommige uitſprooken* Caju Corita, *qualyk werd het van zommige* Caju Matta Buta, *of* Blind-hout *genaamt.*

Plaats. *Het is bekend meeſt door geheel Ooſt-Indiën, inzonderheid op de groote Eilanden van Water-Indiën, die groote rivieren en moeraſſige voorlanden hebben. De grootſte vallen op Macaſſar, zo men meent.*

Gebruik. *Hoewel dezen boom een ſchadelyke kragt werd toegeſchreeven, zo is het nogtans zo zorgelyk niet, of men kan daar wat van in 't lyf neemen. Zy doen hem ook ongelyk, die hem onder de zoorten van Blind-hout reekenen, want men heeft gene ervaringe, dat hy de oogen heeft ſchade aangedaan, zynde hy lang zo heet en ſcherp van natuur niet, als de voorgaande, daarom zommige Amboineezen de jonge bladeren van dezen boom, als ander moeskruid, kooken en eeten, 't welk ſlegts een zagten kamergang maakt; de melk evenwel heeft nog al een ſterk purgerende kragt, doch taſt de galachtige humeuren niet zonderlyk aan, maar alleen de pituiteuze en wateragtige.*

Men neemt de ſtukken van de ſchorſſe des ſtams, die wat van de Zee afſtaat, een hand lank breed, of een ſtuk van de wortel een ſpan lank, ſchraapt het buitenſte ruige af, en ſmyt dat weg, de reſt tot het hout toe ſchrapt mede klein, en kneet dat in het water van de jonge Calappus, vringt het door een doek, en drinkt daar van een goed water-glas vol, ſtraks daar op een Pinang kauwende voor het walgen, zo zal het na een paar uuren zonder groote moleſtie den buik beroeren, en wakker afzetten, doch dat men daar by gaan en ſtaan kan. Dewyl men nu dit goedje in een groote meenigte moet inneemen, zo kneeden het zommige met half Azyn en water, of wel heel en al met ſlappen Azyn, en neemen daar van een paar Theekopjes vol in, 't welk beter werkt, en minder walging veroorzaakt. Dit is der Amboineezen gemeene en dagelykze purgatie, dewelke nu ook by de Europiaanſche familien aangenomen werd. Echter heb ik ervaren, dat het in zommige Complexien weinig werkt, al wierd daar een grooten dronk van gedaan, en daar en tegen in minder quantiteit aan andere vry ſterk, waar van de oorzaak is, dat het de humeuren by de eene zo niet geprepareert, nog in zulke menigte vind, als by den anderen. Zommige willende maar twee a drie ſtoelgangen maken, nemen een ſtukje van de wortel ſchoongemaakt, en knouwen het zelve met Pinang, en ſwelgen het laatſte zap daar van in. De ſchorſſe van de jonge boomen werkt ook zo ſterk niet, als van de oude. Ook zynder, die geen zekere maat voorſchryven, nemende maar zo veel gezuiverde ſchorſſe, als hun zelfs goet dunkt, kneeden dezelve in water, daar reyſt in opgekookt is. De binnenſte korrels, als boven gezegt, zyn ſchadelyk voor menſchen en vee, en men glooft, datze te veel gegeeten, dooden kunnen. Immers de Portugeeze Schryvers vermelden zulks van hare Manga Brava,

gelyk





Cerbera lactaria. Ham.

rantur copia, mortem adferre; Portugallici ſaltem ſcriptores hoc narrant de ſua *Manga Brava*, uti & alii plures mihi etiam indicarunt, in Occidentalibus Indiæ partibus multo magis nocere quam in Orientalibus inſulis. Nihilominus tamen ex hiſce nucleis ad ſolem exſiccatis exprimitur oleum haud magno labore, quod idoneum eſt ad lampades, multumque adhibetur in illum finem in Macaſſara: Paſta, ex qua Oleum expreſſum fuit, cum Goſſypio mixta in Candelas formatur vulgo uſitatas, ſed gravem hæ fundunt odorem.

Ternatenſes adeo timent hanc arborem, ac incolæ harum regionum præcedentem excœcantem arborem, nec placide ſub illa ſedebunt aut quieſcent arbore, nec ejus lignum adhibebunt ad focum, ut quemdam cibum per hoc coquant, dicentes malignitatem inde contrahere, corpuſque commovere, ejus vero lac illiniunt ictibus piſcis *Sabandar*, quos curat.

Anno 1678 in Amboina ex hoc ligno carbones inceperunt exurere tenues & leves, qui apti ſunt conficiendo pulveri pyrio, meliuſque præparari poſſunt illis ex præcedenti ligno exuſtis, quum hujus arboris cæſio non ita ſit periculoſa ac prioris.

Hæc *Manga Brava* aliam terreſtrem habet ſpeciem, in apertis ac ventoſis montibus creſcentem, huic maxime ſimilem, ſed humiles hæ ſemper ſunt arbores, foliaque multo ſunt minora & anguſtiora, uti & flores ac fructus. Lac minori quoque effluit copia: Hujus autem uſus nondum innotuit, quum raro occurrat. Plurimum illam inveni in nudis Hitoënſis regionis montibus, ex rubra argilla & acutis Corallinis lapidibus commixtis in illorum planitie.

Anno 1686 Litoreæ ſpeciei lac compertum fuit, optime valere contra ictus *Ican Swangi*, qui in dulcibus vivit fluminibus, a quo Lariquenſis quidam in pollice ictum acceperat, ita ut non tantum totum ejus intumeſceret brachium, ſed ſimul capitis vertiginem ac cordis anxietatem perſentiret, quæ omnia evaneſcebant cum vulneris curatione, quam primum ipſi illineretur hoc lac.

Arbor hæc videtur deſcripta in *Horti Malabar. tom.* I. *Fig.* 39. nomine Malabarico *Odallam.* Bracmanis *Uro*, tantumque parvum florum ac fructuum intercurrit diſcrimen, quod diverſo regionum climati ac ſolo attribuendum eſt.

In *Rumphii Appendice* hæc inveniuntur.

Bintari fructus in Java ſunt majores & rotundiores, tam qui in litore quam qui in ipſa creſcunt regione, ex nucleis autem flavum & odoratum extrahitur oleum ſequentem in modum. Maturos recipe nucleos, quos exſicca ad ſolem, dein contunde illos, & ſupra ignem excoque in pauca aquæ quantitate, uti ex *Minjac Djarac* id extrahitur, tum memoratum accipis oleum, quod calidum habetur, aliiſque calidis mixtum oleis cum ferventibus quibuſdam aromatibus illinitur artubus refrigeratis, cæterum nullum ibi adfert hæc arbor damnum.

In Macaſſara *Lamboetoe* vocatur, ubi & fructus majores ſunt quam Amboinenſium, nucleique in uſu ſunt ad oleum conficiendum, ejus vero folia ſunt anguſtiora. Ibi ejus fructus decidui colliguntur, quorum putamen exterius computruit, remanente tantum tenui lignoſaque pellicula, quæ nucleum ambit, ex quo oleum præparatur.

Tabula Octogeſima Prima

Ramum exhibet arboris *Lactariæ*, quæ *Manga Brava* vulgo vocatur.

gelyk my ook andere meer berigt hebben, datze in de Weſterſche deelen van Indiën veel ſchadelyker is, dan in de Ooſterlyke Eilanden. Niet te min maakt men uit dezelfſte korrels, in de Zon gedroogt, en uitgeperſt, een Oly, en dat met kleine moeite, 't welke bequaam is, om in de lamp te branden, en veel gebruikt werd op Macaſſar. Den deeg, daar uit den Oly geperſt is, met kattoen gemengt, werd ook tot kaarſſen gemaakt, by 't geringe volkje gebruikelyk, doch ruiken wat ſterk.

De Ternatanen zyn zo bang voor dezen boom, als de Inlanders voor het voorgaande Blind-hout, zy zullen niet onder den boom zitten ruſten, nog zyn hout gebruiken tot branden, om iets daar by te kooken, zeggende, dat de koſt daar by een quaadaardigheid bekome, en in 't lyf beroerten maakt, doch de melk ſmeerenze op de ſteeken van den vis Sabandar, *om die te geneezen.*

In 't jaar 1678. *heeft men in Amboina van dit hout begonnen koolen te branden, die zeer fyn en ligt werden, en bequaam zyn tot het maaken van buskruit, ook gemakkelyker te prepareeren, als die van het voorgaande Blinthout, om dat 'er in het kappen van dit hout minder perykel is.*

Deze Manga Brava *heeft nog een land-zoorte, die op lugtige bergen waſt, de voorgaande meeſt gelyk, doch het blyven kleine boomen. De bladeren zyn ook veel kleinder en ſmalder, als mede de bloemen en vruchten. De melk loopt 'er wat ſpaarzaam uit: Zyn verder gebruik is nog onbekent, want het werd weinig gevonden. Ik heb het meeſt gezien op kaale bergen van Hietoes land, van roode klei en ſcherpe kraal-ſteenen gemaakt, en daarze vlak zyn.*

Anno 1686. *is de melk van de ſtrand zoorte bevonden treffelyk goed te zyn tegens de ſteeken van den* Ican Swangi, *die zig in zoete rivieren ophoud; waar van zeekere Inlander op Larique in zyn duim geſtooken wierd, dat hem niet alleen den geheelen arm opſwol, maar ook alreede draaying des hoofts, en benaauwtheid des hertens gevoelde, dewelke terſtond genas, zo draa hem deze melk op de wonde geſmeert wierde.*

Dezen boom ſchynt beſchreeven te zyn in Hort. Malabar. tom. I. Fig. 39. *onder den Malabaarzen naam* Odallam. *Op 't Braminees* Uro, *blyvende alleenlyk een klein verſchil in de bloemen en vruchten, 't welk men de verſcheidentheid der landen kan toeſchryven.*

In de Appendix *van* Rumphius *werd dit 'er bygedaan.*

De vruchten van Bintaro zyn op Java grooter en ronder, gemeen zo wel op ſtrand als Landwaart in, uit de korrels werd een geel en welriekende Oly gehaalt op deze manier: Neemt de rype korrels, droogtze in de Zon, ſtootze klein, en kooktze over 't vuur met een weinig water, gelyk men met Minjac Djarac *doet, zo hebt gy de voorſchreeven Oly, dit werd gehouden voor heet, en onder andere warme Olyeiten gemengt, met nog eenige heete ſpeceryen, werd over de verkoude leeden geſmeert, anders geen ſchadelykheid weet men aldaar van dezen boom.*

Op Macaſſar Lamboetoe *genaamt, alwaar de vruchten mede grooter zyn, dan aan 't Amboinſche, en de heeſten mede gebruikelyk tot Oly, doch de bladeren vallen wel zo ſmal. Men neemt aldaar de afgevalle vruchten, waar aan de buitenſte bolſter meeſt vergaan is, blyvende maar een dunne houtachtige ſchaal, die den heeſt bekleet, waar uit men 't voornoemde Oly maakt.*

De een-en-tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van de Melkgevende Boom, die *Manga Brava* by 't gemeen genaamt wert.

OBSERVATIO.

Mire variare videtur hæc arbor fructibus, quod non tantum ex *Rumphii* descriptione, sed ex collatis etiam figuris constat, quæ in *Horto Malabar.* apud *Rumphium*, in *Thesauro Meo Zeyl.* nec non apud *Petiver.* & *Freyerum* occurrunt, quæ inter se conferri possunt.

Hujus autem arboris, quæ potui invenire, Synonyma & auctores collegi in *Thesauro meo Zeyl. pag.* 151 & 152. quæ hic repetere superfluum duco, ejusque figuram exhibui *Tab.* 70. & mihi dicitur Manghas lactescens, foliis Nerii crassis, venosis, Jasmini flore, fructu Persicæ simili venenato, ubi vide descriptionem & observationes, quæ, ut lubenter fateor, confusæ quodammodo ibi sunt, in hac enim planta tricas inveni, ex quibus me expedire vix potui, præsertim seductus Synonymis, ac Rumphii figura & descriptione, quæ minime inter sese conveniunt, descriptio enim ejus cum illa *Odallam H. Malab.* figura convenit, Figura autem respondet illi, quæ in *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 46. exhibetur, & *Curutu Pala* ibi vocatur, uti ex illarum collatione statim elucescit. Odalla autem convenit cum figuris Petiveri, Freyeri, & Thes. Zeylanici, vocaturque *Cerbera a Linnæo* in *Char. pl. gen. No.* 178. ubi ejus Characteres latius examinari possunt. Curutu Pala jungitur a *Plukn. in Almag. pag.* 43. cum arbore Javanica Persicæ foliis *Herm. Cat. Mss.* & cum arbore Indica Mali Persici folio. *Hort. Beaum. pag.* 10.

AANMERKING.

Deze boom schynt wonderlyk te verschillen in zyne vruchten, het geen niet alleen blykt uit de beschryving van *Rumphius*, maar ook uit de figuren, die in de *Hortus Malabar.* by *Rumphius*, *Petiver*, *Freyer*, en in myn *Thes. Zeylan.* gevonden werden, dewelke met elkander vergeleken kunnen werden.

Van deeze boom heb ik verders de benamingen en Schryvers, die ik heb kunnen vinden, by een verzamelt in myn *Thes. Zeyl.* op *pag.* 151 en 152. welke hier weder aan te halen overtollig is, en de Figuur daar van heb ik op *Tab.* 70. gegeven, welke van my genaamt wert Melkdragende Manghas, met dikke bladen van het Nerium, de bloem van de Jasmyn, en de vrucht als een Persik, dog vergiftig; alwaar verders zie de beschryving en aanmerkingen, die daar wat geconfundeert zyn; want ik heb in deeze Plant eenige difficulteyt ontmoet, waar uit ik my naauwlyks heb kunnen redden, voornamentlyk misleidt zynde door de benamingen van anderen, en als ik de waarheidt zal zeggen, door de figuur en beschryving van *Rumphius* zelfs, die met elkander niet zeer over een komen, want zyn beschryving komt over een met die van de *Odalla* van de *Hortus Malabaricus*, en zyn figuur met de *Curutu-Pala* aldaar in het *eerste deel Tab.* 46. verbeelt, zo als dit uit de vergelyking der figuren ligt blykt. De *Odalla* derhalven komt over een met de Figuren van Petiver, Freyer, en die van de Thesaur. Zeylan. welke *Cerbera* van *Linnæus* genaamt wert in zyn *Char. pl. gen. No.* 178. alwaar deszelfs kentekens verder kunnen onderzogt werden. De Curutu Pala wert van *Plukn. Almag. pag.* 43. gevoegt met de Javaansche boom met Persike bladt van *Herman* in zyn geschreeve Lyst, en met de Oost-Indische boom met een Persike bladt van de *Hortus Beaumont. pag.* 10.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Lignum Scholare. Pule.

Tertia hæc lactifera arbor peculiare sibi constituit genus a prioribus diversum. Satis crassum quoque gerit truncum, sed non altum, excepto si in silvis crescat, ubi non vexata excrescit & altiorem ac rotundiorem habet truncum, circa hominum vero ædes locata, ubi sæpius cæditur, decorticatur, ac disrumpitur, ejus truncus est crassus, humilis, rugoso, crasso, & fisso cortice obductus, qui hinc inde variis constat nodis. In silvis alatus est prope radicem, ac mox sese dividit in binos tresve majores ramos, qui eriguntur in altum, ejus autem coma aliquid peculiare habet, quo e longinquo ab aliis facile dignoscitur arboribus, est enim gemina, immo sæpe tripla, supremam Umbellæ partem referens, per peculiarem erectum ramum supra inferiorem ac reliquam latam comam sese elevantem.

Ramorum cortex glaber est & albicans. Junioribus ramis folia vicissim insident supra sese invicem, quatuor, quinque, vel sex in orbem simul posita, ac sex simul perfectum formant circulum, ex quo tres quatuorve novi simul progerminant ramuli, qui in summo vertice quinque sexve folia simul gerunt, in quorum centro apex brevis tanquam gemma locatur, qui autem pauciores gerunt radios, vel nondum completi sunt, vel partim decidui, unde & semper unum segmentum vacuum conspicitur.

Folia hæc maxime cum illis *Mangæ* conveniunt, ac irregularis sunt magnitudinis in uno eodemque circulo, palmam lata, quædam quatuor tantum pollices longa, ac binos lata, cum obtuso apice, firma, superiore parte glabra, inferiore plurimis parallelis costis seu protuberantibus striis pertexta, quorum apex deorsum flectitur, brevibus autem insident petiolis. In surculis hi circuli plures sibi invicem quasi incumbunt, qui in adultis arboribus, uti dictum fuit, sese dividunt per tres quatuorve longiores petiolos.

Flores in amplo & extenso racemo progerminant, qui Papajæ flores referunt, sed multo sunt minores, ac quisque flos componitur ex quinque sexve crassiusculis petalis albicantibus & extrorsum flexis tubulosis, quæ in centro suo tubum concavum formant, corona alba

XXXIX. HOOFTSTUK.

School-houdt.

De derde Melk-boom maakt mede een geslagt op zig zelven, van de beide voorgaande verschillende. Hy is mede redelyk dik van stam, doch niet hoog, behalven in 't wild: als hy ongemoeit opschiet, heeft hy een hooger en ronder stam, maar omtrent wooningen van menschen staande, daar hy dikwils gekapt, geschilt, en gebrooken werd, blyft hy dik, en laag van stam, met een ruige, dikke, en geborstene schorsse, hier en daar met knobbelen bezet. In 't wilt gewint hy ook vlerken by den wortel. Hy verdeelt zig straks in twee of drie hoofttakken, die regt over eind staan, en zyn kruin heeft iets byzonders, waar aan men hem van verre bekennen kan, want hy is dobbelt, en zomtyds drie dobbelt, gelykende het bovenste een Cuperzol, of Zonne-scherm, op een byzonder verheven tak, boven de onderste een bredere kruin uitsteekende.

De schorsse der takken is effen en witachtig. Aan de dunne takken nu staan de bladeren, ook met beurten boven malkander vier, vyf, en ses in een kring, te weten ses in een volkomen kring, waar uit drie en vier nieuwe takjes spruitende, op haar kruin vyf of zes bladeren dragend met een kort spitsje in de midden, en dewelke minder ribben hebben, zyn of nog niet uitgewassen, ofte ten deele afgevallen, weshalven men altyd een boek open ziet.

Zy gelyken meest de Mangas *bladeren, en zyn van ongelyke grootte, ook aan een en dezelve kring, een hand breed, zommige maar vier duimen lank, en twee breed, met een stompe spits, styf aan de bovenste zyde glad, van onderen met veele evenwydige ribben, of uitsteekende strepen doorreegen, met de spitze wat onderwaarts gebogen, en staan op korte steelen: Aan de jonge scheuten ziet men dezer kringen, zommigen boven malkander staan, maar aan de volwassene boomen verdeelenze haar, als gezegt is, in drie en vier andere steelen.*

Het bloeizel komt voort in een ydele en wyduitgebreide kroon of dolle, en gelykt het bloeizel van Papaja, doch is kleinder, zynde ieder gemaakt uit vyf of zes dikke blaadjes, witachtig, en uitwaarts geboogen, op een halsken staande, in de midden vertoonenze een hol pypken, met een

alba coronatum, haud ingrati ſed debilis odoris, hæc tamen arbor veſpertino tempore ſuum ſpargit odorem ad ictus jaculi diſtantiam, ita ut non certo conſtet, ubinam arbor ſit inveſtiganda: immo Baleyenſes credunt usque in cœlum ipſum penetrare hunc odorem, neſciunt autem adeo ſublime eſſe.

Fructus ſunt ſiliquæ longæ, anguſtæ, culmum craſſæ, plerumque rotundæ, binæ ſemper uno petiolo junctæ, a ſeſe invicem remotæ inſtar pedum hominum extenſorum, vel forcipis ruſtici: Horum parium bina ternave ſimul majori ac communi inſident petiolo, ac quinque talia, & ſupra hæc bina alia, inque ſummo bina ſimul locantur, quæ omnia totum conſtituunt racemum, qui hinc intricatus quaſi apparet. Siliquæ autem hæ ſunt parum incurvæ inſtar acinacis, externe pallide virentes & glabræ, ita ut pro longis petiolis haberentur, octo vel decem pollices longæ, intus vero repletæ ſunt alba & lacteſcente medulla, quæ concreſcit in ſemina tenuia, plana, ſiliquæ formam habentia, ſed magis oblonga & fere quadrata, ſuntque coronata pappo tenuiſſimo, albiſſimo, ſericeo, erecto. Semina hæc regulari ordine ſibi invicem oblique incumbunt inſtar abaculorum tectorum, ſi vero per maturitatem ſiliquæ ſeſe aperiant, ſemina hæc vento disjiciuntur, quod & obtinet in *Nummularia Lactea.*

Tota hæc arbor referta quoque eſt lacte albicante, quod magna exſtillat copia, ſi ejus juniores vulnerentur ramuli, vel folia abrumpantur.

Trunci cortex hoc itidem repletus eſt, ſed pauciore & ſpiſſiore. Lac ipſum amarum & ingratum præbet ſaporem, neutiquam vero linguam vellicans.

Flores profert ſiccis ſeu Occidentalibus anni temporibus, ſiliquas vero menſe Aprili. Ejus lignum eſt album, facile exſiccandum, tenue, molliſſimum, & albiſſimum omnium Amboinenſium lignorum, facileque elaborari poteſt ad opera ſcriniaria levia, uti apud nos Tiliæ lignum: ſed non diu durat, ac cito carioſum, & a vermibus exeſum eſt. Optimum vero colligitur ex radicum alis, quod cædendum eſt temporibus ſiccis & decreſcente luna.

Lignum hoc naturam habet vegetativam, facillimeque plantari poteſt per ſtipites & ramos depactos, unde & ſepium poſtes ex his formantur, citiſſime excreſcentes in ingentes arbores, immo licet hujus ligni fruſta terræ incumbant, plures tamen emittunt ramos. Loca amant ventoſa hæ arbores, uti campos, ſilvasque leves. Formicæ albæ, *Solot* dictæ, hanc inhabitant arborem, quæ ingentes in hac formant nidos inſtar matulæ. Tenues ejus radices ſunt amariſſimæ, ac cum cortice in re medica adhibentur, hic autem cortex ſæpe avellitur, qui cito tamen regeneratur, unde & adeo nodoſus eſt ejus truncus.

Nomen. Latine *Lignum Scholare*, Belgice *School-hout*, ob ſubſequentem ejus uſum. Malaice *Pule*, Ternatice *Hangi*, Macaſſarice *Rita.* Amboinice in Leytimora *Rite.* In Hitoë & Hoeamohel *Lite & Lyitohu.* Bandenſibus *Tewer.* In *Horto Malabarico tom.* 1. *Fig.* 45. Malabarice *Pela.* Bracmanice *Santenu.*

Locus. In omnibus aquoſæ Indiæ inſulis nota eſt hæc arbor, & quantum dignoſcere potui ex aliorum relatu, etiam in India veteri.

Uſus. Ubi magna occurrit copia, craſſosque format truncos, ejus lignum in aſſeres ſecatur, ut & in trabes & coſtas, ex quibus exſtruuntur ædes, elegans hoc eſt & album, & in cameris ſonoram reddit vocem, ſed non diu durabile eſt, niſi per uſum obſervetur cædendi tempus ſupra memoratum, ædesque tales ſiccæ admodum ſunt ſervandæ. Vulgatiſſima vero, quæ ex hoc formantur, ſunt aſſercula pedem longa vel paulo magis, digitum craſſa, ab una parte topiario opere ornata, ubi & foramen excavatum eſt pro ſuſpenſione; hiſce pueri lectiones ſuas inſcribunt, & a magiſtris viciſſim illas in ſcriptis recipiunt, quas edoceri debent tam in Chriſtianorum, quam in Æthiopum ſcholis. Quod vero his inſcriptum eſt, expungi poteſt foliis *Ampelaceis*, donec tale aſſerculum priſtinam recuperaverit elegantiam & albedinem, quum de novo ipſi inſcribi poteſt, uti apud nos ſit in palimpſeſtis, aſinorumque pellibus præparatis.

Javani & Malayenſes ciſtas ſuas aromaticas aliaque minora opera ſcriniaria ex hoc formant ligno. Ex latis

een wit kransken omgeven, niet onlieflyk, doch ſlap van reuk, evenwel in de avond-ſtonden na Zonnen ondergank verſpreid dezen boom zynen reuk wel een boog ſchoot om zig, dat men niet weet, waar men den boom vinden zal, ja de Baleyers gelooven, dat hy tot in den Hemel dringe, doch zy weten niet, dat die zo hoog is.

De vruchten zyn lange ſmalle houwen, in de dikte van een ſtroo-halm, meeſt rond, waar van twee en twee altyd by malkander ſtaan op een ſteeltje, van malkander geboogen, als geopende beenen, of een Boere Vork: Van deze paren ſtaan twee of drie op een andere groote ſteel, en diergelyke vyf boven die drie andere, en aan 't opperſte t'zamen twee in een kring, die de geheele dolle uitmaken, zo datze als in een verwerde bos hangen. Zy zyn wat krom, als een Sabel, van buiten ligt-groen, en effen, dat menze voor lange ſteelen zoude aanzien, acht en tien duimen lank, van binnen zynze gevult met een wit melkachtig merg, 't welk verandert in dunne platte zaden, den Dille gelyk, doch lankwerpiger, en bykans vierkant, welkers einden bekleed zyn met zeer dunne en ſpierwitte hairtjes, als de fynſte vlok-zyde, doch regt. Deze zaaden leggen ordentelyk en ſchuins op malkander, als geſtapelde leyen, maar als de houwe van rypheid berſt, zo vervliegenze daar uit, en verſtuiven met den wind, gelyk men mede ziet van de Nummularia Lactea.

Dezen geheelen boom is ook vol witte melk, die daar rykelyk uitloopt, als men de jonge takken quetſt, of de bladeren afbreekt.

De ſchorſſe des ſtams heeftze ook, maar weiniger, en dikker. Deze melk is bitter, en onaangenaam van ſmaak, doch gantſch niet bytende of ſcherp op de tonge.

Hy bloeit in de de drooge of Weſte moeſſon, en de houwen ziet men in April. Het hout is wit, ligt opdroogent, fyn, het zagtſte en witſte van alle Amboinſche Boomhouten, en laat zig gemakkelyk bewerken tot allerhande ligt ſchrynwerk, gelyk by ons het Linden-hout; maar het is jammer, dat het niet durabel is, en zo ligt worm-ſteekig werd: Het beſte bekomt men uit de vlekken by de wortel, en dan moet men het nog al by droog weer, en een afgaande maan kappen.

Het is mede een groeizaam hout, en laat zig ligt verplanten met ſtokken en takken, daarom men paggar-ſtylen daar van maakt, die zeer licht opſchieten, en in korten tyd tot groote boomen werden; ja al leggenze de blokken op den grond, ſchieten echter met veele takken op. Zy waſſchen gaarn in lugtige plaatzen, als in de velden, en ydele boſſchen. De witte mieren (Solot *genaamt*) *woonen ook gaarn aan dezen boom, die 'er groote neſten aan maken, zo groot als een waterpot. De dunne wortelen zyn zeer bitter, en werden met de ſchorſſe in de medicyne gebruikt, de ſchorſſe werd hem dikwils afgetrokken, die in 't korte wederom aangroeit, en dat maakt hem zo knobbelig.*

Naam. *In 't Latyn* Lignum Scholare: *In 't Duitſch* School-hout, *na het volgende gebruik: Op Maleyts* Pule. *Op Ternaats* Hangi. *Op Macaſſaars* Rita. *Op Amboins op Leitimor* Rite. *Op Hitoe en Hoeamohel* Lite en Lyitohu. *Op Bandaas* Tewer, *in* Horto Malabarico tom. 1. Fig. 45. *hiet hy in 't Malabaars* Pala, *in 't Braminees* Santenu.

Plaats. *Hy is bekent in alle de Eilanden van Water-Indiën, en zo ik bemerken kan, uit het verhaal van andere, ook in oud Indiën.*

Gebruik. *Daar men hem in meenigte, en in dikke ſtammen heeft, word hy tot planken en ribben gezaagt, en de huizen daar van gemaakt, dewelke wel zeer net en wit zyn, ook in de kamers een klinkende ſtem maken, maar zyn niet durabel, of men moeſt de voornoemde preciſe tyd in 't kappen waarneemen, en die huizen mooi droog houden. Het gemeenſte, dat men daar van maakt, zyn zekere plankjes van een voet lank, of meer, en een vinger dik, aan 't eene eind met lofwerk uitgeſneeden, en een oog daar aan gemaakt, dat menze ophangen kan, daar op de ſchool-jongens leeren ſchryven, of van de meeſter haare leſſen in ſchrift ontfangen, dieze leeren zullen, zo wel in de Chriſtenen, als Mooren ſchoolen. Dit ſchrift kan men met de bladeren* Ampelaas *wederom uitvryven, tot dat het plankje wederom wit en zuiver word, en andere ſchrift ontfange, gelyk men by ons met de leyen, en ezels huiden doet.*

De Javanen en Maleyers maken hare kruit-doosjes, en ander klein Schrynwerk daar van. Uit de breede vlerken

latis trunci alis menſæ minores ac crateres plani *Dulang* vocati fabricantur. Trunci ſegmenta adhibentur ad fulcra poſtium, Ternatenſibus *Mahangi* dicta, quum radices in terram emittant, diuque vireſcant.

Cortex multas comprobatas poſſidet virtutes in arte Medica, cum ſucco enim acidorum Limonum & pauxillo ſalis contritus, cribratus, & propinatus, ventriculum depurat a pituitoſa viſciditate, detergente ſua & amaricante vi, ac perditum reſtituit adpetitum, ſed ingratum præbet hauſtum. Hanc ob cauſſam raſura hujus corticis cum ſubſequente ligno venalis proſtat in Sinenſium ciſtis medicinalibus inter alia aromata, quæ ex Java adducuntur. Idem hic cortex cum aceto contritus tumidos curat ventres, (non vero obſtructiones *Tekatu* vulgo dictas,) ex quibus putridæ oriuntur febres.

Idem quoque cortex cum illo *Ampaci* ſupra deſcripto, & ſucco Limonum acidorum contritus, ac oleribus inſperſus omnes fugat vermes & erucas. Alii hunc conterunt corticem cum foliis *Klitsji* & *Sombong*, in pauxillo aquæ, propinantque contra febriculas lentas, & fere continuas. Tenues hujus radices cum Pinanga manducatæ, & deglutitæ ſpuriam tollunt Pleuritidem, omnesque pectoris & dorſi lancinationes. Interior cortex in aqua contritus & propinatus ventriculum & inteſtina corroborat. Hunc in finem multi ex Macaſſarenſibus primores, contritum hunc corticem tam viridem quam ſiccum coctæ admiſcent aliquando Oryzæ, aliisve cibis, quos ſimul comedunt, dicentes; corroborare ventriculum ac pingues reddere homines, quidam vero Malayenſes & Javani ipſum hunc in finem adhibent lignum. Ternatenſes hunc conterunt corticem cum aceto, quem contra febres propinant.

Arbor hæc quam maxime inimica eſt & oppoſita Macaſſarenſi toxicariæ arbori, ita ut ſi ramulus vel folium illius in cameram adferatur, in qua venenum iſtius arboris pendet, ipſique ſubmoveatur talis ramus, viribus penitus deſtitutum erit, quo modo autem cum foliorum petiolis venenum iſtud ex vulneribus, per tela hoc veneno infecta inflictis, ſit extrahendum, vide infra in *Arbore Toxicaria.*

Hujus arboris lac inſtillatur vulneribus animalium vermibus repletis, unde emoriuntur hi & decidunt. Radices quoque adhibent ad naſi ulcus, *Roſton* dictum, curandum, cum aliis medicamentis mixtas.

In quibusdam parvis inſulis ſpeciem hujus arboris inveni, quam putabam a vulgari diverſam, ejus enim folia multo majora erant ſimiliaque illis, quæ *Rex Amaroris* gerit, multoque lacte referta, forte eſt litorea *Pule* arbor, quam inveniebam in inſula puſilla columbina ſeu *Hulo-Anan* dicta. Javani vaginas telorum ſuorum ex hoc quoque formant ligno.

Si quis ex alto lapſus vel contuſus ſit, atque inde magnas perſentit lancinationes, ardoremque in interioribus partibus, hujus trunci corticem ſumat, radicem cum uno alterove *Pule* folio, ac fruſtum toſti *Calappi* nuclei, hæc ſimul conterantur cum pauxillo aquæ, quorum ſuccum exprime & inbibe. Depuratus Pule cortex cum dimidia aquæ & dimidia aceti parte obturatæ ollæ incoctus, addito Curcumæ fruſtulo, dimidia nuce Moſchata, ac fruſto Zingiberis contritæ, propinatur puerperis poſt partum non bene expurgatis. Idem hic cortex cum æquali aceti & aquæ parte contritus & aſſumptus tumidum emollit & minuit lienem, ac inteſtina depurat ab aquoſis humoribus. Juniora ejus folia arundini Bambu cum aqua incocta, ac matutino tempore propinata, tam cito & tuto Beriberi ſeu Paralyſin curat, ut non ultra binas doſes repetere neceſſe ſit.

NB. Inquirendum eſt, an arbor Ternatenſibus *Bindaus* dicta, in Hoeamohel, *Mintäoſſa* vocata a præcedenti differat. Ejus enim folium erit inſtar illius *Pule*, ejusque lignum album & molle eſt, aptumque ad vaginas telorum.

Altera quoque arbor eſt *Poelo Batu* dicta, de qua vide *Libr.* 4. *cap.* 11. in *Caſaſſo Citrina.*

Tabula Octogeſima Secunda

Ramum exhibet Ligni Scholaris, quod *Tabernæmontana foliis lanceolatis vocatur.*

OBSER-

ken, maakt men kleine tafeltjes en boute platte bakken (Duiang *genaamt.*) *De mooten van den ſtam gebruikt men tot onderleggers van Paggers, by de Ternatanen* (Mahangi *genaamt*) *om datze wortels in de aarde ſchieten, en lang groen blyven.*

De ſchorſſe heeft veele geprobeerde nuttigheden in de medicyne, want met het zap van eenige zure Limoenen, en een weinig zout gevreeven, doorgekleinſt, en gedronken, zuivert de mage van pituiteuſe ſlymerigheid, met zyne afvegende bitterheid, en brengt de verloore apetyd wederom, hoewel het wat moeyelyk inteneemen is. Om deze oorzaake ziet men de geraspte ſchorſſe met het naaſte hout te koop in der Sineezen kruid-doozen, onder andere ſpeceryen, die men van Java brengt. Dezelfde ſchorſſe met Azyn gevreeven, en gedronken, geneeſt de geſwollen (*niet* Tekatu *in 't gemeen de koek genaamt*) *buiken, en daar uit ontſtaane verrotte koortzen.*

Dezelfſte ſchorſſe met die van boven genoemde Ampac *en zap van zure Limoenen gevreeven, en op de moes-kruiden geſtrooit, laat geen wormen of rupzen daar aangroeien. Andere vryven de ſchorſſe met de bladeren van* Klitsji *en* Sombong *in een weinig water, en geven dat te drinken tegens de geſtadige binnekoortzen. De dunne wortels met Pinang gekaauwt, en ingeſwolgen, verdryven het baſtaart pleuris, en alderhande ſteeken in de borſt en rugge. De binnenſte ſchorſſe in water gevreven, en gedronken, ſterkt de maage, en het ingewand. Tot den zelven einde hebben veele groote op Macaſſar een gebruik de gevreevene ſchorſſe, zo groen, als droog, nu en dan in de gekookte ryſt, of andere koſt te mengen, en t'zamen te eeten, zeggende dat het een gezonde mage, en den menſch vol-lyvig maken. Zommige Maleyers en Javanen gebruiken zelfs het hout hier toe. De Ternatanen vryven de ſchorſſe, en drinkenze met wat Azyn tegens de koortze.*

Dezen boom is een geweldigen vyand van het Macaſſaarze ſpatten-gift, zodanig als men een takje of bladje in een kamer brengt, daar het voorſchreeve gift hangt, en daar onder houd, zal het zelve gantſch kragteloos worden. En hoe men met de ſteeltjes der bladeren het gift uit de wonden (van ſpatten gemaakt) trekken kan, ziet hier na in Arbor Toxicaria.

De melk doet men in de wonden van beeſten, die vol wormen zyn, waar van zy ſterven, en uitvallen. De wortelen gebruikenze ook, om het geſweer in de neuze (Roſton *genaamt*) *te geneezen, met meer andere dingen gemengt.*

Ik hebbe op zommige kleine Eilanden, een zoorte van dezen boom gevonden, dewelke my voorquam van de gemeene te verſchillen, want de bladeren waren veel grooter, die van den Rex Amaroris *gelyk, en zeer vol melk, miſſchien is het een ſtrand* Pule. *Ik vondze op 't Duiven Eiland* Hulo-Anan. *De Javanen maken hare kris-ſcheden ook van dit hout.*

Als iemand gevallen, of geſtooten is, en daar door groote ſteeken, en brand van binnen gevoeld, die nemen de ſchorſſe van den ſtam, de wortel met een of twee bladeren van Pule, *en een ſtuk gebraden Calappus pit, vryft het te zamen met een weinig water, drukt het zap uit, en drinkt het in. De ſchoongemaakte ſchorſſe van* Pule, *met half water, half Azyn, in een wel geſtopte pot gekookt, daar by doende een ſtukje* Curcuma, *een halve Noote-muſſchaat, en een ſtukſken kleine Gember, geeft men te drinken aan Kraam-vrouwen, die na 't baren niet wel gezuivert zyn. Dezelfſte ſchorſſe, met half Azyn, en zo veel water gevreeven, en ingenomen, doet de geſwollen milt ſlinken, en zuivert het ingewand van de waterzugtige humeuren. Als mede de jonge bladeren in een Bamboes met water gekookt, 's morgens gedronken, geneeſt de Beriberi zoo ſpoedig, dat men boven twee Bamboezen dranks niet van doen heeft.*

NB. Te onderzoeken, of den boom by de Ternatanen Bindaus, *op Hoeamohel* Mintäoſſa *genaamt, van den voorgaanden verſchille: Want hy zal een blad hebben als* Pule, *een wit en week hout, bequaam tot kris-ſcheeden.*

Daar is nog een boom Poelo Batu *genaamt, waar van ziet* lib. 4. cap. 11. *in* Caſaſſus Citrina.


De twee-en-tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van het School-hout, ofte de *Tabernæmontana*, met lankwerpige blaaden.

AAN-



Alstonia scholaris R.Br.



OBSERVATIO.

Ad arbores lacteſcentes ſiliquoſas polyſpermas floribus crateriformibus hanc arborem pertinere quisque facile videt, an vero ad Neria, Apocyna, vel ſimilia ſit reducenda, incertus diu fui, donec in *Plumierii* novis plantarum generibus invenirem genus *Tabernæmontana* ipſi dictum, cui hæc penitus reſpondet arbor, ipſique vocatur Tabernæmontana lacteſcens Citri foliis undulatis, & in *Horto Cliffort. pag* 76. Tabernæmontana foliis lanceolatis, & foliis oblongis ſplendentibus *ibidem. Houſt*,

Quondam ad Neria à *Breynio* in *Prodrom.* 2. *pag.* 77. hæc arbor relata fuit, vocaturque ipſi Nerium lacteſcens Malabaricum maximum pentaphyllum, polyanthemum, flore minimo, racemoſo, ex odorato viridi albicante, ſiliquis propendentibus longiſſimis. Nomine *Pala* in *Hort. Malab. tom.* 1. deſcribitur, ubi *Tabula* 46. elegantiſſima ejus exhibetur icon. &c.

AANMERKING.

Dat deeze boom behoort tot de Melkgevende boomen met lange peulen, en veel zaaden en kelkvormige bloemen, kan jeder kundige licht zien, dog ik heb lang onzeker geweeſt tot welk geſlagt, het zy tot de *Neria*, *Apocyna*, ofte diergelyken hy te brengen was, tot dat ik eindelyk in de nieuwe geſlagten van Plumier vondt een geſlagt, dat by hem *Tabernæmontana* genaamt wert, met het welk deze boom geheel overeenkomt, die van hem genaamt wert Melkgevende Tabernæmontana met bladen als de Citroen-boom dog omgevouwen. en is de Tabernæmontana met lankwerpige bladen in de *Hortus Cliffort. pag.* 76. &c.

Voor deeze is deeze Boom tot de *Nerium* gebragt van *Breyne* in zyn *tweede Prodr. p.* 77. en wert van hem genaamt Malabaarſche Melkgevende Nerium met vygebladen en veel kleine trosachtige ruikende, groen-witte bloemen met zeer lange afhangende houwen; onder de naam van *Pala* komt ze voor in de *Hortus Malabar.* eerſte deel *Tab.* 46. alwaar mede een fraaye figuur daar van gevonden wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Arbor Pinguis. Mamina.

POſt priores magisque notas lactiferas arbores, quædam ſubſequuntur, quæ nullum quidem lac, ſed viſcoſum fundunt ſuccum, qui in certum adhibetur uſum.

Arbor Pinguis mediocris & ſilveſtris, arbor eſt raris conſtans ramis incurvis & extenſis, quorum tenuiores ſunt pingues, flexiles, ac ſimul fragiles. Folia ſine ordine locantur, ſuntque vulgaris formæ, palmam & ultra longa, tres quatuorve digitos lata, ad oras ruditer dentata inſtar magnæ ligneæ ſerræ, dentes vero hi late diſtant nec profundi ſunt, folia porro ſunt glabra, firma, & pinguia, coſtis rarioribus transverſalibus pertexta. Juniora autem folia ſunt paulo majora, & flaccidiora, coloris ex fuſco & obſcure nigricantis mixti, adeoque glabra & ſplendentia, acſi oleo eſſent obducta. Singulum autem folium non directe e petiolo ſuo erigitur, ſed prope ortum ſinum format, unde & retrorſum flectitur.

Juniorum foliorum ſapor primo eſt acidulus, dein amaricans, ſemper autem cum notabili adſtrictione, unde detegitur ex contrariis conſtructa eſſe partibus, ac primo laxare, dein detergere, ac denuo adſtringere.

Flores ex parvis rarisque dependent racemis plurimum muſcoſi, ex flavis conſtructi ſtaminulis & tribus ambientibus brevibusque luteis petalis conſtantes, qui florem conſtituunt. Fructus rari itidem paucique ſimul dependent; ita ut unus alterve aliquando tantum excreſcat & perfectus ſit, ſuntque baccæ oblongæ Olivæ-formes, vel in hiſce terris fructibus *Varingæ* majoris ſimiles ſunt, ſed breviores & rotundiores, ſuperius umbilicatæ, primo virides, dein luteæ, ac tandem rubentes, Externe autem hæ baccæ ſunt obductæ carne viſcoſa, vix cultrum craſſa, quæ, ſi incidatur, roſeum rubentemque habet colorem, & craſſum flavumque exſudat lac, ſub hac lignoſum reconditur putamen, rotundam efformans nucem in penitus maturis fructibus, externe nigram & rugoſam, in qua nucleus reconditur uti in *Gnemonis* fructibus, viſcoſus, cinereusque, ſubſtantiam & colorem cocti renis referens.

Ex vulnerato hujus arboris cortice ſpiſſum, albicansque, ſed rarum exſtillat lac, quod mox flavum exſiccatur, & maxime viſcoſum eſt inſtar pigmenti, fatuum, & ingratum, ad linguam adſtringens, quod ſi in glebam colligitur, in gummi condenſatur obſcure flavum. Lignum eſt molle, albicans, & inutile. Ad oras ſilvarum & in vallibus creſcit, ut & in levi ſilva. In altis montibus raro occurrit, quæque ibi reperitur, ſemper altior excreſcit & erectior, per ramos depactos tranſplantari poteſt, ſed tarde progerminat.

XL. HOOFTSTUK.

De Vette-Boom.

N*A de voorgaande en meeſt bekende Melk-boomen, volgen nu zommige, die juiſt geen melk, maar een kleverigen zap uitgeven, den welken men tot iets gebruikt.*

Arbor Pinguis *is een middelmatigen en wilden boom, met weinige kromme en uitgebreide takken, waar van de dunnere vet zyn, buigzaam, en kort afbreekende. De bladeren ſtaan zonder order, en zyn van gemeen fatzoen, een hand lank of meer, drie en vier vingers breed, aan de kanten grof getand, als een groote hout-zaag, doch de tanden ſtaan wyd van malkander, en gaan niet diep in, glad, ſtyf, en vet, met weinige dwersribben. De jonge bladeren zyn wat grooter, en ſlapper, van verwe bruin, met wat donker-groen gemengt, zo glad en glimmend, als ofze met Oly beſtreeken waren. Het blad ſtaat niet regt op zyn ſteel, maar altyd by zyn oorſpronk een bogt hebbende, en dierhalven achterwaarts geboogen.*

De ſmaak aan de jonge is in 't eerſt wat zuur, daar na bitter, doch doorgaans met een merkelyke zamentrekking, waar uit men merkt, datze van contrarie deelen gemaakt zyn, in 't eerſt laxerende, daar na afvagende, en op 't laaſt adſtringerende. De oude bladeren zyn malzoet, met een kleine zamentrekking.

Het bloeizel hangt aan kleine ydele troſſen, meeſt mosachtig, en van geele draatjes gemaakt, omgeven van drie geele en korte blaadjes, die het bloempje maken. De vruchten hangen ook weinig by malkander, zomtyds aan het geheele trosje niet meer, als een of twee tot perfectie komende. Dezelve zyn lankwerpige bezien, de Olyven gelyk, of hier te lande de vruchten van de groote Varinga, *doch korter en ronder, met een naveltje boven op, eerſt groen, daar na geel, en ten laatſten rood. Van buiten zynze bekleed met een kleeverig vleeſch, ſchaars een mes dik, rooze-rood, als men daar in ſnyd, een dikke geele melk uitſweetende, daar onder leid een houtachtige ſchaale, een rond nooteken makende, in de geheele rype van buiten ſwart en rimpelig, daar in leid de heeſt, als in de vruchten van* Gnemon, *ſlymerig, graauwachtig van ſubſtantie en coleur, als een gekookte nier.*

Uit de gequetſte ſchorſſe van dezen boom druipt een dikachtige, witte, doch ſchaarſſe melk, dewelke kort daar na geel, en zeer kleverig word, als vernis, laf, en onaangenaam, op de tonge mede zamentrekkende, ook veel in een klomp vergadert, beſterft tot een donker-geel Gom. Het hout is week, witachtig, en onnut. Hy waſt aan de kanten van de Boſſchen in de valeyen, en onder het ligte kreupel-boſch. In 't hooge woud vind men hem zelden, en die daar waſt, word veel hooger en regter van ſtam. Men kan het ook verplanten met ſtokken, doch komt langzaam op.

Hujus & altera occurrit species, quæ *Mamina Angustifolia* dici potest, quum minora gerit folia, quinque nempe sexve pollices longa, binos lata, crassa, firma, & rarius dentata, dulci sed nauseosa adstrictione prædita.

Flores quoque brevibus ac pusillis insident racemis, suntque plerumque capitula flava, ex plurimis flavis staminibus, ac tribus brevibus petalis constructa. Racemi ipsi flavescunt, nec ultra digiti articulum longi sunt, ex omni quoque parte sauciata exstillat spissum & album lac, quod flavescit, si siccum est, nec ita rufescit ac præcedentis.

Floret Januario, fructusque maturescunt pluviosis mensibus usque in Augustum, ac diutissime ex arbore dependent, antequam maturescant.

Nomen. Latine *Arbor Pinguis:* Malayense nomen ignotum est, Amboinice autem dicitur *Mamina*, i. e. pingue lignum, seu arbor pinguis ex pingui foliorum forma. Luhonensibus vocatur *Talabe.*

Locus. In omnibus occurrit Amboinensium insulis, an aliis nota sit populis, nondum cognovi.

Usus. Juniora hujus arboris fusca folia puerperis magno sunt in usu ad infantes expurgandos, sumunt enim hæc folia cum illis *Boa Rau-Utan*, aliique involvunt folio, quod sub cineribus ardentibus torrent, hisce affundunt succum Limonum acidorum, simulque exprimunt succum, quem tepidum infantum ori infundunt, unde hi leniter purgantur per secessum a primis excrementis seu meconio, simulque deterguntur omnis linguæ, stomachi, & intestinorum pituita. Aliis quoque temporibus hoc medicamentum infantibus exhiberi potest, quum inquieti sunt, & alvo adstricta laborant, tam succus hic solus, quam foliorum decoctum, unde mox subducitur alvus, & pacate dormiunt: Vetusta folia huic operi inepta sunt, si autem ista non operentur folia, suppositorio ex Curcuma præparato succurrendum ipsis est. Mos hic per totam Amboinam mulierculis familiaris est, & in Europæis familiis etiam nunc obtinuit. In adultis hominibus hæc folia nullam habent vim purgantem, sed contra juniora hæc folia cum aliis comedi possunt cibis, uti cum Bocassan instar alius *Ulang Ulang.*

Amboinenses picturas suas obliniunt hujus arboris succo, sed plurimum ligneas, quod nos efficimus candida vernice, hæ autem lacte isto glabræ sunt ac splendentes, sed per lactis colorem flavescunt.

Quidam trunci corticem cum aqua conterunt, ejusque succum expressum tanquam leve purgans propinant pro adultis ac senibus. Alii Amboinenses hoc miscent lac cum illo præcedentis *Rite*, illisque utuntur loco vernicis vel pigmentorum ligno inservientium.

Interior nucleus delectationis gratia comedi potest, quum dulcis sit instar Nucum avellanarum.

Men vind nog een tweede zoorte hier van, dewelke men Mamina Angustifolia *mag noemen, want het heeft kleindere bladeren, te weeten, vyf en zes duimen lank, twee breed, dik, styf, ook wyd gezaagt, met een zoete en walglyke zamentrekking.*

Het bloeizel wast mede aan korte kleine trossen, en zyn meest geele knopjes, die bestaan uit veele geele draadjes, en drie korte blaadjes. De trosjes zyn geel, en niet boven een lidt lang, overal loopt 'er mede een dikke witte melk uit, die geel besterft, doch zo ros niet, als aan 't voorige.

Zy bloeid in January, de vruchten worden ryp in de regen-mousson, tot in Augustus toe, blyvende zeer lange aan den boom hangen, eerze ryp worden.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Pinguis, *den Maleytzen naam is nog onbekent. Op Amboins* Mamina, *dat is, vet-hout, of vette-boom, na de vette gedaante der bladeren. Op Lubonees* Talahe.

Plaats. *Men vind ze in alle Amboinsche Eilanden, of ze verder bekent zy, heb ik nog niet vernomen.*

Gebruik. *De jonge bruine bladeren van dezen boom zyn by de Kraam-vrouwen in groot gebruik, om de jonggeboorne kinderen van binnen te zuiveren; want zy neemen dezelve bladeren, met die van* Boa-Rau-Utan, *windenze in een ander blad, brandenze in de heete asch, als dan doenze wat zap van zuure Lemoenen daar over, vringen het t'zamen uit, en een weinig laauw gemaakt, gieten het de kinders in de mond, 't welk de kinders zuivert, door een zagten kamergang van de eerste en moederlyke Excrementen, met een van de tong, mage, en darmen alle slymerigheid afvagende. Men mag het ook op andere tyden alle kleine kinders ingeven, alsze onrustig en hardlyvig zyn, zo wel het zap alleene, als het Decoctum van de bladeren, waar vanze straks kamergang krygen, en tot rust komen. De oude bladeren zyn tot dit werk onbequaam, doch zo deze bladeren niet werken, moet men hun met steekpillen van* Curcuma *te hulpe komen. Deze manier is door gants Amboina by de vrouwtjes gemeen, en werd nu ook in de Duitsche familien gebruikt. By oude menschen hebben deze bladeren geen purgerende kragt, maar ter contrarie kan men de jonge bladeren met Bocassan eeten, gelyk ander* Ulang Ulang.

De Amboineezen bestryken hare schilderyen met de melk van dezen boom, doch meest die op hout staan, gelyk wy met vernis doen, dewelke daar door wel glad, en glimmend werden, maar door de verwe van de melk wat geelachtig schynen.

Zommige vryven de schorsse des stams met water, en drinken den uitgedrukten zap tot een zagte purgatie voor oude lieden. Andere Amboineezen vermengen deze melk met die van de voorgaande Rite, *en gebruiken 't voor vernis, of alderbande houtverwen.*

De Binnenste korrel kan men voor plaizier ook eeten, want hy smaakt zoet, als Hazel-nooten.

Tabula Octogesima Tertia


Ramum exhibet Arboris Pinguis, ubi *Litt. A.* ejus fructum separatum, & majori forma expressum repræsentat.

De drie-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Vette Boom*, alwaar Lett. A. een afgezonderde vrucht in grooter gedaante vertoont.




Pag. 250.
Tab. LXXXIII.
A
Tom. II.



CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Adnotatio ad Guttam Cambodiæ.

Ex relatu quorundam Maleyenſium comperi, in Java quandam occurrere arborem, quæ magnam habet convenientiam cum præcedenti *Mamina*, ex qua flavus elicitur ſuccus, quem pro una eademque habent cum *Gutta Cambodjæ*, ad hoc autem quidam periti Sinenſes rogati, ex quanam nempe arbore vera *Gutta Cambodjæ* colligatur, hæc ſubſequentia reſponderunt, quæ tanquam adnotata hic proponere volui, ut aliis ulteriori inſerviant disquiſitioni.

Gutta Cambodjæ itaque, quæ in Pharmacopæis *Gitta Jemu*, *Gummi Gutta Gumba*, *geel Gom* &c. pluribusque aliis corruptis denominatur vocabulis, Sinenſibus *Tin Uyn*, & Maleyenſibus *Sari Luning* dicitur, ex magna colligitur lacteſcente arbore, in Cambodja creſcente, neutiquam vero ex convolvulaceo frutice, uti quidam male adnotaverunt. Primum in certis recipitur foliis, magnisque glebis in corbiculis ſibi invicem inponitur & inpingitur, ac ſic porro per totam transfertur Indiam. Hinc a primis Maleyenſibus vocabatur *Gitta* & *Gutta Cambodjæ*, h. e. gummi *Cambodiæ*, unde porro *Gutta Cambodjæ*, aliaque corrupta derivata ſunt vocabula.

Quondam apud Sinenſes in multo erat uſu Medico, a quibus ſine dubio aliæ nationes ejus uſum edoctæ fuere, hodie autem apud illos extra uſum eſt, quum inter purgandum nimis violenter moveat alvum, aliquando tamen illam adhibent talibus in hominibus, qui nimis pingueſcunt ac macilentiores eſſe ſtudent, ſequenti modo, recipe hujus ſemi-drachmam cum tota radice *Henbuſſek. à p. æq.* Oryzæ craterem aqua repletum, ac cyathum aceto plenum, hæc ſimul coque, ac inſtar potus Thee ebibe ſemel omni menſe.

Maleyenſes illam præſcribunt magnitudine Amboinenſis *Catjang*, ſeu piſi minoris cum quodam liquore, huicque ſuperedunt paucam *Catsje* ſeu *Gitta Gambir*, quantitatem, ut nauſeam ac ſubitum compeſcant vomitum. Apud noſtram nationem in India Orientali degentem hodie optima ejus formula invenitur, magiſterium nempe ejus, quod ex illa ope ſpiritus vini præparatur, & quod facile operatur per inferiora, nullum excitans vomitum.

Bontius libr. 6. cap. 57. ſcribit ita dictam *Guttam Gemu*, Malaice *Lowan Cambodja*, h. e. thus Cambodjæ provenire ex arbore, quæ ſpecie, forma, & modo creſcendi nullo modo differt (ſi nihil differt, ergo eadem eſt) a ſpinoſa & lacteſcente planta, quæ ubique in Java creſcit, ipſique loco citato *Eſula* ſive *Lathyrus Indica*, a nobis autem *Ligularia lactea* vocatur, quod hic æque ac nos ex relatione forte aliorum habuit, Zeylonenſes ſaltem medici ipſi obloquentur, qui ſuam *Guttam Gemu* ex perfecta arbore, & non ex convolvulaceo frutice colligunt.

Bontius porro extractum ſuum laudat, ſeu potius gummi iſtius præparationem, quam ſequenti componit modo: Recipe libram *Guttæ Gemu*, contunde groſſo modo, vitreæ inpone lagenæ, cui affunde acetum forte ac deſtillatum ita, ut ad altitudinem trium digitorum ſupra gummi iſtud elevetur, lagenam hanc bene obturatam per octo dies Soli expone, dein per cribrum linteum filtra, & ſecundum artem in ſiccam exhalet maſſam; hujus doſis eſt a duodecim ad viginti grana, ſive ſicca ſive in vino diſſoluta & contrita, omnes malignos evacuat humores ſine vomitu per ſeceſſum facilem.

Rumphii Appendix hiſce auctus eſt.

Dum ante aliquot tempus exaudiveram, Europæos noſtros in Zeylana & Coëtſchyn habitantes lacteum quendam ſuccum collegiſſe ex quadam arbore, illumque habuiſſe pro vera *Gutta Cambodja*, hinc mihi adferri juſſi folia, fructus, ſuccumque hujus arboris ſiccatum anno

XLI. HOOFDSTUK.

Aantekening op de Cambodje Gom.

Uyt het verhaal van zekere Maleyers heb ik bemerkt, dat op Java zekeren boom te vinden zy, dewelke groote gelykeniſſe heeft met de voorgaande Mamina, *en waar uit een geel zap gehaalt werd, dienze voor een en dezelfde aanzien met* Gutta Cambodjæ, *daar op eenige ervaren Sineezen ondervraagt zynde, van wat voor een boom de regte* Gutta Cambodiæ *kome, hebbe dit weinige tot narigt bekomen, 't welk ik maar tot een aantekening hebbe willen zetten, om voor andere tot nader onderzoek te dienen.*

De Gutta Cambodiæ *dan, dewelke in de Apotheeken* Gitta Jemu, Gummi Gutta Gumba, *geele Gom &c. en met meer andere bedorve namen genoemt werdt, is by de Sineezen* Tin Uyn, *en by de Maleyers* Sari Luning *genaamt, komt uit een groote melkachtige boom in Cambodja waſſchende, en geenzints van een tou-gewas, of omſlingerende heeſter, gelyk zommige voorgegeven hebben. Het werd eerſt in zekere bladen ontfangen, met groote klonteren in korfjes op malkanderen gepakt, en voorts door geheel Indiën vervoert. Hier van wierd het by de eerſte Maleyers genaamt* Gitta *of* Gutta Cambodiæ, *dat is,* Gom *van Cambodien, waar van verders* Gutta Cambodiæ, *en de andere monſtereuze namen gekomen zyn.*

Het plagte eertyds by de Sineezen in groot gebruik te zyn in de Medicyne, van dewelke het ook buiten twyffel andere Natiën geleert hebben, maar hedensdaags is 't by hun lieden meeſt in onbruik gekomen, om dat het by 't purgeeren te groote gewelt in 't lyf doet, evenwel gebruikenze het nog zomtyds, en meeſt aan zodanige perzoonen, die overmatig vet zyn, en gaarn wat mager wilden werden, en dat dusdanig, neemt daar van een halve Dragma ſwaarte, met de geheele wortel Henhuſſek *even veel, een ryskom vol water, een Theekopje vol Azyn, kookt het t'zamen, en drinkt het als Thee, en dat alle maanden eens.*

De Maleyers geven dezelve, in de grootte van een Amboinſche Catjang of boontje, met eenige vogtigheid, en eeten daar op een weinig Catsjo of Gitta Gambir, *om het walgen of vroeg braken te beletten: By onze Natie in Ooſt-Indiën werd hedensdaags het gemakkelykſte recept van dezen Gom gevonden. Het Magiſterium, 't welk daar van met Brandewyn gemaakt werd, want het zelve werkt gemakkelyk van onderen, en veroorzaakt geen braken.*

Bontius lib. 6. cap. 57. *ſchryft, dat het zo genaamde* Gutta Gemu, *in 't Maleyts* Lowan Cambodja, *dat is wierook van Cambodja, komt van een boom, aan weezen, gedaante, en manier van waſſchen niets verſchillende van de ſteekelige en melkachtige plante, overal op Java groeyende, by hem* loco citato Eſula ſive Lathyrus Indica, *en van ons* Ligularia lactea *genaamt, 't welk hy miſſchien, zo wel als wy, van hooren zeggen heeft. Immers de Ceylonſche medicyns zullen hem tegenſpreeken, dewelke haar* Gutta Gemu *van een volſlagen boom, en van geen ſlingerende heeſter halen.*

Voorts pryſt Bontius *zyn Extractum, of veel meer de preparatie dezes Goms, 't welk hy op de volgende manier bereid: Neemt een pond* Gutta Gemu, *ſtoot het groſſelyk, doet het in een glazen fleſſche, giet ſterken gediſtilleerden Azyn daar over, dat hy drie vingers hoog het zelve bedekke, 't welk wel geſtopt, ſtelt in de Zon acht dagen lang, kleinſt het daar na door een doek, en brengt het na de konſt weder tot een drooge ſubſtantie, zyn doſis is van twaalf tot twintig grein, het zy droog, of gediſſolveert in wyn gevreeven, purgeerende alle quade humeuren, zonder braaken, gemakkelyk door den kamergang.*

De Appendix *van* Rumphius *is vermeerdert met het volgende.*

Dewyl ik nu lang geboort hadde, dat onze Europianen op Ceilon en Coetſchyn, een zekeren melkachtigen zap uit den boom gehaalt, voor 't opregte Gutta Cambodja *gebruikten, zo heb ik my de bladeren, vruchten, en gedroogden zap dezes booms Ao. 1693. laten brengen, waar* aan

anno 1693, ex quibus cognovi esse ex arbore, quæ Portugallis *Carcapœli*, *Curcas*, & *Cannacorca* vocatur, cujus fructus muria & saccharo conditi per totam Indiam deferuntur, ut loco Tamarindi usurpentur; hincque etiam *Tamarinjo Ceylon* vocantur. Ejus autem gummi adductum nihil minus referebat; quam flavum gummi seu *Guttam Cambodjæ*, sed forte genuinum non accepi; nam aquæ infusum nec liquescebat nec tincturam exhibebat, dentibusque contritum erat lentum instar *Gummi Ammoniaci*. De ejus tinctura nil quoque Baleyenses sciunt, quibus hæc arbor *Badongh* vocatur, cujusque fructus ibi potius quam Tamarindi usurpantur, estque arbor ibi altissima, plurimis gaudens ramis, quæ in areis & prope ædes crescit & colitur.

Apud *Christoph. Acostam* nulla tincturæ ejus vel gummi fit mentio. Nolo negare, eandem possidere virtutem purgantem ac *Gutta Cambodja*, sed tum decem forte tales lacteos succos enumerare possum hic in Amboina crescentes, qui vim quoque purgantem habent, an inde ergo *Gutta Cambodja* vocarentur, quænam hæc esset in re Botanica confusio?

aan ik bemerkte, datze waren van den boom by de Portugeezen Carcapoeli, Curcas, *en* Cannacorca *genaamt, waar van de ingeleide vruchten door geheel Indiën vervoert werden. Om voor Tamaryn te gebruiken; en daarom ook Tamarinjo Ceilon heeten. Maar het stukje mede gebragte Gom werd niets minder bevonden, dan geele Gom, of* Gutta Cambodja *te zyn, of ik most het opregte niet bekomen hebben, want het wilde in 't water nog smelten nog verwen, en was onder de tanden taai, gelyk* Gummi Ammoniacum. *Zo is ook van het verwen by de Baliers niet bekent, alwaar dezen boom* Badong *biet, en wiens vruchten aldaar liever dan Tamaryn gebruikt werden, werdende een zeer hoogen en wel getakten boom, in de erffen en by de huizen onderhouden.*

By Christoph. à Costa *is van het verwen nog van het gebruik des Goms ook niets vermelt. Ik wil niet ontkennen, dat het dezelfste purgerende kragt heeft, als* Gutta Cambodja; *maar dan kan ik wel* 10 *melk-zappen hier in Amboina toonen, dewelke mede purgerent zyn, en zoude men die alle Gutta Cambodja noemen, wat zoude dat voor een verwerring in de Kruydkunde geven.*

OBSERVATIO.

Gummi hoc *Cambogium* officin. a *Dale in Pharmacol* in *4to. pag.* 357. vocatur, qui varias de hujus gummi generatione recenset opiniones, nec non auctores, qui vario modo denominarunt ac descripserunt arbores, ex quibus colligi putant hoc gummi, quod variis ex locis adfertur, & in Zeylana regione itidem reperitur, ubi ab *Hermanno* fuit observata in arbore, quæ ipsi Arbore Indica *Gummi Guttam* fundens, fructu dulci rotundo, Cerasi magnitudine, *Carcapuli* Acostæ *Mus. Zeyl. pag.* 26. & *Thes. nostri Zeyl. pag.* 37. ubi varia hujus arboris collegi Synonyma cum descriptione ac viribus medicatis, &c. vide & *Commel. Fl. Malab. p.* 6.

AANMERKING.

Deeze Gom wert de *Cambogium* der Apotheeken genaamt van *S. Dale* in zyn *Pharmacol.* in *4to. pag.* 357. die verscheide gevoelens opgeeft over den oorspronk van deeze gom, en verscheide Schryvers aanhaalt, die op verscheide wyze beschreven en benaamt hebben de boomen, waar uit zy meenen dat deeze Gom vergadert wert, het welk uit verscheide plaatzen komt, en in Zeylon ook voorkomt, alwaar het van *Herman* ontdekt is in een boom, die hy noemt Oostindische boom, die het *Gummi Gutta* geeft, met ronde zoete vruchten als een kers in de grootte, in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 26. en komt voor in onze *Thes. Zeyl. pag.* 37. alwaar ik verscheide benamingen en Schryvers van deze boom aangehaalt heb met deszelfs kragten en eigenschappen. Zie mede de *Fl. Malabaar* van *Casp. Commel.* op *pag.* 6.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Adnotatio ad Sanguinem Draconis.

IN India mihi tres obvenere res, quæ pro *Sanguine Draconis* habentur, & omnes speciem sicci sanguinis, in duram compacti massam referunt, quæque ex sententia mea omnino inter sese differunt, ac forte etiam ab illo, qui in Europæorum Pharmacopæis sub illo nomine venalis prostat, suntque subsequentes: Prima Sanguinis Draconis species, sunt frusta in magnas ac parvas placentas formata. Secunda sunt capitula siccis foliis obvoluta. Tertia est mixta substantia forma pilei, sacchari conici, vel obtusorum conorum, atque hæ tres formæ in Orientali hac India compositæ sunt, & notæ Malaico nomine *Dierennang* seu *Diernang*, de quibus illa adnotabo, quæ ex relatu fide dignorum testium edoctus fui.

Prima itaque est vulgaris *Sanguis Draconis* ex binis diversis constans placentis, quarum una species in magnas rotundasque formata est placentas, pollicem vel binos digitos crassas, a semi usque in totum pedem latas, inæquales, externe nigricantes seu obscure fuscas, interne ex rubro purpurascentes, intermixto nigro colore, & splendentes, in quibus paleæ quædam seu lignorum ramenta apparent; carbonibus hæc massa inposita, gratum spirat odorem, fere instar *Benzoin*, magis autem ad *Styracem* accedit, unde a quibusdam Maleyensibus *Cominjan Mera*, h. e. *Benzoin rubra*, sed erronee vocatur, vera enim *Cominjan Mera* videtur species esse Benzois, pura & semi-pellucida instar succini rubri, sed magis rubet, carbonibusque inposita odorem spirat *Dammaræ Selanicæ*, nec chartas rubro tingit colore.

Altera species sunt quadratæ & parvæ placentæ, quinque vel sex digitos longæ, unum crassæ, irregulares & sinuosæ, externe quoque ex nigro fuscæ, interne maxime purpurascentes, puræ, nec ullis mix-

XLII. HOOFTSTUK.

Aantekening op het Draaken-bloedt.

MY zyn in Indiën drie dingen voorgekomen, die men voor Sanguis Draconis, *of Draaken-bloed houd, alle drie in de gedaante van gedroogt bloet, en tot een harde massa gepakt, ook na myn gissing alle verschillende onder malkanderen, en misschien ook van 't geene men in de Europische Apotheken met die naam verkoopt, en zyn deze: Het eerste zyn stukken, in grootte en kleine koeken: Het tweede zyn kleine bolletjes, in drooge bladeren gewonden. Het derde is een gemengde substantie, in fatzoen van hoed-zuiker of stompe kegels, alle drie in Oost-Indiën gemaakt en bekent, met de Maleytsche naam* Dierennang *of* Diernang, *waar van ik zo veel zal aanteekenen, als ik uit 't verhaal van geloofwaardige getuigen geleert heb.*

I. *Het eerste dan is 't gemeene* Sanguis Draconis, *bestaande in tweederlei koeken, te weten het eene in groote ronde koeken, een duim of twee vingers dik, van een half tot een geheelen voet breed, doch niet effen, van buiten swart, of donker-bruin, van binnen rood-purper, met swart gemengt, en blinkende, daar onder men eenige stoppelen of spaanderen van hout ziet, op kolen welriekende, eenigzints als* Benjoin, *doch meest als* Styrax, *daarom het ook van zommige Maleyers* Cominjan Mera, *dat is, roode* Benjoin, *hoewel abusivelyk genaamt werd, want het regte* Cominjan Mera *schynt te zyn, uit 't geslagt van* Benjoin, *zuiver en halfdoorschynent, als donkere Bernsteen, doch ronder, op koolen riekt het als Dammar* Selan, *en verft geenzints het papier.*

Het andere zyn kleine en vierkante koeken, vyf en zes vingers lank, een dito dik, scheef, en hochtig, buiten mede swart-bruin, binnen hoog-purper, zuiver, en zonder vermenging van eenige stoppelen, op koolen mede wel-

tæ paleis, carbonibus inpoſitæ gratum quoque fundunt odorem; a præcedenti tamen diverſum.

Secunda *Sanguinis Draconis* ſpecies, quam genuinam & veram puto, parva ſunt capitula magnitudine Nucum avellanarum, ſiccis obvoluta foliis, tria vel quatuor ſimul juncta, externe obſcure nigra ſeu nigricantia, interne ex purpureo rubentia; inſtar carnis fumo induratæ ac recenter ſecatæ; tenuis ſubſtantiæ, carbonibus inpoſita peculiarem dat odorem ex rubro Sandalo & Caryophyllis mixtum, a præcedentibus ſaltem omnino diverſum, unde & concludo, utroſque illos ſuccos ex diverſis provenire & colligi arboribus, de quibus hic illa adnotabo, quæ ab aliis accepi; quorum fides ſit penes illos relatores.

Prima itaque ſpecies, neſcio autem, an ſit magna vel parva, ex arbore colligitur, de qua varia etiam referunt. Quidam enim dicunt, arborem eſſe forma *Pandang Boubou* ſeu *Kekermoni*, ejus autem folia ſunt breviora, glabriora, non ſpinoſa, vel acuto dorſo prædita, ſed glabra & æqualia inſtar *Toxicariæ* arboris, nullos profert hæc arbor fructus, ejuſque truncus multo craſſior eſt illo Pinangæ arboris, corticem gerens glabrum, qui vulneratus, rubrum ſuccum ſeu *Sanguinem Draconis* fundit, qui in foliis colligitur, & in Macaſſara *Djerenne* vocatur. Alii dicunt ex magna colligi arbore in Borneo copioſe creſcente, quam mihi dixerunt folia gerere multo majora illis *Mangæ*, quæque alta & extenſa eſt arbor, ex cujus vulneribus primo exſtillat ſuccus liquidus, dein ſiccus, qui maſticatus lentus eſt & tenax inſtar Maſtiches, oriſque ſalivam rubro tingit colore.

Tertia ſpecies ex arundine quadam magna, Rottang dicta, provenit, quam genuinam puto, uti mihi illud relatum eſt a teſtibus ocularibus, qui illam elaborarunt, in Sumatræ nempe ora Orientali ſpecies quædam eſt magna Rottangæ, qualis in Amboina quoque occurrit, quæ tali deſtituitur ſucco; vel præ ignorantia ſaltem non elicitur ex illa hic ſuccus, infra autem deſcribitur *libr.* 7. vocaturque *Palmyuncus Calapparius* ſeu *Rottang Calappæ*; iſta itaque Rottang flagella emittit longa, brachium craſſa, fructuſque gerit paulo majores noſtra Rottanga Calappa. In ſenectute ſua mollem contrahit medullam ſeu cor, quod protractum cum fructibus contunditur, perque decem dies ſibi relinquitur, ac dein coquitur: Ex ſuperiore ejus parte tenuiſſimæ placentæ, ex inferiore craſſiſſimæ præparantur ac formantur, quales in officinis venales proſtant. Ab Atckina autem creſcit uſque ad Palimbangh.

Altera ejus ſpecies *Tſjukiet* dicta, ex minore colligitur arundinis Rottangæ ſpecie, quæ brevibus ac copioſis conſtat geniculis, minorem digitum craſſa, quatuor vel quinque ulnas longa in Banjermaſſingh creſcens, componitur uti præcedentes, ac venditur in parvis capitulis.

Fructus ex Bantama mihi tranſmiſſi omnino conveniebant cum illis iſtius majoris Rottangæ, quæ infra *libr.* 7. occurrit, excepto quod paulo minores eſſent.

Nomen. Generali latino vocabulo rubri hi & condenſati ſucci vocantur *Sanguis Draconis*, Belgice *Drakenbloedt*. Malaice *Djerennang* & *Djernang*, ſcribendum vero eſt *Gerennang*, Macaſſarice *Djerenne* & *Djerne*.

Primum vero genus cum binis ſuis diverſis ſpeciebus vocatur *Sanguis Draconis in Placentis*. Maleyenſibus autem idem obtinet nomen. Sinenſibus peculiariter dicitur *Hoy-Gjeck* ſeu *Hoyg-jet*, h. e. Sanguinis gutta.

Secunda ſpecies dicitur *Sanguis Draconis in Guttis*, licet in noſtris Pharmacopæis aliquid ſimile etiam vendatur ſub hoc nomine, quod ex Occidentali adfertur India. Ego autem voco Sanguinem Draconis in magnis & parvis globulis, in Macaſſara enim hujus globuli venduntur magnitudine Limonis Nipis, apud Maleyenſes autem uti ſupra dictum fuit. Sinenſibus hæc ſpecies dicitur peculiari nomine *Tſjug-jeck*, h. e. Sanguis Draconis, valoris lapidum pretioſorum.

Uſus. Sanguis Draconis in placentis apud hoſce incolas raro interne uſurpatur, uti apud nos in Europa contra Hæmoptoen & Dyſenteriam. Magnam vero ſpeciem harum regionum incolæ miſcent *Dupæ* vel aliis ſuffimigiis uti Benzoin. Tenuiori ſpecie tam in placentis quam in guttis utuntur Sinenſes ad politum

welriekende, doch van 't voorgaande wat verſchillende.

2. *De tweede zoorte van* Sanguis Draconis, *dewelke ik voor zuiver en opregt houde, zyn kleine bolletjes, in de grootte van Hazelnooten, tuſſchen eenige drooge bladeren gebonden; drie en vier aan malkander hangende; buiten donker-rood, of ſwartachtig; van binnen purper-root, of als verſch geſneeden gerookt vleeſch, fyn van ſubſtantie, op koolen van een byzonderen reuk, te weten van rood Sandel, en nagelen gemengt; immers merkelyk van 't voorgaande verſchillende, en daarom oordeel ik, dat beide deze zappen van diverſſe boomen komen; waar van ik hier zetten zal, het gene my van andere opgegeeven is, latende de verantwoordinge daar van voor de opgevers.*

De eerſte zoorte, maar ik weet niet de kleine, of grote, komt van een boom, dewelke ook verſcheiden opgegeeven word. Zommige zeggen, dat 't een boom zy van de gedaante als de Pandang Boubou *of* Kekermoni; *doch de bladeren zullen korter zyn, gladder, niet doornig, nog met een ſcherpen rug, maar even, als die van* Spatwortel, *zonder vruchten, de ſtam veel dikker, als een Pinang-boom, met een effen ſchorſſe, die gequetſt zynde het roode zap, of* Draaken-bloet *uitgeeft, het welk men in bladeren vergadert, en op Macaſſar* Djerenne *noemt. Andere dat het van een grooten boom kome, veel op Borneo waſſchende, die zy my beſchreven hebben met grooter bladeren, als die van* Manga, *hoog, en wyduitgebreid, uit deszelfs quetzuren druipende eerſt als een week zap, daar na opdrogende, in het kaauwen taai, als Maſtix, en het ſpeegzel root verwende.*

De andere zoorte komt van een ſlag groote Rottang, het welk ik voor het waarſchynelykſte houde, het geen my ook opgegeeven is van ooggetuigen, die zelfs daar aan gewerkt hebben, namentlyk op Sumatras Ooſt-kuſt is een ſlag groote Rottang, diergelyke wy in Amboina ook hebben, doch diergelyke zap, of niet heeft, of door onkunde daar niet uitgetrokken werd, zynde hier na beſchreven lib. 7. *onder de naam van* Palmyuncus Calapparius, *of* Rottang Calappa. *Deze voornoemde Rottang dan is zeer lank van touw, en een arm dik, dragende vruchten wat grooter, dan onze Rottang Calappa. In de ouderdom gewintze een week hert, dat men uittrekken kan, het welk geſtooten werd met de vruchten, en laat het tien dagen ſtaan, dan kookt men het. Uit 't bovenſte werden de fynſte koeken, uit het onderſte de grofſte gemaakt, gelyk zy in de winkels te koop zyn. Zy groeit van Atckin af tot Palimbang.*

De tweede zoorte Tsjukiet, *komt van een ſlag kleine Rottang, vol korte leeden, een pink dik, vier a vyf vadems lank, groeyende op Banjermaſſing, werd gemaakt, als de voorgaande, en werd verkogt in kleine bollekens.*

De vruchten van Bantam my toegezonden, quamen teenemaal over een met die van de voorſchreve groote Rottang, die hier na lib. 7. *te zien is, behalven dat zy een hairtje kleinder waren.*

Naam. *Den generalen naam van deze roode en geſtolde zappen is in 't Latyn* Sanguis Draconis, *in 't Duits* Draaken-bloet. *In 't Maleyts* Djerennang *en* Djernang, *doch het regte ſchrift is* Gerennang, *op Macaſſar* Djerenne *en* Djerne.

Het eerſte geſlagt met zyn twee onderzoorten hiet Sanguis Draconis in Placentis, *dat is, Draaken-bloet in koeken, by de Maleyers behoudende de voorſchreven namen. By de Sineezen hiet het in 't byzonder* Hoy-Gjek *of* Hoy-Gjet, *dat is, bloets drop.*

Het tweede geſlagt hiet Sanguis Draconis in Guttis, *hoewel 'er in onze Apotheken ook iets met die naam verkogt werd, het welk uit het Weſten komt. Ik noem het Draaken-bloet, in groote en kleine bolletjes, want op Macaſſer heeft men bolletjes daar van in de grootte van een Limoen Nipis, by de Maleyers als boven. By de Sineezen hiet dit in 't byzonder* Tsjug-Jek, *dat is, Draakenbloet, koſtelyk, als Edel geſteente.*

Gebruik. *Draaken-bloet in koeken, werd by deze Inlanders zelden inwendig gebruikt, gelyk wy in Europa met het zelve doen tegens bloetſpouwen, en de roodeloop. De groote zoorte gebruiken de Inlanders onder de* Dupa, *of ander reukwerk gemengt, gelyk den Benjoin. De fyne zoorte zo in koeken, als bolletjes, gebruiken de*

lignum illo fricandum, donec incaleſcat, ac rubrum contrahat colorem, acſi vernice obductum eſſet, unde intenſe rubet, & fere nigricat.

Sinenſes quoque norunt hujus granulis chartas fricare, donec Kermeſinum, ſeu elegantem rubrum adquirat colorem, quæ ipſis in quotidiano eſt uſu.

In oleo vel aqua ſi conteratur, elegans exhibet pigmentum rubrum, unde & multum adhibetur ad odorata olea, ut ipſis elegantem rubrumqne conciliet colorem. Macaſſarenſes hoc ſucco ſicca & glabra *Licualæ* folia obliniunt, quæ in inverſa & calefacta ſiccant olla, ut pigmentum hoc foliis melius adhæreat, quæ dein ad volvellos Tabacarios adhibent, quum externe colorem gerant eleganter & intenſe purpureum, eodem quoque modo Papyrum ſeu chartas tingunt. Non multum tamen in uſu eſt ad pigmentum lignarium, quum nimis caro conſtet pretio, & in Japana inter pretioſas numeretur mercaturas. Cultro in pulverem contritus hic Sanguis Draconis recentibus inſpergitur vulneribus uti præcedens, ad ſanguinem ſiſtendum, vulnusque curandum.

Hinc ſine dubio intelligenda eſt illa fabula, quæ in novis Indiæ Orientalis & Occidentalis Adnotationibus *Simonis de Vries* occurrit, qui in prima iſtius libri parte ſcribit, in India Orientali ex Rottangæ fructibus, (non diſtinguens ex quanam ſpecie) pretioſum exprimi oleum, quod cuncta curat vulnera, ac præſertim illa, quæ Baculi arundinacei ictu infliguntur, dicens, in India quotidianam eſſe exercitationem omnibus in familiis, in quibus ſervi aluntur.

Tertia Sanguinis Draconis ſpecies in magnis formata fruſtis occurrit, inſtar ſaccharatorum conorum, ſed minora ſunt hæc fruſta, conſtantia ex mixta ſubſtantia, quæ ex vulgari Sanguine Draconis & Rinocerotis ſanguine componitur, cui multa ſicca folia & paleæ admixtæ ſunt, raroque invenitur, magisque læti coloris eſt hæc ſubſtantia quam vulgaris Sanguis Draconis, ut & magis friabilis, ac cognoſcitur, ſi carbonibus inpoſita primo gratum fundat odorem, ac dein fœtorem det aduſti ſanguinis, a Sinenſibus *Hoygjeck* quoque vocatur. Puto in Java hanc ſpeciem componi, ac quodvis tale fruſtum binas pendet libras & ultra, ibique reali nummo conſtat, in China autem decem talibus nummis; in pulverem contunditur ac miſcetur cum aqua vel Oleo, quod inde rubet. Idem quoque pulvis recentibus inſperſus vulneribus, illa curat. Medici Sinenſes illum quoque interne adhibent aliis mixtum ſimplicibus, contra aſthma & inveteratam tuſſim, ex qua Phthyſis oritur, ipſis *Lui-Seang* dictam. In deſperata ac conſummata Dyſenteria hujus ultimæ ſanguinis draconis ſpeciei, Madjacaan ſeu Quercus gallarum, & vetuſtæ Pinangæ partes recipe æquales, bina ultima ſupra ignem ſint toſta, donec in pulverem redigi poſſunt, uti primum ingrediens, hujus pulveris compoſiti quotidie cochlearis quantitatem ingere cum Oryzæ aqua mixti.

Alii quoque Sinenſes *Sanguinem Draconis* in tres dividunt ſpecies, quarum prima & optima eſt *Tsjuckiet* dicta, quæ ſupra memorata ſecunda eſt ſpecies, in capitulis ſeu globulis collecta, quam dicunt eſſe gummi ex Rottangæ ſpecie exſudans, plurimumque creſcit in Banjar Maſſingh.

Secunda ſpecies eſt *Sanguis Draconis Vulgaris*, in placentis inſtar minoris patinæ formata, peculiari nomine vocata *Hoygjeck* ſeu *Hoygjet*.

Tertia & viliſſima eſt *Tsjaukiet*, quæ ſordida ſeu inpura eſt, nigricans, ligno ac paleis commixta, utriusque has ultimas ſpecies dicunt ex magna provenire arbore, in Sumatra creſcente, quæ in Palimbangh plurimum venales adferuntur. Tertiam autem iſtam ſpeciem inter illas non numerant, quum ſit factitia, quam vocant *Hoygjec*.

Sunt quidam, qui præter memoratas jam ſpecies ad Sanguinem Draconis quoque referunt multos alios condenſatos ſuccos, uti ſupra in capite *Lingoi* id innuimus. Sic *Herbertus de Jager* in certis ad me datis litteris ſcribit, ex arbore ligni Caliatourenſis, ex quo rubrum ſuum vult colligi Sandalum, uti ſupra *libr.* 2. id videri poteſt, Sanguinem Draconis itidem colligi, quum vero hi aliique rubri ſucci ab uſuali Sanguine Draconis, qui hic in India uſurpatur, nimium differant, inutile duco illos ulterius deſcribere, præſertim quum

Sineezen, om 't glad geſchaafde houtwerk daar mede te vryven, tot dat het warm werd, om 't zelve een roode coleur te geven, als of 't verlakt was, hoog-root, en ſwartachtig.

Zo weten ook de Sineezen met de bolletjes het Pampier te vryven, dat het Carmoſyn of ſchoon hoog rood werd, 't welk by haar in dagelyks gebruik is.

In Oly of water gevreeven, geeft een ſchoone roode verwe van zig, daarom het ook veel gebruikt werd by de welriekende Olyen, om dezelve een aangename roodigheid te geven. De Macaſſaren gebruiken het, om gedroogde en gladde bladeren van Licuala daar mede te beſtryken, die zy ze dan op een omgekeerden en heet gemaakten pot houden, tot dat de verwe ter degen aan de bladeren kleve, die zy daar na tot hare Bonckos, dat is Tabacksrolletjes gebruiken, om dat zy ſchoon hoog-purper van buiten zyn. Op dezelfſte manier konnen zy ook het Papier verwen. Het werd echter niet veel gebruikt tot hout verwen, om dat het te duur, en in Japan een groote Koopmanſchap is. Met een mes tot poeder gevreven, ſtrooid men het in de verſche wonden, gelyk het voorgaande, om het bloet te ſtelpen en te genezen.

Hier van moet men buiten twyffel verſtaan dat klugtig praatje, het welk men in de nieuwe rommel, zo genaamt; Ooſt en Weſt-Indiſche aanteekeningen van Simon de Vries vind, dewelke in zyn eerſte deel ter nederſtelt, dat men in Ooſt-Indiën uit de Rottangs vruchten (zonder te zeggen van wat zoorte) een koſtelyke Oly perſſe, waar mede men alderhande wonden geneeſt, inzonderheid die geene, die door 't ſlaan met een Rottang gemaakt werden, het welk hy zegt in Indiën een dagelykze oeffening te zyn in alle huishoudingen, daar men ſlaven heeft.

De derde zoorte van 't Draaken-bloet, komt in groote ſtukken geformeert, als zuiker-brooden, doch kleinder, en 't is een gemengde ſubſtantie van den zap des gemeenen Draken-bloeds, met 't bloet van Rhinoſſers gemengt, waar onder veele drooge bladeren en ſtoppelen loopen, en is weinig te vinden, ligter-rood van coleur, dan het gemeene Draaken-bloet, ook bryzeliger, en zyn proef is, dat het op koolen gelegt, eerſt wat welrieke, daar na ſtinkt als gebrant bloet, het hiet mede by de Sineezen Hoygjeck. Ik meende dat het op Java gemaakt werd, wegende een geheel ſtuk twee pond of meer, en geld aldaar een reaal, maar in Sina wel tien, men ſtoot het tot poeder, en mengt het in water of Oly, het welk mede root verft. Het zelfſte op verſche wonden geſtrooit, geneeſt dezelve. De Sineeze Medicyns hebben 't ook in gebruik, om in 't lyf te geven, onder andere Simplicia, tegens het hygen, en ouden hoeſt, daar de teering afkomt, by hun Lui Sêang genaamt. In een oude en deſperate Roode-loop neemt van dit laatſte Draaken-bloet, Madjacâan of Galnooten, en oude Pinang, van elk even veel. De twee laatſte rooſt over 't vuur, tot dat menze in poeder brengen kan, gelyk ook 't eerſte, neemt daar van dagelyks een lepel vol in met Candſi of ryſt water.

Andere Sineezen verdeelen de Sanguis Draconis ook in drie zoorten, het eerſte en beſte is Tsjuckiet, zynde de bovengenoemde tweede zoorte in bolletjes beſtaande, 't welk zy mede zeggen een Gom te zyn, uit een ſlag van Rottang ſweetende, en valt meeſt op Banjar Maſſing.

De tweede zoorte is de gemeene Sanguis Draconis in koeken, als een Piering of ſchootelke geformeert, eigentlyk genaamt Hoygjeck of Hoygjet.

De derde en ſlegtſte is Tsjaukiet, vuil, ſwart, met hout en ſtoppelen, deze beide laatſte zoorten zeggenze uit een groote boom te komen, op Sumatra waſſchende, en werden tot Palimbang meeſt te koop gebragt. Doch de voornoemde derde zoorte reekenze daar niet onder, dewyl het een gemaakt ding is, en noemenze mede Hoygjec.

Daar zyn 'er, die behalven de bovenſtaande zoorten mede onder Draaken-bloet reekenen, veele andere geſtolde zappen, gelyk wy hier boven in 't Kapittel van Lingoo gezegt hebben. Zo ſchryft Monſr. Herbertus de Jager ook in zeker brief aan my, dat uit den boom van het Caliatoer-hout, waar van hy zyn root-Sandel haalt, gelyk boven lib. 2. te zien is, mede een Draaken-bloet getrokken werde, doch dewyl deze en andere roode zappen van het in gebruik zynde Draaken-bloet, dat wy hier in Indiën hebben, te veel verſchillen, zo acht ik het niet raadzaam dezelve bree-

quum alienus sum ab illo more, quo diversas penitus res colore & sapore quodammodo convenientes sub idem redigant genus, eandemque inponant denominationem, quæ proxima est via, qua omnia confunduntur, quæque contraria est Philosophorum normæ & proverbio, *qui bene* nempe *distinguit*, *bene docet*.

Hæc sunt quæ, lectoribus si grata, commentari volebam de *Sanguine Draconis*, cujus ansam mihi præbuerunt illa, quæ supra commemoravi, quasdam nempe hic in Amboina reperiri plantas seu arbores, quæ cum *Arbore Draconis* quandam habent convenientiam, quales nempe infra *libr.* 6. *cap.* 40. nomine *Terminalis.* & *libr.* 7. *cap.* 50. *Palmyunci* titulo occurrunt & describuntur.

OBSERVATIO.

Variis ex plantis & arboribus *Sanguinem Draconis* colligi, ex *Rumphii* adnotatis constat, qui autem ex arundinis specie præparatur, est illa, quæ Arundo farcta Indica officin. a *Samuele Dale Pharmac.* in 4to. *pag.* 29. vocatur, & est Arundo farcta Indiæ Orientalis Sanguinem Draconis fundens *Moris. hist. Oxon. tom.* 3. *p.* 220. & *Ray. hist. tom.* 3. *p.* 615. de qua inveni adnotata, quod modus rubram hanc materiam colligendi sit, si fructus in aqua calida macerentur, donec materia illa rubra in fundo vasis subsideat, unde aqua vel evaporata vel effusa concretus ex fundo vasis colligitur seu condensatus succus, ex quo vernix componitur, qua cistæ & pixides obduci a Sinensibus solent.

Dein Palma foliis & caudice undique spinis longis acutis nigris armata D. *Scherard*. *Dsjerenang* dicta, i. e. Sanguis Draconis, ex fructibus Palmæ coniferæ spinosæ elicitus *Kemph. Amœnitat. exot. p.* 552. estque Palma Sanguinem Draconis fundens altera *S. Dale Pharmacol.* 4*to. p.* 297. ubi ex tribus inprimis Palmæ hujus speciebus succum colligi scribit, quæ a *Pomet. in histor. simplicium* etiam recensentur.

Est & alia Sanguinem Draconis fundens Palma a *J. Commel. in Hort. Amst. part.* 1. *p.* 261. proposita & descripta, quæ Arbor Draconis a *Sam. Dale p.* 297. vocatur, & cum citatis auctoribus ac usu medico ulterius ibi proponitur, ubi reliqua videnda.

Arundo ipsa, ex qua juxta *Rumphium* hic *Sanguis Draconis* colligitur, in *Valent. Amboinæ descript. pag.* 218 occurrit, & in Tabula sub *No.* XLIX exhibetur. De *Sanguine Draconis* ejusque speciebus, ut & de factitio vide *Valent. Histor. Simpl. reform.* a *pag.* 265 ad *pag.* 269 & *Epist.* 2. *pag.* 385. & *ibidem pag.* 609 & *seq. Joh. Ochsii* dissertationem de *Sanguine Draconis.* & *Ray Append. tom* 3. *pag.* 65.

LACTARIA SALUBRIS: seu UPAS LACKI LACKI in *Rumphii Appendice* sequenti describitur modo, quam in antecedentis locum substitui vult *Rumphius*, unde eam hic subjungimus.

Cum supra descripta *Arbore Lactaria* hæc arbor tantam habet similitudinem, ut plurimi harum regionum incolæ hanc cum illa pro una eademque habeant, ac eo magis, quum raro hæc occurrat. Vulgarem volui inflectere viam, vocavique illam *Lactariam salubrem*, quæ primum mihi innotuit per Corre Corre iter anno 1693. Formam habet *Arboris Lactariæ* seu *Mangæ Bravæ*, quum truncum gerat brevem & crassum, glabro obductum cortice, ex viridi & cinereo variegato.

Folia bina sibi invicem opposita, in ramorum vero extremo quatuor simul locantur, suntque similia illis Bintangor, sed paulo latiora, crassiora, & rugosiora, septem, octo, & decem pollices longa, binos transversales digitos lata, superius subrotunda, & parum bifida, subtus gerunt plurimas subtiles costas, sed non ita adunatas ac in Bintangor foliis, quarum inferiores parallelæ sunt, superiores vero sinuosæ decurrunt, omnesque terminantur in oras sinuosas. Folium ipsum parum inflexum est instar scutellæ vel cymbæ, superius gibbosum & glabrum.

Flores

breeder te beschryven, te meer terwyl ik een afkeer heb van die manier, dat men verscheide dingen, die in coleur en smaak malkander zo wat gelyken, onder een geslagt en benaming zal brengen, en strydig tegens den regel der Philosophen, namentlyk die wel onderscheidt, die wel leert.

Dit is het gene, dat den Leezer zal gelieven voor lief te nemen, het welk ik van Sanguis Draconis *berigten kan, zynde my aanleiding gegeeven iets daar van te melden, om dat ik, als boven gezegt, eenige planten hier in Amboina gevonden hebbe, die met de* Draaken-boom *eenige overeenkomst hebben, en hier na* lib. 6. cap. 40. *beschreeven werden onder den* Titul *van* Torminalis *en* lib. 7. cap. 50. *van* Palmyuncus.

AANMERKING.

Dat uit verscheide gewassen en boomen het *Draaken-bloet* vergadert werd, blykt uit de aantekeningen van *Rumphius*, dog dewelke uit een zoort van riet vergadert werd, is dat zoort, het welk de *Arundo Farcta Indica* genaamt werd van *Sam. Dale* in zyn *Pharmac.* in 4*to. pag.* 29. en is de Arundo Farcta Indica Orientalis Sanguinem Draconis fundens van *Moris* in zyn *Histor. Oxon. tom.* 3. *p.* 220. en van *Ray* in zyn *Histor. tom.* 3. *p.* 615. , waar van ik aangetekent vind, dat de manier om dit roode zap te vergaderen is, datze de vrugte in warm water laten weken, tot dat de roode stof, daar van op de bodem van het vat valt, waar van dan het water afgegoten ofte uitgewasemt zynde, het zelve vergadert werd op de bodem van het vat, en van deszelfs gestolde zap een vernis gemaakt werd, waar mede de doozen en kasten gevernist werden van de Sineezen.

Ten tweede de *Palm*-boom met bladen, en zyn stam over al steekende van *Scherard*, die *Dsjerenang* genaamt werd, dat is, Draken-bloet, komt ook uit de vruchten van een doornachtige Palm-boom by *Kæmph.* in zyn *Amœnit. exotic. p.* 552. beschreeven, en is de tweede Palm-boom, die Drake-bloet geeft, van *Dale* in zyn *Pharmac. p.* 297. alwaar hy zegt dat uit drie zoorten van de Palm-boom zo een vrugt vergadert werd, dewelke van *Pomet* in zyn *Histor.* de *Drogues* ook vermeldt werden.

Daar is nog een andere Palm-boom Drakenbloet gevende van *Joh. Commel.* in het eerste deel van de *Amsterd. Thuinp.* 261. beschreeven, die Draken-boom van *Sam. Dale* genaamt werd, op *pag.* 297, en met de aangehaalde Schryvers, en deszelfs gebruik verders voorgestelt werd, alwaar het overige nagezien kan werden.

Het riet, waar uit volgens *Rumphius* het Draakebloet vergadert werd, komt mede by *Valent.* onder de naam van *Draken-bloeds Rottang* op *pag.* 218. en werd in de plaat *No.* XLIX. verbeeldt. Over het Draken-bloet en deszelfs zoorte, als mede het nagemaakte, zie verders *Valent.* in zyn *Histor. Simpl. reform.* van *pag.* 265. tot *pag.* 269. en de tweede brief *pag.* 385. en aldaar de dissertatie over het *Daake-bloet* van *Joh. Ochsii* op *pag.* 609, en de volgende. Zie mede de *Appendix* van *Ray* in het derde deel op *pag.* 65.

In de Appendix *van* Rumphius *werd de* Lactaria Salubris *ofte de* Upas Lacki Lacki *op de volgende wyze beschreeven, welke* Rumphius *in plaats van het voorgaande hier gestelt wil hebben, en wy daarom hier byvoegen.*

Met de bovenstaande Arbor Lactaria *heeft deze boom zulke gelykenisse, dat hem veele Inlanders voor een en dezelfste aanzien, te meer alzo hy weinig te vinden is. Ik heb de gemeene sleur willen volgen, en hem genoemt* Lactaria Salubris, *zynde eerst tot myne kennisse gekomen door de Corre Corre togt in 't jaar* 1693. *hy is van gedaante als* Arbor Lactaria, *of* Manga Brava, *te weten kort en dik van stam, met effene schorsse, mede wat wit en groen geplekt.*

De bladeren staan twee en twee tegens malkander, dog aan 't uiterste der ryskens vier by malkander, en gelyken die van Bintangor, doch wat breeder, dikker, en styver, 7. 8. *en* 10. *duimen lank,* 5. *dwers vingers breed, voor rond, of een weinig gekloven, van onderen hebbenze veel subtile ribben, zo digt niet als aan 't Bintangor bladt, waar van de achterste evenwydig, doch de voorste wat bochtig lopen, en eindigen allegaar in een zoom langs de kanten: Het blad is wat neerwaarts gebogen als een schoteltje of schuitje, boven buikig en glad.*

Het

Flores proveniunt in racemo ramoſo, uti in *Manga Brava*, hujus autem flores magis ad Jasminum accedunt, in longo enim pedunculo quinque locantur alba & extenſa petala retroflexa, in medio concava, flaccida, ingrati odoris, hæc vero inſident caliculo tripetalo. In quovis autem racemo quatuor vel quinque tantum fructus ad maturitatem perveniunt, formam habentes *Condondong*, vel inſtar illorum *Mangæ Bravæ*; geminique plerumque arcte ſibi adcumbunt, brevibus ac vix dignoſcendis inſidentes pedunculis, qui non in centro, ſed oblique fructus perforant, qui ſuperius duro & obtuſo apice conſtant. Externe viridis ſunt coloris, ac maturi flaveſcunt inſtar Mangæ, qui rugoſi tandem ſunt ex ruffo nigricantes. Sub exteriore pellicula craſſa & rugoſa locatur gluma, quæ per longitudinem in craſſa duci poteſt filamenta, inſtar fructus Mangæ Bravæ. Quisque vero fructus per medium ſulcatus eſt, ſed nec vi ſeparari poteſt, ſed cultro *Parrangh* dicto findendus eſt. Intus bina oſſicula plana ſibi adcumbunt bilinguia fere, quæ inferius excavata ſunt, ubi pedunculo fuere nexa, hæc oſſicula ex dura, fuſca, & tenui quaſi pelle conſtant, in qua planus reconditur nucleus, corneus quaſi & lentus inſtar corii, qui ſaporem habet Nucum avellanarum, in binis cellulis, quæ ab utraque parte linguæ iſti adcumbunt, nil invenitur niſi iſta craſſa fila: Ex omni trunci & ramorum parte, ubi inciduntur, vel folium abrumpitur, immo ex ipſo ejus nervo medio exſtillat lac aliquod albicans tenax, viſcoſumque, quod mox exſiccatur.

Dicitur, aliis in locis truncos fuiſſe obſervatos, quos bini vix viri amplecti poterant, inque fructibus quibusdam ſæpe unus tantum invenitur nucleus, ac unica tantum deſcripta lingua.

Radix eſt medicamentum, quod ex hac deſideratur arbore, quæ externe obſcure flaveſcit, multisque fibrillis conſtat, intus vero pallide flaveſcentis eſt coloris, & lignoſa, ita ut haud male referat illam Anticholericæ ſeu *Upas Bidji*. Hæc ſi recens fuerit, adeo dura eſt, ut ſecures majoresque cultri ſeu Parrangh hebeſcant, ſi cædatur, in ramenta tamen facile diſſilit inſtar vitri. Ejus ſapor omnino convenit cum *Anticholerica*, quæ amaritiem habet fabaceam, ſed non ita amara eſt ac *Rex Amaroris*.

Nomen. Latine *Lactaria Salubris*, quum videam omnes incolas hanc habere pro ſpecie Arboris Lactariæ ſeu Mangæ Bravæ, eam vero ſalubrem cognominavi, ut eam defenderem & liberarem a noxiis qualitatibus, quas Lactaria vera poſſidet. Cæterum Malaice vocatur *Upas Lacki Lacki*, quum tamquam mas habetur illius, quæ *Rex Amaroris* vocatur, diſtinguitur vero ab alia *Upas Lacki Lacki* ſpecie, quæ poſtea deſcribetur nomine *Lani*. In Leytimora vocatur *Wabbo-Meyt*, eo quod nullibi niſi in litore creſcat, quum *Wabbo*, ſeu *Manga Brava* in media quoque creſcat regione, Alangenſes vero ipſam vocant *Lou Lite*, h. e. folium æmulans *Lite* ſeu *Poete*. Hoeamohelenſes illam nominant *Nantabule*.

Locus. Primum hæc arbor, uti dictum fuit, inventa eſt anno 1693. in Ceramæ plaga Zephyrea circa pagum *Tamilau*, ac dein ulteriore indagine reperta quoque fuit in Leytimoræ litore Zephyreo *Alang*, & *Toeleboe Boero* & *Manipa*, ſed ubique rara ac hinc inde unica tantum arbor in ſolo litoreo penitus arenoſo, & aliquando etiam prope ſcopulos. Tam diu ignota fuit, quia vix a Manga Brava quoad folia & fructus dignoſci potuit.

Uſus. Contra eosdem inprimis adhibetur affectus, ad quos *Anticholerica* uſurpatur, contra abdominis nempe tormina & dolores, ut & contra noxios piſces & cancros, ſi comeſti fuerint, unde & ejus radices in itineribus marinis ſecum convehunt.

Hoeamohelenſes, qui expertiſſimam hujus arboris virtutum notitiam habere cenſentur, illam adhibent primo contra convulſiones & Epilepſiam, qui interiora fructus foliola in uſum vocant cum pauca radicis quantitate contrita, ac guttatim illam ori infundunt, craſſamque ejus partem nuchæ illiniunt. Secundo contra *Roſton*, ſeu naſi cancrum, recipe hunc in finem fructus nucleum, cum aqua contere, ejusque tenuiſſimam partem naſo infunde, craſſiorem vero externe ipſi illine. Tertio contra *Upas* ſeu Pleuritidem, contere nucleum vel radi-

Het bloeizel komt voort aan een getakte tros, mede gelyk aan Manga Brava, *doch deze bloemen gelyken meer na de Jaſmynen, want op een langhalzig ſteeltje ſtaan 5. witte uitgebreide blaadjes achterwaarts gebogen, in de midden hol, ſlap, en onlieffelyk van reuk, op een voetje van 3. ſpitzen gemaakt: Aan ieder tros komen maar 4. a 5. vruchten, tot perfectie van gedaante als* Condondong, *of als die van* Manga Brava, *en zitten gemeenlyk twee digt tegen malkander aan korte en pas kennelyke ſteeltjes, dewelke niet regt achter, maar wat ter zyden ingelaten werden, van vooren met een harde ſtompe ſpits. Zy zyn van buiten groen, en in de rypheid geel, als Manga, de rype werden vol rimpelen, uit den roſſen en ſwarten gemengt. Onder het buitenſte velleken leid een grofdradige en grove bolſter, die zig langs heenen in grove draden laat ſplyten, even eens gelyk de vrucht van Manga Brava. Ieder vrucht heeft in de midden een klove, dog laat zig met geen gewelt van malkander trekken, maar moet met een* Parrangh *van malkaar gekapt werden. Van binnen vind men twee platte korrels tegens malkander liggen, als twee tongen, achter met een uitgeſnede hoek, alwaarze tegens een knoeſtje van den ſteel aangezeten hebben, deze tongen zyn van een harde, bruine, doch dunne huit gemaakt, daar in vind men een platte heeſt, hoornverwig, taai als leder, van ſmaak als Hazel-nooten, in de twee bolligheden, die ter wederzyde tegens de tonge aanleggen, vind men niets dan de voornoemde grove draden: Over al daar men in den ſtam of takken kapt, of een blad afbreekt, ja zelfs uit de gequetſte middel-zenuwe loopt een witte melk uit, zeer kleverig en ſtram, en droogt dadelyk op.*

Men zegt dat op andere plaatzen den ſtam gezien is van twee vadem omvattens, en in zommige vruchten vind men ook maar een heeſt, en een tong.

De wortel is het Medicynale, dat men van dezen boom neemt, van buiten donker-geel, en met veele vezeltjes behangen, binnen met een bleek-geel hout, zo datze niet qualyk gelyken die van Anticholerica of Upas Bidji. *De verſche is zo hard in 't kappen, datze bylen en Parrangh ſtomp maken, echter breekt zy zo kort af als glas. Den ſmaak komt ten eenemaal overeen met* Anticholerica, *te weten, met een boonachtige bitterheid, doch verre zo bitter niet, als den* Rex Amaroris.


Naam. *In 't Latyn* Lactaria Salubris, *dewyl ik doch zie dat meeſt alle de Inlanders hem houden voor een Arbor Lactaria of Manga Brava, heb ik hem doch gezont of medicynaal bygenaamt, om hem te bevryden van de quade eigenſchappen, dewelke den melk-boom heeft. Anders noemt men hem in 't Maleyts* Upas Lacki Lacki, *dewyl hy voor het Manneken van* Rex Amaroris *gehouden werd; doch onderſcheid hem van een ander Upas Lacki Lacki, hier na te beſchryven onder den naam van* Lani. *Op Leytimor noemenze hem* Wabbo Meyt, *dewyl hy nergens dan op ſtrand valt, daar de* Wabbo *of* Manga Brava *ook wel landwaarts in groeit. Doch die van* Alang *noemen hem* Lou Lite, *dat is, een blad dat naar* Lite *of* Poete *gelykt. Die van Hoeamohel noemen hem* Nantahule.

Plaats. *Hy is, als gezegt, eerſtmaal gevonden in 't jaar* 1623. *op Cerams Zuid-zyde, omtrent de Negory* Tamilau, *en hy nader onderzoek is hy mede gevonden op Leytimors Zuider-ſtrand,* Alang, *en* Toëlehoe Boero, *en* Manipa, *doch overal weinig, en hier en daar een eenigen boom op een pure Zant-ſtrant, en zomtyds ook by klippen. Hy is zo lang onbekent gebleven, dewyl men hem van de Manga Brava in bladeren en vruchten qualyk onderſcheiden kan.*

Gebruik. *Hy werd meeſt gebruikt tegens dezelfſte gebreeken als* Anticholerica, *te weeten, buik-pyn, krimpen, en zo zig iemant qualyk gevoelt van ſchadelyke viſſchen en Crabben, daarom zy deze wortelen op Zeereizen by zig voeren.*

Die van Hoeamohel *dewelke men meent de beſte kenniſſe van dezen boom te hebben, gebruiken hem* 1. *tegens de ſtuipen en vallende ziekte, neemende de binnenſte blaadjes van de vrucht, met een weinig gevrevene wortel, gieten zulks met droppen in den mond, en ſmeeren het dikke achter in den nek.* 2. *Tegens het* Roſton *of Cancer der neus: Neemt de kern van de vrucht, vryftze met water, het dunſte doet in de neus, het dikſte ſmeert boven op.* 3. *Tegens het* Upas: *vryft de kern of de wortel, ſmeert het op de borſt, geeft het ook te drinken met*

een





Cerbera salutaris. Bl.

radicem, illine hanc pectori, simulque interne propinandam exhibe cum pauxillo *Allea Pady*. Quarto contra *Loessoe* seu lumbaginem, contra colicam, & pectoris lancinationem radicem sume & nucleum cum Allea Pady, uti supra, dolentesque inunge artus seu partes. Quinto contra febres ardentes contere sine Allea, atque per binos propina dies, ac dein externe corpus hac illine.

Tabula Octogesima Quarta

Ramum exhibet *Lactaria Salubris*, quæ *Upas Lacki Lacki* incolis vocatur.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Arbor Regis. Caju Radja.

Licet non sit arbor lactescens, locare hic tamen eam volui, quum loco cordis seu medullæ animalculum gerat vivum, quod hominis cutim tangens, acutiorem ipsi adfert dolorem, quam omnium præcedentium arborum succi.

Non admodum crassum gerit truncum, sed satis altum, rectum, & æqualem, in paucos crassiores terminantem ramos. Folia accedunt ad illa *Daun Baroe*, suntque cordiformia, sed multo majora, nec sulcata, ex rotundo acuminata, integra, ultra pedem longa, & paulo minus lata, pallida, nec elegantem viridem colorem præbentia, ad tactum lanuginosa parum. Quodvis vero folium longo firmoque insidet petiolo, qui ab inferiore ipsi supponitur parte, unde & peltatum est folium, ab illius autem inplantatione decem undique per folium decurrunt nervi, & prope folii ortum in petiolo isto binæ virides excrescunt verrucæ.

Flores in racemis proveniunt magnis, extensis, irregularibus, albi, muscosi, arcte sibi juncti, similes floribus *Folii ardentis*, ac plurimi decidunt, nullum relinquentes fructum, uti & raro hujus arboris flores observantur.

Fructus ex longo ac plerumque nudo dependent petiolo, qui in summo in alios breves & minimos dividitur incurvos pedunculos, quibus baccæ insident Cerasis nigris similes, sed minores, & umbilicati, molles, albicantes, & parum rugosi, continentes bina ternave officula, cannabis semini similia, intus plerumque excavata.

Truncus, omnesque crassi rami nullo constant corde, sed excavati sunt, ejusque loco referti sunt plurimis magnis & nigricantibus formicis, quæ in una alterave parte truncum perforant, & fenestras quasi formant, perambulantes illum usque ad ramorum extremum tanquam murum concavum, ita ut hæc arbor solo ex cortice suum hauriat nutrimentum, tenuiores vero rami medullam gerunt, qualem Sambucus habet.

Si quidam amputetur ramus, formicæ hæ magna vi ac celeritate excurrunt, mox circumstantes invadentes homines ac mordentes tanto inpetu, ut periculosum valde sit huic accedere arbori, immo totum circa hanc solum mordentibus hisce animalibus repletur, quæ adpropinquantium etiam pedes infestant. Observavi autem Indos non ita horum morsus persentire per duram ipsorum cutim, ac nos, unde & intrepide ad illam accedunt arborem.

Arboris cortex externe cinereus est, glaber, succosus, si incidatur, in ruffum tendens colorem, si fit siccus. Lignum longitudinalibus constat fibris, adeoque leve est, ac quælibet etiam *Gabba Gabba*, est autem flexile, nec facile frangitur, quamdiu siccum fit.

In silvis mox detegi potest, ubinam hæc locata sit arbor, quum ejus locus semper magis sit apertus aeri, nullas enim circa sese ad quarundam ulnarum distantiam admittit arbores, vel sub ipsa quasdam plantas, unde & nomen suum sortita est, quum monarchali quasi auctoritate solum sibi vindicet locum, cæterum nullam præ se fert hæc arbor elegantiam vel regiam majestatem. Unde & summi numinis sapientia, quæ in omnibus naturæ opificiis excellit, iterum laudanda venit,

een weinig Allea Pady. 4. *Tegens* Loessoe *of pyn in de lenden, tegens het colyk, en zyde-steeken, gebruikt wortel en kern met Allea Pady, gelyk boven, en smeert het op de pynelyke leeden.* 5. *Tegens heete koortzen, vryft het zonder Allea, geeft het eerst twee dagen te drinken, en smeert het daar na van buiten op het lyf.*

De vier-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak, van de *Lactaria Salubris*, die de *Upas Lacki Lacki* van de Inlanders genaamt werd.

XLIII. HOOFTSTUK.

Konings-Boom.

Dit is wel geen melk-boom, echter heb ik hem hier stellen willen, om dat hy in plaats van het hert een levend gedierte heeft, 't welk op de huid komende, iemand snooder pynigt, als alle de voorgaande melk-boomen.

Hy is niet zeer dik van stam, echter redelyk hoog, regt, en effen, in weinige dikke takken verdeelt: De bladeren gelyken wat na die van Daun Baroe, *of na een hert, doch veel grooter, zonder kloove, uit den ronden toegespitst, aan de kanten ongezaagt, een voet lank, of meer; en wat minder breed, bleek, of lelyk groen, en in 't aantasten wat wollig: Ieder blad staat op een lange styve steel, die van onderen daar aan gezet is, en van waar zig tien zenuwen rondom door het blad verspreiden, en by den oorspronk van het blad aan den steel ziet men twee groene vratten.*

Het bloeizel komt voort aan uitgebreide en ongeschikte trossen, wit, mosachtig, en digt by malkander gedrongen, gelykende het bloeizel van Folium ardens, *en valt meest zonder vruchten af, gelyk men den boom ook zelden bloeyen ziet.*

De vruchten hangen aan een langen, meest blooten steel, die zig aan 't opperste in andere weinige en kromme steeltjes verdeelt, daar aan staan bezien de krieken gelyk, dog kleinder, met een navel boven op week, witachtig, en wat gerimpelt, begrypende van binnen drie a vier korls, het Kennip-zaad gelyk, van binnen meest hol.

Den stam, en al de dikke takken hebben geen hert, maar zyn hol, en in plaats van dat krielenze van groote en swarte mieren, die hier of daar den stam doorbooren, en venstertjes maken, doorwandelende dezelve tot de uiterste takken toe, als een holle muur, zo dat dezen boom alleen door de schorsse leeft, maar de dunne takken hebben een hert, als vlier.

Als men nu eenige takken afkapt, loopen deze mieren met groot geweld en raddigheid daar uit, straks de bystaande perzoonen aanvallende, en bytende, met zodanigen magt, daarom 't zeer zorgelyk by dezen boom te gaan is, zynde ook den grond met deze grimmige diertjes bezet, die de aannaderende straks aan de voeten komen: Hoewel ik gemerkt hebbe, dat de Indianen met hare harde vellen deze beeten zo zeer niet gevoelen, als wy, en daarom onbeschroomder daar bygaan.

De schorsse is van buiten ligt-graauw, effen, zappig, als men daar insnyd, ros bestervende. Het hout is lankdradig, en zo ligt, als eenige Gabba Gabba *zyn mag, doch buigzaam, en niet ligt brekende, zo lang het van vogtigheid bevryd is.*

Men kan in de Bosschen datelyk merken, waar dezen boom staat, zynde de plaats daar omtrent altyd ligter, want hy lyd op eenige vademen na, nog nevens, nog onder hem, eenig ander groot geboomte, ja qualyk eenige kleine ruigten, die hem nog al niet aan 't lyf durven raken, en hier van heeft hy den naam gekreegen, om dat hy met een monarchale authoriteit een plaats op zig zelfs alleen wil houden, zynde anders niets moois, nog Koninglyks, aan den geheelen boom: Waar uit al wederom des

venit, quique plerumque cunctis noxiis arboribus characterem quendam innuit, quo e longinquo dignosci possunt, sive separato ac remoto illarum loco, sive irregulari forma, odore, vel similibus.

Anni tempus. Flores profert sub finem siccorum mensium, fructus vero mense Majo: Occurrit tam in litore inter leves ac humiles silvas, quam in montibus & altioribus silvis, in quibus inter densas arbores vacuus quidam locus subito sese offert, uti inter alia elegantissime conspici potest in magna & publica via, quæ per silvosos Hitoës montes decurrit.

Nomen. Latine *Arbor Regis.* Malaice *Caju Radja* & *Caju Sommot*, h. e. formicarum lignum: Amboinice *Aylatu.* In Boero *Aymiri* & *Amiri.* Ternata *Asso* & *Bisi-Masalla.*

Locus. In Amboinensibss & Moluccis crescit insulis, sed non magna copia, an in aliis quoque reperiatur locis, nondum cognovi, *Caju* enim *Radja* quibusdam Maleyensibus & Macassarensibus est *Cassia Fistula.*

Usus. Juniorum truncorum lignum, qui non ultra pedem crassi sunt, multum adhibetur loco suberis pro machinis supernatantibus, quæ retibus piscariis alligantur, quæ Maleyensibus *Plompen* dicuntur, quum ligna hæc natura sunt perforata & levia. Quidam parvos quoque ex hisce truncis formant malos pro minoribus navigiis *Orangbaeyen* dictis, similibusque, quum sint leves atque solidi, superiore autem parte obtegendi sunt hi mali, ne per pluvias deciduas corrumpantur vel putrescant. Si Amboinenses ad hanc accedere velint arborem, omnes circumstantes demetunt herbas, dein sicca quædam huic adjacent arbori folia, quæ accendunt ad formicas fugandas. Arbore hac alacriter cæsa flamma urgenda est, donec cunctæ fere formicæ fuerint in fugam projectæ, & ex concava hac arbore propulsæ: Indi autem, uti dictum fuit, non adeo sensitivam cutim habentes hoc omittunt plerumque.

Periculosa & nociva hæc arbor in re tamen Medica multum habet usum, ejus enim cortex minori dosi contritus & cum aqua propinatus, seu ejus decoctum assumptum intestina expurgat per inferiora a plurimis aquosis & corruptis humoribus: Ejus folia calefacta & abdomini alligata lienem induratum, *Tebatu* dictum, emolliunt, ejusque tumorem resolvunt, si ejus nempe decoctum interne simul usurpetur.

Anno 1667 quum grave gereremus bellum contra Macassarenses, quædam Macassarensis femina capta Domino suo Manipæ præfecto tanquam magnum arcanum, hujus arboris vires detexit, & laudavit contra horribile Macassarensium venenum, quod ex Toxicaria extrahunt arbore, quo tela sua inbuunt, hic autem Indorum dux strenuus ac fortis miles hujus virtutes exploravit, & comprobatas mecum communicavit. Hujus nempe arboris tenues eliguntur radices, quarum frustum quoddam, qui vulneratus est, manducat, hujus autem dimidia pars deglutienda est, altera vero vulneri inponenda, ut venenum extrahat. Undenam vero Macassarensis ista femina hoc cognoverit, nescio, quum plurimis Macassarensibus hæc arbor sit ignota, verum tamen esse potest, hanc arborem in uno alterove istius regionis loco inveniri, sed tamen parce ibi crescere constat. Eadem quoque femina addebat, Macassarensium milites ad bellum profecturos radicem hanc in cingulis suis gestare, quæ etiam valet contra omne venenorum genus, quod cum Pinanga alicui exhibetur; Corticis rasura in suo vel Musæ folio parum calefacta, atque hac dorsum fricatum dolentes pellit lancinationes ex spuria forte Pleuritide ortas.

Juniora ejus folia in olus cocta, cumque succo comesta binas ternasve caussat alvi dejectiones.

Ejus lignum, quod instar *Gabbæ Gabbæ* leve est, cum anatica *Coyoe Tsjina* quantitate aquæ incoquitur & propinatur, ad omnes malignas exulcerationes curandas. Decoctum hoc cunctos malignos & corruptos e corpore expellit humores, tumidosque ac induratos emollit ventres, non autem purgat.

Viridis ejus cortex sursum rasus, & cum Sideroxyli feminæ cortice & manipulo Cadjang aquæ incoctus pro fomento inservit œdematosis pedibus, quos curat, ut

des Scheppers wysheid in de natuure haar betoonende, te pryzen is, dewelke gemeenelyk aan alle schadelyke boomen een merkteeken gezet heeft, dat menze van verre kan kennen, het zy aan hare afgezonderde plaats, vreemde fatzoen, reuk, of diergelyken.

Saysoen. *Hy bloeid in 't laatste van de drooge mouson, en de vruchten vind men in May. Men heeft hem zo wel op strand, onder het laage en lugtige kreupel-Bosch, als in 't gebergte, en hooge Bosschagie, daar men schielyk onder het digte geboomte een ligten plek zal vinden, gelyk men onder andere zeer raar zien kan langs de groote landweg, die over het boschachtige gebergte van Hietoe gaat.*

Naam. *In 't Latyn* Arbor Regis. *In 't Maleyts* Caju Radja *en* Caju Sommot, *dat is mieren-hout. Op Amboins* Aylatu. *Op Boero* Aymiri *en* Amiri. *Op Ternaats* Asso *en* Bisi-masalla.

Plaats. *Hy valt in de Amboinsche en Moluxe Eilanden, en dat in geen groot getal, of hy op andere plaatzen mede valle, heb ik nog niet ervaren, want* Caju Radja *is by de Macassaren en zommige Maleyers de* Cassia Fistula.

Gebruik. *Het hout van de jonge stammen, die niet boven een been dik zyn, word veel gebruikt om dryfboutjes of korken daar van te maken, die men aan de bovenkanten van de netten bind. By de Maleyers Plompen genaamt, om datze houten van natuure doorboort, en ligt zyn. Zommige maken ook kleine masten van deze stammen tot* Orangbayen, *en diergelyke kleine vaartuigen, om datze ligt en styf zyn, maar men moetze boven met iets bedekken, en voor 't inwateren bewaren. Als de Amboineezen by dezen boom willen gaan, zo kappenze eerst ter loop alle daar omstaande ruigten wat af, daar na leggenze droog Atap om den boom, en steeken dat in den brand, om de mieren eenigzints te verjagen. Den boom met een vaardigheid omgekapt zynde, moet men nog al vuur stooken, tot dat de meeste mieren uit den hollen boom vertrokken zyn. Doch de Indianen, als gezegt, aan hare huit zo gevoelig niet zynde, laten dit meest onderwegen.*


Dit snood gewasch heeft evenwel in de Medicyne wederom veel gebruik, want de schorsse in kleine quantiteit gevreeven, en met water gedronken, ofte het afkookzel daar van gebruikt, zuivert de Ingewanden van onderen van veele waterachtige en bedorve humeuren: De bladeren wat warm gemaakt, en op den buik gebonden, doen de geswollen milt slenken, en het geswel vergaan, te weten, als men het voorschreeve afkookzel van binnen mede gebruikt.

Anno 1667. *Doen wy den swaren Oorlog tegens de Macassaren voerden, heeft zeeker Macassaarze gevangene vrouw aan haren meester den Capitein Jonker van Manipa, voor een groot geheim de kragten dezes booms aangewezen, tegens het schrikkelyke Macassaarze spatten-gift, welken Indiaanschen Capitein, zynde een stout Krygsman, en verklarende, dat hy zulks geprobeert hadde, my 't zelve gecommuniceert heeft: Namentlyk, men neemt de dunne wortelen dezes booms, en laat den gespatten daar van een stukje in de mond kauwen, waar van hy de helft moet inswelgen, en de rest op de quetsuure leggen, om het fenyn uittetrekken. Waar van nu de voornoemde Macassaarze vrouw dit heeft, kan ik niet weten, vermits by de meeste Macassaaren dezen boom onbekent is, hoewel het echter wel zyn kan, dat hy hier of daar op haar land, hoewel weinig gevonden werde. Immers dezelfde vrouw dede daar nog by, dat de Macassaarze Soldaten ten oorlog gaande, deze wortel by hun in hare gordels dragen, en dat dezelfste wortelen ook dienden tegens alle vergevingen, die men iemant in den Pinang aandoet. De geschraapte schorsse in haar eigen, of een Pissang blad een weinig warm gemaakt, en den rugge daar mede gevreeven, verdeelt de pynelyke steeken, misschien van het bastaart pleuris komende.*

De jonge bladeren gekookt, als een warmoes, en met haar eigen zap gegeeten, maakt twee of drie zagte kamergangen.

Het hout, 't welk zo ligt is als een Gabba Gabba, *werd met gelyk gewigt* Cajoe Tsjina *in water gekookt, en gedronken, om alderhande quade en pokkige ulceratien te geneezen. Het verdryft alle quaadaardige en bedorve vogtigheid uit het lyf, en geneest de hard geswollene buiken, doch purgeert niet.*

Geen Mensch derft hem genaken, zonder hooft, armen, en beenen met doeken bewonden te hebben, of hy werd gewaar een swaar tintelen in de leeden, datze daar van styf, en zonder gevoelen werden. De drop van de bladeren iemant op 't lyf rakende, doet het zelve opswellen, men moet ook onder den boom niet staan, met ongedekten hoofde, of de hairen vallen uit; zo dat de doot by dezen boom zyn tente schynt opgeslagen te hebben.

Alleen woond daar onder een geboornde slang, kakelende als een hoen, of zo andere willen, kraayende als een haan, en by nagt met vuurige oogen, op Macassar Ular Balu *genaamt, dewelke ook zomtyds by de Negoryen komt, daar menze aan haar kakelen gewaar werd. Andere* Celebische *Inwoonders beschryven my de gedaante van deze slang*

qui ſub Toxicaria habitat arbore, inſtar Baſiliſci, quod nempe ſit animalculum, binis inſiſtens in anteriore corporis parte curtis pedibus, unde & erecto procedit capite, in quo criſtam vel cornu gerit, halitu ſuo homines & aves tanquam veneno inficiens, unde & e longinquo telis occiditur. Rex Lubo ſeu Tolubo, (quæ eſt regio ſita in boreali Celebes ora ad ſinum magnum Auſtralem) lapidem ſeu Meſticam primi deſcripti anguis glocientis habuit, quæ rubra erat & quaſi ignea; alterius animalis ſeu Baſiliſci unicam habeo inſtar duplicis libellæ, ſupra ſemi ſphæricæ figuræ, infra planam inſtar globuli diſſecti, coloris criſtallini opaci, quæ ab uno latere maculam gerebat albicantem, & in alio loco a me deſcripta eſt nomine *Dracontias.*

Nomen. Arbor nobis latine dicitur *Arbor Toxicaria.* Belgice *Macaſſerſe Gift-boom* ſeu *Spatten-boom.* Malaice *Caju Upas:* Succus ejus venenoſus *Toxicum Macaſſarenſe.* Belgice *Spatten-gift.* Malaice *Upas.* Macaſſarice, & per totam Celebem *Ipo*, quo nomine & arborem denotant. Prima illa ruffa veneni ſpecies, quæ ex femina colligitur, cognominatur a Macaſſarenſibus *Pacanre Sama Jang*, & Malaice *Maccan Cawul*, h. e. ede vel ſerva fidem, dum minores habet vires, & ex ejus toxico quis curabilis ſit, ſi ſervet fidem, quod plerumque in eo conſiſtit, quod curatus epulas exhibeat, altera ſeu pernicioſiſſima maris ſpecies Malaice dicitur *Upas Radja*, in Macaſſara *Lupo Matta Joe*, ſeu Malaice *Djato Matti*, quum hoc veneno infectus & vulneratus mox procumbat & moriatur: Secundum hoc toxicum durius ſemper eſt ac nigrius primo, fere inſtar picis, ſed per ignis calorem liqueſcit. Utraque innoxie tractari poſſunt, nec damnum adferunt, ſi vivum modo non tangant ſanguinem, immo Celebes incolæ ingerere audent hoc pro remedio interno, uti poſtea indicabitur.

Tela, quæ hoc inficiuntur veneno, Malaice *Sompit* dicta, bacelli ſunt tenues ultra pedem longi, immo ſæpe ſeſquipedales, ex tenui ligno ſeu arundine confecti, culmi craſſitie, recti, & firmi, in horum extremo lata ac denticulata ſuperficies ex Lamii piſcis dente confecta adaptata eſt, quæ veneno obducitur forma gummi nigricantis, in inferiore teli parte oblongum apparet ſuber, formatum ad canalem fiſtulæ emiſſoriæ. Fiſtula hæc ſeu *Sompittan* longitudinem viri habet ex duro & nigricante ligno fabricata, interius excavata canali recto & æquali ad digiti minoris craſſitiem. Huic inmittuntur tela iſta, quæ flatu emittuntur tanta vi, ut ad ſclopeti minoris diſtantiam ejiciantur, quamprimum vero tale telum aliquid tangit, ejus hamus infixus remanet, telumque iſtud parvum tantum extrahitur, vel ſolum decidit ſponte ſua.

Venenum autem ejus calidum penetrans ſanguinem mox ſeſe per omne diffundit corpus, ita ut in venis perſentiri poſſit, ingentem enim cauſſat æſtum ac ſimul gravem capitis vertiginem, cui inpotentia & mors ſubſequitur.

Ad bellum ſeſe accincturi tela hæc veneno infecta Canali ex Bambu arundine confecto inmittuntur, qui operculo firmiter occluditur, ſi vero per annum adſervantur hæc tela, minoris ſunt efficaciæ.

Locus. Natura noxiam hanc arborem, uti dictum fuit, longe ab hominum habitationibus ſeparavit, ejusque patria eſt proprie Celebes, cuncti veneni mater, ubi ſedem ſuam fixit apud *Toradias*, qui montium incolæ ſunt feri, inter *Mandaram* ad ſeptentrionem, *Tomontano* ad Orientem, & ad Borealem provinciæ *Lubo* plagam, quæ *Toradiis* vicina eſt, ſeſe extendentes. Lubenſes autem primum eunt ad pagum Tamboge, qui per ſemi-diei ſpatium a litore diſtat, & prope fluvium Moyke ſitus eſt, quique diei ſpatio vel itinere diſtat a pago Maſſamba, unde *Ipo* ſeu venenum iſtud petunt, ut & ex pagis Lubo ſubjacentibus. Aliam quoque viam petunt prope pagos Paloppo & Walendra, unde per diei iter veniunt ad Bolongam, inde Awangum, ac porro ad Sadanium, ubi has arbores ipſis demonſtrant. Ut autem hujus veneni collectio rite inſtituatur, adhibent Macaſſarenſium vel Boegenſium regem vel principem quempiam, ne Toradias illos fallant: Hinc itaque Boegenſes & Mandarenſes illud emunt.

Arbor autem ipſa ibi creſcit in deſertis ac nudis montibus, atque e longinquo facile dignoſcitur, quum nul-

ſlang, die onder den Gift-boom woont, als een Baſiliscus, zullende een klein dier zyn, aan 't voorſte met twee korte beenen, waar door het met het hooft opgeregt gaat, op het zelve een kam of hoorn hebbende, met zyn aaſſem Menſchen en Vogelen vergiftigende, weshalven het van verre met pylen doot geſchooten werd. Den Koning van Lubo of Tolubo (zynde een Landſchap aan 't Noort einde van Celebes groote Zuid-bogt gelegen) zal een ſteen of Meſtica van de eerſt genoemde kakel-ſlang gehad hebben, rood en vuurig, van de tweede heb ik 'er een, zo groot als een dubbeltje, boven half-rond, beneeden plat, als een doorgeſneeden kogel, van verwe, als donker-kriſtal, aan de eene zyde met een witte plek; op een andere plaats van my beſchreeven onder den naam van Dracontias.

Naam. *Den boom noemen wy in 't Latyn* Arbor Toxicaria, *in 't Duits* Macaſſaarze Gift-boom *of* Spatten-boom. *In 't Maleyts* Caju Upas. *Den giftigen zap daar uit vergadert, hiet* Toxicum Macaſſarenſe: *In 't Duits* Spatte-gift. *In 't Maleyts* Upas: *Op Macaſſers, en doorgaans op Celebes* Ipo, *gelyk zy ook den boom noemen. De eerſte roſſe zoorte (van de Wyfkens-boom komende) werd bygenaamt in 't Macaſſers* Pacanre Sama Jang, *in 't Maleyts* Maccan Cawul, *dat is, eet, of houd u belofte, dewyl het ſlapper van kragten is, en men daar van geneezen kan, als men zyn belofte houd, beſtaande gemeenelyk in 't geven van een maaltyd, de andere of ſnoodſte zoorte van 't Manneken, hiet in 't Maleyts* Upas Radja, *op Macaſſers* Lupo Matta Joe, *of in 't Maleyts* Djato Matti, *om dat de gequetſte daar van terſtond neervalt, en ſterft. Dit tweede vergift is altyd harder, en ſwarter, dan het eerſte, ſchier als pik, doch ſmelt door de warmte in de Zon: Beide zyn onſchadelyk te handelen, en doen ons geen quaad, als zy maar 't levend bloet niet raken, ja de Inwoonders van Celebes durven het inwendig nemen tot eenige Medicyn, gelyk hier na zal gezegt werden.*

De pyltjes of flitzen, waar aan dit vergift geſmeert word, in 't Maleyts Sompit *genaamt, zyn dunne ſtokjes, rykelyk een voet lang, en zommige anderhalven, van een dun houtje of rietje gemaakt, in de dikte van een ſtroohalm, doch regt en ſtyf. Aan 't voorſte eind ſteekt een beentje, of haayen-tantje, daar het venyn aangeſmeert is, in gedaante van een ſwarte Gom: achter ſteekt een lankwerpig korkje, gefatzoeneert na de pyp van 't Spatroer. Dit Spat-roer of* Sompittan, *is zo lang, als een man, van hard en ſwartachtig hout gemaakt, van binnen met een doorgaande holle pype, daar pas een pink in mag, zeer regt egaal geboort. Hier in ſteekenze de voornoemde ſpatte of blaaspyltjes, en blaazen dezelve met een ſchielyke kragt daar uit, 't welk omtrent de diſtantie van een Piſtool-ſchoot treft, zo dra dit pyltje ergens invaart, zo blyft het angeltje ſteeken, en den loſſen pyl trekt men uit, of valt van zelfs af.*

Het venyn 't warme bloet rakende, verſpreit zig terſtond over 't geheele lyf, dat men 't in de aderen voelen kan, veroorzaakt een groote brand, en daar op een ſware draaying in 't hooft, waar op de onmagt, en den doot volgt.

Ten Oorlog gaande, werden deze Spatten in een kooker van Bamboezen gedaan, waar op het dekzel digt ſluit, evenwel na verloop van een jaar, verminderen deze Spatten al vry van hare kragten.

Plaats. *De natuur heeft dezen ſchadelyken boom, als gezegt, verre van de wooningen der menſchen afgezondert, en zyn eigen Vaderland is Celebes, de moeder van alle fenyn, daar hy zyn zitplaats heeft by de* Toradias, *zynde wilde Berg-woonderen, tuſſchen* Mandar *in 't Weſten,* Tomotano *in 't Ooſten, en benoorden de Provincie* Lubo, *'t welk naaſt aan de Toradjas paald. Die van Lubo gaan eerſt na de Negorye Tamboge, een halve dag van ſtrand, by de rivier Moyke, van daar van nog een dagryze tot de Negorye Maſſamba, daarze het* Ipo *halen, beide Negoryen onder Lubo ſorterende. Zy gebruiken nog een andere weg, by de Negoryen Paloppo en Walendra, van daar een dagreyze landwaart in komt men eerſt aan Bolong, van daar na Awang, en voorts na Sadanii, die de boomen aanwyzen. Tot deze commiſſie gebruikt men de een of ander Macaſſaarſſe of Boegiſche Creyn, dat is, Koninkskẹn of Prins, op dat de Toradjas geen bedrog daar onder mengen. Van hier koopent dan de Boegiſche, en die van Mandar.*

Hy groeid aldaar op kale bergen, en is van verre wel te kennen, dewyl geen geboomte daar omtrent ſtaat, en 't land

nullæ ipsi adstent arbores, terraque ipsi suppoſita ſit ſterilis & quaſi exuſta. Arbor fœmina dicta in declivibus creſcit locis poſt Marum prope pagum Sudian. In Sumatra & Borneo ſine dubio etiam occurret, nempe in Borneo in provincia Landas & Cute, in ejus provincia Orientali e regione Macaſſaræ, ubique in deſertis montibus, unde & arboris forma litoralibus populis ignota eſt, dum Orang-Dayas ſeu feri homines montani ejus adferunt ſuccum. Cutenſis autem ſuccus penetrantiſſimus habetur, non quia Celebenſis æque bonus cenſetur, ſed quum putatur montanos iſtos populos ſeu Toradjas primarium ſibi reſervare, ac viliorem Macaſſarenſibus largiri. Quum enim Mandarenſes & Lubenſes, cum Toradjis ſuis Macaſſaræ ſubjecti ſint, hinc per montanos ſuos curam gerere debent, ut quisque arundinem Bambu hoc repletam veneno Macaſſarenſium regi tanquam tributum ſolvant & adferant, quum ipſi animus eſt bellum gerere.

In Baleya in Baturæ regione ad Orientalem plagam talis quoque reperitur arbor toxicaria, cujus ſuccum montani Baleyæ regi tanquam tributum adferunt, in ollis ex Bambu confectis collectum, eſtque venenum hocce triplex nigrum, rubrum, & croceum, quod efficaciſſimum & optimum. Hocce veneno tela ſua & canales emiſſorios obliniunt, quos ſub cubilibus, quæ inhabitant, aſſervant, nolentes quaſi nociva ac mortifera hæc inſtrumenta ſuper ipſorum capitibus pendere. Hujus veneni antidotum eſt radix alba *Djerudju* maſticata & illinita, vetantes ſimul, ne vulneratus ſub tectum ſeſe conferat.

Hoc autem toxicum ſequenti colligitur modo: Nemo vero audet tam prope ad hanc accedere arborem, ut ejus ſuccum manibus excipiat. Perſentiret enim mox omnes artus quaſi congelaſcentes ac ſpasmodice adfectos. Unde primum caput obvelant, manus, ac pedes linteis, dein ſummæ ſupra deſcriptas acuminatas longas arundines Bambu, quas ſumma vi & oblique cortici inferioris trunci infigunt, quo enim magis accedit ad radicem, eo efficacius eſt venenum, talesque quatuor vel quinque Bambu arundines uni infixæ arbori per tres quatuorve dies relinquuntur, per canalem iſtum ſanguineus exſtillat ſuccus, qui brevi poſt condenſatur & indureſcit, inque una ſpecie ruffeſcit, in altera nigricat. Supremus harum arundinum geniculus hoc tantum repletur ſucco, reliqua pars amputatur, utque hoc venenum ſit magis nocivum, longis ipſam arborem mox cædunt ſecuribus, quum ejus ſuccum extraxerint, dicentes, ſi arbor ipſa moriatur, omnes quoque tales occidi, qui ultimo hocce ſucco inficiuntur ac vulnerantur. Si vero arbor ſuperſit, venenum ſenſim ſuas amittit vires. Hoc autem credo cum pauciſſimis inſtitui arboribus, alias enim diu imminutæ eſſent, hanc autem ſpeciem conſervant tantum pro Radjos ſeu regibus ac magnatibus.

Quum ſuccus extractus adhuc ſit molliuſculus, in magnis parvisque inpingitur glebis, vel manibus in longos formatur volvulos, quos Bambu arundini inmittunt.

Omnes hi volvuli ac glebæ in Macaſſaram transportatæ a quodam magnatum *Creyns* dictorum, qui plerumque eſt *Creyn Sumana*, cujus officium eſt illa ſancte aſſervare, in ſeparata domo Caſtelli Boerenbong, ut in modico caloris gradu conſervarentur, nimium enim frigus illis nocet, ac nimius calor multo magis nocivus eſt, unde decemplici obvolvuntur linteorum involucro, ac omni ſeptimana iterum diſſolvuntur, detergentur, linteaque ac panni ipſis mundantur glebis, quibus dein involvuntur.

Volvuli quoque omni ſeptimana ex Bambu arundinibus extrahuntur, qui pannis fricantur, donec ſplendeant, ut & ipſæ Bambu arundines, quibus dein inmittuntur, itaque obvolvuntur, ut aër penetrare nequeat.

Hocce opus perficiunt plerumque fœminæ, timentes, ſi viri accederent, aliquid de hoc ſubtracturi aut futuri eſſent. Alii autem Creyns ſeu magnates quandam etiam ſervant portionem: Hæc quoque cauſſa narratiunculæ, quondam a ſciolo *Maroceano* inter noſtrates diſperſæ, menſtruum nempe muliebre huic miſceri veneno, atque in eum finem Macaſſarenſium fœminas bracteis indutas eſſe, in quibus iſtud colligebant, & tradebant ſummo hujus veneni cuſtodi, quod tamen nunquam a quodam Macaſſarenſium viro vel fœmina audi-

't land daar onder dor, en verſengt is. De Wyfkens-boom groeid in de laagte achter Marus, by de Negorye Sudian: Op Sumatra, en Borneo zal hy ook vallen, te weten op Borneo in de Provincie Landas, en Cute van deszelfs Ooſt-zyde tegens over Macaſſar, over al verre in 't gebergte, weshalven de gedaante des booms de Strand-woonders mede onbekent is, dewyl de Orang-Dayas, of wilden den zap afbrengen. Dat van Cute werd wel voor 't kragtigſte gehouden, niet als of het op Celebes niet zo goed zoude zyn, maar om dat men meende, dat de Berg-lieden of Toradjas het eerſte onder haar houden, en 't ſlegte aan de Macaſſaren geven. Want dewyl Mandar, en Lubo met haar Toradias onder Macaſſar ſtaan, zo moetenze door hare Berg-lieden beſtellen, dat een ieder booft voor hooft, een rietje of Bamboesje met dit gift gevult, aan den Koning van Macaſſer tot tribuit moet afbrengen, wanneer hy ten Oorlog wil gaan.

Op Baley in 't diſtrict van Batur, aan de Ooſt-zyde gelegen, werd ook een zulke Gift-boom gevonden, welkers zap de Berg-lieden aan den Koning van Baley tot een tribuit brengen, in potten en Bamboezen vergadert, van driederlei coleur, ſwart, rood, en geel, welk laatſte het beſte is. Zy beſmeeren hare pylen, en ſpatten daar mede, die zy dan onder hare woonkamers bewaren, willende quanſuys dezen doot niet boven hare hoofden hebben. Zyn tegengift aldaar zyn de witte wortels van Djerudju, *gekaauwt en opgeſmeert, gebiedende daar by, dat den gequetſten onder geen dak mag komen.*

Dit gift werd op de volgende manier vergadert, niemant derft zig verſtouten, dezen boom zodanig te naderen, dat hy den zap met de handen daar uit wilde halen; Want hy zoude gevoelen, als of hem al de leden wilden opkrimpen, en verſtyven: Dierhalven bewindenze eerſt het hooft, handen, en beenen met doeken, daar na neemenze de bovengemelde lange en toegeſpitſte Bamboezen, dieze met kragt, en wat ſchuins in de ſchorſſe van den onderſten ſtam ſtooten, want hoe nader aan de wortel, hoe kragtiger het vergift is, vier of vyf Bamboezen in eenen boom, latende die drie of vier dagen daar in ſteeken, zo loopt dan langs dat geutje een bloedig zap uit, daar het week kort daar na hard werd, en aan de eene zoorte ros, aan de andere ſwart beſterft. Het voorſte lid van deze Bamboezen werd maar vol, de reſt kapt men af, om dit gift nog quaadaardiger te maken, zo kappenze den boom terſtond met lange bylen omver, wanneer zy den zap uitgetrokken hebben, zeggende, als den boom ſterft, dat dan alle die gene ook moeten ſterven, dewelke met den laatſten zap, daar uitgetrokken, gewond werden: maar zo den boom in 't leven blyft, zo werd ook het vergift mettertyd minder ſcherp. Doch ik geloove, datze dit met de weinigſte boomen doen, anders zouden die al lang verminderd zyn, en deze zoort bewarenze maar voor hare Radjas, en Grooten.

Terwyl het uitgetrokken zap nog wat week is, zo werd by in groote en kleine klonteren gepakt, of met de handen tot korte rollen geformeert, dewelke effen in een Bamboesjen gaan.

Alle de bollen en rollen nu op Macaſſer gebragt zynde, werden by een van de groote Creyns, *wiens werk het is, zynde gemeenelyk* Creyn Sumana, *in zyn Kaſteel Borrenbong, in een afgezondert huis zeer zorgvuldig die te bewaaren, en in een middelbare warmte te onderhouden, want al te groote koude is haar ſchadelyk, maar al te groote hitte nog veel ſchadelyker, dierhalven werd het wel tienvoudig bekleet, en precys eens om de zeven dagen los gemaakt, geveegt, de doeken en lappen uitgeſchut, en ſchoongemaakt, dan weder ingepakt.*

De rollen neemt men insgelyks alle weeken uit de Bamboezen, vryftze met oude doeken of, tot datze glimment worden, als mede de Bamboezen, ſteektze als dan weder daar in, en bewindze dat 'er geen lugt aankome.

Dit werk latenze in 't gemeen door vrouwen doen, vrezende, dat de mannen daar by komende, iets daar van mogten ſteelen, doch de andere Creyns hebben mede iets in bewaring. Dit is oorzake van een mal praatje, eertyds by den neeuswyzen Marocean *onder onze uitgeſtrooit, dat het* Menſtruum Muliebre *onder dit vergift gemengt werde, en dat tot dien einde de vrouwen op Macaſſar moeſten broeken dragen, om 't zelve te vergaderen, en aan den generaal tuigmeeſter overleveren, 't welk wy noit van eenig Macaſſars man of vrouw hebben verſtaan kon-*

audivimus. In ædibus iſtis, in quibus hoc adſervatur toxicum, nullæ ſquillæ nec conchæ torrendæ ſunt.

Si ad bellum profecturi ſint, hocque præparare velint venenum, ut hocce tela ſua & canales emiſſorios obducant, omnes volvuli ac glebæ ſimul adferuntur, quæ variis conſtant coloribus ac viribus, concolores vero in unum colliguntur acervum. Quænam vero ſint efficaciſſimæ, ad viſum non ita dignoſci poteſt, ſed hoc detegitur experimento. Recipe radicem *Lampoejang*, Macaſſarenſibus *Lampoem*, & *Allia Paya* dictam, h.e. Zingiberis amaræ, hanc contunde, & in aqua macera, donec ſit mucilaginoſa, exprime & tranſcola per linteum, hujus aquæ parvam infunde patinæ portionem, cui inmitte portiunculam hujus veneni: Periti mox ex ſubita ac majori vel minori ebullitione de viribus dijudicare poſſunt. Glebæ, quæ iisdem conſtant viribus, ſimul contunduntur, iſtique infunduntur mucilaginoſæ aquæ, quum mox ſumma certe admiratione conſpicitur, qua ratione hoc venenum ſuas exercere incipiat vires ac ſævire, quod tanta ebullit ſeſeque convertit ſæpe vi, ut in medio tota conſpiciatur fovea, per quam fundus patinæ appareat, quod vero parvam tantum exhibet ebullitionem ac commotionem, debile cenſetur.

Viſcoſo hoc ſucco extremitates telorum inbuuntur, quæ, uti dictum eſt, ex Lamii piſcis dentibus confectæ ſunt, ſi autem hiſce deſtituuntur, eorum loco acuminatam arundinem adhibent, quas in canalibus bene obturatis conſervant. Optimæ horum telorum ſpecies per binos annos virtutes ſuas retinent, ſunt autem quædam, quæ intra unius alteriusve menſis ſpatium ſuas perdunt vires, & mortua quaſi ſunt: Tota enim hujus veneni maſſa, ſi non rite conſervetur, cito corrumpitur: Putant autem vulgarem ſpeciem poſt anni lapſum non amplius mortem adferre, cujus ſignum eſt, ſi ſucco *Lampoejang* infuſum hoc venenum non effervescat, quo alias acuitur & exaltatur. Hæc nulli nocet tractatio, niſi quod ardorem internum quis percipiat, ſed plurimum ab optima ſpecie.

Toxicum hoc innoxium habetur, quam diu cum ſucco *Lampoejang* non fuerit commixtum, immo dicunt, ſine hoc nunquam ſatis indureſcere, ac facile detergi per veſtimenta, ſi per illa tranſeat, cum hoc autem ſucco ſi fuerit commixtum & oblinitum, ita indureſcit, ut eo per clypeum penetrare poſſint. Hujus veneni efficaciſſima ſpecies ſeu *Upas Radja*, quæ Regi tantum ſuiſque aſſervatur magnatibus, ex communi opinione incurabile adfert vulnus, vilior autem ſpecies vulgo largitur ac diſtribuitur, quum ad bellum eat.

Aliquando fit, ut forte fortuna antidoto quodam a præſenti ac ſubita morte quis liberetur, & poſt binos treſve annos elapſos (licet talis ſeſe curatum credat) inde tamen moriatur, talibus autem maxime nocet & periculoſus eſt coitus cum feminis: & uti inter herbas *Lampoejang* edulis eſt & ad olus uſurpatur, ſic hæc herba alicui, qui ex vulnere hiſce telis inflicto ſeſe curatum putat, certam adfert mortem, ſi comedatur.

In ultimo Madjeraſenſium bello, quum Macaſſarenſes putabant totam vaſtare Amboinam, ipſorum ſuperbiam ac fiduciam, quam in telis ſuis hoc veneno infectis habebant, ſenſim edocti ſumus eludere, non tantum variis antidotis, quæ in ſubſequenti proponemus capite, ſed etiam certo veſtimentorum genere & modo, præfecti enim ac potentes ampla habebant veſtimenta ex corio Hiſpanico confecta, quæ adeo capacia erant, ut ſupra alias veſtes hæc geſtare poſſent, qualia ſunt tunicæ, Braccæ, & Ocreæ, inque capite alta mythra ſeu rugoſa Hiſpanica pilea, nautæ vero, quique glandes igniarias emittunt, ac primum inpetum faciunt, veſtimenta hæc habebant ex velis lintearis confecta, quumque hæc laxa & libera e corpore dependebant, apices telorum illorum emiſſorum illis infixa hærebant. In frontiſpicio militum erigebatur velum pice obductum, quod fiſſuram habebat transverſalem, per quam ſclopeta ſua emittebant ignivoma, attamen aliquando unum alterumve telum per illud tranſibat, quum nimis fortiter eſſet extenſum. Cavendum nobis quoque erat ab ipſis fiſtulis emiſſoriis, in quarum ſummo propugnatores mucrones ferreos inſtar haſta-

kennen. In de huizen, daar men 't bewaart, moet men geen Garnalen of ſchulpen braden, of branden.

Als zy nu ten Oorlog gaan willen, en dit gift prepareeren, om op de flitzen of ſpatten te ſtryken, zo werden alle de klontertjes en rollen by malkander gebragt, die dan van verſcheide coleuren en kragten zyn, wanneer die van eenderlei coleur by malkander gelegt werden: Doch om de kragtigſte van malkander te onderſcheiden, kan niet wel met het gezigt geſchieden, maar werden aldus geprobeert. Neemt de wortel van Lampoejang, in 't Macaſſars Lampoem, en Allia Paya, dat is, bitter Gember genaamt, kneuſt die, en weektze in water, tot dat het zelve wat kleverig werd, drukt, en zygt het dan door een doek, giet daar van een weinig in een kommetje, en ſnyd daar in een klontje of ſchrapzel van 't vergift. De ervarenſte konnen als dan ſtraks aan de haaſtige kookinge, en lage of hooge opborlinge van de kragt oordeelen. Alle de klontjes van een kragt werden alsdan t'zamen geſtooten, en in dat kleverige water gedaan, wanneer men met verwondering ziet, hoe dit vergift begint te woeden, en zyn kragten te vertoonen, kookende, en omdraayende, dat men zomtyds in de midden een kuil, en in dezelve den grond van de ſchotel of bak kan zien, maar 't geene ſlegts een kleine roering vertoont, werd voor ſlap gehouden.

Dezen kleverigen zap werd als dan aan de punt van de flitze geſtreeken, zynde gemaakt, als gezegt, van hayetanden, of zo zy die niet hebben, van een toegeſpitſt rietje, die zy dan in wel geſlootene kookers bewaren. De beſte ſlag kan zodanig wel twee jaren goet blyven, en daar zynder ook, die binnen een maant of twee heel doot en kragteloos werden; want ook de geheele maſſa, indien menze niet bezorgt, en wel na vereyſch gade ſlaat, en bewaart, in der haaſt bederven kan. Ordinaris gelooft men van 't gemeene ſlag, dat het na verloop van een jaar niet meer dodelyk is, en daar van is een teeken, als het in den zap van Lampoejang niet meer kooken wil, waar mede men 't anders weder aanzet: Deze handeling beſchadigt niemant, behalven dat men een inwendige hitte daar van gevoelt, doch meeſt van 't beſte.

Dit vergift houd men dan voor onſchadelyk, zo lang het met den zap van Lampoejang niet vermengt werd, ja men zegt, dat het zonder den zelven noit ter deegen hart werd, en werd in 't ſpatten door de kleeren ligt afgeſtreeken, maar met dien zap gemengt, en aangeſmeert, werd zo hard, datze door een ſchild daar mede kunnen ſchieten. De kragtigſte zoorte van dit vergift of Upas Radja, dewelke maar voor den Koning, en zyne grooten bewaart werd, is na 't gemeene gevoelen ongeneesbaar, maar de ſlegter zoorte werd onder de gemeene man uitgedeelt, wanneerze ten Oorlog gaan.

Het gebeurt zomwylen, dat men by geluk door eenig tegengift van een haaſtige doot bevryd zynde, na verloop van een, twee, a drie jaar (ſchoon men meent genezen te wezen) daar nog al evenwel van ſterft, en voor zulke zeer quaad en pericuIeus is de vermenging der vrouwen, en gelyk onder de aard gewaſſchen de Lampojang eetbaar, en mede tot Sayor gebruikelyk is, alzo is dat goet voor iemant, die meent van een Spatten-quetſuur geneezen te weezen, een gewiſſe doot, zo men daar van nuttigt.

Wy hebben in den laatſten Madjeraſchen Oorlog, wanneer de Macaſſaren vermeinden geheel Amboina af te loopen, haren trots, die zy op hare ſnoode ſpatten geſteld hadden, allenskens geleert te verydelen, niet alleen door verſcheide tegenmiddelen, dewelke wy in 't volgende Kapittel zullen voorſtellen, maar ook door een zekere manier van kledinge. Want Officiers, en die 't vermogen hadden, maakten wyde klederen van Spaanſch leer, zo ruim, datze dit gemakkelyk boven de andere kleederen konden aantrekken, als rokken, broeken, en laarzen, en op het hooft een hooge myter, of ruige Spaanze muts, matroozen, en Granadiers, die den aanval moeſten doen, maakten zulke kleeden van Zeildoek; want dewyl alles los en ruim om 't lyf hing, zo bleven de ſpitzen van de blaaspylen daar in ſteeken. Voor de front van de Zoldaten wierd een blinde van breſenninge of geteert Zeyldoek gezet, met een ſcheur dwers daar in, waar door zy konden vuur geven, evenwel vloog zomtyds een pyl hier door, dewylze te ſtyf geſpannen ſtonden. Wy hadden ons ook te wagten voor de Spat-roeren zelfs, waar aan de voorvegters yzere ſpitzen, als pieken hadden, met vergift aangeſmeert, en op de onze inloopende, daar dan de pieken goet voor waren,

hastarum infixos gerebant hoc quoque veneno infectos, quibus invadebant milites nostros, cui actioni hæ hastæ optime inserviebant, quam methodum nostri dein quoque secuti fuere, qui tales alligabant hastas sclopetis suis.

welke manier daar na onze oppassers nadeeden, binden de diergelyke spitzen aan hare Snaphanen.

Quo modo autem vilis hujus veneni species ad venationem præparetur in sequente vide capite.

Hoe men de slegtere zoorte van dit vergift tot de jagt prepareren zal, ziet mede in 't volgende Kapittel.

Hæc in *Appendice* addita sunt.

Dit is in de Appendix *daar by gedaan.*

Anno 1694 mihi fructus transmissus est, quem adfirmabant fuisse Macassarensis arboris Toxicariæ, quem tam proxime, quam potero, describam, quemque simul figuræ addidi. Magnitudinem habebat globuli sclopeti, durissimus erat & siccissimus ac rugosus, per quatuor enim annos jam adservatus fuit, externe erat obscure fuscus instar quarundam gallarum. Putamen vero exterius adeo firmiter internæ adnectitur substantiæ, ut separari nequeat, internaque hæc substantia instar cornu dura est, quæ non nisi vi findi potest. Color itidem corneus est, instar medullæ minoris *Calappi-Laut*.

Anno 1694. is my een vrucht gezonden, met verzekering, datze van een Macassaarze Gift-boom was, dewelke ik dan zo na beschryven zal, als ik kan, en in de figuur heb laten by teekenen. Zy was in de grootte van een roerkogel, zeer hard ingedroogt en rimpelig, want den eigenaar hadze al by de vier jaren bewaart. Van buiten bruin-grauw, gelyk zommige Galnooten. De buitenste dunne schaal hangt zo vast aan de binnenste substantie, datze niet te separeeren is, zynde de binnenste substantie zo hard als hoorn, dat menze niet dan met gewelt doorkappen kan. De coleur is mede hoornverwig, gelyk het merg van de kleine Calappa-laut.

Tabula Octogesima Septima

Ramum exhibet Arboris Toxicariæ, *Ipo* dictæ, ubi Litt. A. ejus *fructum* repræsentat.

De zeven-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de *Spatte-Boom* Ipo genaamt, alwaar Lett. A. deszelfs vrucht verbeeldt.

OBSERVATIO.

Macassarensis hæc arbor Toxicaria in *Valent. Amboinæ descript. pag.* 218. quoque occurrit, ubi mas & femina itidem enumeratur, & mas No. L. exhibetur, No. LI. quæ feminam repræsentaret, ibi deficit.

Cæterum inter arbores venenatas *Ipo* seu *Hypo* descripta quoque occurrit in *Ray. tom.* 3. *Append. pag.* 87. De telis autem deleterio hocce veneno infectis in Macassara & Celebe vide *Valent. epist.* XV. *Indiæ literatæ pag.* 434.

AANMERKING.


De Macasserze vergift- ofte *Spat*-Boom, komt mede voort by *Valent.* in de *beschryving* van *Amboina pag.* 218. alwaar mede het Mannetje en Wyfje vermeldt werd, en op de Plaat onder *No*, L. het Mannetje verbeeldt, dog de LI. Figuur van het Wyfje manqueert.

Onder de Vergiftige boomen werd de *Ipo* ofte *Hypo* in de *Append. van het derde deel* van *Ray.* op *pag.* 87. beschreven, en de pylen met dit vergift bestreeken en vergiftigt, werden by *Valent.* in de XV. brief van het geletterd *Indie pag.* 434. beschreven.





Antiaris toxicaria. Leschenault.



CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

De Viribus & qualitatibus præcedentis toxici, ejusque antidotis.

IN præcedenti capite diximus efficaciſſimam hujus veneni ſpeciem præſentem ac inevitabilem adferre mortem intra ſpatium dimidiæ horæ, immo ſæpe intra minus quadrantis, atque contra hoc nullum hactenus inventum fuiſſe antidotum, quod Macaſſarenſium reges ſæpe in morte damnatis inſtituerunt. Utque magis hujus virus deleteria exploraretur vis, quosdam damnatos in pollice tantum manus vel pedis vulnus telo hoc veneno infecto inflixerunt, ſtatimque vulneratum amputarunt articulum, juſtoque modo ligamenta applicarunt, ut tentarent, an talis ſuperſtes eſſe poſſit. Horrendum vero atque atrox hocce venenum per venas jam ita erat diffuſum, ut totum inquinatum corpus mox periret, & hinc talis moreretur. Dum vero iſtud virus multos malignitatis ſuæ habeat gradus, atque efficaciſſimum brevi temporis ſpatio, ſi negligatur, nec rite & arcte conſervetur, multum de virtutibus ſuis amittat, favens ac mitis natura homini multa detexit antidota, quæ mox enarrabimus.

Inprimis vero cognoſcendum eſt *Ipo* hoc vires exercere non poſſe, quamdiu vivum non adtingat ſanguinem, ac ſecundo innoxie ad varias adhiberi poſſe res, ſed primum ſucco *Lampoejang* exaltari, & in actum deduci; hoc ſane arcanum naturæ eſt, talem humani generis hoſtem innoxie intra corpus aſſumi poſſe, illumque malignam ſuam qualitatem accipere a tali radice, quæ Zingiberi & Zedoariæ affinis eſt, quæ alioquin veneni antidota ſunt.

Ipo itaque crudum nec commixtum antidotum eſt contra ictus venenatorum piſcium, ac morſus Millepedarum, ſi hujus emplaſtrum vulneri applicetur, quod dolorem citius ſedat, ac venenum melius extrahit, quam ullum aliud remedium. Porro, ſi alicujus corpus ulcerationibus & ſcabie ſcateat, talis hujus *Ipo* pilulam cum Muſæ fructus carne commixtam aſſumat, quæ omnem inteſtinorum inpuritatem attrahet atque expellet; Hoc etiam *Ipo* tali præparari poteſt modo, ut fera animalia ac præcipue Cervi hoc poſſint enecari, atque innoxie ipſorum caro comedi. Hunc in finem neutiquam eligenda eſt fortiſſima ſpecies, ne talis cervus mox ac pacate moriatur, atque proin inveſtigari nequeat, ſed ejus debiliſſima ſpecies, quæ commiſcetur cum ſucco herbæ *Rami*, unde vehementer clamitant vulneratæ feræ, ita ut perſequi eas liceat, & quod mirum, harum caro ſine damno editur. Si ita ſit præparatum hocce venenum, vulnerato homini ingentem quoque adfert dolorem, ita ut corpus vehementer commoveat & pervolvat, oculos contorqueat, ſpumamque oris emittat. Qui autem a viliore & debiliore ſpecie ſunt ſauciati, eundem ſentiunt ardorem ac capitis vertiginem, nullum autem mortis periculum illis inminet, ſi modo idonea mox ipſis ſuppeditentur remedia.

In primis Amboinenſium bellis nullum aliud notum erat remedium, niſi nauſeoſum atque abhorrendum, *excrementum humanum*, quod vulneratus bono animo deglutire coactus erat, unde vehemens ſubſequebatur vomitus, cujus vi, quantum videtur, veneni ἐνέργεια enervabatur, atque e corpore expellebatur, ſeu foras eliminabatur; Hoc inter milites tanta agebatur alacritate, ut, ſi quis, qui hoc requirebat remedium, nec ipſe ſibi ſuppeditare poſſet, alium rogare ſocium coactus eſſet, ut pro ſe doſin exonerare ac ſubminiſtrare vellet. Valiantenſis centurio *Bonoæ*, *Tahalille* vocatus, hocce remedio quatuor vel quinque horum telorum vulnera enervavit, quæ in corpore ſuo & etiam facie exceperat. Quum vero poſtea quosdam caperemus Macaſſarenſes, tam ex iis, quam ex ipſorum feminis, nunc lenociniis, nunc minis ac vi meliora quædam edocti fuimus remedia, quorum quædam tamen effica-

XLVI. HOOFDSTUK.

Van de kragten, en eigenſchappen des voorgaanden Spatten-gifts, en de Remedien daar tegen.

IN het voorgaande Kapittel hebben wy gezegt, dat de kragtigſte zoorte van dit vergift een onvermydelyken doot bybrengt, en dat binnen de tyd van een half uur, ja zomtyds minder dan in een quartier uurs, en dat daar en tegen tot nog toe geen remedien zyn gevonden, het welk de Macaſſaarſche Koningen aan misdadigers dikwils geprobeert hebben. En om nog meer de ſnoodigheid dezes fenyns te ontdekken, hebbenze zommige misdadigers alleenlyk in een teen of duim met een ſpatte laten ſteeken, het gequetſte lid terſtont afkappen, en behoorlyk verbinden, om te zien, of den menſche mogte behouden werden: Doch het grouwelyke vergift was al door de aderen, en het geheele lyf gevloogen, en bragte den menſche om. Maar dewyl het voornoemde gift veele graden van zyn boosheid heeft, ook het alderſterkſte in korten tyd, en by verzuim van nauwe bewaringe, in zyn kragten merkelyk afneemt, zo heeft de goede natuur de menſchen al wederom verſcheide tegenmiddelen aangewezen, die wy hier ſtraks zullen verhalen.

Doch alvoorens ſtaat te weten, dat het Ipo *zyne kragt niet kan oeffenen, zo lang het geen levend bloet raakt, ten tweeden, dat het tot veele dingen onſchadelyk kan gebruikt werden, en eerſt door het zap van* Lampoe-Jang *gaande gemaakt en onſteeken word, 't welk inderdaat een geheimenis der natuur is, dat zulken vyand van 's menſchen leven zonder ſchade in 't lyf kan genomen werden, en dat hy ontſteeken word door zodanigen wortel, die uit de maagſchap vam* Gember *en* Zedoaria *is, die men anders tegen venyn gebruikt.*

Het rauwe en onvermengde Ipo *dan is zelfs een tegengift, als men van venynige viſſchen geſtoken, of van duizent-beenen gebeeten word, als een pleiſter op de quetſuure gelegt, trekt de pyn en het venyn terſtond uit, veerdiger, dan eenig ander ding. Wederom als iemand het lyf vol ulceratien en ſchurft heeft, die zal een klein pilletje van dit* Ipo *met vleeſch van Piſſang innemen, 't welk alle onzuiverheid in de darmen zal naar zig trekken, en uitvoeren. Zo kan men ook dit* Ipo *zodanig bereiden, dat men 't wilt, inzonderheid de hertebeeſten daar mede ſchieten kan, en haar vleeſch onbeſchroomt eeten mag. Hier toe moet men geenzints neemen de ſterkſte zoorte, op dat het beeſt niet ſchielyk en ſtil ſterve, en men het vervolgens niet vinden kan, maar het ſlapſte, 't welk men dan vermengt met het zap van 't kruit* Rami, *'t welk de beeſten geweldig doet ſchreeuwen, dat menze vervolgen kan, en dat wonder is, dit vleeſch werd zonder ſchaade gegeeten. Alzo toegemaakt, doet het een gequetſt menſch ook groote pyn aan, het lichaam geweldig omwerpen, de oogen draayen, en ſchuimbekken. Die gene nu, die van de mindere of ſlappere zoorte gequetſt zyn, gevoelen ook wel den zelfden brand, en draaying in 't hooft, maar hebben echter geen perykel van't leven, als men hun maar terſtond met bequame middelen te hulp komt.*

In de eerſte Amboinſche Oorlogen, *wiſt men geen andere, dan die afzienlyke en yzelyke kure, te weeten het* Excrementum humanum, *'t welk den gequetſten al goedes moets moſt inſwelgen, waar op een ſterk braken volgde, door welkers force (zo het ſchynt) de kragten van het venyn gebrooken, en uit het lyf gedreven wierden. Dit ging zo vaardig toe onder de* Soldaten, *dat de eene, die daarom verlegen was, en zelfs niet doen konde, den anderen kameraat verzoeken moeſt, om een klontje voor hem te drukken. Den Valianten Kapitein van* Bonoa, Tahalille *genaamt, heeft door dit middel vier a vyf ſpatten kragteloos gemaakt, die hy in zyn lyf, en zommige ook in 't gezigt gekreegen hadde. Naderhand, doen wy eenige gevangen Macaſſaren kreegen, hebben wy zoo uit dezelve, als hare vrouwen, door vleyen en dwang eenige beetere middelen geleert, waar van echter zommige kragtiger waren, dan de andere, zommige ook gantſch niet hol-*

efficaciora erant aliis; quædam etiam nullum præſtabant effectum, uti hic illa ordine ſuo enarrabimus.

Primo itaque occurrit *Radix Toxicaria*, noſtratibus *Spat-wortel* dicta, quæ certa Allii marini, ſeu *Moly Indici* infra *libr.* 11. deſcripti ſpecies eſt, cujus radices albæ maſticantur, illarumque deglutitur ſuccus, cæteraque pars vulneri applicatur, unde vehemens ſuboritur & excitatur vomitus, quo venenum expellitur, ſi vero non ſtatim ſubſequatur vomitus, uti ſæpe fit, major aſſumenda eſt doſis, hoc enim venenum non niſi vehementi ſuperatur vomitu.

Secundo, ut ingens exſtinguatur æſtus, vulneri inſtillandus eſt ſuccus ſponte exſtillans ex Melopepone, ejusque portiuncula comedenda eſt, hic enim fructus peculiarem poſſidet virtutem cohibendi atrocis hujus veneni graſſantem diffuſionem.

Tertio, cortex Varingæ latifoliæ maſticatus, vel contritus vulneri applicandus eſt.

Quarto, cortex albi *Sayor Bayang* ſeu *Bliti* de ſtipite raſus inponendus eſt vulneri.

Quinto, Tenues ruffæ fibræ ſeu minores radices anguſtifoliæ Varingæ contritæ, partim propinatæ, partim applicandæ.

Sexto, Petioli & radices *Amariæ Indicæ* ſeu *Parari* contritæ & inpoſitæ.

Septimo, Radices *Cajoe Radja*, de quibus præcedenti capite fuit actum.

Octavo, Certiſſimum antidotum, quod Macaſſarenſes nobis hactenus celarunt, eſt lacteſcens arbor *Poele*, ipſis *Rite* dicta, cujus petioli foliorum eliguntur, qui parum acuminantur, ipſisque alligatur filum, horum acumina vulneri inponuntur hiſce telis inflicto, ſponte illud penetrat, atque omne exſugit venenum; Filum autem ipſis alligatur, ut iterum extrahi poſſint.

Nono. Simili quoque modo applicantur parva fruſta marinorum telorum Macaſſarenſibus *Pana-Docki* dictorum, quæ, uti antecedens remedium, filo alligantur, ipſum intrant vulnus, ac virus exſugunt.

Arbor *Poele* tantum cum hoc veneno exercet odium & antipatiam, ut, ſi ejus ramulus vel folium huic ſupponatur, vel in camera ſuſpendatur, in qua hoc venenum aſſervatur, illud ita enervet, ut viribus penitus deſtitutum ſit.

Æger autem, vel vulneratus ante omnia ſibi caveat a *Lompoejang*, ut nihil hujus in potu vel cibo aſſumat, præſertim omnibus annis iſto tempore, quo vulnerabatur, compertum enim eſt ſæpius, hoc venenum iſto tempore quaſi reviviſcere, ſuasque iterum exercere vires, unde & ſæpius factum fuit, quosdam homines ſecundo vel tertio demum anno ex hoc veneno mortuos fuiſſe, uti illud obſervavimus in Germano quodam ſubpræfecto, qui anno 1654 ante Laalam in Cerama in pectore vulnerabatur per tale telum, a quo curatus quidem fuit, ſed tertio dein anno in eodem pectoris loco ardorem experiebatur, quem febris ardens ſubſequebatur, unde & mortuus fuit: Vulnerati inſuper quam maxime ſibi caveant per binos tresve menſes a feminarum concubitu, ſique ulterius exploraretur, & ab omnibus etiam forte potibus ſanguinem calefacientibus vel inflammantibus.

Finis Libri Tertii, & Tomi Secundi.

holpen, gelyk wyze hier na malkander ſtellen zullen.

Eerſtelyk, Is de Radix Toxicaria, *by de onze* Spatwortel *genaamt, zynde een ſlag Zee-Ajuin of* Moly Indicum, *hier onder* lib. 11. *beſchreeven, welkers witte wortelen men kaauwt, het zap inſwelgt, en de reſt op de quetſuure legt: dit verwekt mede een geweldig braaken, en dryft daar door het venyn uit, maar als men niet terſtond braakt, gelyk zomtyds geſchied, moet men al meer inneemen, want zonder ſterk braaken kan men dit venyn niet overwinnen.*

Ten tweeden, om den grooten brand te bluſſen, zal men in de quetſuur druipen het zap van zelfs uit een water-Limoen loopende, en ook wat daar van eeten, welke vrucht een zonderlyke kragt heeft het woeden van dit venyn te ſtutten.

Ten derden, de ſchorſſe van de breed-bladige Varinga gekaauwt, of gevreeven, en op de quetſure gelegt.

Ten vierden, De ſchorſſe van witte Sayor Bayang, *of* Blitum *van den ſtam afgeſchrapt, en opgelegt.*

Ten vyfden, de dunne roſſe draden of kleine wortelen van de kleinbladige Varinga gevreeven, ten deele gedronken, en ten deele van buiten opgelegt.

Ten zesden, de ſteelen en wortelen van Amaria Indica, *of* Parari *gevreven, en opgelegt.*

Ten zevenden, de wortelen van Cajoe Radja, *waar van ziet het voorgaande Kapittel.*

Ten achtſten, het zekerſte tegengift, 't welk ons de Macaſſaren tot nog toe hebben verborgen gehouden, is den melkgevende boom Poele, *by haar lieden* Rite *genaamt, waar van zy de ſteelen der bladeren neemen, makenze een weinig ſpits, en binden een draat daar om: De ſpitze houd men op de wonde van ſpatten gemaakt, zo trekt het van zelfs daar in, en zuigt al het gift daar uit. Het draatje moet daarom gebonden zyn, dat men 't daar weder uittrekken kan.*

Ten negenden, op dezelfde manier doet men ook met de kleine ſtukjes van Zeepylen op Macaſſar Pana-Docki *genaamt, die als het voorgaande met een draatje gebonden, daar in kruipen, en het gift uitzuigen.*

De boom Poele *heeft een zulke vyandſchap met dit gift, dat zo men een taksken of blad daar onder houd, of in een kamer hangt, daar dit gift in is, het zelve gantſch krachteloos werd.*

Den patient moet zig voor al wagten het minſte van Lampoejang, *het zy in koſt, of drank te nuttigen, inzonderheid alle jaren omtrent die tyd, dat hy gequetſt wierde, want men heeft dikwils bemerkt, dat dit gift omtrent die tyd op het nieuw zig roert, en daar door komt het, dat zommige perzoonen in 't tweede of derde jaar aan dit vergift eerſt overlyden, gelyk wy gezien hebben in een Duitſche Luitenant, die Anno* 1654. *voor Laala op Ceram in de borſt geſpat wierde, daar van hy wel genas, maar drie jaren daar naar op dezelfde plaats wederom een brand gevoelde, zo datter een brandige koortze toeſloeg, waar aan hy ſtierf. Zo werden ook de geſpatte op 't hoogſte aanbevoolen, datze haar in twee a drie maanden onthouden van converſatie met vrouwen, en zo men 't nader onderzogte, miſſchien van alle zodanige dranken, die het bloet merkelyk verhitten.*

Einde van 't derde Boek, en tweede Deel.

